

[illegible]

Die parc [illegible]

Dit boeck sal hebn jut vā
Der cappellē opgē bounthye

Zell 1473

Vault 300

Liber fratrū Sc̄e Crucis Mariepacis
ꝑpe castrū Rynghenbergh

Cult. G. 191 Ink.
23c

99/SLS 224

¶ Prologus Ceſarij ciſterciē
ſis monachi i Heyſterbach
in dyalogū miraculorum Inci
pit feliciter.

COlligite fragmēta
ne peant. Cū ex de
bito iniuncte ſolici
tudinis aliq̄ ex hijs
q̄ in ordine nr̄o: noſtris tpib;
miraculoſe geſta ſūt ⁊ q̄tidie
ſiūt: recitarē nouicijs. rogat9
ſū a q̄buſdā cū iſtātia multa
ead̄ ſcripto ꝑpetuare. Dicebāt
em̄ irrecupabile fore dānum:
ſi ea pirēt p obliuionē: que po
ſteris eē poterāt ad edificatōē;
Cū ad hoc minus eēm patus:
tū ꝓpter latini ſermonis iopiā
tū propt̕ inuidoꝝ detractionē.
Acceſſit abbatis mei impium:
necnō ⁊ abbatis loci ſācte Ma
rie cōſiliū: q̄bus cōtradicere lici
tū nō ē. Memor etiā ꝑdicte ſē
tentie ſaluatoris: alijs panes
itegros turbꝫ frāgentib9. i. for
tes ſcripturaꝝ q̄ſtiōes exponē
tibus: ſiue excellētiori moderni
tpis acta ſcribentibus: ego mi
cas decidētes colligēs propt̕ in
opes nō gr̄a ſꝫ lrātura: duodecī
ex eis ſportellas ipleui. Totidē
em̄ diſtictōib9 oē op9 diuiſi
¶ Prima diſtinctō agit de ꝯu
ſione. ¶ Secūda de ꝯtritōne
¶ Tercia de ꝯfeſſione. ¶ Qr
ta de tētatiōe. ¶ Qnta de demo
nib9 ¶ Sext̄ de virtute ſimpli
citatis ¶ Septiā de btā virgi
ne Maria ¶ Octaua de diuer
ſis viſiōib9. ¶ Nō de ſacramē
to corpis et ſāguinis Chriſti.
¶ Deciā de miraculis ¶ Vnde
ciā de morietibus ¶ Duodeciā
de pēā ⁊ glīa mortuoꝝ. Vt āt
cōpetēti9 exēpla ordinarē. mo
re dyalogi duas iduxi pſonas
nouicij videlicꝫ iterrogātis. ⁊
mōchi r̄ndentis. qꝛ dū dictātis
nomē pagina ſupprimit: detra
hentis lingua citi9 deficit ⁊ are
ſcit. Attn̄ qui nomē ei9 ſcire de
ſiderat: p̄ma diſtinctōnū elem
ta cōpingat. Plurima etiā inſe
rui: que extra ordinē ꝯtigerūt
eo qꝛ eſſent edificatoria ⁊ a vi
ris religioſꝭ ſic ⁊ reliq̄ mihi re
citata. Teſtis ē mihi dn̄s: nec
vnū quidē capitulū in h9 dya
logo me finxiſſe. Nō ſi aliqua
forte aliter ſūt geſta. q̄ a me
ſcripta: magis hijs vidꝛ iputā
dū eſſe a q̄bus mihi ſūt relatā
Et qꝛ ꝯtinentia h9 dyalogi ſa
tis miraculoſa ē: nomē ei indat
dyalog9 miraculoꝝ. Eſt ⁊ rō
q̄re diſtinctōes ſic ſūt ordiate

QVia cōuerti q̄s pōt exte
ri9 ſine cōtritōe: Pria di
ſtinctio loq̄tur de ꝯuſione.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Itē quia cōuerſio inutilis eſt
ſine contritōe in pctore. Scdʒ
locum tenet diſtinctio contri-
tōnis. Itē qꝛ cōtritō ī ſe areſcit
niſi ſubſequatᷣ cōfeſſio oris: re-
cte ei ſbiūgitᷣ diſtinctō ɔfeſſi-
onis. Itē qꝛ confeſſio raro ſuffi-
cit ad delendaʒ peccati penam:
bene ei continuatur ſatiſfactō-
nis diſtinctio: quam temtatō-
nem eē probaui. Item quia de-
mones temtationū auctores
ſūt ſiue īcentores: ſequens de
eis diſtinctō ſubiungitur. Itē
qꝛ ſimplicitas magnuʒ eſt an-
tydotum contra temtatōnem
diſtinctōni demonum diſtin-
ctō ſubnectitur ſimplicitatis.
Sex iſte diſtinctōnes ꝑtinēt
ad meritū. Reliq̄ ſex ad premiū
Ut autē ſic ordinentur: etiam
ratio numeri requiritur. Sicᷣ
vnitas radix eſt omniuʒ nume-
rorum: Ita et conuerſio ſignū
eſt omnium iuſtificationum.
Binario ɔgruit cōtritio: q̄ du-
plex ē. cordis ꝑ dolorē ⁊ corpis
ꝑ afflictōem. Ternario confeſ-
ſio: q̄ triplex eſt. laudis. fidei.
criminis. Quatnario temtatō:
qꝛ q̄tuor ſūt q̄ nos tētant. deꝰ.
dyabolꝰ. caro. ⁊ mūdus. Qui-
narius cōgruit dyabolo: eo qꝛ
nūerus ſit apoſtaticus. Sena-
rius qui ꝑfectꝰ ē: ſimplicitati.

que totū corpꝰ lucidū reddit.
In pn̄cipijs vero diſtinctōnuʒ
tam de iſtis q̄ꝫ de ceteris: que ſe-
quūtur diſtinctōibus: ratō or-
dinatōnis plenꝰ aſſignata ē.
Quia xp̄i bn̄dictōne collecta
fragmenta in tātū multiplica-
ta ſunt vt panibꝰ integris ī q̄n-
titate comparentur: ad inſtar
duodecī panū ꝓpoſitōnū in du-
obʒ codicibʒ illa poſui: ſex diſtinc-
in vno ⁊ ſex in alto ordinatis.
Explicᷣ plogꝰ. Incipi. capl'a
De inſtitutōne ordinis Ci-
ſtercienſ. ca. pͥmū.
Quid ſit conuerſio: vn̄ dicatᷣ
⁊ de ſpēbʒ eius. ca. ij.
De p̄ore Clareuall': q̄ cōuſus
ut aliquid rapet q̄litᷣ mirabili-
ter mutatus ē cap. iij.
De nouitio i Hemēro de ɔuſo
de q̄ ſanctus Dauid dixit. Nō
ē ōmbʒ datuʒ ca. iiij. ca. v.
Quibʒ occaſiōibʒ hoies ɔūtātᷣ
De canōico Leodieſi ad p̄di-
catōeʒ ſcī Bernardi ɔuſo ⁊ de
āgelo: quē ſpē mōchi vidit cō-
fiteri volentis cap. vi.
De Geuardo abbe: quē dn̄s
Euerhardꝰ plebanꝰ ſcī Jacobi
in Coloīa: ante conuerſionem
in cuculla vidit. cap. vij.
De ɔuſiōe maſʒelini clerici epi
magūtie ca. viij vitreio. c. ix
De cōuſiōe mgri Stephai de

De ꝯuerſiōe Goſwini ſacerdo-
tis: q̄ de probatiōe cū furto fu-
git cap̄. x.

De canonico quodā Coloniē-
ſi: qui anq̄ṁ induerz habitum reſi-
liuit cap̄. xi.

Itē de alio iuuene: qui de ꝓba-
tione gr̄a ſoluēdoꝝ debitoꝝ ex-
tract⁹: nō eſt reuerſus. ca. xij.

De conuerſiōe Henrici abba-
tis. capitulū. xiij.

De mirabili morte Leonij no-
uicij apoſtatātis. ca. xiiij.

Itez de horrēda morte Benedo-
nis nouicij ⁊ q̄ n̄ liceat nouici-
is redire ad ſclm p⁹ votū. ca. xv

De ꝯuerſiōe Herici conuerſi de
Claraualle. ca. xvi.

De ꝯuerſiōe auctoris huius
opuſculi cap̄. xvij.

De Gerlaco de dinge occaſio-
ne cuiuſdam ſmonis ꝯuerſo
cap̄. xviij.

De ꝯuerſiōe Herici germani
regis Francie. cap̄. xix.

De ꝯuerſiōe cuiuſdā: q̄ alteri an
oſtiū porte nocte apparuit in
ſpē infantis. ca. xx.

De Theoderico ⁊ Bernardo
mōchis: q̄ ob viſionē vni⁹ ve-
nie i ſepultura mortui ꝯcepnt
ꝯuerſionez. ca. xxi.

De ꝯuerſiōe dn̄i Adolphi epi
oſinburgēſis. ca. xxij.

De ꝯuerſiōe Herici camerarij
capitulū. xxiij.

De ꝯuerſione Gerlaci ſacer-
dotis. cap̄. xxiiij.

De Lodewico milite: ꝓpt̄ vo-
tū ꝯuerſionis ſanato. ca. xxv.

De eo q̄ de⁹ aliq̄n differat pec-
catorē ꝓpter pn̄az. ⁊ exēplum
de Ezechia. ca. xxvi.

De errore Lodewici lātgrauij.
⁊ de p̄deſtinatōne. cap̄. xxvij.

Qꝫ quidā ꝯuertant̄. propter
pauptatem. ca. xxviij.

De canoico ob erubeſcētiā cu-
iuſdam furti ꝯuerſo. ca. xxix.

De adoleſcente: cui ſcīmonial̄
ab ipo impregnata cauſa fuit
conuerſionis. capitu. xxx.

De nobili viro qui gr̄a ꝯuer-
ſionis capitali ſententie ſb̄tra-
ctus eſt. capitulū. xxxi.:

De ꝯuerſione abbatis Mori-
mūdis qui mortuus fuit et re-
uixit. capitulū. xxxij.

De clerico nigromantico mor-
tuo: qui viuenti ſocio apparēs
ſuaſit ordinē intrare. ca. xxxiij.

Item de cleico: qui ꝓpter penas
Lodewici lantgrauij q̄s vidit
ad ordinem venit. ca. xxxiiij.

De ꝯuerſione Godefridi mo-
nachi Vilarienſ: ⁊ de reuelatō-
nibus eius. capitulū. xxxv.

De modo et forma conuerſio-
nis. capitulū. xxxvi.

De ꝯuerſiōe walewaī militis

qui armatus ad ordinem venit capitulum. xxxvij.
De humili conuersione Philippi abbatis. cap. xxxviij.
De eo quod quidam in conuersione sua ordines sacros celantes propter humilitatem conuersi fiant. ca. xxxix.
De mirabili conuersione beate hildegundis virginis: que se virum simulauerat. ca. xl.
De vidua Coloniensi: que in cappa conuersi egressa est de ciuitate ca. xli
De conuersione Methildis magistre in fusinnich ca. xlij.
De conuersione Helswildis abbatisse de porceto ca. xliij.

Expliciunt capitula.

Iam orditur dyalogus miraculorum: et distinctio Prima de Conuersione. Capitulum primum

Monachus. Cupiens loqui de conuersione illius gratiam inuoco: qui loquitur pacem in plebem suam et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor. Cuius est scribenda inspirare: calamum gubernare: mercede laboris compensare. Ab ipso enim salutaris est conuersio. quia quos potenter conuertit: ab ipsis misericorditer iram suam auertit. Nouicius. Videtur mihi necessarium ut prius quam tractes de virtute conuersionis, summatim perstringas. quo in loco: a quibus personis. qua necessitate ordo noster sit institutus, ut sic posito fundamento superedifices parietes spirituales ex lapidibus viuis politis. preciosis. qui voluuntur super terram.

Monachus. In episcopatu Lingonensi situm est cenobium nomine Molismus. fama celeberrimum. religione perspicuum. viris illustribus nobilitatum. possessionibus amplum. virtutibus clarum. Et quia diuitijs virtutibusque diuturna non potest esse societas viri nimirum sapientes et virtutum amatores. altius intelligentes. licet honeste in prefato cenobio viuerent. minus tamen ipsam quam professi fuerant regulam quod obseruarent considerantes. habito inter se communi consilio. viginti et vnus monachi vna cum patre suo Roberto vnanimi assensu. eodem spiritu venerunt in locum horroris et vaste solitudinis nomine Cistercium: ibi viuere cupientes de opere manuum suarum secundum regule preceptum. Anno igitur dominice incarnationis millesimo nonagesimo octauo venerabilis Hugonis lingonensis ecclesie episcopi et tunc sedis apostolice legati: atque religiosi viri walteri cabilonensis antistitis. necnon et clarissimi principis Odonis ducis burgundie consilio

auctoꝛitate roboꝛati: in p̄dicto
loco abbatiā cōſtrue̾ ceperūt.
Et q2 cenobiū de quo exierūt
cōſtructū fuerat in honoꝛe bte̅ dei
genitricis Marie: tā ipſi q̄ eo
rū ſucceſſoꝛes de eodē nouo mo
naſterio ꝓpagati: om̄s ſuas eccl̄i
as in honoꝛe eiuſdem glorioſe v̄
ginis ceſuerūt eē dedicandas.
Non multo poſt cū inſtātia mō
chis Moliſmēſibꝰ abbē3 ſuū
requirētibꝰ: iuſſu ſcōi Vrbani
cōſēſu walteri cabilonenſ epi
reducitur: et Albericꝰ vir ſcēꝰ
ac religioſus eiꝰ loco ſbſtituit̄.
Cuiꝰ ſolicitudīe dei grā coope
rāte nō mediocriter vall̄ illa
claruit: et in rebꝰ necc̄riis creuit
Quo defūcto Stephanꝰ vir
eque ſcūs: natiōe anglicꝰ ſuc
ceſſit. Et cū adhuc eēnt pauci
nūo: pſonis ſecularib; venerāti
bus i eis vite ſcītatē: ſ3 abhoꝛrē
tibꝰ auſteritatē: ſcīꝰ Bernar
dꝰ anno. xv. cū. xxx. ferme ſo
ciis aduenit: et ſuaui iugo xp̄i
ibidem collū ſbmiſit Ex tūc ce
pit vinea illa dn̄i ſabaoth cre
ſcē ac dilatari: atq; palmites ſu
os extēdere: a mari vſq3 ad ma
re: et impleta ē terra poſſeſſiōe
eiꝰ. Prime eiꝰ ꝓpagines: firmi
tas. pontiniacū. claraualt. mo
rimūdis. Iſtaꝝ q̄tuoꝛ domoꝝ
abbes tāte auctoꝛitatis ſūt: vt
abbē3 Ciſtercieñ viſitēt ſil̄: et
ſingillatī ab eo verſa vice viſi
tētur. ¶ Nouiciꝰ. Quid ē viſi
tatoꝛ? ¶ Monachꝰ. Diſciplie cō
ſeruatoꝛ. Duo eñ p̄mitiui p̄res
inſtituerūt ad vicioꝝ correctio
nē: et caritatis ꝯſeruatiōem. vi
delic3 gn̄ale capl̄m: et ſingul̄ā
nis viſitatōnes domoꝝ. ¶ An
no dn̄i. M. c. xv. fūdata eſt do
mꝰ clareuallis: cuiꝰ p̄mꝰ abb̄
eāt ſācꝰ Bernardꝰ. clauſtrē
ſis vero. M. c. xxxiiij Deinde an
no. M. c. lxxxviij. ſexto decimo
Kal̄. April̄ cōuētꝰ noſter exi
uit de clauſtro cū abbe ſuo Her
māno: et. xi. Kal̄. eiuſdē menſ
venit ſup mōtē Strombg. Po
ſtea q̄rto anno deſcēdit i valle̅
que nunc dr̄ vallis ſācti Petri
¶ Nouiciꝰ. Cū ex hiis q̄ audi
ui oꝛdo nigroꝝ et nr̄ eiꝰdē ſint
rgl̄e: miroꝛ cur tā diſparis ſint
diſciplie. ¶ Monachꝰ. Nouēs
Cluniacēſes et Ciſtercieñſes vni
us quidē eē regule: ſ3 diſſimilis
obſuantie. Auit eñ rigoꝛe3 re
gule a q̄buſdā ſāctis pribꝰ eē
tempatū: ut multi in oꝛdie poſ
ſint ſaluari. De habitu vero i quo
maxīa vider eē diuerſitas: audi
quid dicatur De coloꝛe ā groſſi
tudine nō cauſetur monachi.
ſ3 quales inueniri pn̄t in puīcia
qua habitāt: ā quo viliꝰ ꝯparari

pōt. Hec de hijs dcā ſufficiant
Hoc autē fixū teneas. ordinis
nrī auctorē eē ſpm̄ſcm̄. inſtitu
torem ſcm̄ Bn̄dcm̄. innouato
rem vero venerabilē abbatem
Robertū. ¶ Ca. ij. ¶ Nouiciꝰ
COnſiderās in p̄fatōe tua
ordinē ꝯpoſite narratō
nis. miror contritōm āṅpoſitā
gratiā conuerſiōis. cū videatur
ꝑrſus ſuplluū. ut q̄s conūtat̄
n̄ priꝰ de pc̄tis ſuis conteratur
¶ Mōchus. Cōtritio aliqn̄
p̄cedit conūſiōem. aliqn̄ ſequi
tur. ¶ Nouiciꝰ. Vellē in hoc
exempl' ꝓbari. Prius tn̄ audiē
delcāt. quid ſit ꝯuerſio. vn̄ di
catur. quot ſūt eius ſpēs. ſeu q̄
bus occaſionibꝫ q̄s conūtatur
¶ Mōchꝰ Conūſio ē cordis
verſio. vel de malo in bonū. vel
de bono in meliꝰ. vel de meliori
in optim̄. De hac conūſiōe per
Salomōē dr̄. Verte impiū.
ā nō erit. ſb audis. pc̄tōr. qd̄ p̄
us fuit. Pria verſio ē ad cor. ſe
cūda in corde. tercia de corde. p̄
ma cōtritōis. ſecūda deuotōis.
tercia contēplatōis. Conūſio
ad cor. ē redīē de culpa ad grām.
de pc̄tō ad iuſticiā. de vicō ad
virtutē. de hac p Yſaiā dr̄. Pre
uaricatores redite ad cor. Cō
uerſio in corde. ē pficē in carita
te. ire de virtute in v̄tutē. donec

videat̄ deꝰ deorꝫ in ſyon. i. in cō
tēplatiōe. De hac p pſalmiſtā
dr̄. Aſcēſiōes in corde ſuo diſpo
ſuit ꝛc̄. Cōuerſio de corde. ē mē
tis exceſſus in contemplatiōe.
Hac vſa ſunt celeſtia illa aīa
lia. q̄ ibāt ꝛ reuertebātur. Ibāt
de corde ad deū. per contēplati
onem aſcendēdo. reūtebantur.
ad actōē rurſū deſcēdēdo. Cō
tēplatio ſup̄ cor ē. vn̄ exceſſus
mentis in ſcripturis dr̄. Dicitur
aūt conūſio q̄i ſiml' verſio. i. to
tal'r. Scd̄ꝫ hoc. q̄ vnū viciū de
ſerit ꝛ ab altero non recedit. ſe
q̄ dē vertit. ſꝫ nō ꝯuertit. vn̄ pſ.
orat. Conūte nos deꝰ ſalutaīs
nr̄. ꝛc̄. Eſt ꝛ alia ſpēs ꝯūſiōis
cū q̄s locū et hitū mutat. zelo
alicuiꝰ religiōis. Tal' ꝯuerſio
ſepe fit ſine ꝯtritiōe. Neqꝫ mḡ
nū ē corā deo pc̄tōrē mutare lo
cū ꝛ nō viciū. mutaē veſtē ꝛ nō
mētē. Mōſtruoſa res ē. ſb ve
ſtitu ouiū cor gerere lupinum
¶ Nouicius. Nunquid hoc cō
tingere ſolet? ¶ Mōchꝰ Etī
am. Ecce exēplū. ¶ Ca. iij.
REtulit m̄ frat' Godefridꝰ
mōchꝰ nr̄ q̄ndā canoīcꝰ
ſcī Andree i colōia cū eēmꝰ ſil' i
ꝓbatōē rē dignā mēoria. Aſſe
rebat ſibi a quodā monacho
Clareuallis bene noto relatū
quendā clericū actu trutannū

quales p diũſas vagari ſolẽt
p̃uĩtias: veniſſe ad Clarãual
lẽ nõ quidẽ zelo ordinis: ſʒ vt
aliq̃d monaſteio rapet ſb pallio
religioĩs. Fact9 itaqʒ nouici9
cũ p totum annũ probatõis
ſue inſidiaret᷑ ornamẽtis ecc̃e:
ↄ ꝓpt᷑ diligentẽ cuſtodiã ſatiſ
facere cordis ſue nequiſſʒ mali
cie: hec intr̃ ſe cogitabat. Cũ fa
ct9 fuero mõach9: ↄ licuerit mĩ
ſtrare: ſine nota ac labore ipõſ
calices ſbtrahã: ſicqʒ recedam
Ecce tali intẽtiõe legit ꝓfeſſio
nem. ꝓmiſit obediã. induit cu
cullã. Sed pi9 dñs qui nõ vult
mortẽ pctõris: ſʒ ut conũtatur
ↄ viuat: ꝑuerſã volũtatem mi
rabilit᷑ mutauit: ↄ venenũ i an
tydotũ miſericordit᷑ conũtit In
duto .n. hĩtu monachali cõtri
tus ↄ cõuſus, adeo ꝓfecit in ſcã
religiõe: ut nõ multo poſt ꝓpt᷑
meritũ vite ad dignitatẽ ꝑora
tus aſcẽderet in Claraualle. Et
ut iã dixi: ipſa eius culpa aliis
facta eſt medicina Nã poſtea ſe
pius iſta recitaꝛ̃ ſolit9 erat no
uicijs: ↄ plurimũ i eis edificati
ſunt ¶ Nouici9. Vellẽ noſſe:
vñ ei tal᷑ ac tãta fuerit mutatiõ
¶ Monach9. Vt eſtimo pñ
cipalit᷑ ex mĩa dei ſecũdario ex
virtute ↄ bñdictiõe monacha
li Vt ait quidã ſctõꝝ prm ã
tiquoꝝ: hĩtus monachi vᷓtutẽ
hʒ baptiſmi Nouerĩt multi He
ricũ conũſũ de clauſtro ingrẽm
in grãgia q̃ vocatur hart: q̃ te
ſtatus eſt ſpm̃ ſcm̃ i ſpẽ colum
be ſup caput cuiuſdã nouicij
deſcẽdiſſe: cũ i monachũ bñdi
ceretur ab abbe. ¶ Nouicius
Audio in iſto qđ letificat: ſed
qđdã occurrit mẽorie: qđ mul
tũ me terret. Quoſdã intellexi
veniſſe ad ordinẽ bona intẽtio
ne ↄ adoleſcentes magne ino
cẽtie: q̃ ꝓceſſu tp̃is reſpexerĩt re
tro ↄ ꝑierĩt. ¶ Monach9. Fre
quent᷑ audiui talia. dicẽ ſolit9
erat dñs. Johes archiepũs tre
uereñ. vir prudens. ↄ cui ſatis
erãt nota ordinis nr̃i ſecreta: ra
rũ eẽ ꝙ pueri vel iuuenes ad or
dinẽ veniẽtes: quoꝝ cõſciãs põ
dus pcti nõ grauat: feruentes
ſint. ꝑmo qđ miſerabile eſt: vel
in ordine tepide et min9 bñ vi
uunt: vel ab ordine ꝓrſus rece
dũt. Quia nõ eſt i eis timor ac
cuſatricis cõſciẽ: de vᷓtutib9 ſu
is p̃ſumũt. ſicqʒ ſb ortis tẽtati
omb9 min9 reſiſtũt. Noſti fra
trẽ q̃ infra huc mẽſẽ de grãgia
vicina decept9 a muliẽ receſſit
¶ Nouiti9. Optime. ¶ Mõa
ch9. De iſto in cõſtabat: ꝙ cor
pe vᷓgo fuit: iuueñs diſcipliat9
Ita ꝙ neminẽ inter conuerſoſ

noſtros eſtimabā eo meliorē
¶ Nouicius. Vere dominꝰ ut
dicit ꝓpheta. terribil' in conſili
is ſup hominū filios. ¶ Mona
chus. Dicā tibi et aliud. qđ tē
pibus ſeniorꝝ nrōꝝ contigit in
clauſtro matre nr̄a. ſicut illorꝝ
relatōne cognoui. ¶ Ca. iiij.
Venit illuc quidam adole
ſcētulus multum deuote
et humiliter petens ingreſſum.
ſuſceptus autem. ſine querela
conuerſatus ē. Nūc vero vene
rabil' ſacerdos Dauid. de cuiꝰ
ſāctitate mira dicitur ſpāliter
amabat. et ad ꝓpoſitum religi
onis verbis ſuis mellifluis fre
quētius animabat. Cui inueĩs
idē ſeqncias et queqꝫ dulcia cā
tica de domina noſtra verſa vi
ce recitauit. quibꝫ ſanctā illius
deuotōnē ſepius excitauit. Eo
dem āno flāte aquilōe: a quo
panditur ōne malum. cepit iſ
dē noiucius fluctuare. et qꝫ pi
culoſe temtaretur ſācto viro ī
dicare. A quo multis ſermoni
bꝫ confortatus. cū temtatō nō
ceſſaret. tādem de perſeuerantia
deſperatus ait. Ecce iam recedo.
diutius qđ patior ſuſtīere nō
valeo. Et ſcūs. Expecta me in
quit. donec vadā ad eccleſiā et
orem. Et promiſit. Feſtinante
viro dei ad oratorium. ille con

cito curſu rediīt ad ſeculum. ti
mens eius ſanctis oratōnibus
retineri. Reuerſus venerabilis
ſacerdos ab oratōne. cum non
inueniſſꝫ quē reliqueāt in ꝓba
tōe. gemēs ait. Non ē oībꝫ da
tum ſcilicet ut perſeuerent ī or
dine ¶ Nouicius. Stupenda
ſunt que audio. Prior de quo
ſupradictū eſt Clareuallis. in
ſua et a ſua peruerſiōe cōuertit'
Adoleſcens iſte in ſua conuerſi
one peruertitur. Quid tibi de
hijs ſentiēdum videatur edici
to. Monachꝰ. Dico ſicut dixit
quidā ſanctꝰ. Nō ē omnibꝫ da
tum. In illo manifeſta dei miſe
ricordia p̄dicatur. in iſto occl'
tum dei iudiciū formidetur. Mi
ſerebor ait cui miſerebor. Nō eſt
volentis neqꝫ currētis. ſꝫ miſe
rētis ē dei. ¶ Nouiciꝰ. Procede
ergo. qa expediri volo. quo in
ſtinctu. quibus ve occaſiōibꝰ
homines ſeculares cōuertan
tur ad ordinem. ¶ Capit'. v.
¶ Monachus. . . .
Multe ſunt cauſe conuer
ſionis. Quidam cōuerti
videntur. ſola vocatōne ſiue in
ſpiratōe dei. Alij ſolo iſtīctu ſpi
tꝰ maligni. nōnlli q̄dā leuitate
ai. Plurimi etiā p miſteriū ꝑ ſtitut'
aliorꝝ. videlicꝫ v̓bo exhortatōis.
virtute orōis. exēplo religiōis

Sũt ꝛ innumeri: quos trahit ad ordinẽ multiplex neccitas. i. infirmitas. paupertas. captiuitas. erubeſcētia alicꝰ culpe. periculum vite. timor vel experimentũ pene gehennalis. deſideriũ patrie celeſtis. Talibꝫ cõgruit illud euangelicũ Cõpelle intrare. ¶ Nouicius. Licꝫ hec videantur probabilia. minꝰ tñ ſufficiẽt niſi anexa fuerint exempla. ¶ Monachus. Qꝫ quidã cõuertãtur ſola dei vocatione: ex hoc quod nũc ſbiũgam: poteris exẽplo dinoſcẽ.

Temporibus Cõ ¶ Ca. vi. radi regis Romanoꝝ: cũ ſanctus Bernardꝰ predicarꝫ crucẽ in Leodio: quidã canonicus maioris ecclẽe proſtratus in oratione ante quoddã altare. vocẽ huiuſmodi celitꝰ demiſſam audiuit. Exi ꝛ audi. euãgeliũ reuixit. Qui mox ab oratione ſurgẽs exiuit: ꝛ viꝝ ſanctũ crucẽ contra ſarracenos predicantẽ inuenit. Alios quidẽ ſignabat. alios ad ordinẽ ſuſcipiebat. Qui cõpũctus et ſpũſſci vnctõe intus inſtructus: crucẽ ſuſcepit. nõ tñ trãſmarine illiꝰ expeditõis: ſꝫ ordĩs. ſalubrius iudicãs longã crucẽ imprimere menti: quã breuẽ zonã ad tempꝰ aſſuẽ veſti. legerat ſaluatorem dicẽtẽ. Qui nõ tollit crucẽ ſuam quotidie ꝛ ſeqũtur me: non ẽ me dignus. Nõ dixit vno anno vel duobꝫ. ſꝫ quotidie. Multi poſt peregrinatiões deteriores fiũt: ꝛ priſtinis vicijs ãplius ſe inuoluũt. Hij ſimiles ſũt canibꝫ reuertẽtibꝫ ad vomitũ: ꝛ ſuibꝫ lotis in volutabro luti ſui. Monachoꝝ vita regularit̃ viuẽtiũ tota crux eſt: eo qꝫ in ſingul̃ mẽbris eos obediẽtia crucifigat. ¶ Nouitius. Videris in pferre ordinem peregrinatiõi. ¶ Monachus. Nõ mea: ſꝫ auctoritate eccleſie pfertur. Hꝫ ordo Ciſtercienſis a ſede ſibi ap̃lica indultũ: ut cruce ſignatus: vel voto cuiuſlibꝫ alterĩꝰ peregrinatõis obligatus: ſi trãſire voluerit ad ordinem. corã deo ꝛ facie ecclẽe ſit abſolutus. Qꝫ ſi iſte due cruces. ordinis vicꝫ ꝛ peregrinationis eque eẽnt ſalubres: inderñter fiẽt cõmutatõ alterius in alteruꝫ. Monachus ordinẽ deſerẽs ꝛ crucẽ ſuſcipiens: vel quod tolerabilius eſt ſine pcepto ꝛ licẽtia ordinis eidẽ peregrinatiõi ſe mãcipãs: nõ xpi peregrinus ſꝫ apoſtata iudicat̃. Nouit ſucceſſor Petri: cui ſpãlit̃ cõmiſſe ſũt claues regni celoꝝ: m̃lto fore ſalubrius intus ſp dimicare contra inceſtiua vitioꝝ: quã foris ad tempꝰ aduſus acies ſarracenorum. Quibuſdã tñ conũti volentibꝫ

ſanct9 Bernard9 nō cōſenſit.
ſed cruce ſignari p̄cepit ¶ No-
uiti9 Nō me penitꝫ hāc mouiſ-
ſe q̄ſtionē. qꝛ multum me delc̄at
talē audiuiſſe ſolōnē. ¶ Mō-
chus. Secutus ē iaꝫ fatus cleri-
cus ſcm̄ Bernardū cū ſocō ſuo
waltero ad Claraualleꝫ. facti
qꝫ ſunt ibidē ambo mōchi. Cō-
tigit p idē tempus ut conuētuſ
a Claraualle mittendus eēt in
Alna mōſterium fratruꝫ regu-
lariū: eo q iidem fratres reddē
ſe ordini cōſeſiſſent. Habebat
aūt ſepedcūs Leodienſ mag-
num deſideriū eūdi cū fratribꝫ
ad ipm locū. ſed timuit dicere
patri: verēs ne forte deputaret
leuitati. Conuerſuſqꝫ ad dn̄m
orauit: q̄tin9 ſibi reuelarꝫ quid
facere derꝫ. Et facta eſt vox ad
eū. Pete qđ vis: ⁊ fiet tibi Tūc
accedens ad abbēm ſuū auda-
cter. dixit. Pat̄ ſi eſſꝫ volūtas ve-
ſtra: libent̄ ireꝫ cū fratribꝫ iſtis
Et rn̄dit. Vade cū eis in nomi-
ne dn̄i. Miſſuſqꝫ ē tam ipſe q̄
walterus cū nouo conuētu in
Alna. Nō mlt̄op9 fact9 ē p̄or
in eodē loco. Die q̄dā cū ei vn9
mōchoꝝ de ꝯfeſſiōe ſignū face-
ret: ille eo q ſextā dn̄e nrē pſal-
leret. innuit ei ut modicū expe-
ctaret Interim pulſata ē ſexta
⁊ intrauit chorū vterqꝫ Stan-
te p̄ore in ſtallo ſuo, angel9 do-
mini ut poſtea patuit. in figuā
⁊ habitu eiuſdē mōchi q̄i fu-
rus cōfeſſiōem ad pedes p̄oris
ſe pſtrūit. quē cū leuare vellet
diſpuit. Et reuerſus in ſe p̄or i-
tellexit anglm̄ fuiſſe mōachi
ꝯfiteri volētis: ⁊ confeſſiōis re-
pulſam ſibi q̊dāmō iproperā-
tis. ¶ Nouici9. Valde miror
q angl's ſanctus domi ſic hūi-
liter ſe pedibus hominis pſter-
nē dignatus eſt ¶ Mōchus
Cū nob a p̄latis noſtris nega-
tur. qđ ſaluti noſtre impedē te-
nent. maxime qđ ab āgel no-
bis deputatis vtil'r ſuggerit:
q̄i ipſ in hoc reſiſtitur Angl's
vero homini. tanq̄ celum terre.
tanq̄ auruꝫ luto ſe pſtrūit. ut
ex ipſo facto illius negligētie
exprobrarꝫ. ⁊ timore pcuſſum
de cetō cautiorē efficeret Hinc
eſt q ſaluator in euangelio di-
cit. Ve qui ſcandaliſat vnum
ex puſill' iſtis. Et poſt pauca.
Angli eoꝝ ſēper vident facieꝫ
patris mei: qui in cel' eſt. Ex-
pleta hora canonica: p̄or voca-
to ad ſe monacho dixit ei Mo-
do fac ꝯfeſſiōeꝫ tuā. Cui cū ille
rn̄derꝫ. bn̄ expectabo domine vſ-
qꝫ in craſtinum: in hec verba p-
rupit. Hodie non guſtabo ni-
ſi audiam confeſſionem tuam

Erat.n.hora prandij.Et acq̃e/
uit ille.Ex illa hora p̃or deo p/
miſit:q2 nulla eũ occupatõ.nl/
la occaſio.nõ ĩceptio pſalmi.
neq3 curſus geñtricis dei ab au/
diendis pfeſſionib3 abſtrahẽt.
cũ ſignũ pfeſſiõis viderz.Fr̃is
vero grãdeuus:cũ ꝑpt᷑ corporis de/
bilitatẽ ad p̃oratũ nõ ſufficẽt.
laborem Marthe pmutauit in
q̃etẽ Marie.Vouit enĩ deo ut
ſingul' dieb3 pſalteriũ ex integ°
decantar3:ſicq3 v̓tutib3 plenus
migrauit ad dñm:piũctus ceti/
bus ſãctorũ ãgelorũ.Walter9
compatriota eius:q̃ hec q̃ dcã
ſunt dño Henrico abbi nr̃o re/
citauit:a ipẽ mihi:cũ cupet diſ/
ſolui a eẽ cũ xpõ:dicẽtq3 quoti
die in orõne.Rñ veniã a appaẽ/
bo ãte faciem dei.vox illi dĩna
rñdit.Regẽ in decore ſuo vide/
bũt oculi tui.Qui cũ morẽtur.
ſtella lucida die clara ſup locũ
migratiõis eius appuit:ita ut
in tota illa puĩtia videretur.
¶ Nouitius.Satis credibile
ẽ:q viſio ſtelle illius radiãtis
meritũ deſignauẽit aĩe egredi/
entis ¶ Monachus.Rcẽ mo/
ueris.Hoc aũt ſcias q rariſſiẽ
contigit:ut ſole exñte in ſupio/
ri emiſpio ſtella aliq̃ videatur
Q2 vero ſup moriẽtẽ ſtella vi/
ſa eſt:ſignũ fuit:q ſancta illa
aĩa in magna virtutũ clarita/
te xpõ ſoli iuſtitie coniũcta eſt
¶ Nouicius.Nõ miror ſi deus
eos quos tã euidẽter ad õuſio/
nem vocat:tã excellent᷑ in mor/
te glorificat ¶ Mõachus.Di/
cã tibi adhuc õuerſiõe3 vnius
monachi in q̃ ꝑpendẽ poteris:
q2 ibi ſola opata ſit vocatio ſi/
ue inſpiratio ſpũſſcĩ. ¶ Ca.vij
In eccĩa ſãcte Marie ad grad9
in Colonia erat quidã canoni/
cus noĩe Geuardus:etate ad/
huc floridus:a mũdi vaĩtati/
b3 ſatis deditus.In q̃dã ſolem/
nitate cũ ſtatio eẽt ad eandẽ ec/
cleſiã ſm conſuetudĩe3:affuit
a dñs Euerhardus ſcĩ Jacobi
plebanus.vir iuſtus at3 religi/
oſus:a ꝑpter ſuã ſcĩtatẽ oĩ cĩta/
ti reuerẽdus.Qui cũ veniſſ3 an
oſtiũ chori a intro ſpexiſſ3:cõtẽ/
platus eſt eũdẽ Geuardũ in tõ/
ſura a habitu monachi Ciſter/
cienſis:intra concanonicos ſu/
os ſtantem.a miratus valde
dicebat intra ſe.O fr̃is eſt Ge/
uardus monachus? Et cũ itel/
lexiſſ3 poſtea viſiõe3 fuiſſe:hoc
de illo i corde ſuo iudicauit qđ
poſtea rei euentus ꝓbauit.Et
q2 cõſiliũ dĩne diſpoĩs mutari
non põt:õimmodis ĩ illo pple/
re ncc̃e fuit:qđ de eo deus põn/
dit.Modico elapſo tp̃e idem

iuuenis nō sine multoꝝ ammi ratione valedicens sc̄lo· conuersus est in claustro: factusq; nouici⁹ in eodem cenobio· Qđ cū cognouisset predict⁹ sacerdos Hemenrode venit ⁊ geuarduz visitauit ⁊ q̄d de illo viderit oībus nouicijs recitauit· Hec m̄ dcā sunt a nōno Frederico mōcho· qui tūc p̄ns fuit· cum vir sanct⁹ ista porauit Idē Beuardus postea in tm̄tū pfecit· ut domino Hermāno p̄mo vall' sc̄i Petri abbati succederet· ⁊ non modicum p eū locus ip̄e tā in r̄ligione q̄ꝫ i possessionib; pficeret· Nō si tibi minus sufficerit hec noua exēpla· referaz tibi eciam de verb̄ sc̄i Bernardi testionia satis vera· ¶ Nouici⁹ Que nondum legi audire delectat·

¶ Capitulū· viij· ¶ Mōch⁹

Cum ingressus fuisset aliquādo regnū germanie sanctus Bernardus abb̄s paceꝫ reformatur⁹ int' Lothariū r̄gē Rōnoꝝ· ⁊ p̄decessoris ei⁹ Henrici nepotes maguntin oeum ep̄s Albertus noīe clericum suum Mazhelmū· sic ei nomē erat obuiā ei misit· Qui cū se missuz diceret a dn̄o suo ad seruiendū ei paulisp cum intuitus vir dei dixit Ali⁹ dn̄s te misit ad seruiendū sibi Et cum ille ad verba sancti expauesceret asserens se ab ep̄o missuz· rn̄dit btūs Bernardus· Falleris: maior dominus misit te x̄p̄c· Tunc primū intelligens· quoꝝ sū sermōem vibraret: ait· Putas me monachū velle fieri? Absit a me: nec cogitaui nec ascendit i coꝛ meum· Nihilomin⁹ tn̄ illo rēnuente famul⁹ dei affirmabat oīno fieri debere: nō qđ ipse de se cogitauerit ſz qđ deus de illo disposuit· Qui in eodē conuersus itinere valedicēs seculo: factus est monach⁹ in Claraualle Ecce vbi in isto volūtas cōuertēdi· in quo sola opata est volun tas spiritussancti· ¶ Nouici⁹ Placet qđ dicis: sed dic queso exemplum de hoc: q̄ꝫ quidam econuerso conuertātur solo instictu spiritus maligni· ¶ Monachus· Exemplum presto ē·

¶ Capitulum· ix·

Legitur in vita iam dicti patris: tempoꝛe quodaz venisse ad Clarāuallem magistrum Stephanuz de vitreio: viꝝ magne sciētie ut putabat̄ grā cōuersiōis De cui⁹ aduentu cum tota vallis exultaret: psonam tanti viri considerās beatus Bernard⁹ in hec verba prupit· Dyabolus eum adduxit Solus venit: solus reuertetur

Ad hoc.n.venerat:ut quoſdã
nouicios quos in lr̃atura ipſe
informauerat:ad ſclm reduce
ret. Ne ſanct9 pr̃ ſcãdalizaret
puſillanĩes:hoiez recepit:quẽ
nõ pſeueraturz ſciebat:ut noui
ti9 fiẽt conſẽſit. Ac ſpũs malig
n9 cum toto illo anno p os fui
mancipij in aure nouicoz̃ ſibi
larz:nec pficeret:quẽ ad illoz
ruinã adduxerat:ſolũ ƀm pro
plxtiã viri dei cum multa cõfu
ſione reduxit. Audi et aliud ex
emplũ de vicino. ❡ Ca.x.

Venerũt ad nos duo ſac
dotes gyrouagi igreſſũz
petẽtes:de quoz pſeuerãtia cũ
pene nulla eſſz nob̃ ſpes:nega
tũ eſt eis qđ poſtulabãt. Vno
diſcedẽte alter cui nom̃ eãt Bo
ſwin9:importũitate ſua vt reci
petur obtinuit. Qui vix p ſex
ebdõdas in pbacõne ſtetit. Et
nocte quadã infra matutĩas
eius mãdatis:q̃ eũ adduxerat
obediẽs cũ furto receſſit ❡ No
uicius. Forte ſimplici intẽtiõe
venit. ❡ Monachus. Nequaq̃.
Cũ adhuc cũ ſocio ſuo eſſz in
hoſpicõ:et patẽtetur difficultatẽ
in recipiendo:dicebat alt̃ ad al
terz. Sine. ſic; mõ nob̃ ſint gr̃
ues:tñ eos dĩcipiem9. Hoc q̃dã
conuſoz̃ nroz̃ ill' ignorãtib9
audiuit. Nõnullos conuerti

ex quadã leuitate animi ſepi9
expertus ſum. ❡ Ca.xi.

Venit ad nos adoleſcẽs q̃
dã canonicus in Coloĩa
magis vt poſtea rei exitus pba
uit:ex quadã leuitate mentis:
q̃ deuocõe conũſiois. Qui ſu
um nobis apiẽs ppoſituz iuue
nibus nris maxime nõ puuz fe
cit gaudiũ. Dñs Heuard9 ab
bas nr̃ itelligẽs ſolã in cã eẽ le
uitatẽ: eoq; deluſiſſz veſtimeñ
ſua:ſola quippe tunica idutus
venit.cũ tñ ſatis rogaretur ſuſ
cipe iuuenẽ:non ↄſenſit. Qui
mox eadẽ via q̃ venerat rediit.
nec aliqñ poſtea alic9 ↄũſiõis
mencõem fecit. ❡ Ca.xii.

Alius quidã adoleſcens
bñ natus et diuitũ filius
ad nos pntibus ignorãtib; ve
nit:et ut recipet' facile optinu
it. Nolo.n.noĩa tã huius q̃ ſu
pra dcĩ exprĩme:ſperans adhuc
eos reuerſuros:ne forte ex hoc
patiant' ↄfuſiõez. Factus itaq;
nouicius vix trib; vel q̃nq; die
b; elapſis venert amici eius do
lẽtes:et ut reuertet' ad ſeculuz
plurimũ verb̃ exhortãtes. No
uerant eũ quãdã ſumã pecuĩe
pdidiſſe:neſcõ quo ludo:et ma
gis ex dolore q̃ deuotiõe conũ
ſũ. Et cũ nõ pficẽnt:ſuaſert ut
debita ſua ſoluẽt:et ſtatũ rediz

Sicq; nō vi ſ; dolo ab amicis extractus non ē reuerſus. Et cū ſolemne votū feciſſ; int' man9 dñi abbis. et ꝑpt' hoc corā clero ab eo tractus fuiſſ; in cām: per lrās legati aliiſq; modis q̄b9 potuit ſe defendit. Aſſerēs ſe cō uerſū ex q̄dā leuitate et turba cōne animi. qḋ ſi verū nō eēt: exemplum dñi Herici abbis nri imitatus fuiſſ; ¶ Nouici9. Hoc quid ſit audire delcāt. ¶ Mōchus. ¶ Cap. xiij.

In eccīa Bunenſi idē; Hericus canoīcus fuit: p̄les bn̄s red di tus. Inſpirāte deo fallax ſecl'm occulte deſeruit: et deſiderio ordinis Ciſtercienſ accenſus ad domū nrām cōuerſiōis grā venit Cū adhuc eſſ; in hoſpicō duo milites frēs eius fugam eius itelligentes: et ſicut homines ſeculares carnalia ſpūalib; et tēpalia eternis ꝑponētes. vnde gaudere debuerāt turbati ſunt Et concito gradu veniētes premiſerūt puer; : qui ei q̄i ex pte mris loq̄retur: ut tali occaſiōe a cōuentu abſtrḣeret. Quē cū in locū inſidiarū iḋ puer duxiſſet accurrētes milites: vi equo iniectū nolētem et reluctātem cū dolore toci9 cōuentus reduxerūt. Nōdū em̄ hitū induerat. Per aliqḋ tēp9 cū eis cōmoratus: cū iā ſecuri eēnt de eo iterū fugit: induto q; hitu ſpe; toci9 reuerſiōis eis excluſit. Nō iſte fecit ſic duo ſupiores: q; nō leuitatis viciū ſ; virtus oſtātie i conūſiōe fuit. Hoc exemplum et alia q̄dā q̄ hic edificacōis cā ſcriptur9 ſū. in omeliis moalibus. de infantia ſaluatois po ſuiſſe me memini. ¶ Nouici9. Puto graue eē pctm̄ nouicius redire ad ſcl'm. ¶ Mōchus. Quāta ſit culpa facile ꝑpendi tur ex pena.

¶ Capitulum. xiiij.

Prius q; veniret ad ordinē in eccīa ſcē Marie ad gradus in Colōia canonicus q̄dā fuit. qui valedicēs ſcl'o religionis hitū in Hemenrode ſuſcepit. Nomē iuuenī leonī9 et eāt in bn̄ notus hēbat hic frēs milites in ſcl'o ſatis potētes Qui cog̃ta eius o'uſiōe turbati ſūt: veniētesq; ad clauſtrū multis verb ſuaſert ut redir; ad ſcl'm ordinis auſteitatē ei proponētes Et quia obligatus erat debitis aiebant hoc racionabile. ut rediret. Debita ſolueret. ſicq; reuertēs ſine q̄rela domino ſeruiret Et promiſerunt q; eum reducerent. Quorum verbis miſer ſeductus exire cōſenſit. inimici laqueos obſeruans

Q̊d videns Hermān⁹ abb̄ ige
muit ⁊ cū mlt̄a cord̄ dolore mi
litib; dixit Hodie frēm vrm̄ eiĳ
ciētes de padiſo. depōitis ī infer
no. Reuerſus ad p̄dendā ſuā;
deterior fc̄us eſt q̄ p̄us. magis
oprā dans explēdis viciĳs q̄
ſoluendis debitis. Poſt annos
aliquot grauit̄ infir̄tus. iuſto
dei iudicō ex nimietate infirmi
tatis in furorē v̄ſus ē. Quē cū
ſui moueret̄ de cōfeſſiōe ⁊ de ſa
cra cōmuniōe. verba ſalutis nō
intēdit. ſ; q̄ſdā mulierculas cū
quib; ſanus peccauerāt. ꝓpriĳs
noīb; crebrius vocitauit. Scīs
ſis etiā catul̄ carnes illoꝝ cali
das. q̄ſi ꝑ remedio capiti eius
nudo īpoſuerīt ſ; nihil ei ꝓfuerīt
Nō ei poterāt carnes rabide. ſe
daē penā apoſtaſie. Audi ⁊ ali
ud exemplū de alio nouicō.

Miles quidā ¶ Ca. xv
Hēnecō nomine de villa
Palmirſdorp oriūdus. mecū
in ꝓbacōe nouici⁹ fuit. Vir q̄
dā etate grādeu⁹. ſ; circa ꝓpoi
tū religiōis min⁹ deuotus. mlt̄
tis modis tētatus ⁊ in temtati
one victus cū non acq̄eſceret
ꝯſilio frm̄ ſicut canis ad vomi
tū. ſic miſer reuerſus ē ad ſclm̄
Secūda vice id actitās p̄uen
tus infirmitate. in domo ꝓpa in
habitu ſeculari diem clauſit extre
mū. nullū p̄nie demrāns indici
um. Qui cum moreretur tātus
fuit cir̄ domū flatus vētoꝝ. tā
ta ſuper tectū multitudo coruo
rū. ut excepta vna vetula ōnes
de domo territi fugerēt. ⁊ mori
entē deſererent. Ecce q̄li morte
moriūtur qui a deo recedunt.
¶ Nouici⁹. Puto q̄ flat⁹ ille
ventoꝝ ⁊ turba crocitātiū cor
uoꝝ. euidēs fuerit ſignū p̄ntie
demonioꝝ. ¶ Mōchus. Plane
ita eſt. ait eni̅ ſaluator. Nemo
mittēs manū ad aratꝝ ⁊ reſpi
ciēs retro: aptus eſt regno dei.
Miles iſte q̄ ꝑ apoſtaſiā ret⁹
ſpexit: de culpa nō penitēdo. mi
ſtris gehenne gaudium fecit.
¶ Nouiti⁹. Si tāta ē culpa
nouitio redire ad ſeculū. q̄d ē
q̄d ſcūs Bn̄dcs p̄cepit. ut ple
cta regula nouitio ī hec verba
dicatur? Ecce lex ſb̄ q̄ militare
vis. Si potes obſuare ingrede
re. ſi n̄ potes lib̄ diſcede ¶ Mō
ch⁹. Mauult ſcūs p̄r int̄ duo
mala nouitiū diſcedē tpe ꝓba
cionis. q̄ iā mōachū poſt diē;
ꝓfeſſiōis Vn̄ eum liberū vocat
a loco: nō a voto Vt eni̅ taceā;
de hĳs qui iā habitū religiōis
induerūt q̄ ſemel ac ſecūdo i fa
cie capituli ſtabilitatē ſuā ꝓmi
ſerūt ſecularib; ꝑſonisq̄ ſolo v̄
bo votū fecerūt int̄ man⁹ abb̄is

nequaq̄ licitum eſt vitā ſclʼa
rem ſectari: vel matrimonio li
gari. Circa nouiciū in ncc̄itate
ꝯſtitutū dominꝰ papa diſpenſat: ut ad
ordinem trāſeat mitiorē. ſ; nō
ꝑmittit: ut ad vitā redeat ſclʼa
rem. Ex hijs que dicta ſunt di
noſcere poteris quoſdā ꝯuer
ti ſola vocacōe dei alios ſolo in
ſtinctu ſpiritus maligni. non
nullos quadā leuitate animi.
Qꝫ autē quidā ꝯuertantur per
miniſteriū alioꝝ ſc̄tū eſt. q̄ ſic
olī in tabnaculo dei cortina trax
it cortinā: ita hodie ī ecc̄ia dei
fratʼ trahit fratrem: et hoc trib;
modis. Sermōe videlic; oratiō
ne. exemplo religiōis. Ecce fu
niculus triplex qui difficile rū
pitur ¶ Nouicius. De hijs ex
empla requiro. ¶ Monachus.

¶ Capitulū. xvi.

IN Claraualle an̄ hos vndecim
annos monachus quidā Heri
cus noīe defunctus ē vir grāde
uus et ſanctus. Corꝑe quidē
contractus et ꝯfractus: ſ; corde
multum diffuſus ac dilatatus
Multas hic habebat a deo ꝯſola
cōes: ꝑlimas reuelacōes: ſpū
pollens ꝓphie: nllʼius expers ſpi
ritualʼ grē. Venerabilē hunc
virū tp̄e gn̄alʼ caplʼi abbes fre
quentabāt: q̄s ꝑlimū ſuis ſer
mōib; edificabat. Huic ſimilia

riſerat dn̄s Heuardus abbas
noſter cui īter cetera narrauit
totum ordinem ꝯuerſiōis ſue
Cū ſc̄tus Bernardus p̄dicaret
crucē in dyoceſi ꝯſtāciēſi: ꝯ
tigit eundē Hericū intereē ſer
moni. Qui cū eēt hō diues et po
tens multa habēs caſtra: et cū
diuicijs infinita crimia: ſ̄ mōe
viri dei compunctꝰ ait ad ip̄m
Dn̄e ſi me non terrēt illa ꝯſue
tudo quā ītellexi eē ī ordine ve
ſtro: ſc; q̄ venientes ad vos in
drn̄ter ad diuerſas emittitis re
giōes. ego me vobis redderem
in ꝯtinenti. cui vir ſc̄us rn̄dit.
Ego ſb̄ ꝯdiciōe te nō recipiā ſ;
hoc tibi ꝓmitto. q̄ ſi ī Claraual
le monachꝰ fueris ibi morieris
Audito hoc verbo mox ſe reddi
dit. Factꝰ q; eſt interpres abbis
eo q̄ in vtraq; lingua gallica
videlic; et theutonica multū fo
ret expeditus. Vidēs hoc q̄dā
baliſtariꝰ ſeruus eius hō crude
lis et ꝓnus ad fundēdū ſāgui
nem nimis de domini ꝯuerſiōe
turbatus: telum baliſte ipo fu
it ut ſcm̄ abbē ferirē. Statiq;
ab āgelo dn̄i ꝑcuſſus retrorſū
cecidit. et expirauit. De cuiꝰ tā
repētina morte Hericus territꝰ
et maxie de ꝑdicōe aīe ꝯterſtatꝰ
ſciēs abbis ſc̄itatē et ī ſignis po
tentiam cecidit ad pedes eius:

hūilit᷑ ⁊ cū multa inſtātia ſup
plicās q̄tin⁹ miſeꝝ de faucibuſ
inferni ſuſcitādo libeārꝫ Cōpaſ
ſus vir btūs tā vīnius dolori q̄
alteri⁹ ꝑ dicōi flexis genibꝫ deū
cuꝫ lacrimis exorauit: ⁊ mortu
um celerius ſuſcitauit. Qui ſu
ſcitatus ad ſuſcitātis pedes cor
ruit: ⁊ ut ſe in conūſuꝫ ſuſcipet
cū multis ſuſpirijs petiuit Cui
vir ſāctus rn̄dit. Scio ꝙ na
turalit᷑ ꝑteru⁹ ſis ac diſtortus
nec expedit ut ſis int᷑ rligioſoſ
ſꝫ volo ut cruceꝫ ſuſcipias: mar̄
tranſeas: ut cū ſarracbenis ofli
gēdo citius finiaris. Et fecit ſic.
Cruceꝫ ſuſcepit: mare trāſiuit:
cū inimicis crucis dimicauit: ⁊
in oflictu necatus ad deuꝫ mig̃
uit. Eodē tēpe mulier q̄dā pa
litica clamauit poſt hoiem dei:
ſanitatē ab eo poſtulās. Et cuꝫ
ſeq̄ nō valeret: iā eni p̄ceſſerat
mil᷑tus illius Hericus leuauit
eā i equū ſuū. quā ſacto pn̄tās
bn̄dcōe pcepta depoſuit Que
ſana facta ſtetit ⁊ ꝓprijs pedi
bus gaudēs ad ꝓꝑa remeauit.
Hec ab ore dn̄i Heuardi audi
ui Iſte eſt Hericus q̄ tpe quo
dā ab eodē ſancto prē in ꝑtes
remotiores miſſus: glatie ſub
pedib⁹ ei⁹ fracta lōgius ſ᷑b vn
da tract⁹ mirabilit᷑ eſt illi⁹ bn̄
dictōe reductus Ecce iſte ſ᷑mo

ne cōuūſus ē. Sꝫ q̄d quero ex
empla de remotoꝝ Cū hoc qd̄
de alijs recito impletū gaudeā
in memetipō. ❡ Ca. xvij
EO tēpe quo rex Philip
pus p̄mo vaſtauit dyo
ceſim Colonien̄. cōtigit me cū
dn̄o Heuardo abbate de mōte
ſācte walburgis ire Coloniaꝫ
Et cum me i via cū multa iſtā
cia hortaret᷑ ad ouerſiōeꝫ: nec
ꝑficereꝫ. Retulit mihi viſiōeꝫ il
lā glorīſā Clareuall᷑: in qua le
git᷑. ꝙ quodā tēpe meſſis cuꝫ
conuētus in valle meteret: btā
dei genitrix virgo Maria: ⁊ ſā
cta Anna mr̄ ei⁹. ac ſācta Ma
ria magdalena de mōte venien
tes quodā viro ſācto q̄ ſtabat
ex aduerſo aſpiciēte. in valleꝫ
canē in magna claritate deſcē
derūt. mōachoꝝ ſudores terſe
rūt. flabell᷑ manicarū ſuarū vētū
admouerūt. ⁊ reliqua q̄ ibidē
poſita ſūt. Sermone h⁹ viſio
nis in tn̄tuꝫ motus ſui. ut abbi
ꝓmitterē me nō venturū niſi ad
eius domū grā cōuūſiōis. ſi tn̄
deus mihi inſpiraret volūtatem
Aſtrictus tūc fuerā voto ꝑegri
natiōis ad ſcām Mariā rupis
ſaluatoris. q̄ maxiē me retinu
it. Qua ꝑ menſes tres expleta
nullo amicorū meorū ſciente:
ſola dei miſericordia p̄ueniēte ⁊

ꝓmouente:ad vallē ſacti Pet
veni: et qđ ſmōe cōcepam. no
uici⁹ fact⁹ ope oſtendi. Sil'e
pene cōtigit fratri Berlaco de
Dinghe monacho nrō. ¶ No
uici⁹. Nō erit inutile hiis q̃ ad
huc in ſecl'o ſunt exēpli grā ta
lia audire. ¶ Mōch⁹. .

## ¶ Ca. xviii.

ANte hos tres
ānos dns Hericus qui
nūc eſt abb nr̄. dū vice abbis
de Claraualle viſitaret i Friſia
cōtigit eum hoſpitari in caſtro
cuiuſdā militis nomie Suede
ri. A quo cum multū deuote ſu
ſceptus eſſ;:ut ei cōſuetudinis
eſt:r̄citauit ibi quedā mirifica
que in ordine nrō cōtigerunt
Et cū adeſſ; predictus Berla
cus fili⁹ fris eius militis. cano
nicus maioris ecc̄e in Traiecto
ſicut terra bona ſemen verbi in
agro cordis ſui ſuſcepit: et nō
multoꝫ⁹ fructū ex eo cētupluꝫ
fecit. Qui ſicut mihi poſtea i p
bacione retulit: ex illa hora ꝓp
ter conuerſiōem cepit fluctua
re: et qualit' cōceptum ardoreꝫ
extingueret; diligencius cogita
re. Nacta igitur occaſione ne
notaretur: q̄i ad ſtudium piſi
us perexit vbi cū modicū feciſſ;
tēpus ad nos diuertit: factus
q; nouicius ad ſpūale ſtudiū
ſe cōuertit. Ex hiis duobus ex
emplis patet quoſdā ſermōe
cōuerti: ut impleatur illud Apoc.
Qui audit dicat: veni. Qui au
dit vocē domini ſe vocantis per
internā inſpiracōem: iuſtum ē.
ut et alios vocare ſtudeat p ſer
monis exhortacōem. ¶ Noui
cius. Fateor mihi iſta ſufficere
de ſermone: nunc ꝓcedas obſe
cro de oracōe. ¶ Mōch⁹. Si
cut multos cōuertit exhortacō
ſermonis. ita pl'imos ad ordi
nem trahit virtus orōnis. vn̄
apl's Jacobus dicit Orate pro
inuicē ut ſaluemini. Multum
enim valet oratio iuſti aſſidua
Cui⁹ efficaciā per exempla ſb
iecta pleni⁹ agnoſces. .

## ¶ Capitulum. xix

ACcidit tempe quodam
ut Hericus germanus r
gis Fracie veniret in Clarāuallē
locuturus btō Bernardo ſup
quodam ſeculari negocio To
tum eciam conuētum viſitans
illius ſe oracōnibus cōmenda
uit. Cui venerabilis abbas in
ter cetera vite ſalutaris monita
rn̄dit. Cōfido in dn̄o te nō mo
riturū in eo in quo nūc es ſtatu
ſ; velocit' expimento ꝓbab qn̄
tū tibi iſtorum ꝓſit oracō: q̄s
expetiſti. Qđ eodem die ꝓba
tū ē nō ſine multoꝝ ammiracō
de tāti iuuenis exultātes cōuſiōe

Sui eũ lugebat ꝛ tanq̃ mor
tuũ cerneret ita inconsolabiliter
eiulabat ¶ Nouici⁹ Nõ miror
si cito potuit conuerti. q̃ se abilez
exhibuerat conuersioni ¶ Mõa
chus. Quid si illius conuersionez
magis ascribis ei⁹ meritis q̃
orõnib; iustorum. audi q̃d post
hec actũ sit. Cũ socij ac tota fa
milia Henricũ ut iã dixi deplan
gerẽt. Andreas quidã pisien
sis ex nimia impacia doloris q̃
si in furorẽ versus dñm suũ ebri
um. insanũ. mentisq; ipotẽ. vo
ciferabat. neq; conuicijs. neq;
blasphemijs parcens Et cũ; He
ricus virũ scm̃ deprecaret ut ꝓ
illi⁹ conuersiõe operã daret. Rñ
dit. Ne sis ꝓ illo solicitus aïa
eius mõ in amaritudie ẽ. tuus
est ille. Et cũ repeterz audiẽte
Andrea hoc verbũ. ille sanctã
religionẽ plurimũ abhorrens.
talia in corde suo tacitus volue
bat sic postea ofessus ẽ In hoc
te nunc ꝯ falsũ eẽ ꝓphetã de hoc
enĩ certus sũ q̃d locutus es ver
bũ et non fiet Hoc tibi corã re
ge et pñcipib; et celebri conuẽ
tũ ipropalabo. ut falsitas tua oĩ
bus inotescat Et cũ altera die
recederet mala oĩa mõsterio i
precãs et vallez funditus subrui
desiderãs in ipsa nocte victus
et quasi vinctus trahẽte se grã
et vim faciente spũ dei vix diez
expectare potuit. et ad mõsteri
um reuertens cunctis mirãtibus
alter se exhibẽdo saulũ bt̃o vi
ro se reddidit Ubi q̃so in isto
fuit conuertendi voluntas. siue cõ
uersiõis abilitas? Ecce Andre
as iste q̃tum i ipõ fuit a grã se
auertit sꝫ virtus orõnis sanctorũ
auersũ potenter ouertit ¶ Noui
cius. Mira sunt hec ꝛ stupẽda
et ut osidero iustorum oratio pci
pue pctõrib; est appetenda.

¶ Ca. xx.

In domo nrã q̃dã
mõchus ẽ. qui ad ordinẽ veni
ens germanũ suũ quẽ vnicũ
habuit adhuc oũersiõi ꝓpter
etatẽ min⁹ abilẽ in sc̃lo reliq̃t
Timẽs eũ seculi ipedimẽtis irre
tiri. eiusq; p hoc ouersionẽ ipe
diri. quotidie dñm orauit ma
xime tñ btã; eius genitricẽ. ut
illius suis p̃cib; accelerare dig
naret ꝯuersiõez. cuius in seculo
piculosaz eẽ osiderauit habita
cõnẽ Nouerat pueros a suo ꝓ
posito facile posse auti Attẽdẽs
Pius dñs piũ monachi circa
germanũ studiũ. cordi abbis
imisit ut puerũ susciperet. quem
infra ãnos sine officij sui picu
lo suscipe nõ potuit Ea nocte
q̃ habitũ induit. q̃dã ex sacer
dotib; hmõi visionem de illo vi
dit. Videbatur ei q̃ matrona

pulcherrima ante oſtiū mōſte
rij ſtaret: ⁊ puerū pulcher ī br
chijs teneret. A quo iterroga
ta cuius eēt puer ille: rn̄dit. Fi
lius illius mōchi ē fratrem ei⁹
nomine deſignās. filꝰ qꝫ nomē
nouicij intrātis exprimēs. Et ſic
ipſe intellexit qui hāc viſiōem
vidit: ipſa matrona pulcherrimā
btā di genitrix fuit ſcḋm apoſto
luꝫ. Qui aliū verbo vel exemplo
ad bn̄ viuendū informat: hūc
ꝓ ſcō tanq̄ ꝓprium filiū xp̄o ge
neāt. Qꝫ autem eūdem nouitiū
venerabilꝰ vgo Maria ad oſti
um mōaſterij. q̄ mat filiū dig
nata ē pn̄tare. dedit patenter
intelligē eius conūſionē predi
ctū monachū ſuis orōnibus p
eius magna merita optinuiſſe
¶ Nouici⁹. Satis ex hijs cog
noſco virtutē oracōis. ſup ē ut
cognoſcā a virtutē: q̄ ē in ex° r
ligiōis. ¶ Mōch⁹. Hoc ſcias
qꝫ multi quotidie ſine exhorta
ciōe ſmonis null ſpālibus ad
iuti oracōnibus: p ſola exēpla
religiōis ad ordinē trahūtur
a p quedā ſigna deuocōnis di
ſcipliē vel ſcītatis q̄ vidēt cōuer
tuntur. ¶ Capit. xxi.

FRater Theodericus mōa
chꝰ nr̄ cum adhuc adole
ſcēs eſſꝫ in ſeculo: ſacdotē quen
dā cognatū ſuū iā nouitiū viſi
tare venit. ſꝫ nō ut couertētur ve
nit. ¶ Cōtigit interi frēm mor
tuū ſepeliri. Quo ſepulto cū cō
uentus dcā Añ. Clemētiſſime
dn̄e circa ſepulchrū hincinde
cū multa hūilitate veniā pete
ret. diceretqꝫ. Dn̄e miſerere ſup
pctōre: ita ē compūct⁹. Ita ad
conūſiōem ē acceſſus. ut qui p̄
us a dn̄o Gerardo abbe āmo
nitus cōūti noluerāt. ab illa ho
ra ut ſuſcipetur vix multis pre
cibus optineret. Talem mod
ſue conuerſionis ſepius mihi
recitauit tēpore ſue pbacōnis
Recitauit mihi et frater Ber
nardus monachus noſter: in
Vilario monaſterio ad viſio
nem ſimilis venie primū volū
tatem conuertendi ſe concepiſ
ſe. ¶ Nouitius. Miror qꝫ res
tam modica tam magnā ſalu
tem operatur in anima ¶ Mo
nachus. Quid de hoc miraris
Quātum ad maſſam multum
modica eſt pillula. ſed qn̄tuꝫ
ad efficaciā virtus illius maxi
ma. Omēs corpis venas peur
rit humores ſoluit: et eijcit in
firmū ad ſanitatē conūtit. Si
tāta virtus oſiſtit in pceptiōe
vnī⁹ corpalis pillule. quāē mi
rari debes maiorē eē a iō maio
rē qꝫ ſpūalē i viſiōe vnī⁹ venie
Audi a aliud ¶ Cap. xxij.

Nobilis adoleſcēs dn̄s A
dolphus: nūc ep̄us Oſn
burgenſ: canonicus fueāt ma
ioris ecc̄ie in Colonia. Hic cuꝫ
tpe q̊dam ad campū domū oꝛ
dinis nr̄i veniſſꝫ: ⁊ poſt miſſam
ad oracōnē in oꝛatoꝛio ſtaret
vidit quō mōchi tā ſenes q̄ iu
uenes ad vniūſa currētes alta
ria: ad diſciplinas ſuſcipiēdaſ
nudabāt doꝛſa ſua: humiliter cō
fitētes pctā ſua. Que viſio ſic
mihi q̊dā eius familiaris narra
uit: tm̄ bōni opata eſt in coꝛde
adoleſcētis: ut abire nō poſſꝫ. ſꝫ
ſeculi pōpam contēnens: et to
tū ſe ad deū conūtens: ibid̄ ma
nens ſacrū religiōis habitum
ſuſcipet. In quo tm̄ pfecit: ut n̄
multo tempe poſt: tū ꝓpter no
bilitatē: tū ꝓpter religioſitateꝫ
in predcā ecc̄ia apicē conſcēde
ret ep̄alem ¶ Cap. xxiij.

Noſti Hēricū camerariuꝫ
nrm̄: huiꝰ conūſio talʼ fu
it. Cū eēt clericus ⁊ maioꝛis ec
cleſie in Treueri canōicus: atꝫ
multis alijs ecc̄iaſticis ſtipēdi
is hōratus vel oneratus: tēpe q̊
dā infirtus eſt. Spe igr̄ recupe
rādē ſanitatiſ accepta ſecū pecūia
Coloniā deſcēndere nauigio p
poſuit: ut ⁊ phiſicos q̊ꝝ illic
copia ē ꝯſulerꝫ: ⁊ ex ipſa aeris
mutacōne aliquod remediū p
cipēt. Veniēſqꝫ con̄ monaſteriū
noſtꝝ: loci nom̄ reqſiuit ⁊ ag
nouit. Dicēſqꝫ ſe velle hoſpitari
in mōaſterio pueros ſuos ad
abbēꝫ p eq̄s quibꝫ aſcenderet
p̄miſit: ⁊ accepit. Eadēꝫ nocte
neſcio q̄d vidit: vel q̊ iſtinctu
ꝯuſus fuerit: mane familiā ſuā
flentē cum naue remiſit: ⁊ ha
bitū regularitʼ induens nobiſ
cū permāſit. ¶ Ca. xxiiij.

Fratʼ Gerlacꝰ ſacerdos ⁊
monachꝰ noſter ꝓptʼ ſig
na vniꝰ deuotiōis: quā in q̊dā
mōacho nrō vidit: ſic mihi con
feſſus eſt p̄mū conūſiōis amo
rē cōcepit. Die q̄dam cū mona
chꝰ ille quē bn̄ noſti miſſaꝫ in
eius pochia celebraꝛꝫ: tātam
ſcḋm cōſuetudinē hēbat grāꝫ lac̄
maꝝ: ut Gerlacꝰ q̄ ꝓptʼ miſte
riū ex latere ſtabat: eandē cōſi
derans grām āmirāſ dn̄m gloi
ficarꝫ. Ex illa hora ita cepit or
dinē diligere: ut nō quieſcēt
donec vnus ex oꝛdinis pſonis
fierꝫ. Multa tibi adhuc poſſeꝫ
dicere: de hijs q̄ exēplo alioꝝ
conūſi ſunt: ſꝫ breuitati ſtudēdū
eſt ¶ Nouitiꝰ. Ex hijs q̄ iā au
diui certū eſt: alios cōuerti per
ſmōem exhoꝛtatiōis: alios per
virtuteꝫ oꝛōnis nōnullos ſolo
exēplo religiōis. ¶ Monachꝰ
Dictū eſt ſupius adhuc aliaſ

eē cauſas multiplices: que mł
tis occaſiōes ſunt conuīſionis·
ſcʒ infirmitatem· pauptatem·
captiuitatē· notā alicuius infa
mie· piculū pn̄tis vite· timoreʒ
ſiue viſiōeʒ gehennał pene· ſo
lū deſideriū celeſtis pr̄ie ¶ No
uicius· De hijs p̄cor ut exēpla
ſubiungas· ¶ Monachus· Qʒ
quoſdā cōpellat infirmitas cō
uti quotidie videm9·

¶ Capitulum· xxv

ANte hoc triennīū miles q̄
daʒ Lodewicus nomine
de caſtro Are i acutis laborābat
⁊ vocatus ē domin9 abbas ut i
firmū viſitarʒ· Inardeſcēte ifir
mitate· cū miles idem iā ōnino
eſſʒ deſperatus· monitus eſt ab
abbe ut ſe ordini reddēt· ⁊ vo
tum conuīſiōis ut mos ē verbis
exp̄mēt· Qui ɔſilio acq̄eſcēs·
mox ut ex cōſenſu vxoris inter
man9 abbis ſe reddidiſſʒ· faci
es eius cepit imūtari ⁊ quodā
mō alterari Ita ut pallor verte
ret in cādoreʒ ⁊ color liuidus
ɔficeret in ruborē· cūctis q̄ ade
rāt ſtupētibus ⁊ dei donuʒ i moi
būdo mirātibʒ· Et ut prius dn̄s
adhuc maiſeſti9 oñderʒ· qꝛ ꝓp
ter votū ordis ifirmū diſtuliſſʒ
cepit idē miles ſine ſudore· ſine
ſāguine· ſine ſternutacōe· cōn̄
infirmitatis naturā cōualeſcē·
Qui nō ingtus bn̄ficijs dn̄is
deportari ſe fecit ad mōſteriuʒ
noſtꝝ in quo factus nouicius
⁊ monach9 nō multo poſt mi
grauit ad dominū ¶ Nouici9
Sic ex verb tuis colligo opio
tua eſt infirmū per penitentiaʒ
⁊ oracōnes dies ſuos poſſe ꝓ
longare ¶ Mōchus

¶ Capitulū· xxvi·

NOn hoc dico quia nō cre
do quēpiam poſſe t̄minū
ſibi a deo ɔſtitutum extēdere· ſʒ
mortē qn̄qʒ imminētē euadere
Qđ ſi verꝝ nō eſſʒ· ecc̄ia ſupflue
ꝓ infirmātibus oraret Cū orō
ſancta mortuos ſuſcitet ad vi
tā· cur nō qđ min9 eſt moritu
ris obtiēat ſanitatē? Ezechie[li]
penitentia flenti per Yſaiam a
domino dicitur· Audiui oraci
onem tuam vidi lacrimas tu
as· Ecce ego adijciam ſuper di
es tuos quindecim ānos· Su
per quem locuʒ Haimo ſic di
cit Sciendūʒ vero qꝛ ſicut pro
thoplauſto q̄i ſub condicione
datum eſt ut immortalis eſſet
ſi diuine iuſſioni obediret· Ita
in predeſtinacione dei hij quo
qʒ anni dati ſunt illi ſi innocen
ter viuens minime ſuperbiret
Qui vero propter ſuperbi
am ſubtracti ſunt: propter hu
militatem iterꝝ reſtituti ſunt·

¶ Nouitiꝰ. Vellē mihi iſta q̄ꝛ
ꝓfunda ſunt: ex ſcripturarū te
ſtimonijs aptiꝰ ꝓbari. qꝛ no
dus diuine p̄deſtinatiōis multis
via fuit erroris. ¶ Mōchus.
Nodus diuine p̄deſtinacōis
mihi penitus inſolubil' eſt. Quis
ei nouit ſenſū dn̄i: aut q̄s eius
ꝯſiliarius fuit? Attn̄ que ſupi
us dcā ſūt: ſcripturaꝝ auctori
tate reſerātur. Scūs Job de ho
minis mutabilitate loquēs di
cit deo. Cōſtituiſti t'minos eiꝰ
q̄ p̄teriri nō poterūt. Ecce i hoc
loco habes homini terminū vi
uendi a deo cōſtitutū. ⁊ qꝛ ideꝫ
terminus intrāſgreſſibil' ſit. Qꝛ
vo eūdē terminū qn̄qꝫ q̄s ma
le viuendo poterit preāticipaē
teſtis eſt pſalmiſta q̄ dicit. Vi
ri ſāguinū ⁊ doloſi nō dimidi
abūt dies ſuos. Si nō cōcedit'
eis dies q̄bus viuere poterant
dimidiare: certū eſt illos lōge
infra terminū ꝯſtitutū deficere
Similit' boni bn̄ viuēdo qn̄qꝫ
mentur terminū ſuū p̄uenire:
ſic de vno bono i ōnīū bonoꝝ
perſona dr̄. Raptus eſt ne ma
litia mutaret intellcm̄ illiꝰ: ⁊ ne
fictō deciperet animā illius. Deſi
nant ergo homines ſtulti ſtulta
dicē: ſtulte credē. qꝛ hodie pau
ci ſūt p̄ncipes paucique nobiles
q̄ dies ſuos impleāt: et ad eta
te ſenilē p̄ueniāt. ¶ Quare hoc?
Nimiꝝ qꝛ paupes dep̄dantur:
⁊ paupeꝝ lacrimis an̄ tp̄s ſuf
focātur. Vis ne audire exēplū
de q̄dā tirāno: q̄ qꝛ dies curtare
peccādo nō credidit. liberiꝰ pec
cauit? ¶ Nouitius. Volo ⁊ de
ſidero. ¶ Ca. xxvij. ¶ Mōchꝰ.
Ex relacōne cuiuſdā viri
religioſi cognoui. Lode
wicū lantgrauiū p̄rē Hermā
ni lantgrauij: q̄ an̄ hos duos ā
nos defūctus eſt: in errorē peri
culoſum nō ſolū ꝑpe aie: ſꝫ ⁊ ſb
ditoꝝ ſbſtantie decidiſſe. Qui
cū eēt p̄do ac tyrannꝰ maximꝰ
duras ⁊ plimas in ſibi ꝯmiſſuꝫ
populū faciēs exactōnes: mul
tas eccīaꝝ ſibi vſurpās poſſeſ
ſiōes. Et ꝓpt' hoc aliaqꝫ pluria
mala a viris religioſ corripet'
q̄ ei ꝓpōebant in confeſſiōis pe
nam malorū ⁊ gl'iaꝫ electōrum:
verbū miſerabile rn̄dit. Si p̄
deſtinatus ſuꝫ inq̄t: nulla pctā
poterūt mihi regnū celorū au
ferre. ſi p̄ſcitus nulla bona m̄ il
lud valebūt conferre. Et ſic m̄
dicere ſolitus erat: nōnullꝰ Cō
radus ſenex mōchus noſter de
Thuringie ptib; oriūdus: ver
ſiculū illū pſalmiſte. Celū celi
dn̄o terrā aūt dedit filijs hoim
loco puerbij ad ſuā excuſacōꝫ
arguentibus ſe proponebat

Erat ſiquidem litteratus ⁊ ob
hoc amplius induratus. Et cū
ei dicerent viri timorati. Domī
ne parcite anime veſtre. deſiſtite
peccare ne deꝰ prouocatus pec
catorem in peccatis occidat ite
rū reſpondit. Cuꝫ venerit dies
mortis mee moriar: non illum
potero bn̄ viuendo extendere:
neqꝫ male viuendo preuenire.
Volens illū pius dominꝰ a tā
to errore miſericorditer vocarē
⁊ reducere ad mentē: īfirmita
te periculoſa cepit eum flagel
lare. Vocatus eſt medicus eiꝰ
vir bonus ⁊ diſcretus ⁊ non ſo
lum in phiſica: ſꝫ eciam in theo
logia non mediocriter lr̄atus
Cui princeps dixit. ut vides in
firmus ſum valde: adhibe curā
ut poſſim cōualeſcere. Memor
medicus illius erroris: reſpon
dit. Domine ſi venit dies mortis
vr̄e: non vos poterit cura mea
morti ſubtrahere. Si vero mo
riturus nō eſtis. de infirmitate
iſta: ſuꝑflua erit medicina mea.
Et ille. Quo ſic r̄ndes? Si mi
hi nō fuerit adhibita cure dili
gentia ⁊ dieta ꝓpoſita: potero
tā a meipō ꝙ ab aliis ipitis ne
gligi: et an̄ tp̄s mori. Audito
hoc verbo phiſicꝰ multū hyla
ris effcūs: data occaſiōe r̄ndit
Domine ſi creditis vitaꝫ vr̄am
poſſe protelari virtute medicīe
q̄re hoc credere renuitis de pn̄ite
tia ⁊ operibus iuſticie: que ſūt
antidota anime? Sine hiis aī
ma moritur. ſine hiis ad ſanita
tem que ē in futura vita: nemo
puenit. Conſiderās lantgraui
us pondus verborꝝ: ⁊ ꝙ raciōa
biliter poraſſꝫ dixit ei. De cete
ro medicus eſto anime mee. qꝛ
ꝑ tuam linguā medicinalē deus
liberauit me a maximo errore.
¶ Nouicius. Nunq̄d bene po
ſtea vixit princeps iſte? ¶ Mō
chus. Minime. Promiſit verb
qd̄ nō impleuit factis. Qualis
eiꝰ finis fuerit: cū quāta ſarcina
pctōꝝ obierit: pena tormtoꝝ
illius in ſequētibus te docebit.
Reuertamur igitur ad preceden
tia: quia longam hāc euagaci
onē fecit interrogacō tua.

¶ Capitulū. xxviii.

Sicut multos trahit ad or
dinē medicina infirmita
tis: ita plurimos intrarē compel
lit caminus paupertatis. Se
pe vidimꝰ ⁊ quotidie videmꝰ
ꝑſonas aliquando in ſeculo di
uites ⁊ honeſtas ut ſunt mili
tes ⁊ ciues cogente inopia ve
nire ad ordinem magis ex ne
ceſſitate volentes diuiti deo ſer
uire: ꝙ inter cognatos ⁊ notos
egeſtatis cōfuſioneꝫ ſuſtinere

Cū q̄dā vir honeſtus expone
ret mihi conuſiōis ſue ordinē:
adiecit. Si certe in reb; meis
habuiſſem pſpitatē: nunq̄ ve
niſſem ad ordinē. Noui quoſ
da; q̄ patrib; ſiue fratrib; con
uertētib; conuti rēnuerūt: a cū
cōſumpſiſſent ōnia dimiſſa. tūc
p̄mū venerunt ncc̄itatē pallio
deuocōis palliātes: vel poci⁹
ipſa ncc̄itate virtutē facientes
¶ Nouiti⁹. Nō eſt necē de tali
bus exēpla querē. cū videam⁹
tali occaſiōe plures maxie diu
ſos ad ordinē venire. S; beati
ſūt illi. q̄ diuitias habuerūt et
p xpō illas cōtēpſerūt ¶ Mō
chus. Nō ideo bti q̄ diuitiarū
poſſeſſores: ſ; ideo beati q̄ diui
ciarū contētores Plus placuerūt
deo duo minuta vidue: q̄ mlte
diuitū eleoſine. Scias eciā q̄ſ
da; cuerti ꝓpter erubeſcētiā ali
cuius culpe: ſiue notā qualiſcū
q; infamie. ¶ Cap. xxix.
Iuuenis q̄dam i domo noſtra
nouiti⁹ fuit. quē occaſio hmōi
ad ordinē traxit. Fuerat ſi q̄de;
canonic⁹ cuiuſdā eccīe in Colo
nia. Qui cū feciſſ; dn̄o ſuo clei
co honeſto. cui⁹ tunc tpis com
mēſal erat. furtum licet puum
a a ſeruis illi⁹ dephenſus fuiſſ;
in tm̄tū; erubuit. ut de ſeculo fu
giēs mōſterium nrm̄ peter; atq;
nouicius fiēt. Maluit deo fui
re. q̄ tantā confuſiōe; int ſuos
confrēs ſuſtinere. Ego eode; tē
pore in ead eccīa poſitus cām cō
uerſiōis eius. ut iā dictū eſt in
tellexi. a q̄ ſtabil nō eſſ; talis
cuerſio. ſatis timui. ¶ Ca. xxx.
ALi⁹ q̄dā adoleſcēs ſcimo
niale quādā ipregnaue
rat. ⁊ cōfuſione vrgente ſimlq;
timore. eo q̄ femina nobil for;
conuſus ē in ordie nrō Et quā
dyabolus ei p̄pauerat in ruinā
p occaſiōem facta eſt illi i ſalu
tē Juuene ſupdicto iuſto dī iu
dicō ordine; deſerente. iſte ad
huc pſeuerat. dei ſe mīa conhuā
te. ¶ Nouiti⁹. Vt video nō ē
volētis neq; currētis. ſ; miſerē
tis eſt dei. ¶ Monachus. Ita
eſt. Qz q̄dā eciā conutāt ob pi
culum vite tēpalis. hoc exēplo
doceberis. ¶ Ca. xxxi.
EO tēpe q̄ rex Otto pfe
ctus eſt Romā corōēi in
impatorē. impiū ſupr moſellā
fratri ſuo Herico palatio regē
dum cōmiſit. Hic nobile; quē
dam virū p̄done p iuditiū capi
tali ſētentia damnauit. Adue
nit Daniel abb. ſconauie. ſuis
q; p̄cib; apud palatinū optiu
it. ut ei liceret viuē. ⁊ deo p pec
catis ſuis in ordine Ciſtercieſi
ſatiſfacē. Sic hō p ſuis ſceleib;

mozti addictus: per gratiam
conuerſionis euaſit ſententiā
dampnacōis. Frequenter huic
ſimilia audiui: ſcilicet ut homi
nes flagicioſi p ſuis criminib9
varijs ſupplicijs deportati: bn̄
ficō ordinis ſint liberati ¶ No
uicius. Licet hec videantur mi
nima: nō tamē ſunt paruipen
denda: eo q ſint edificatoria.
¶ Monachus. Quibus hec
videbuntur minima: audiant
de hijs quos timor pene gehē
nalis ↄuertit: magna atq; ter
ribilia.

¶ Capitulum. xxxij.

ANte hos annos viginti
quatuor abbas quidā
Morimūdis fuit quem talꝭ ne
ceſſitas ad ordinē traxit. Que
de illo dicturus ſum: ex relacio
ne domini Hermāni abbis lo
ci ſancte Marie cognoui: qui
eundem abbatē vidit. Loquē
tem audiuit. atq; geſtus illi9
diligētius: utpote qui mortu
us fuerat ⁊ reuixit. ↄſiderauit Cū
eſſet iuuenis cum ceteris ſcola
ribus ſtudebat Pariſi9 Qui cū
eſſ; duri ingenij labiliſq; meo
rie. ita ut pene nihil poſſ; cape
re vel retinere. ab ōmibus irride
batur. ab oībus p ydeota iudica
batur. Vnde cepit turbari mꝉ
tiſq; doloribȝ cor ei9 affligi Cō

tigit ut die quadā infirmaretur.
Et ecce ſathā affuit qui diceret
ei. Vis mihi facere hominiū. et
ego tibi dabo ſcientiā omniū
lrārum? Audiens hec iuuenis
expauit. et dyabolo talia ſug
gerenti reſpōdit. Redi p9 me
ſathanas. qz nunq̄ eris domi
nus meus. neq; ego homo tu9
Et cum ei nō acquieſceret. ma
num illius quaſi violēter ape
ruit. lapidēq; imponens dixit.
Quā diu concluſū tenueris la
pide iſtū in manu tua. ſcies om
nia. Recedente inimico iuuenis
ſurrexit. ſcolas intrauit. queſti
ones propoſuit. ↄneſq; diſpu
tando ſupauit. Mirati ſūt om
nes. vn̄ p ydeota tāta facūdia no
uitas tā inuſitata. Ille vero ne
gociū celatum habuit. nec ali
cui hoīm cauſā tāte ſciētie expo
nere voluit. Nō multo p9 infir
mari cepit vſq; ad mortē. vo
catus ē ſacerdos qui eius audi
ret cōfeſſionē. Qui inter cetera
eciā ↄfeſſus eſt. quomō a dya
bolo recepiſſ; lapidem ⁊ cū la
pide ſciā. Rn̄dit ſacerdos. Pro
ijce mihi artē dyaboli. ne expſ
ſias ſāe di. Territus ille lapidē
quē adhuc manu tenebat pie
cita cū lapide fallacē ſciā; depo
ſuit Quid plā? Defunct9 ē clei
cus ⁊ corpus ei9 poſitū i eccīa

ordinatis circa feretrū ſcolaribꝫ q̄ more xpiano pſalmos decā tarent. Demōes aīam tollētes et ad vallem pfūdā terribilē ꝫ fumūqꝫ ſulphureū euaporātē ꝫ illam portātes. ordinabāt ſe ex vtraqꝫ pte vallis. Et q̄ ſtabāt ex vna pte aīam miſerā ad ſili tudinem ludi pile pijciebant. alij ex pte altera p aera volantē manibꝫ ſuſcipiebāt. Quorū vn gues ita erāt acutiſſimi. ut ac⁹ exacuatas omēqꝫ acumen ferri incōpabilit̄ ſuparēt. A q̄bꝫ ita torquebat̄. ſic poſtea dicebat cū eā iactarēt vel excipent. ut il li tormento nullū genus torm̄ ti poſſꝫ eq̄pari. Miſertus illius dn̄s miſit neſcio quā celeſtē p ſonā virū magne reuērētie. qui demoībꝫ tale nuntiū deferebat Audite. p̄cipit vobis dn̄s altiſ ſimus. ut animā a vobꝫ deceptā dimittatis. Mox om̄s inclinā tes ſil̄ animā dimiſerūt. nec eā āplius tāgere p̄ſumpſerunt. Que reuerſa ad corp⁹ mēbra exāiata viuificauit. viuificata erexit. ſcolares circūſedētes i fu gam vertit. Deſcēdenſqꝫ de fere tro dicebat ſe viuere. et q̄d vide rit. q̄d ve audierit. magis opē q̄ ſmōe manifeſtauit. Nā ſta tim ōuerſus in ordine Ciſterci enſi tā rigidus fuit ſibi. taꝫ du rus caſtigator corpis ſui. ut oī bus q̄ eum videre poterāt patē ter daret̄ intelligi. q penas ſē ſerit purgatorij vel poci⁹ infer ni. ¶ Nouicius. Expediri vellē vtrū loc⁹ in quo tormentabat̄ infra methas fuerit inferni. ſiue purgatorij. ¶ Monchus. Si vall̄ illa pertinebat ad gehēnaꝫ cōſtat eius cōfeſſiōem fuiſſe ſñ cōtritione. Q3 ſatis ex hoc p batur. eo q maxime penā illaꝫ teſte celeſti nūcō ſuſtinuit p pter ōſēſuꝫ retēti lapidis ¶ No uicius. Nunq̄d dicendus ē eo in cōſeſiſſe. ¶ Monachus. Nō vt ei faceret dominiū cōſēſit ſꝫ in tm̄ conſēſit: q non ſtatī lapidē de manu iactauit. ſed aduſum ſcōe diligētiſſime reſuauit Cir ꝗ ecīā tāto afficiebat̄ amo re ut nec q̄dem ī infirmitate de ponēt. ſed cū dolorē ad imperiū ſacerdotis pijceret. Si eū dixero fuiſſe in purgatorio. ſuſpecta ē in abſēcia ſactorū angelorū. et p̄ncia demonū. q̄ animā egreſ ſā ſuſcipiebant. ſuſceptā dedu cebāt. Deductā tam crudelit̄ ex torq̄bāt. Dicebat mgr̄ Rudol phus ſcolaſticus Colonienſ. in cuius ſcolis et ego frequenci us erā q demones animā eiꝰ de corpis ergaſtulo egredietē nunq̄ tangerent. Sꝫ bti āgeli

ad loca purgatorij: ſi tam dig na eſſz purgatorio deportaret Tali .n. exeplo vtebatur. No dex; ait. ut carbonarius purgz aurum: ſed aurifex Poſtea vero propter meritu vite ſuſcitatus factus eſt abbas i Morimū de ivna de quatuor pmis domib; vir ſanctus a iuſtus. De q cu interrogaſſem pdictum Her manum abbatem: ſi viderit il lum aliquando ridentez. quia de reſurgentib; dicitur q ridē nō ſoleant. Reſpondit. Sciaſ me hoc ipm in illo conſideraſſe nec potui deprehendere i geſtib; eius nutu quidem leuitatis tā te erat grauitatis. tāte lōga ni mitatis. Nūq illū vidi. ne q̄de ſubridentem: neq; verba leuita tis pferentem. ¶ Nouici9 Mi ror ſi aliquid dixerit de forma a virtute anime. ¶ Mōach9 Eciam aſſerebat animā ſuā fu iſſe tanq vas vitreum a ſpicu oculatā retro a ante plurimū habuiſſe ſcientie: vidiſſe vnū ſa. Nam ſcolaribus circa fere tru; ſedentibus quecūq; actita uerāt: manifeſtauit. Vos inqt teſſerib; luſiſtis. vos inuice; ca pillis vos traxiſtis vos diligen ter pſallebatis. ¶ Nouicius. Valde me letificat q vir iſte q̄ corpe exutus tanta in penis vi dit. tanta audiuit. ceteris reli gioſ ordinibus omiſſis. ordi nem noſtrum intrare voluit. ¶ Monachus. Merito letifi cāe te debet. ſed aliud tibi dicā quod eandem tuam leticia; ge minet. ¶ Ca. xxxiij.

Duo iuuenes ſicut didici lectōne nō relacōe. apd toletū ſtudebant i nigroman cia. Accidit ut vnus illorum vſ q; ad mortē infirmaretur Cui cū moritur9 eſſz rogauit alter. ut infra. xx. dies ſibi appareret. Et pmiſit. ſi tam ſibi cōcederet Sedēte eo die q̄dam in eccl'a coram ymagine btē virginis. a pſalmos p aīa illius legen te. affuit miſer ille mirirum9 gēi tib; ſua indicās tormēta. Quē cū interrogaſſz vbi eet vel q̄uo ſe ret. rn̄dit. Ve mihi q eterna lit' dānatus ſū pter artē quā didici dyabolicā. q ruea mors aīe ē. ſic tytul9 eius oñdit. Cō ſulo āt tibi tāq ſocio meo vni co: ut ab hac execrbili ſcia rece das: a vitā religioſā ſectando do p pctis tuis ſatiſfacias Quē cū viu9 interrogaſſz. ut tuc ore; ſi bi viā viuēdi oñdēt. Iter; rn̄t No eſt via ſecurior. q ordo Ci ſtercienſ. neq; int' oē gen9 hōi nū paucōres deſcēdūt ad iferos q perſone religionis illius.

Retulit ei et alia plurima: que cauſa breuitatis omitto eo quod in libro viſionum Clareuallis ſcripta ſunt. Iuuenis vero mox renuncians nigromantie factus eſt nouitius: ac deinde monachus in ordine Ciſterc ienſi ¶ Nouicius. Fateor in hoc facto leticia cordis mei geminatam ¶ Monachus. Quia in ore duorum vel trium ſtabit omne verbum: vis audire de tercio clerico pene ſimili modo conuerſo? ¶ Nouicius Volo ac plurimum deſidero.

Narrante miſſe ¶ Ca. xxxiiij

Nper ipius ſene monacho noſtro Conrado: qui pene centenarius eſt cuius ſupra feci mencionem: didici quod refero Ipſe quidem de Thuringia oriundus et in armis ab con ſueſione exercitatus: multa nouit de actibus Lodewici lantgrauij de quo ſupra capitulo xxvij loga texui narrationem. Hic cum moreretur duos filios reliquit heredes Lodewicum ſcilicet qui in prima expeditione iheroſolimitana que facta eſt temporibus Frederici imperatoris defunctus eſt. et Hermannum qui eidem in principatu ſucceſſit: qui nuper obijt. Lodewicus vero qui ſatis erat tractabilis et humanus: et vt verius dicam ceteris tirannis minus malus: tale exitum propoſuit. Si modo aliquis eſſet inquit qui veris indiciis vera mihi de anima patris mei dicere poſſet: bonam curtim a me reciperet. Audiebat hec miles quidam pauper: qui fratrem habebat clericum in nigromancia: quamque ſatis expeditum. Cui cum verba principis indicaſſet reſpondit ille. Bone frater dyabolum aliquando per carmina vocare conſueui: ſuſcitabar ab illo quo volui diu eſt: quod eius colloquijs artibusque renunciaui. Inſtante milite oportune importune: ad memoriam ei reducens propriam paupertatem: promiſſumque honorem: precibus eius tandem clericus victus demonem vocauit. Vocatus quid vellet inquiſiuit. Reſpondit clericus. Penitet me tanto tempore receſſiſſe a te. Indica mihi obſecro vbi ſit anima domini mei lantgrauij. Ait demon. Si vis mecum pergere: ego illum tibi oſtendam. Et ille libenter illum viderem: ſi ſine periculo vite mee illum videre poſſem. Cui dyabolus. Iuro tibi per altiſſimum et per tremendum eius iudicium: quod ſi fidei mee te commiſeris: incolumem te illuc ducam: huc que reducam. Ponens clericus propter fratrem animam ſuam in manibus ſuis collum demonis aſcendit: quem intra breue tempus ante portam inferi depoſuit. Introſpiciens clericus contemplatus eſt loca nimis horrenda. penarumque diuerſa genera et demonem quendam aſpectu terribilem ſuper opertum puteum

reſidentem. Clericus ut hec vi
dit totus cõtremuit. Et clama
uit demon ille ad demonẽ baiu
lum. Quis eſt ille: quem te
nes in collo? Adduc eum huc
Qui reſpõdit. Amicus noſter
eſt: et iuraui ei per virtutes tuas
magnas quod eum nõ lederem. ſed
animam lantgrauij domini ſui
oſtenderem. ſanumque reducerem
ut omnibus tuam immenſã pre
dicet virtutem. Ille vero ſtatim
operculum igneum cui inſedit
amouit: et tuba enea puteo im
miſſa tam valide bucinauit. ut
videretur clerico totus tremere
mundus. Poſt horam ut ei vide
batur. nimis longã: puteo eru
ctuante flammas ſulphureas
lantgrauius inter ſcintillas aſcẽ
dentes ſimul aſcendens. viden
dum ſe clerico collotenus pre
buit. Ad quẽ ait. Ecce preſto
ſum miſer ille lantgrauius quõ
dam dominus tuus. et vtinam
nunquam natus. Cui clericus. Miſ
ſus ſum a filio veſtro: ut ei renũ
ciare poſſim de ſtatu veſtro et
ſi in aliquo poteſtis iuuari. mi
hi dicere debetis. Reſpondit il
le. Statum meum bene vides.
Hoc tamẽ ſcias quod ſi filij mei re
ſtituere vellẽt tales poſſeſſiões
taliũ eccĩarum propriis nominibus
eas exprimẽs: quas mihi iniu

ſte vſurpaui: et ſub tytulo herẽ
ditario ipſis reliqui. magnum
anime mee cõferrent remediũ
Cui cũ clericus dicẽt. domine nõ
credent mihi. rñdit. Ego dicam
tibi ſignum. quod nemo nouit pre
ter me et filios meos. Accepto
ſigno. et lantgrauio eo viden
te puteo imerſo per demonem redu
ctus ẽ. Qui licet vitã nõ perdi
derit ita tñ pallidus et lãguidus
rediit: ut vix agnoſceretur. Ver
ba patris filiis retulit: ſigna oñt
ſed modicũ illi profuit. Nõ in hoc
oſẽtire voluerũt: ut poſſeſſiões
reſtituerent. Reſpondit tñ Lo
dewicus lãtgrauius clerico. Sig
na cognoſco prẽ meũ te vidiſ
ſe nõ dubito: propoſitũ tibi premi
um dare nõ rẽnuo. Ad quẽ il
le. Dñe curtis veſtra vobis mane
at: ego cogitabo quid aĩe mee
expediat. Relictiſque omnibus
factus eſt monachus in ordine
Ciſterciẽſi cõtẽnẽs oẽm laborẽ
ſuſtinere tpalẽ: dũ mõ penam
euaderet eternam. Ecce habes
tria exempla: quod quidã cõuertã
tur tĩore vel viſione pene ge
hẽnalis. Poſſem tibi de hiis ad
huc plura dicẽ: ſed in aliis diſtin
ctõibus illa tibi propono differẽ
Nouitius. Si talia hoĩes vidẽ
poſſent: puto quod tã libẽ nõ pec
carẽt. Monachus. Ita ẽ ut dicis

Audi adhuc qđ ſupeſt exem
plū videlicȝ: ꝙ quoſdā conūti
cogat n̄ moꝛſus ɔſcīe: ſꝫ amoꝛ
conſuande innocētie et deſideri
um celeſtis prie. ¶ Ca. xxxv.
In mōſteio ſcī Pātaleonis in
Colōia: qđ eſt ingri oꝛdinis
mōchoꝝ: nuuēis q̄dam fuit no
mine Godefrid9 puritatis exi
mie: int' frēs ſuos ſine q̄rela cō
uerſatus: ſm diſciplinā oꝛdis
illius. Et qꝛ ſcriptū ē Juſtus iu
ſtificet' adhuc. et ſanct9 ſāficē
tur adhuc: de ſidio ſupne vite
accēſus idē Godefrid9 ⁊ qꝛ ſm
regule mandatū viuē nō poſſꝫ
cōſiderās venit ad nos hūilit'
et inſtant' ſupplicās: ut frm col
legio iūgi merēt'. Timēs abb
nr̄ magis in eā eē leuitatē ꝙ de
uocōnē eū heu ſuſcipe nō acq̄ e
uit. Paſſus a nobis repulſam
Vilariū venit et qđ petiuit eici
us optinuit. Qui quāte fuerit
religioſitatis. quāte ſcītatis ꝙ
feruēs in oꝛdine p ſacras eius
reliq̄as vſqꝫ hodie dn̄s n̄ ceſſat
ondere. Tpe q̄dā dn̄s Karol9
abb Vilarienſ. q̄ fuerat prioꝛ
nr̄ veniens ad nos duxit ſecum
eundē viꝝ venerābilē. et ſicut m̄
dixerūt q̄ viderūt. tantā grāꝫ de
uocōnis ei dn̄s in miſſa otulit.
ut ſtillicidia lacriaꝝ ex ei9 ocu
lis ſup altare vel pect9 eius ſtil
larēt. Que cū interrogarꝫ do
min9 Theodericus de Lureke
tūc nouiti9 quōdaꝫ canōicus
Bunenſ. quo oꝛare debēt. rn̄
dit Nihil de bris in oꝛōne dicē
ſꝫ tm̄ cogitare de ſaluatoꝛis nr̄i
natitate. paſſiōe reſurrcōne et
alijs q̄ nob nota ſūt. Qđ ipſe
frequent' in vſu habuit: hoc et
alios docere ſtuduit. Hebat
et ſpm̄ ꝓphetie: ita ut q̄nqꝫ mō
chis temtatiōes futuras p̄dice
ret. et ut coꝛda ſua p pacīaꝫ p̄
parēt amonēt. Quātas habu
erit conſolacōes. ꝙ mirificas vi
ſiōes. ſolus ille plene nouit q̄
auctoꝛ illaꝝ fuit. dicaꝫ tibi qđ
mihi r̄tulit mōch9 quidā Vi
larienſ de illo Cū eſſꝫ tempe q̄
dā eb domedari9 co q̄ne. et ſab
bato ſm ɔſuetudinē lauarꝫ pe
des mōchoꝛuꝫ. dicto completo
rio cū clauſiſſꝫ oratoꝛiū. eāt. n.
ſacriſta. appuit ei ſaluatoꝛ lin
theo p̄cinctus et peluiꝫ in manu
tenens. Et ait ad Godefriduꝫ
Sede ut lauem pedes tuos. eo
ꝙ dudum laueris pedes meos
Qđ cū t'ritus rēnuerꝫ coegit euꝫ
flexiſqꝫ genibꝫ pedes eius lauit
ſicqꝫ diſparuit. Scda feria p9
palmas ſanctas in choro cum
pſalm9. Eructauit coꝛ meū de
uote a conuētu decantaretur.
ecce gl'ioſa dei genitrix Maria

de pſbiterio deſcēdēs: et chorum
more abbatis circuiens mōa
chis benedixit: ſicqȝ int' abbis
et prioris ſtallū exiens qui ad cō
uerſoꝝ chorū ꝑperauit. Exiuit
ille p⁹ eam ut videret quo iret
ſȝ eam videre nō potuit. Stati
neſcio vtꝝ proxiā vel tercia die
infirmari cepit: Et cū laborarȝ
in acutis vſqȝ in paſcha in ꝯuē
tu pſeuerās: dorſūqȝ caſtigacō
nib⁹ lacerās: atqȝ ſacros pan
nos cū ceteris lauans tādē īfir
mitate depſſus: in īfirmatorio
poſitus Qui cū iā agonizaret et
eēt tēpus comedēdi: dixit ei mi
niſter ſuus Inuitus vado come
dere: timens ne interim moriami
ni. Vade inqt ſecurus: ante vi
debo te Qui cum in menſa ſede
ret Godefridus oſtiuȝ refecto
rij aperuit: mōchuȝ reſpexit et
benedixit: ſicqȝ verſus oratori
um tetendit. Territus ille pu
tabat eum miraculoſe ꝯualuiſ
ſe. Statiqȝ pcuſſa eſt ad exitū
ei⁹ tabula: et recordatus eſt in
firmarius: qȝ ei pmiſerat. Nu
dato eius corpe ē ad lauanduȝ
Ita inuenerunt dorſū eius pla
gis virgarū liuidum: vt omēs
mirarentur. Nup p reuelacōeȝ
leuata ſunt oſſa ei⁹: et in ſacra
rio poſita: reſeruanturqȝ p reli
quijs. Ipi gloria qui ſic ad ſe
ꝯuerſos magnificat: cui cū pre
et ſpiritu ſancto honor et imꝑiū
p omnia ſecula ſeculoꝝ Amen.
Multa alia de eo referunt que
ſtudio breuitatis ſupprimo .

¶ Capi. xxxvi ¶ Nouici⁹

Satiſfactum mihi fateor
de cauſis ſiue occaſioib⁹
cōuerſionis Nunc de modo vel
de forma eiuſdeȝ aliquid audi
re delectat ¶ Mōchus Quoſ
dam enim ad cōuerſionem veni
re videmus cū quadā gloria
et oſtenſione ſecularī; alios cū
exhibicōne multe humilitatis
¶ Nouicius. Quod horū eſt
melius? ¶ Mōach⁹ Humilē
cōuerſioneȝ deo placere nemo
dubitat. Oſtenſio aūt alicui⁹
glorie ſecularis ſcdȝ intēcionē
ſe cōuertentis iudicat' Quidā
ꝯuti deſiderātes denouo ſe veſti
unt: cuȝ cognatis et amicis ad
mōaſteriū veniūt ne qi vagi et
pauperes repulſā patiāt'. Alij
vero cum diuites ſint paupta
tis habitū aſſumunt: vt ex hu
militate conuerſionis ampli⁹
mereantur . De quibus tibi et
exēpla ſubiūgā ¶ Ca. xxxvij .

Miles quidā nomīe Vua
lewan⁹ ꝯuti deſiderās: cū
dextrario et armis ſuis militari
b⁹ hemērode vēit armat⁹ clau
ſtꝝ intrauit ſicut mihi retulerunt

Seniores nr̄i qui tunc pn̄tes
erāt: portaio illū ducente ꝑ me
diū chor̄ vadens conuentu in
ſpiciente ⁊ nouā formā conu̇
ſiōis mirante: ſuꝑ altare btē v
ginis ſe optulit armiſqꝫ depoſi
tis in eadē domo religiōis hitū
ſuſcepit. Viſū eſt ei congruuꝫ
ibi miliciam deponere ſecula
rem: vbi aſſumeᷓ ꝯponebat mi
litiam ſpūalem. Adhuc viuit
vir bonus ⁊ religioſus: priꝰ in
ter mōchos nouitiꝰ. pꝰea ob
hūilitatē factꝰ ē conuerſus.

Abbas Phi Ca. xxxviij.
lippus de Otterburg coñ
riū fecit. ſic mihi ꝛtulit canoni
cus quidā Traiecteñ. q̇ tūc tē
poris pn̄s fuit. Hic cū eēt de ho
neſta pntela natus ⁊ maioris
ecc̄ie in Colōia canonicus Ro
dolphū eiuſdē ecc̄ie ſcolaſticū
pſiius legētē audiuit. Diuina
iſpirāte grā: mgrō ſuo ignorā
te ſcolas deſeruit. ⁊ cuꝫ eſſꝫ ado
leſcens delicatus: boniſqꝫ veſti
bꝫ indutus paupi ſcolari ſibi
occurrēti illas dedit. ⁊ vilia ve
ſtimenta illius reīduēs: ad do
mū quādā ordinis nr̄i que bo
naualľ dr̄: veniēs ſe in nouitiū
ſuſcipi hūilit̉ petiuit. Videntes
illū frēs cappa trita atꝫ vetuſta
indutū eſtimātes eū ſcolarem
pauperem ⁊ vagū ſuſcipe rēnue
rūt. Cōſiderans morā repulſe
eē ꝑiculoſā: igreſſumqꝫ ſibi ne
gari: nouiſſime dixit. Si non
ſuſceperitis me forte vos penite
bit: ⁊ cū facere volueritis eē nō
poterit. Tūc demū ſuſceptus ē.
Cognita eius ouerſiōe magi
ſter Rodolphus dolens. cū ſo
ciis quibuſdā ad mōſterium
venit. ſed fūdamentū ſupra pe
trā poſituꝫ moueᷓ nō potuit. Et
qꝛ idem Philippus ſe in conuſi
one humiliauit in tñtum. illuꝫ
dn̄s exaltauit ut multo poſt ei
dē domui abb̄ pficeretur

Tanta ēvtꝰ Ca. xxxix.
hūilitatis vt eiꝰ amoᷓ ſe
pe ad ordinē venētes clerici: lay
cos ſe ſimulauerūt malentes peco
ra paſceᷓ q̄ libros legere. ſatiꝰ
ducētes deo in hūilitate ſeruire
q̄ ꝓpt̉ ſacros ordines vel litātu
ram ceteris precē. Hoc qꝛ ſepi
us in ordine contigit ita ut cō
uerſi fierent mōachi: añ hos q̄
tuor ānos diffinitū ē in caplō
generali: ut tali mō ouerſi ma
neᷓnt inter ouerſos. Eodem an
no quidā veniēs ut puto dya
conus: laycū ſe ſimulās i ouer
ſum ſuſceptus eſt. Cuiꝰ abbs
cum poſtea neſcō quo ꝓdente
ordines intellexiſſꝫ. in ſequenti
capitulo caſum eundē ꝓpoſuit
Et qꝛ viris diſcretis videbatur

omnino abſurdū: ut quis in tā
ſublimi ordine poſitus foret: ſi
ne caractere corōe et ſine ſacro
rum ordinū execucōne: ſenten
tiam mutauerūt. ¶ Nouicius
Non miror ſi aliqui celant ſu
os ordines in confuſione: cum
legamus priſcis temꝑibus fē
nas: ut fuit beata Eugenia: et ſā
cta Eufroſina: atqz btā Mari
na. ſexū viriliter ſilaſſe ¶ Mo
nachꝰ. Quid hoc miraris factū
temporibus priſcis: cū recenci
ori tempe ſimile in ordine nrō
contigiſſe ſciamꝰ? ¶ Nouiciꝰ
Hoc omnibus modis ſcire de
ſidero. videlicet a qua perſona
vbi: quō tam mirabil' facta ſit
confuſio ¶ Monachus. Femi
na de qua dicturus ſū que fue
rit vel quomō ad ordinez vene
rit: ſeu quomō in ordine fuerit
vel cōſummauerit: ſicut nobis
retulit monachus quidā qui
cū ea nouitiꝰ fuerat in ꝓbacōe
fida tibi pandam relacōe.

¶ Capitulum. xl.

IN ciuitate Nuyſſia que quīqz
miliaribꝰ diſtat a Colōia ciui
tate magna: ciuis quidā habi
tauit filiā habens formoſā ac
dilcāz: nomē Hyldegūde. Quā
vxore defuncta cū adhuc eſſꝫ i
etate tenera. oracōnis grā ſecū
iheroſolimā duxit. In reditu ve
ro infirmatus pater apd' tyrū
diē clauſit extremū. Moriens
autez filiā et ōmia q̄ habuit mi
niſtro ſui fidei cōmēdauit. Sꝫ
fidem nō ſeruās ſeruus domīo:
neqz miſericordiā exhibēs defū
cto cum eſſꝫ impius et auarus
puella nocte in domo relicta
clam nauigauit multis illā mi
ſerijs exponēs. Que mãe ſur
gens cum intellexiſſꝫ tutorē in
fidum cū patris ſui ſbſtancia
nauigaſſe: vehemēter doluit. et
quid ageret. vel quo ſe vertēt
pēitus ignorauit. Nō itellgēs
ydeoma terre fame cepit tabe
ſcē. mēdicando tū ſcolas i eadē
ciuitate anno vno freqntauit
Pꝰ hec peregrinis de Alemania
aduentātibus calamitatē ſuā
expoſuit et ut ſui miſerentur la
crimabilit' exorauit E quibus
vnus ceteris dicior vir bonus
et nobil' conſolans deſolatam
aſſumenſqz in nauim ſuā dēli
ctam datis necarijs ad priam
reduxit peregrinā. Eodem tem
pe cum orta fuiſſꝫ contrauſia i
eccleſia Treuerēſi inter duos
electos Volmarū ſcilicz eiuſdē
ecclīe archidyaconū. et Rodol
phum maiorem prepoſitum
dominus papa Lucius priori
fauebat partez alterius Frede
ricus imperator defenſabat.

Et qꝛ nulli erat tutū apices
ad apoſtolicum. q̄ tunc tēpis
apud veronā morabatur defer
re ꝓpter inſidias impatoris ec
cleſia Colonieñ: cum vni pciū
fauēt. ⁊ ob hoc lr̄as ad iā dcm
papam deſtinaret. baiul9 eoꝝ
de vite ſue timens p̄fata; puel
lam ꝓpter tonſuram ⁊ h̄itum
adoleſcētē eſtimās prece ſimul
⁊ precō eo ꝙ minoꝛ ſuſpicōis
nota foret i pedite q̄ꝫ inequite
clauſas i baculo lr̄as ut porta
ret optinuit. Que cū iuxta Au
guſtā deueniſſꝫ furē obuia; ha
buit. Rogata ab eo. ut ſocius
eſſꝫ ei9 itineris. nihil mali ſuſpi
cās. libēs annuit. Cūqꝫ paulu
lū proceſſiſſent ⁊ fur q̄i ſonuꝫ
pſequentiū excepiſſꝫ. on9 cum
furto penes puellā repoſuit ipē
vero ad ſeceſſum ſe ire ſimulās
int̄ frutecta ſe abſcōdit. Quid
moror? Illa a pſequentibꝫ cō
prehēditur. cum ſacco ad iudi
ciū trahitur ⁊ p ſententiā laq̄o
adiudicat̄. Que cum ob fur
ti pn̄tiam nulla; ſibi ꝓdeſſe cer
nerꝫ allegacōem. nullā excuſa
tiōem. ſacerdotem petiuit ⁊ ob
tiuit. Cui exceſſus ſuos ꝯfitēs
ſatis ſimplicit̄ expoſuit p ordi
nem vie ſue cām. ⁊ furis neq̄ci
am ⁊ ut ſac̄doti verboꝝ fidem
aſtrueret. harūdinē lr̄as ponti

ficales cōtinentē; oñdit. Et ad
iecit. Si fuerit fur q̄ſitus oci9
inuenietur. Mox ad cōſiliū ſa
cerdotis nem9 retibus ⁊ canibꝫ
ambitur. fur q̄ſitus cōprehēdit̄
ad iudiciū vterqꝫ trahitur. Cū
miſer ille ad criminis cōfeſſiōem
cruciatibꝫ compelleretur. ait In
iuſte cōpellor cōfiteri qđ nō fe
ci. iſte cū furto deprehēſus ꝑm
ius ciuile damnādus eſt. Ecōn̄
cum puella diceret ſibi on9 do
loſe fuiſſe cōmiſſum ⁊ reſtituē
vellet depoſitū: rn̄dit ille. O n9
iſtud meū eē nego. Vox vni9
teſtimoniū eſt nulli9 Ad hec
virgo obmutuit. Tūc accedēs
ſacerdos ꝓ ipſa allegauit: ⁊ ꝙ
eēt innocēs doloqꝫ hominis cir
cūuenta ſatis affirmauit Et ſi
minus inquit verbis meis cre
ditur: examine ferri cādētis q̄s
reus ſit q̄s innocēs: facile com
probabitur. Quod cū omībꝫ pla
cuiſſꝫ manus furis exuſta ē: pu
elle vero man9 illeſa appuit.
Tūc fure celerius ſuſpenſo: cō
feſſor ⁊ liberator virginis gau
dens illā in domū ſuam recepit
Et ecce dyabolo inſtigāte qui
ſaluti virginis inuidit: cogna
cio furis de ta; turpi morte ei9
furens: innocuā ⁊ dei iudicio li
beratā de domo ſac̄dotis extrax
it: repoqꝫ depoſito loco ei9 illam

ſuſpendit. Mox ãgelus do mi
ni affuit: qui ⁊ virginem ne la
quei ſentiret anguſtias ſuſten
tauit: ⁊ mirifico vultus ſui odo
re refecit. Et cum nihil ſentiret
doloris: ymo maximis ſe puta
ret intereſſe delicijs. In ipſa ꝗ no
cte tam ſuauẽ audiuit melodi
am: ſymphoniam tam diuerſã
tam iocũdam. vt nullus chor⁹
ſiue corporalis ſiue inſtrumen
talis tante dulcedini poſſet cõ
parari. Sciſcitante ea ꝗd hoc
eſſet. Reſpondit angelus. ani
ma ſororis tue Agnetis cũ hoc
concentu angelico in celum de
fertur. ⁊ tu poſt biennium feli
citer ſequeris. Sic beata illa ꝑ
biduum pendente: paſtores ĩ
vicino paſcentes mĩa moti cõ
dixerunt. vt corp⁹ deponerẽt
atqꝫ ſepulture cõmendarent.
Inciſo vero laqueo non vt cõ
ſuetudo eſt cadauerum: cũ põ
dere cecidit. ſed paulatim ãge
lo ſuſtentante ad t'raꝫ demiſſa
ſtetit. Quo viſo. t'riti paſtores
fugerũt. Dixitqꝫ ei angelus do
mini. Ecce libera es. vade quo li
bet. Reſpondit illa. Domĩe mi
Veronam ire ꝓpoſui. Statim
in momẽto trãſlata eſt in vero
nam. Et ait ãgel⁹ verona hinc
diſtat trib⁹ miliarib⁹. Int' Au
guſtã v'o ⁊ veronã ſeptẽ diete
numerãt'. ¶ Nouici⁹. Vident'
mihi in hac puella antiqua iu
ſtoꝝ miracula renouata videli
cet ſãcti Bñdicti abbis ⁊ Aba
cuc ꝓphete. Ex quib⁹ prior cũ
abſens eſſꝫ vidit germane ſue
ſcolaſtice animã i ſpecie colũbe
celi ſecreta penetrare. Alter v'o
ꝓpheta ſcilicet de iudea i momẽ
to in babilonẽ tñſlatus eſt. ¶
Mõchus. Veruꝫ dicis nec mi
nus miror ꝙ audire meruit ai
maꝫ ſororis cũ cõcentu ãgelico
tanto locoꝝ ſpacio int' poſito
deferri in celũ: ꝗ̄ ꝙ beatus Se
uerinus Colonie poſitus aiaꝫ
ſancti Martini cũ ſimili cõcen
tu aſcendere cognouit ad domi
num. Adhuc alia duo magne
glorie beneficia fũt ei exhibita
ſcilicet ꝙ angelo ſuſtentante
eculei dolores non ſenſit. ⁊ ꝙ
finẽ ſuũ tam longe ante preſci
uit. Proſpe v'o apud veronaꝫ
negocio pacto: cũ rediens itĩ'ſ
ſet dyoceſim wormaciẽſeꝫ: nõ
ſingta diuine mĩe prece et ope
cuiuſdam venerabil' icluſe ob
timuit: ut a domino Theobal
do abbe ſconauie i nouicium
ſuſciperet'. Eſt ãt ſconauia loc⁹
amenissim⁹: nomẽ trahens a re
Putans eam idem abbas eſſe
adoleſcentulum poſt terguꝫ ſu
um in eodeꝫ equo ſedere iuſſit.

Que cū loqueretur voce femi
nea ⁊ gracili: dixit ei abb̄. Fra
ter Joſeph nōdum mutaſti vo
cē tuam? Rn̄dit illa. Dn̄e Nū
q̄ȝ illam mutabo. Adoleſcentē
ſe ſimulans: nom̄ ſācti Joſeph
ſibi impoſueāt. ut eū quem va
lidas temtacōes viciſſe noue
rat cō̄n duplicem hoſtem pug
natura carnē ſcȝ ⁊ dyabolum:
memorie ſue arcꝰ impmerē. ⁊
p auxiliū pleniꝰ ſentiret. ⁊ vide
tur in ea illud Salomōis iple
tū. Mulierē fortē q̄s iueniet?
Nō eſt inuentū ſimile in ordie
nrō: ⁊ ideo ſine exēplo Mulie
rem inq̄t ex ōmibus nō inueni.
Jngreſſa pbacōem manū ſuā
miſit ad fortia Jnter viros dor
miuit. cū viris omedit ⁊ bibit
viris ad diſciplinas dorſū ſuū
nudauit. Et cum eēt iuuencla
multe grauitatis tn̄ ne ſexꝰ eiꝰ
notaret: q̄nq̄ȝ ſuis ſocijs in p
bacōe ſigna aliqua oſtendit
leuitatis. Nā abſēte ingrō mō
chuȝ qui hoc nob̄ retulit Her
mānuȝ nomine: tūc puer. xiiij
annoꝝ ad cyphū ſuū ducens
ait. Cōſideremus in hoc vino:
q̄s nrm̄ ſit formoſior ⁊ cū relu
centes in eo facies attēderent:
iterum aiebat. Hermāne quō
placȝ tibi facies mea? Rn̄dit il
le. Videt̄ mihi mētū tuū diſpo
ſitum: ſic mentū mulieis. Tūc
illa quaſi idignādo receſſit. po
ſtea p neglecto ſilencō ālo va
pulabāt. Noticius. Miror
ſi aliquis in ordine habueit tē
tacōnes. Mōchus de eius
temtacōnibus nihil audiui: ſȝ
q̄ alijs cauſa fuerit tētacōnis
ſatis intellexi. Cū appropiqua
ret tempus reſolucōnis eius ce
pit infirmari. Et cū pre nimia
debilitate ad lcm̄ ſuum portaē
tur: monachus q̄dam eā intu
ens iuxta ſe ſtantibȝ clara voce
dicebat. Hō iſte vel femina eſt
vel dyabolus. Nunq̄ illum re
ſpicere potui ſine tētacōne. Et
ſatis pbatur ex hoc loco: q̄ for
tis ſit vis nature. Vocanſq̄ȝ p̄
orem cū ei peccata quidē leuia
confiteretur: ⁊ ille interrogaē
tur. ſi vnq̄ aliquā cognouiſſȝ
mulierē. Rn̄dit illa. Nunq̄ do
mine reꝰ fui alicuius mulieris
ſiue viri: hoc adijciens ꝓpt̄ ſex
um. Deinde recitauit ei p ordi
nem eo mō quo p̄dictum eſt
vniuerſa: q̄ circa ſe acta ſūt. ta
cito ſeru Priore ſtupēte ac dicē
te. Frat̄ q̄ loqueis fidē excedere
videntur: ⁊ q̄ argumento pba
re potero illa eē vera. Rn̄dit pu
ella. Hodie bienniū eſſluxit: ex
quo angelꝰ domini pendēti mi
hi diē reſolucōis mee p̄dixit.

Scio cui credidi·fidē ſeruaui·
curſum cōſumaui·De reliquo
repoſita ē mihi corona iuſticie
Si ea feria qua p̄dixi an̄ obitū
meū nō depoſuero officiū ligue
in ſpacio vni⁹ miſſe legende:nō
mihi credatis·Et adiecit·Cuꝫ
defunct⁹ fuero apparebit i me vn̄
ſtupratis·ꝛ diuine virtuti grāſ
merito referatis·Hijs dcīs q̄rta
feria ebdomade paſchal̄·xij·kl̄·
Maij·Anno dn̄i·M·c·lxxxvi
ij·ſole tendente ad occaſuꝫ·ſcā
illa aīa d̄ corpe virgineo egreſ
ſa migrauit ad dn̄m·Percuſſa
tabula·cū tam abbas q̄ꝫ ceteri
fratres ad eius exequias cōuo
laſſent·ꝛ corpoē exportato ad
lauādū detectū fuiſſꝫ:ſex⁹ femi
ne⁹ apparuit·Tūc oibꝫ in ſtupo
rem verſ miracli nouitate:nū
ciatum ē ſacerdoti cōmendacō
nes legenti·Qui cognito ſexu
textū mutauit:ꝛ p monacho mō
chamꝛ p fratre ſororem noia
uit·Poſtea cuꝫ breuia p ea ſcri
benda eēnt:ꝛ nomē ei⁹ ignora
rēt:ſꝫ tali forma ſcripta ſunt·
xij·kl̄·Maij·obijt ancilla xp̄i
in ſconauia Elapſ aliquot di
ebus cū frēs nomē illi⁹ bt̄e ſcīē
deſiderarēt:miſerūt i viciniā Co
lonie vn̄ ſe oriūdā dixerāt:ꝛ cū
ſtudioſe circūq̄ꝫ de eius cog
cōe inueſtigarēt:nutu diuino iuē
ta eſt q̄dā an⁹:que ſe eiuſ cog
natā fuiſſe dicēt aſſerēs eā Hil
degūdem vocatā·Cū an̄ hos ā
nos cōſecrarent nouū oratoriuꝫ in
ſconauia:ex diuerſ p̄uincijs
ad dedicacōem ꝑpli cōfluētes·
ꝛ predcās bt̄e Hildegundis v̄
tutes audientes:tumulū eius
frequētauerūt matrone maxie
ſcīs eius orōibꝫ ſe cōmendan
tes·deūq꞉ ſup tantis mirabilibꝫ
glificātes·Et nos frēs cū ill̄ g̃
tias referam⁹ ſaluatori nr̄o·q̄
hec fieri voluit nr̄is tpibꝫ i ordi
ne nr̄o ad gloriā ſuā ꝛ edifica
cionē nr̄āꝫ Qui viuit ꝛ regnat cū
prē ꝛ ſpūſcō i ſcl̄a ſcl̄oꝝ Amē

¶ Epitaphiū eiuſdē virgis·

Omis hō miretur:hō q̄d
fecerit iſte
Hec cui⁹ foſſa cineres incluſit
ꝛ oſſa·
Mas viuēs paret:moriens ſꝫ
femina claret·
Vita fefellit:morſq꞉ refellit rē
ſimulatā·
Hildegunt dicta:vite ē in codi
ce ſcripta·
Maij biſſenis eſt hec defuncta
kalendis·

¶ Nouici⁹·De hac puella vidꝫ
itelligēdo illō ſalomōis:mlīeꝫ
fortē q̄s inueniet· ¶ Mōach⁹
Tāta ē fortitudo mētis i q̄buſ
dā feīs:ut merito laudet̄·ca·xli

HOneſta q̄dā matrona de Colonia diuicijs pollēs et etate florens cum poſt mariti morte xpō nubere vellet: tio re amicoꝝ a quibꝫ eius de fidei ūm īpediebat̃ habito conſilio dn̄i Karoli abbis Vilarieñ cappam conūſi induit. Sicqꝫ pillum de ciuitate educta ī mōte ſancte walburgis mōial' ē effecta. ¶ Nouici9. De conūſione viduaꝝ ſeu maritarum q̄ de fece ſeculi guſtauerūt nō mlt̃um miror. virginū vero contēptū voluntatē ſe conūtentiū ↄſtātiā ſatis admiror. ¶ Mōchus. Quaſdā ex hijs ꝑ exemplo tibi ponā. ¶ Ca. xlij

DOmia Methildis mgrā hodie inſuſemich cuꝫ hēr ꝑentes ditiſſimos: et ad ſeculi nupcias nutriretur: adhuc in etate tenerā ↄſtituta ſe ſolo xpō velle deſponſari mōial' qꝫ fieri quotidie ꝑteſtata ē. Cūqꝫ blādicijs ſiue minis nō poſſꝫ auerti: die quadā veſtibus purpureis contra volūtatem induta matri rn̄dit. Eciā ſi feceritis me auream nō poteritis mutare ꝑpoſitum meū. Tand' tedio affecti pntes ei9 cuꝫ eam locare vellent in predicto mōſteio ſancte walburgis: nec eē poſſꝫ. eo qꝫ completus fuiſſꝫ ſtatutus nūs ſororꝝ: in ſuſemich conūſa ē. vbi adeo profecit: ut nō multo pt9 licet adhuc adoleſcētula mgrā efficeretur. Quam poſt ānos paucos Aleidis ſoror eius carnal' maito viduata: et ipſa adhuc adoleſcentula ſecuta ī eod loco facta eſt ꝑoriſſa. Quarū exemplo q̄dā caꝝ cognata tio re pntum de dioceſi Traiecteñ in habitu virili egreſſa: apd ſā ctū Thomā qui ē domus ordinis noſtri in epatu Treuereñ poſita: ſe conūtit. Hāc cū ſoror imitari vellet a pntibus capta ē. et viro tradita. Spero autꝫ qꝫ deus tam feruētem cōuerſionis volūtatem non relinquat irremuneratā ¶ Ca. xliij

LAudabilē ꝑmo ſatis mirabilē dn̄e Helſwindis abbatiſſe de porceto ↄūſiōem tibi replicabo. Hec cū eēt et adhuc ſit Arnoldi ſculteti aquēſis viri potentis diuitiſqꝫ filia ſic ab ineūte etate feruebat zelo conūſionis. ūt matri frequent' dicēt. Mat' fac me monialem. Solita em̄ erat cum mr̄e aſcēdere mōtem ſcī ſaluatoris. in q̄ tūc manebat cōuentus ſororū de porceto. Die quadā ꝑ feneſtrā coq̄ne latent' intrās dormitoriū aſcēdit et puelle cuiuſdā cucullaꝫ induens cum ceteris

ſtroꝝ intrauit. Et cum matri abire volenti p abbatiſſam inotuiſſꝫ: illa putans iocum eẽ rñdit. Vocate pueꝝ: opoꝛꝫ nos ire. Venit illa intrinſecus ad feneſtrã dicẽs. Monialꝭ ſum. nõ ibo tecũ. Mater vero timẽs maritum rñdit. Nõ tñ venias mecũ ⁊ ego prẽm tuũ rogabo ut te faciat moialẽ. Sicq; exiuit. Mr̃e vero tacẽte ↄtigit ut iteꝝ montẽ aſcenderꝫ: filia doꝛmiente. Que cum ſurrexiſſꝫ mrẽ in ecclefia queſita ⁊ nõ inuenta: in monte eã eẽ ſuſpicans ſecuta ẽ ſola ⁊ p p̃dictam feneſtram ingreſſa: rurſum habitum ĩduit matriq; rogãti ut exiret rñdit. Ammõ me nõ decipies: verba ſibi pmiſſa replicãs. Mr̃e vero cũ multo timoꝛe recedente. paẗ cũ fratrib; furibũd⁹ aſcẽdit foꝛes effregit: filiã vociferãtẽ eduxit: cognatis qui eã auerterẽt cõmiſit. Quib; illa nõdũ vt puto nouẽ ãnoꝝ tã ſapienter rñdit: ut mirarẽtur. Quid plura? Epõ Leodienſi premẽ ⁊ eos a quibus educta fuerat excõicãte: loco reſtituta ẽ. ⁊ poſt ãnos paucos ibidẽ in abbatiſſam electa. Hec de cõuerſiõe dicã ſũt. Multa hmõi xp̃c in ſuis opaẗ electis. ad gloꝛiam ſui nominis. Cui cũ prẽ ⁊ ſpiritu ſancto honoꝛ ſit ⁊ impiũ p infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Explicit Pꝛima diſtinctõ.

¶ Incipiũt capla lib ſeqntis.

De contricõne q̃d ſit vnde dicaẗ quot ſint ſpecies ei⁹ quis fructus. ¶ ca. pꝛimũ.

De monacho apoſtata: qui in bello cõfeſſus: ⁊ in confeſſione contritus: elegit duo milia annoꝝ in purgatoꝛio. ¶ ca. ij

Item de monacho apoſtata: q̃ in miraculo ſãcti Bernardi cõtritus: extra oꝛdinẽ moꝛtuus ⁊ in clericali habitu ſepultus: effoſſus in tonſura ⁊ habitu mõchi appꝛuit. ¶ ca. iij.

De ſacerdote qui dixit. Si peccata ſunt peccata: nũq̃ᵖ ſaluabitur anima mea. ¶ ca. iiij.

De luxurioſo ſacerdote, cui⁹ columba i die natalis domini tribus vicibus ſacramentum altaris tulit. ⁊ poſt contricõnem reſtituit. ¶ ca. v.

De Hildebrãdo latrone impenitente. ⁊ pena eius poſt moꝛtem. ¶ cap. vi.

De Godeſcalko vſurario: qui ſedem igneam ſibi in penis pꝛeparatam vidit. ¶ ca. vij.

Quã graue peccatum ſit vſura capitulum. ¶ viij.

De parabola Lupoldi woꝛmacienſ epi. ¶ cap. ix.

De ſcolari pariſieñ q̃ ob nimi
am ɔtricōem ɔfiteri nō potuit
cui⁹ pccã ĩ cedula ſcripta diui
nitus ſunt deleta. ¶ca.x.
De muliere q̃ de filio cōcepit:
quã Innocẽcius pp̄ ob cōtricio
nē pfcã; a pccĩ pena iudicauit
abſolutã. ¶ca.xi. .
De contricōe nobilis iuuenis
qui xp̄m negauit ⁊ p ĩtercessi
onem beate v̓ginis gracie r̄ſti
tutus eſt. ¶ca.xij.
Quid Auguſtin⁹ ſẽtiat de ſcã
penitentia. ¶ca.xiij.
De Henrico ɔuerſo q̃ peccatũ
diſtulerat vſq; ad mortem. ca
pitulũ ¶.xiiij.
De canonico pariſieñ qui ſacr̃
mẽtis in fine pticipans: ⁊ poſt
mortẽ cuidã apparens dixit. ſe
ob nō verã cōtricōem dãnatũ
ẽẽ ¶ca.xv.
De vago clerico apoſtatãte.
De milite Remenſe: q̃ ¶ca.xvi
in preſẽcia ſcĩ Bernhardi con
muicãs cōtrit⁹ deceſſit. ca.xvij
De cōtricōe Philippi comitis
namurcenſis. ¶ca.xviij.
De cōtrita oracōe ɔuentus de
Hẽmenrode. quẽ tpe ſciſmatis
cor Frederici imperatoris mu
tauit. ¶ca.xix.
De religioſa femina. q̃ ter in
ebdomada obtinuit mōcho lacr̃
mas infra matutinas ¶ca.xx.
Item de femina. que dño wal
tero abbi vilarieñ impetrauit
a dño graz lacmaz ¶xxi.
Item de monacho qui eidem
vualtero eãdẽ grãm optinuit.
cap̄.xxij.
De monacho ad cuius lacri
mas dyabolus reſpexit cum cor
eius inani gloria extolleretur
ca.xxiij.
De clerico qui puellã iudeam
ſtupuerat quem cũ iudei accu
ſare vellent ĩ ecctia iã cōtritũ ob
mutuerit ¶ca.xxiiij.
Itẽ de virgine hebrea a q̃dã im
pregnata. quã cũ pnteſ pitură
crederẽt Meſſiã. peperit filiam.
capitu.xxv.
Itẽ de puella iudea apud Lo
uaniũ baptiſata. capi.xxvi.
Itẽ de puella ĩ Lĩnſe baptiſata
capitulũ.xxvij.
De clerico qui dixit epōs ala
maie ñ poſſe ſaluari. ca.xxviij
De monacho Clareuall: q̃ nō
acquieuit recipe ep̄atũ.xxix. .
De epō Lõgobdie qui oñdit
xp̄iano epō Maguntinenſi no
mina ſibi cōmiſſoz in cartula
conſcripta. ¶ca.xxx.
Viſio cuiuſdã de ſciſmate Rō
ni impij. de calamitate dyoceſ
Colonieñ. de terra ſãcta ⁊ ad
uentu Antichriſti. ca.xxxi.
De cōtricōe ſanctoz ãgloz

cũ demonib; p anima cuiuſdã
vſurarij contriti ¶ ca·xxxij·
De contricõe vſurarij: quē bu
ffones ex eleẽoſinis eiꝰ orti deuo
rauerunt ¶ ca·xxxiij·
De contricõe Theobaldi vſu
rarij Pariſienſ ¶ ca·xxxiiij·
De pecunia vſurarij: q̃ pecuniã
iuxͣ poſitã ꝯſumpſit ¶ ca·xxxv
De contricõne cuiuſdã nobi
lis ab Herico duce ſaxonũ ex
cecati ¶ ca·xxxvi·
¶ Expliciunt capitula·

¶ Incipit ſecũda diſtinctõ de
Contricõe· ¶ Ca·pͥmũ·

Ex ſuperiori diſtin
ctõne declaratũ ē
cõfuſiõez aliqñ p̄
cedere cõtricõem·
aliqñ ſequi: ⁊ exē
plis ꝓbatũ· Nunc vero de ipſa
contricõe ꝓut dominꝰ donare
dignabitur· dicere ꝓpono· atq;
eadē que dicturꝰ ſũ· exemplis
confirmabo· Et ſcire debes· q̄ con
tricõ ſit magnũ bonũ ⁊ pfectũ
qñq; dei donum deſurſum deſcē
dens a prē luminũ· in quo nõ ē
tñſmutacio: neq; viciſſitudis
obumbracõ· Qñq; additũ per
fectõi: q̄ minima cõtricõ maxi
mam delet culpam perfecta ve
ro culpam ſimul tollit ⁊ penã·
¶ Nouiciꝰ Ut plenꝰ itellige
re valeã cõtricõis vͥtutē p̄mũ;
mihi debes exponē q̄d ſit cõtri
cio· vñ dicatur· vtrũ gratis īfũ
datur: ſeu ab hoīe mereatur· q̊t
ſint eius ſpēs· vel quid operet
ī pctõre ¶ Mõchꝰ Cõtricõ ē
cordis pñtudo· ſ· dolor de pctis
pti ſurgens ex timore gehēne
ptim ex amorē celeſtis patrie·
¶ Nouiciꝰ Eſt ne aliq̃ drã īnt
pñitudiē ⁊ pñiã? ¶ Mõchꝰ
Eciã penitudo dolor eſt iterior
tollens culpam pñia ſatiſfcõ
exterior pcti delens penam·
¶ Nouicius· Que eſt differē
tia inter culpam et penam?
¶ Monachus· Culpa eſt ip
ſum peccatum· pena p̄miũ pec
cati· Si culpa eſt mortalis: de
tur ei pro p̄mio eterna pena·
Hanc deus p cordis penitudi
nem in penam cõuertit tempa
lem· Hanc ſi inſufficiēs fuerit
contricio: delet exterior ſatiſfa
ctio· Hec eſt penitencia: quaſi
penam tenens dicta ¶ Noui
cius· Unde dicitur contricio?
¶ Monachus· Contricio di
cta eſt: quaſi ſimul tricõ· Cõpo
nitur autē a con q̊d eſt ſimul: ⁊
tricõ· eo q̄ de omib; peccatis cor
ſimul teri debeat p dolorē· Qui de
pctõ vno dolet ⁊ nõ de alio: neq̃
q̄ ꝯcedit̄ qm̄ corde hꝰ ſit ꝯtri
cõ Nõ d; pctõr diuidē culpã
q̄ deꝰ nõ diuidit idulgentiã·

Simul.n.totum debitū dimit
tit. ¶ Nouiti9. Si ſimul con
terendū eſt de oīb9: quid eſt
qd pſalmiſta dicit? Lauabo p
ſingulas noctes lcm meū. lcm
ſic nob exponē ſoles: appellāt
conſciam. ſingulas noctes: ſin
gula pctā. Si p ſingula deflet
ut ſic ītpellati abluant: quō
p oībus ſil oteritur? ¶ Mō
chus. Vna debet eē generalis
contricō: que deleat culpā. deī
de ſingul ſi fieri poſſz dieb9 la
crimandum cū thapſe eſſz ad
ablueudā penā. Vnde Ezechi
as dic Recogitabo tibi oēs an
nos meos ī amaritudine aīe
mee. ¶ Nouiti9. Vnde oritur
contricio. Infundit ne gratis
vel mētur ab homine? ¶ Mō
chus. Dicam tibi qd maiores
de hoc ſentiāt. In iuſtificacōne
pctōris dicūt quatuor ocurre
re. gratie īfuſiōem. motuz ſur
gentē ex grā ⁊ libero arbitrio.
contricōez. pctōruz remiſſiōez.
Quatuor iſta appellāt. iiij. iu
ſtificatiōes. Primā nō meremꝰ
qꝛ gratis īfūdit. nec ſecūdā
mēmur: qꝛ mox ex grā ⁊ libero
arbitrio motus quidā excitat
Motum iſtū licet nō mēmur:
tn̄ eo meremur tertiā iuſtifica
cōnem: id ē contriciōem. Hac
iuſtificacōz meremur: ⁊ ea mē
mur quartā iuſtificacōem. ſcz
remiſſiōem pctōꝝ. Ob hoc di
ctum eſt Marie. Dimiſſa ſūt ei
pctā multa: qꝛ dilexit multuz.
Cōtricō enim eē nō pōt ſine oi
lectiōe. Ecce ſic habes: qd con
tricō meretur Et hoc ſcire debes
qꝛ vna iuſtificacō alterā nō p
cedat tempe: ſz natura. ¶ No
uitius. Vellē mihi iſta pleni9
exponi ſb aliqua ſimilitudine
¶ Mōchus. Aduerte q dico
Pluuia t̄re īfūditur: ⁊ ex vtº
qz herba gignit: deinde ex her
ba fructꝰ pducitur. Quid plu
uia n̄ gratia: qd terra n̄ liberuz
arbitriū? Ex pluuia ⁊ terra gr
mē gignitur: ⁊ ex grā liberoqz
arbitrio ut dictū ē motus orit
Herba fructificat: cū idē mot9
liberꝝ arbitriū ad ſatiſfcōnem
mouet. Steril ē terra ſine plu
uia: ⁊ abſqz fructu liberū arbi
triū ſn̄ grā. Nihil ecīā operatur
pluuia ſine terra. qꝛ ſic aucto
ritas dicit. De9 poteſt hominez
creare ſine ſe. ſz nō poteſt iuſti
ficare ſine ſe. Vn̄ apoſtol9. Nō
ego ſed grā dei mecum ¶ Noui
tius. Quot ſunt ſpēs contricio
nis? ¶ Mōchus. Due. interior
ſcz ⁊ exterior. Interior ē ī ama
ritudine cordis Exterior ī affli
ctiōe corpis. De illa p pſalmi
ſtam dr Cor otritū ⁊ hūiliatū

deus nō deſpicies. ¶ De iſta ve
ro Jheremias. Maledictus ho
mo qui prohibet gladiū ſuū
a ſanguine id eſt a pena peccati
per quā corpus affligit. ¶ No
uicius. Jā perpēdo q maxima
ſit virtus contricōnis. ¶ Mo
nachus. Tanta eſt eius vtus
ut ſine illa in adultis: qui actu
ale addiderūt originali: infru
ctuoſus ſit baptiſmus. ſteril cō
feſſio. inutil ſatiſfactō. Ecce h
habes q contricō in non bap
tiſatis baptiſmus ſit pmus: in
baptiſatis poſt lapſū ſecundus
Baptiſmo igitur contricōnis
baptiſatus eſt latro in cruce.
Maria magdalena ad pedes
ſaluatoris. Q culpā qntūlibet
magna ſit deleat contricō ſbie
cto docebris exemplo.

¶ Capitulum ſecūdū.

Juuenis quidā nobilis cōuer
ſus eſt in quadā domo ordis
noſtri habebat aūt epiſcopū
quendā cognatū: a quo vnice
amabatur. Qui cognita eius cō
uerſiōe ad mōſteriū venit ⁊ vt
rediret ad ſeculū verbis quibus
poterāt ſuaſit ſ; pſuadere nō po
tuit. Anno pbaciōis expleto
factus ē monachus: ⁊ non mul
to ptus gradatī aſcēdēs in ſacer
dotē ē ordinatus. Qui ſuadēte dy
abolo a quo pmus ho eiectus eſt
de padiſo: oblitus voti: oblitus
ſacerdocij: ⁊ quod peſſimum
eſt creatoris ſui: ordinē deſeru
it. ⁊ qr ad pentes rediē erubu
it. p domibus quor multitudo
rutta vocatur ſe coiunxit. Qui
ita datus eſt in reprobū ſēſum
ut qui prius bonis erat melior
poſtea malis fieret deterior. Ac
cidit ut in obſidione cuiuſdā
caſtri telo percuſſus ⁊ pfoſſus
ad extrema deueniret. Deporta
tus eſt a ſocijs in quandā vil
lam: adhibitis quibuſdā qui
ei miniſtrarēt. Et cū nulla ſpes
eſſ; euadendi mortem tempoā
lē: hortabātur ad cōfeſſionē: ut
ſaltē illius bnficio mortē eua
deret eternā. Quib; reſpondit
Quid mihi pdeſſe poſſ; confeſ
ſio. qui tāta ⁊ tam inumera fe
ci mala: qui tā enormia cōmiſi
ſcelera? Ad hec illi. Maior ē
dei miſcdia: q iniquitas tua.
Vix tādē importunitate victus
illor: ait. Vocate ſacerdotem
Qui cum vocatus adeſſ; ⁊ co
ram infirmo ſederet: pius domi
nus qui potēs eſt auferre cor
lapideū ⁊ dare cor carneū: tan
tā cordi eius cōtulit cōtritiōem.
ut ſepe cōfeſſiōem inciperet ⁊ p
ter lacrimas ⁊ ſingultus totieſ
in voce deficeret. Tandem colle
cto ſpū in hmōi verba prupit

Dn̄e peccaui ſup arenā maris.
monach9 fui ordinis Ciſterci
enſ: ⁊ in ordine ſacerdos fact9
ordinem pc̄tis meis exigētib;
deſerui et non mihi ſuffecit q
apoſtataui: ſ; et p̄donibus me
cōiūxi: quos ī crudelitate ſupe
raui Quib; illi tollebāt ſbſtā
ciam: ego abſtuli vitā. Nemī
pcebat ocul9 me9. Si illi qñ;
pcebant humana ducti miſeā
cōe: ego cordis mei īpellente
malitia nemini q̄tum in me fu
it pcere potui Multoꝝ vxores
⁊ filias violaui. in cēdijs pluri
ma vaſtaui. Eniāuit et ali a
q̄ plurima quodāmō natura;
humanā excedencia. Talibus
ſacerdos auditis pc̄ōrum ei9
enormitate territus: ſicut ſtul
tus fuit ita ⁊ ſtulte rn̄dit. Ma
ior ē iquit iniq̄tas vr̄a: q̄ ut ve
niā mereamini. Rn̄dit ille. Do
mine lr̄atus fui. Sepius audi
ui ⁊ legi: q nulla ſit compacō
humane malicie ad dīnā boni
tatē. Ait eni p ꝓphetam Ezechi
elem. In quacūq; hora pc̄ōr i
ge muerit: ſalu9 erit. Itē: Nolo
mortem pc̄ōris: ſ; ut conūtat̄
⁊ viuat Rogo vos ergo ītuitu
dīne miſericordie: ut aliquā mi
dignemini pniā; iīungere. Et
ſacerdos. Neſcio q̄d tibi iniun
gere: q hō perditus es. Rn̄dit

monachus. Dn̄e exquo nō fui
dignus a vobis recipe pniā am
ego mihi ipi penitēciam iniun
gam. Eligo enim duo milia ā
noꝝ eē in purgatorio ut poſt il
los miſericordiā inueniā cora;
deo. Poſitus ſiquidē fuerat int̄
duas molas. timorē videlicet
gehēne. ⁊ ſpe; glorie. ¶ Noui
ci9. Vt quid tā plixū terminū
elegit? ¶ Monach9. Quia ⁊
magnitudinē pc̄ōꝝ ſuoꝝ oſi
derauit ⁊ penā tempalē reſpcū
eterne pene q̄i momentū ꝓpu
tauit. Dicebat iteꝝ ſacdoti. Ex
quo negaſtis mihi mediciam
ſatiſfcōis. peto ut nō fraudetis
me a viatico ſacre cōmunionis
Rn̄dit ei ſtolid9 ſacerdos. Si
tibi auſus nō fui iniūgē pniā;
q̄uo p̄ſumā tibi dare xp̄i corp9
⁊ ſāguinē? Et cū ad neutrū ac
q̄eſceret. vnicā tande; rogauit
peticōem dicens. Statū meū i
cedula ſcribere volo ⁊ vos defer
re eam debetis tali epō ognato
meo. ex nomie eū deſignās ſpe
ro q p me orabit Et pmiſit ſa
cerdos. Mortu9 eſt monach9
⁊ ad purgatoriū deportatus.
Et venit ſacerdos ad epm: defū
cti lr̄as ei deferens. Quas cū le
giſſ; amariſſime fleuit Dixitq;
ſacerdoti. Nūq̄ tm̄ dilexi homi
ne;. doluī de apoſtaſia doleo de

morte. Dilexi viuum: diligam
mortuum qꝛ iuuari pt ⁊ cōtri
tus obijt: oracionibus ecleſie
mee non carebit. Et conuocans
ꝑlatos epatus ſui. abbtes ſci
licet decanos ꝑores paſtores
eccleſiaruꝫ vel quibus commiſ
ſa fuerat cura animarum ⁊ hoc
ipſum demandans monaſteri
is ſanctimonialiū: rogans euꝫ
multa humilitate ⁊ inſtancia
viua voce p̄ſentes: litteris ab
ſentes: vt omnes ſpeciales ora
ciones quas ipē iniunxit illo
anno anime iam dicti defuncti
impēderent tanq̄ in pſalmis.
Ipſe vero pret' miſſas ⁊ elemo
ſinas ac oraciones peculiares
quas ꝓ eo fecit: ſingulis diebꝫ
hoſtiam ſalutarem pro abſo
lucōne anime eius immolauit
Quod ſi forte in maxima neceſ
ſitate vel infirmitate hoc p ſe
ipſum facere non potuit: alter
defectum illuꝫ ſuppleuit Anno
cōpleto in fine miſſe poſt alta
re ſtans defūctus apparuit epi
ſcopo: pallidus. exilis macilen
tus in veſte pulla vultu habitu
qꝫ ſtatum ſuū bene declarans.
Quem cum interrogaſſꝫ: quo
mō haberet vel vnde veniret: re
ſpondit. In penis ſuꝫ ⁊ de penis
venio: ſed gracias ago caritati
tue quia annus iſte propter
elemoſinas ⁊ oracōes tuas at
qꝫ bn̄ficia eccleſie tue mihi ex
hibita abſtulit mihi mille an
norum penas: quas ſuſtinere
habebam in purgatorio. Qꝫ
ſi adhuc vno anno ſimileꝫ mi
hi impendideris opē: oīno libra
bor. Audiēs hoc epiſcopus le
tus effectus: deo gratias egit.
miſſiſqꝫ litteris ad eccleſias ſi
ue monaſteria viſionem omī
bus expoſuit: ⁊ ut adhuc vno
anno iniūctas ſeruarēnt oratio
nes optinuit. Epiſcopus vero
annū ſequētem p̄cedenti conti
nuauit. tanto in exhibicōe fer
uētior: q̄nto iam de liberacōe ſe
curior. Expleto āno cū epūs miſ
ſā ꝓ eo celebraret iterū affuit il
lic in cuculla niuea: ⁊ facie ſere
nata: dicēs ſibi oīa optata ſuc
cedere. Et ait epūs. Remunēt deꝰ
opūs caritateꝫ tuā ſanctiſſīē pa
ter. qꝛ ꝓpter tuā ſolicitudinem
ereptus de penis: iā ingredior
gaudiū domini mei. Et ecce iſti
duo āni reputati ſunt m̄ ꝓ duo
bꝫ milibꝰ ānorꝫ. Et non vidit
eū āplius. ¶ Nouiciꝰ. Valde
letificāt iſta: ſꝫ duo m̄ occurrūt
āmiracōe digna. Primū ē vtus
ɔtricōis: p quā merito dānādꝰ
dignꝰ effectus ē vita etna. Secū
dū ē virtus oronū: p quā tā ce
lerit' libatꝰ ē a pēa purgatoria.

¶ Monachus. Licꝫ magna
vtus ſit in vtroqꝫ: amplioꝛ tn̄
inuenit̄ in contricōne Orones
enim ecc̄ie ſiue elemoſine non
ſūt de ſbſtācia meriti. Valent
quidē defuncti minuē penā: ſed
nō pn̄t augere gloꝛiā. ¶ No
uiciꝰ. Miroꝛ eciā qꝛ hō apoſta
ta in habitu ſeculari moꝛtuꝰ et
ſepultus: in cuculla apparuit.
¶ Mōachus. Cōtricō de apo
ſtata mōchum fecit: ⁊ veſteꝫ ſe
cularem in cucullā conuertit.
¶ Nouicius. Vellē mihi hoc
euidēcioꝛi exēplo ꝓbari ¶ Mō
chus. Exemplū ad manū ē.
Beatus Bernar ¶ Ca. iij
dus ſic quidā ſacerdos r̄
tulit religioſus mōchum quē
dā habuit in quo hoc qđ q̄ris
per virtutē ꝯtricōnis deus mai
feſtiꝰ oſ̄dit. Multa adhuc a
veteranis q̄ eūdē viderūt: quoꝝ
adhuc q̄dā ī domo nr̄a ſupſūt
narrari ſolēt: q̄ nō ſunt ſcripto
mandata. Mōchus idē de quo
cepit ſmo: ſuadēte inimico ha
bitū depoſuit: ⁊ ꝓchiaꝫ quā
dā eodē coopante regendā ſu
ſcepit. Erāt quippe ſacerdos Et
qꝛ ſepe pctm̄ pctō punitur. de
ſertoꝛ oꝛdinis in viciū labitur
libidinis. Cōcubinā ſicut mul
tis ꝯſuetudinis ē: ad ſibi cohi
tādū accepit de qua ⁊ liberos
gēuit. Accidit ut pꝰ ānos pl̄i
mos miſerāte deo: q̄ neminem
vult ꝑire: ſanctꝰ abb̄ ꝑ villaꝫ ī
qua mōchus hītauit trāſiret.
⁊ ad domū illius hoſpitādi gr̄
cia diuerteret. Quē ille bn̄ cog
noſcēs ⁊ q̄i ꝓpriū prēm cū mul
ta reuerēntia excipiēs. deuote mi
niſtrauit. et tam ipī q̄ ſocijs ac
iumentis nec̄aria copioſe ꝑpa
rauit: nō tn̄ recognitus eſt ab
abbe. Mane cum vir ſanctus
dictis matutinis paratus eſſet
ad eūdū: nec poſſꝫ loq̄ ſacerdo
ti eo qꝛ maturiꝰ ſurgēs iſſꝫ ad
ecc̄iam: ait filio ipius ſacerdotis
Vade defer nunciū iſtud dn̄o
tuo Erat aūt puer mutus a na
tiuitate Qui precepto obediēs
⁊ precipiētis virtutē in ſe ſenci
ens: ad prēꝫ cucurrit: ⁊ ſancti
pris verba verbis valde abſolu
te expreſſit dicēs. hec ⁊ hec mā
dat tibi abb̄. Pater ꝑ̄mā voceꝫ
filij audiens ⁊ pre gaudio la
crimās. ut ſecūdo ⁊ tercō eadem
verba repeteret āmonuit. ⁊ q̄
ſibi abbas fecerit diligent̄ inq̄
ſiuit. Cui ille. Nihil aliđ mihi
fecit. ſꝫ ſolūmō verb̄ dixit mihi
Vade dic domino tuo verba
hec. Ad tam euidens miraculuꝫ
ſacerdos compūctꝰ feſtināter
ad ſanctū viꝝ venit: ſeqꝫ cū la
crimis ad pedes illiꝰ ꝓſtrauit.

Dn̄e pat' inquit mōchꝰ vester
tal' ac tal' fui: ꝛ tali tp̄e a mōa
sterio recessi. Rogo igitur pat'
nitatē vestrā: ut liceat mihi r̄di
re vobiscū ad mōsterium qꝛ de
us in aduentu vestro visitauit
cor meum. Cui sacꝰ. Expecta
me hic ꝛ ego pacto negocō oci
us reuertens ducā te mecū. Ti
mēs ille mortē: quā priꝰ nō ti
mebat. R̄ndit. Dn̄e timeo iteri
mori. Ad hec ille. hoc ꝑ certo sci
as: qꝛ si in tali cōtriciōe ac ꝓpo
sito mortuꝰ fueris: corā deo mo
nachꝰ inuenieris. Recessit. redi
it. illucq; recenter mortuū ac se
pultū audiēs: sepulchꝝ apire
p̄cepit. Dicētibus qui aderant
q̄d facere vellet? R̄ndit. Volo
videre vtꝝ in sepulchro iaceat
monachꝰ: an clericus. Clericū
īquiūt in hitu clericali sepeliui
mus. Reiecta terra nō in veste
qua sepultus fuit: ꝫ in tōsura ꝛ
habitu mōchi cūctis apparuit
Et magnificatus ē ab ōibꝰ de
us: qui volūtatē ꝓ facto repu
tat. Ecce in isto manifeste hēs:
qꝛ verā contriciō corā deo restitu
at: q̄cquid tollit viciū aposta
sie. Hoc tn̄ scias qꝛ tēpus apo
stasie totū infructuosū fit. ¶ No
uiciꝰ. Bn̄ ex hijs q̄ iam dcā sūt
recognosco virtutē contricōis
ꝫ āplius ammiror ineffabilem

miaꝫ nr̄i saluatoris. homo iste
apostata fuit. fornicator fuit ꝛ
q̄d āplius pondero q̄tidie sacꝰ
sancta xp̄i misteria tractaē pol
lutis manibꝫ nō p̄tiuit. ¶ Mō
chus. Iuste moueris. vbi con
tēptus ē maior: ibi ꝛ culpa gr̄
uior. Ait. n. apl's. Quicūqꝫ mā
ducat paneꝫ ꝛ bibit calicē dn̄i
indigne: reus erit corpis ꝛ san
guinis domini. Sup quem lo
cum dicit glosa. Mortis Chri
sti penas dabit: ac si Christum
occiderit punietur. Si xp̄i cru
cifixoribus in pena simil' erit:
qui indigne hoc est i mortali
quolibet existens accesseit: qͥ
de illo sentiendū est: qui in mlt
tis ꝛ assiduis mortalibus ma
nens: non solū manducat: sed
eciam scelestis manibus confi
cit ꝛ tractat? Audi quid mihi
dixerit nonnꝰ cesarius mona
chus noster: quondā abbas
prumie.

¶ Capitulum. iiij.

LOquēte me ait tempore
quodā cuꝫ quodā sacer
dote de pctis: ille nō ꝯfitēdo ꝫ
pctā puipēdēdo. R̄nt. Si pctā
sic homines dicūt sūt pctā ꝛ taꝫ
grauia nūqͣ saluai poterit aīa
mea. Quaē inq̄t? qꝛ in hac no
cte dormiui cuꝫ legitīa cuiꝰdā
et hodie celebraui tres missas

Erāt autē in eađ nocte duplex
feſtiuitas. ſc; dominice diei ⁊ ſcī
Laurencij mr̄is. ¶ Nouicius
Stupenda ſunt que audio. ſʒ
miror valde q̄ de9 tm̄ i ſe cōtēp
tū poteſt ſuſtinere ¶ Mōch9
Si deus in pctis ſtatim occide
ret pctōres nō hodie tam inue
ros haberz pfeſſores Vis ego
audire rem horrendā de ſacdo
te hmōi: in quo ⁊ mīāri poteriſ
ineffabilez paciam dei ¶ No
uici9. Volo ⁊ audire deſidero
q2 ōīa pacīa p maxime nobꝫ ē
ncc̄āria. ¶ Ca. v.

Dominus Cōrad9 quon
dā epūs Halbſtadenſ ā
nō pteito retulit nobꝫ hiſtoiaʒ
ſatis mirabilez: quam cōtigiſſe
dicebat an̄ paucos annos in
regno Frācie Erat ibi ſacerdos
q̄dam: qui in ipſa nocte nata
lis domini trāſire debebat p bre
uez campū de vna villa ad ali
am: ut ibidem ſm ōſuetudinē
matutinas diceret miſſaſq; ce
lebraret Ope dyaboli ut credi
tur iuxta villā ſoli ſola mulier
occurrit: ⁊ q2 ſine teſtē fuit ſo
l9 cū ſola peccauit. ppetrata cul
pa tam nepharia: nō eū retrax
it a maiori cōtēptu accuſatrix
conſcīa. ſed magis timens hūa
nam verecūdiā: q̄ ōīā vīdcāʒ
ecclīam intrauit Dictiſq; matu
tinis miſſaʒ de nocte i pmo gal
li cātu ſm morē ſolemnit' icho
auit. Trāſſbſtāciacōe facta pa
nis videlicz in corp9: ⁊ vini i ſā
guinē xpi: colūba niuea ipō ſa
cerdote aſpiciente ſup altaē de
ſcēdit. totumq; ebibens quod
erat in calice: roſtro ſuo hoſtiā
tulit ⁊ auolauit. Vidēs iſta ſa
c̄dos ſatis ⁊ ſi nō ſalubrit' ē ter
ritus: ⁊ q̄d facēt nō parʒ pplex
us. canonē pter populū circū
ſtantē q̄ ptuʒ ad verba ⁊ ſigna
compleuit. ſed fructū canonis ca
ruit. Poſt miſſam decantatis
laudibus: cū miſſam demāe di
ceret: eo q̄ nō haberet qui vicē
ſuam ſupplerz. eadē colūba ho
ra q̄ pri9 iterz venit. ſacramen
tum abſtulit et receſſit. ¶ No
uicius. Quare exemplo Abra
he nō abegit eā ¶ Mōchus.
Tal' colūba nō fuit: que repel
li aut teneri poſſʒ. Puto eā ſimi
lē fuiſſe illi colūbe: que i iorda
ne vidente Johāne ſup verticē
domi reſedit. ¶ Nouici9 Quid
faciendū eſt de illa colūba Eāt
ne ſpūſſanct9 ¶ Mōchus.
Nequaq̄. Sed indiciū pn̄cie
ſpūſſancti. Peracto eni miniſte
rio ad q̄đ a ſpūſancto fuerat
creata: in pīacentē materiā eſt
redacta. Natura ōnitatis non
poteſt ocul' corpalibus videri

nõ auribus audiri: nõ manibꝫ
tangi. In ſubiecta creatura ut
ẽ ignis ⁊ columba: ſepe viſus ẽ.
¶ Nouitius. Quid poſtea egit
ſacerdos? ¶ Monachus. Non
ceſſauit a pſumpcõne ſua: ſed
tercio accedẽs ad altarẽ celebra
turus miſſam de die: p eandem
columbam eo mõ quo pmo ⁊ ſe
cundo ei puer natus ſacramẽtũ
corporis ⁊ ſanguinis ſui ſubtrax
it. Tandem in ſe miſer reuerſus
⁊ de culpa licet indignus dei tñ
grã cõpunctus: venit ad quen
dã abbatem ordinis nrĩ ↄfeſſio
nem ei faciens tanti pcti. Expo
ſuit ei oẽm ordinem rei cũ mul
tis lacrimis videlicet quomodo indig
ne tercio repulſus ſit a diuinis ſa
cramentis. Abbas vero ſicut vir
prudẽs ⁊ diſcretus: contritum
cũ ex toto corde ↄſiderãs: virtu
tem contricõis pbare volẽs dã
dã pniã ſuſpendit: ⁊ ut ocius
iret celebrare pcepit. Ille vero
qui deo obediẽs ↄfeſſori ſuo: cũ
multo timore ⁊ lacrimis ad alta
re miſſam celebraturus acceſſit:
quẽ pius dñs qui nil horũ odit q
fecit: ſꝫ diſſimulat pctã hoim ꝓpter
pniã mirabiliter letificauit. An
horã ſup cõmis columba rediens
tres hoſtias: quas ſingillatim tule
rat ſic roſtro deferẽs corpali i
poſuit: ⁊ triũ miſſarũ liquorẽ de

gutturẽ ſuo calici immiſit ac receſ
ſit. Videns hec pbr gaudio re
pletus ẽ maximo: grãs agẽs deo
qui facit mirabilia magna ſolus
Reuerſuſqꝫ ad abbatem diuinã ei cõ
ſolacõem recitauit: ⁊ ut ab eo
in monachũ reciperetur humiliter ſup
plicauit. Cui rñdit abbas. Nõ
te hoc tpe ſuſcipiam: ſꝫ volo ut
mare tranſeas: ⁊ p pctõ tuo tribꝫ
annis in hoſpitali infirmãtibus
ſeruias. Si tũc reuerſus fueris:
nullã a me repulſam pacieris
Volebat. n. ut p laborẽ tãti iti
neris ⁊ picula maris penã pcti
deleret: ⁊ paupes infirmoſqꝫ
ꝓpter opera miſericordie ſibi interceſ
ſores faceret. Fecit ille qd abbas
precepit: ⁊ poſt tres annos re
uertẽs habitũ religiõis in eius
domo ſuſcepit. ¶ Nouicius. Fe
lix pctm: cuius occaſiõe tãtus
pctõr ad tm peruenit bonum.
¶ Monachus. Licꝫ mortalis noxa
in ſe valde ſit mala: aliqñ tamẽ
p occaſiõem quibuſdã efficitur
bona id eſt utilis. Timore vnius
pcti qñqꝫ homo a multis: ymo
ab õibꝫ pctis liberatur. Dũ enĩ
penã imminẽtẽ timet: ↄfitetur et
dolet ⁊ p penitẽtiã totum delet
¶ Nouitius. Bene hoc qd di
cis cõcedo: quia ſi vnã deformem
maculã in veſte mea videro: oc
caſione illius totã veſtem lauo

¶ Monachus. Hoc tñ scire de bes qr quãq3 deus pctã dimittit mortalia: et nõ quedã venialia sʒ non dimittit aliquod veniale nisi simul dimittat quodlibet mortale. ¶ Nouicius. Quo hoc sit nõ intelligo. ¶ Monachus. Que dã sũt venialia ut ẽ nimius affectus parentum circa liberos: de quibus nõ pñt dolere: nec ea pñt dimittẽ. et idcirco eis in pñti nõ remittũ tur. Sʒ qcqd de venialibus fiat: hõ prudens de mortalibus caueat qr cũ p se possit cadere: nõ tam per se valet resurgere. Quis scit si deus lapso dignetur porrigere manũ sbleuãtẽ hoc est grãz il luminantem? Quidaʒ cadũt ut Judas: et nõ resurgũt. alij ut Petrus cadũt: et fortius resur gũt. Dicã tibi de hijs testiõnia verissiã et tãto tibi eẽ debent grã tiora: quãto sunt recẽciora.

RECitauit mihi frater ¶ ca. vi Bernardus monachus no ster de quodã homie diuitis cuius dã villico: qui satis grauiter cecidit et post lapsũ surgere nõ voluit Et ideo forte nõ voluit: qr non potuit. Reueã nõ potuit: qr do nũ contricõnis in corde nõ fuit Nom hõini Wildebrãdus hitãs in villa quadã dyocesis Traie ctẽn: que dicitur Wolchoyn. die quadã siluã cũ alio quodã cõ ciue suo intrauit: quẽ suadente dyabolo cum soli eẽnt occidit Fuerãt aliqñ inter eos inimicicie sʒ tunc tpis penitus erãt sopite Reuerso Wildebrando in villã: interrogabãt eũ amici occisi vbi essʒ. Qui rñdit nescio. Expectã tibus illi die illo et altero: cũ nõ rediret: qui iam redire non potu it. suspectũ hñtes iã dictũ Wil debrãdũ ꝓpter antiqs inimicici as. corã iudice in cãm traxerũt crimẽq3 homicidij imposuerũt Quo timide negãte cepit ipsa facies eũ ꝓdere et cũ instantibus illi iam negare non posset con fessus ẽ qr hoiem occidissʒ: sta tim data sup eũ snia. pene rota li adiudicatus ẽ. Cũq3 ducere tur ad morte sacdos eiusdem ville noie Bertolphus cũ alio sacerdote qui vocabatur Johes germão fris sup dicti Bernar di: aduocato ville: utpote vir honestũ traxerũt in pte: satis di ligenter eũ monẽtes de cõfessiõe atq3 contricõe cordis. Et quomi ser hõ p se surgere non potuit: nec manũ in se sbleuantez sẽsit miserabiliter rñdit. Quid m̃ pos sent illa ꝓdesse? Hõ ei dãnatus sum Reueã rñdit sicut hõ indu ratus et despatus: similiter illi qui di cebat. Maior est iniqtas mea qr ut veniam merear. Et ait illi

ſacerdos. Adiuro te p patrē ⁊ f. ⁊
ſ. ſ. ut īfra hos dies. xxx. m̄ appe
as ⁊ ſine oīm piclo vite mee de
ſtatu tuo me ↄtifices. Rn̄t. Si
m̄ licuerit: libēter hoc faciā. Sic
qꝫ rotali pena plex9 de tormen
to corpis tñſiuit: ad tormētuꝫ
eterne dānacōnis. Nocte qua
daꝫ infra ſtatutū tēp9 Bertol
pho dormiēte ī ſtr̄tu ſuo: tāt9
eē cepit circ̄ domū fragor arbo
rū: tā vehemēs flatus ventoꝝ ut
ipſa aīalia ſtupent: ⁊ vix ſuis
locis infra clauſtra ſtabuli reti
neri poſſent. Expgefact9 Ber
tolph9 reſpexit ad oſtiū dom9
⁊ ecce ianue q̄ſi vi ventoꝝ ipul
ſe apiebātur: viditqꝫ Hilde
brādū in camio ardēte reſidētē
ſibiqꝫ celerius ꝓpinquātē. Ter
ritus aūt ſup̄ modū ſe ſignauit
⁊ ut ſtaret ſb̄ inuocacōe dñi
nōis p̄cepit. Ecce hic ſuꝫ ſicut
ꝓmiſi inq̄t. Sciſcitante illo de
ſtatu ſuo: rn̄t. Eternalit̄ dāna
tus ſū: eternisqꝫ incēdijs ꝓpt̄ de
ſpacōeꝫ maxime deputat9. Si
ſm tuū ↄſiliū egiſſeꝫ pnīaꝫ: per
penā tpalē euaſiſſeꝫ et̄naꝫ. Nō
enī punit de9 bis in idipm. Ho
aūt ſcito: qꝛ ſi nō fuiſſeꝫ v tu9 a
te aduiātus ne tibi mortu9 no
cerē: malo tuo huc aduenīſſeꝫ.
Cōſulo tibi: ut vitam tuā emē
das ne poſt hanc vitaꝫ ſimileꝫ
p̄nam recipias. Erat aūt idem
Bertolphus ſacerdos nōie: ſꝫ
nō re. Nā vſqꝫ ad illū temp9 ſi
ne ordine p̄ſbiterij celebrauit.
Qui cū adhuc miſeꝝ ampli9
interrogare vellet rn̄dit. Nō
licet m̄ hic diucius morari: qꝛ
multi demōes foris ante oſtiū
p̄ſtolātur reditū meū. Hoc di
cto ſtatim īpulſus ⁊ expulſus
cum ſtridorē ⁊ vlulatu maximo
ab eo diſceſſit: trāſienſqꝫ ſecus
ſtabulū animalia ſicut prius ī
ſtuporē ⁊ cōmocōem conuītit.
Bertolph9 vero timore tā hor
rende viſiōis ſeclm deſeruit: et
in domo quadaꝫ ordinis nri q̄
vocatur Herſethuſin ṙligiōis
habitū ſuſcepit. Abbas loci il
lius eo q̄ intellexiſſꝫ eū viruꝫ eē
lr̄atū ⁊ eloquētem: ut ei ad or
dines licereꝫ accedere ſatis apd̄
dominū papā Innocētiū labo
rauit: ſꝫ optinere nō potuit. Añ
hoc bienniuꝫ ſic mihi retulit p̄
or de campo: in manu quā extē
derat temere ad archā dei: mor
bo qui antrax dicitur punitus
eſt. Que cum ei quaſi p reme
dio eo q̄ morbus ſerpēs ſit ab
ſcideretur nihil illi pfuit: ymo
dolori dolor additus morteꝫ
ei pocius accelerauit. Voluit
eum dominus ut ſpero punire
in p̄ſenti: ne puniret in futuro.

Ecce iſte villicus cecidit et non
ſurrexit. Si nō cecidiſſꝫ: neq̄ꝗ̄
damnatus fuiſſꝫ ¶ Nouicius
Ex huiꝰ pena ꝑpendo: ꝗ̄ pricu
loſū ſit in mōꝛtali manere pctō.
¶ Mōchus. Scias nō ſolum
eē piculoſum: ſꝫ et damnoſū. pi
culoſum ē. q꞉ ſicut febris acuta
ſeb꞉ ad morte͂: ita mōꝛtale pctm̄
ad gehēnā. Damnoſum autē:
q꞉ q̄cq̄d interi pctōꝛ boni facit
totum ꝑdit. Nihil inde eterne
mercedis cōſequit᷑. ¶ Nouici
us. Quero eciā vtrū caſus ſit
ex culpa hominis peccātis vl̄ ex
occaſiōe grē recedētis᷑ ¶ Mō
chus. Neq̄ꝗ̄ homini ſb̄trahit᷑
gr̄a: niſi pꝰ p̄cedat culpa. alio
qn̄ merito reſūderet᷑ pctm̄ i au
ctoꝛē grē deū. ¶ Nouiciꝰ. Pla
cet qd̄ dicis. ¶ Mōchus. De
lcāt te audiē adhuc de alio q̄
dā miſeroq̄ ꝓpt᷑ ſuā culpā penā
in gehēna ſibi prepatam vidit
atq꞉ ab iferis rediens penitere
cōtēpſit᷑ ¶ Nouicius. Eciam
Capitulū. vij. ¶ Mōchus.

EO tēpe quo mgr̄ Johan
nes Xātēſ ſcolaſticus:
et magiſter Oliuerꝰ Coloieñ
ſcolaſticꝰ: crucē con̄ ſarracēos
p̄dicarēt in dyoceſi Traiecteñ
ſic retulit ſup̄dcūs Bernardꝰ
q̄ tūc tpis collega fuit eiuſde꞉
Oliueri et coopatoꝛ i p̄dicacō
ne. Erat ibi q̄dā ruſticus: ſi bn̄
memini noīe Godeſcaldus ope
vſurarius. Iſte cū ceteris nō ex
deuocōe ut poſtea patuit. ſꝫ ex
circūſtātium iportuna ammōi
cione: crucē ſuſcepit. Cū diſpē
ſatores ex mādato Innocētij
ꝑpe. pecuniā꞉ redēpcōis collige
rēt a ſenibꝰ paupib꞉ et ifirmis
ide꞉ vſurarius ſe paupem mēti
ens: cuidā diſpenſatoꝛi cir̄ ſum
mā q̄nq꞉ talētoꝝ dedit. Talic꞉
dolo ſacdotē circūuenit. Teſta
ti ſūt poſtea vicini eiꝰ q꞉ dediſſe
potuiſſꝫ. xl. marcas: nec tn̄ exhe
redaſſꝫ liberos ſuos qd̄ ipē p̄tē
debat. Deus autē q̄ falli nō po
tuit: eius fallatie poſtea tribili
ter cōcluſit. Sedebat miſer in
tabernis deū ꝓuocās: eiuſq꞉ pe
grinis exprobrās in hūc modū
Vos ſtolidi mare trāſibitis ſb̄
ſtantiā vrā꞉ expēdetis. Vitāq꞉
vr̄am multis picul̄ exponetis.
Ego vero cū vxoꝛe et liberis me
is domi reſidēs: ꝓpt᷑. v. marcas
quib꞉ redemi crucē meā ſimile꞉
vobis habebo mercede꞉. Sꝫ iu
ſtus dn̄s ut palā oñde꞉ ꝗ̄tū꞉
placēt laboꝛ et expēſe pegrinā
tum: et ꝗ̄tū eius ocul̄ diſplice
ret dolus ac blaſphemia detrhē
tis: hōmem miſerrimū tradidit
ſathane vt diſcēt n̄ blaſphēare
Nocte q̄dam dormiente eo cū

vxore ſua in ꝓprio molendino domui ſue cōtiguo motū q̄i rote molentis audiuit. Clamās q3 puerum dixit ei. Quis admiſit molendinū? Vade vide quis ibi ſit. Juit puer et rediit nimio enim horrore percuſſus: procedere non potuit. Cui dominus. Dic: quis eſt ibi? Reſpondit. Tantus horror ad oſtium molendini me inuaſit ut compelleret redire. Et ille. Eciam ſi dyabolus ibi ſit. ego vadam et videbo Iniectaq3 toga ſcapulis eo q nudus eſſet: ad molendinum venit. oſtium apuit introſpexit: in quo horrēdam viſionem vidit. Stabāt ibi duo equi nigerrimi et vir q̄dam deformis eiuſdem coloris iuxta equos. Qui dicebat ad ruſticum. Feſtina. aſcende equum iſtuz: quia propter te adductus eſt. Expalluit ille et contremuit. quia iubentis vocem minus libenter audiuit.

Cumq3 ad talem obedienciam imparatus eſſet. iterato clamat dyabolus. Quid tardas? Proiice veſtem et veni. Erat autem crux quā ſuſceperat: eidez veſti aſſuta. Quid plura? Virtute dyabolice vocis p deſpacionez i corde ſuo ſentiēs. et iaz reſiſtere nō valens. veſtem reiecit in molēdinū itrauit equū ꝑmo dyabolus aſcēdit. Aſcendit et dyabolus equū alterū. et ſb multa celeritate ſimł deducti ſunt ad diuerſa loca penaꝝ. In quib3 hō miſer prēm et mrēm miſeābilit vidit. alioſq3 plurimos quos defunctos ignorauit. Vidit ibi eciam quendā honeſtum militem nuper mortuū Helyā noīne de Rininge burgrauiū in caſtro Hurſt vacce furēti inſidētem aduerſo corpoē. ita ut dorſum haberet ad cornua vacce. Que huc illucq3 diſcurrebat. et crebris ictibus dorſum militis cruentabat. Cui cū vſurarius dicēt. dn̄e quare ſuſtietis tātaz penā? Rn̄dit Vaccā iſtā rapui ſine mia cuidam vidue et iō ſine mia oportet me ab illa penam hanc ſuſtinere Oſtenſa eſt ei in eiſdem locis ignea ſedes in qua nulla potuit eſſe q̄es ſed ſeſſio penalis et pena interminabił Dictumq3 eſt ei. Modo reuerteris in domum tuam: poſt tres autem dies exuto corpe reuerteris in locum tuum et mercedem tuam accipies in ſede iſta. Mox a demone reductus et in molendino depoſitus. pene exanimis relictus ē Inuentus ibi ab vxore et familia atq3 in lectum deportatus.

cū requireret̄ vbi eēt vel vnde ve
niret r̄ndit. Ad loca infernalia
ductus fui ⁊ hec atq̄ hec ibidē
vidi. Oſtendit mihi in eiſdem
locis ductor me⁹ ſedē vnā ⁊ dix
it q̄ m̄ foret prepata: ⁊ q̄ pt⁹
tres dies receptur⁹ eēm merce
dem meā in ea. Vocatus ē ſb ce
leritate ſacerdos rogatus ab
vxore: vt puſillanimē cōforta
ret. deſpatum erigerē ⁊ ad ea q̄
ſunt ſalutis hortaret̄. Quē cū
ſacerdos monet ut contricōnē
haberē de pctīs ſuis: ⁊ ut purā
faceret confeſſiōē dicēs. nemi
nem debere de dei mīa deſpare.
r̄ndit. Quid pſūt verba iſta?
Nō poſſum oteri ſupfluū iudi
co cōfiteri. Qd̄ de me diſpoſitū
eſt: ncāe eſt ipleri. Sedes mea
pata ē: poſt terciū diē illuc vēi
am. ⁊ ſm qd̄ geſſi: i ea recipiā
Sicq̄ ſine contricōe. ſine con
feſſione. ſine viatico ⁊ ſacra vn
ctōne: tercō die defūct⁹ in īfer
no ſepultus ē. Sacdos vero cū
eccīaſticā ei negarē ſepulturā
ab vxore ei⁹ corruptus in cimi
terio ſepultus ē. Propt̄ qd̄ po
ſtea in ſinodo Traiectenſi accu
ſatus: pena neſcō q̄ mulctat⁹ ē
Vix ſunt tres anni elapſi: ex q̄
iſta contigerūt. Ecce iſte ſic ſu
pior cecidit: ⁊ minime ſurrexit
¶ Nouicius Vidē mihi aliq̄d
hre ſignacōnis: q̄ in vacca in
q̄eta penā ſuam miles recepit.
vſurari⁹ vero in ſede: q̄ ſignū ē
quietis ⁊ ſtabilitatis. ¶ Mō
chus. De⁹ ſm qualitatē ⁊ mo
dū pctī ipm punit pctm̄. Mi
les iſte q̄ vaccā rapuit: in vac
ca pctm̄ luit hoc de q̄litate vac
ca ꝓpter paſcua p diuerſa pra
ta diſcurrit ⁊ aſſidua paſtione
recreſcencia gramina depaſcit.
Vacca ipſa ſua inq̄etudie ⁊ de
paſtiōe nobiles ⁊ aduocatos
tempis nr̄i deſignat. q̄ domos
⁊ agros ſbditoꝝ hoſpitando
depaſcūt: ⁊ p aſſiduas exactō
nes quas in illos faciūt in ſba
recreſcere non ſinūt. Iſti p̄ domi
bus in penis ſilabūtur ⁊ ſic mō
alios agitant. ita ipi cū p̄ do cō
milite exagitabūtur. hec de mō
dcā ſint. Vſurarius vero q̄ do
mi q̄ete reſidēs pecuniā ſuā ad
vſurā dedit: in īferno ſedē igne
am recepit. Nō aūt eadē ſedes
ignea fuit: q̄ ſicut ignis ſtipu
lā ita vſura paupm deuorat ſb
ſtāciā. ¶ Nouici⁹. ¶ Ca. viij

Videtur m̄ vſura pctm̄ eē
multū graue: ⁊ ad emen
dandū difficile. ¶ Mōchus.
Iuſte moueris. Nō ē aliqd̄ pec
catū: n̄ qn̄q̄ q̄eſcat. Vſura vo
nunq̄ a pctō ceſſat. Dormiēte
dn̄o ſuo ipa nō dormit: ſ ſeper

creſcit ꝛ aſcēdit. Difficilis ē ad
emendādū: qꝛ deus nō dimit
tit reatū: niſi reſtituat̄ ablatū;
Fornicator. adult̄. homicida.
piurus. blaſphem9: mox ut de
pctis ſuis cōterūtur: indulgen
tiā a deo conſequūtur. Uſurari
us vero licꝫ de pctis ſuis doleat
tn̄ q̄ diu vſurā tenet cū poſſit
reſtituere nil ɔſequit̄ indulgē
tie. ¶ Nouiti9. Quid ſi iā vſu
rā ɔſumpſit. vel liberis diſtribu
it: nil habens p̄ter poſſeſſiōes
iuſtas? ¶ Mōch9. Illas tene
tur vendere: ꝛ rapinā reddere.
¶ Nouiti9. Quia epi qui ſūt
ecclīaꝝ p̄lati ꝛ ſpeclatores vſurā
rijs cōicāt: ꝛ ad ſepulturā xp̄i
anā recipiūt: idcirco multi ſūt
hodie. ¶ Mōch9 Si ſolūmō
vicia ſibi cōmiſſorū diſſimula
rēt: ꝛ nō eis ſimilia facerēt to
lerabile eēt. Quidā epōꝝ tā gr̄
ues in plebē ſibi ſbiectā hodie
faciūt exactōes: ſicut pſone ſe
culares. Iſti ſūt ſicut male ma
le valde. valde timendum eſt
talibus: ne ſibi cathedras p̄pa
rēt. iuxta ſedē vſurarij i inferno
qꝛ vſura ꝛ exactōnes violente
nil aliud ſunt q̄ rapine. ¶ No
uicius. Quomō valere poſſent
membr̄: vbi tam infirma ſunt
capita? ¶ Monachus. Occa
ſione huius ſedis recordor cu

iuſdā parabole a quodā epiſco
po dicte.

¶ Capitulum. ix.

In wormacia ante paucos an
nos quidā epūs fuit nomine
Lupold9: ſolo quidē nomine
epūs. ope autem tyrānus. hic
cū eſſꝫ vaniſſim9 nihil in ſe ha
bens pietatis. nil religioſitatis
dicebat ei quodā tēpe germa
n9 ſuus vir nobil̄ domine epi
ſcope multū ſcandaliſatis nos
laycos veſtro exemplo. Anq̄
eētis epūs: aliq̄d deū tiebatis
mō nil p̄ſus de illo curātis Cui
ille rn̄dit. Frat̄ duo vicini erāt:
ex quibꝫ vn9 exemplo alteri9
peccauit. Mortui ſunt ambo ꝛ
deducti in infernū. Cū eēnt in
tormentis vn9 alteri dicebat.
Ve tibi: qꝛ tuo exēplo ꝓuoca
tus ad pctm̄ merui hunc locū
Cui alter: bone vicine ſi placꝫ
tibi amplius ſedes mea: trade
mihi illam ꝛ ego dabo tibi me
am. Sic dico vobis frater qn̄
venerimus ad inferos. ſi videbi
tur vobis ſedes mea honorabili
or: aſcendite eam et recipiam
veſtram Rn̄dit ille. Mala con
ſolacō hec. Iſte Lupoldus ita
dyabolicus erat: ut tpe ſciſma
tis qd̄ eēt int̄ duos r̄ges Otto
nē. ſ. ꝛ Philippū: cum ſibi vſur
paſſꝫ epatū Maguntineñ. ei9 de

Philippi auctoritate ⁊ multis i
tercēt bell': nō parcēt eccl̃ijs nō
cymiterijs. Et cū milites ſui ei
dicerēt dn̄e nō licet nob̃ ſpolia
re cymitia: rn̄dit. Si oſſa mor
tuoꝝ tollitis: tūc p̄mū cymite
ria ſpoliatis. Qui cū eſſꝫ p̄uat⁹
ab officō ⁊ bn̄ficio ab Innocē
cio papa. ꝓpt' inuaſiōeꝫ iā dc̄i
ep̄atus: auxilio Philippi fret⁹:
collcō exercitu pfect⁹ eſt i ytali
am ipſm papā debellare. Quē
eciā i diuſ' locis: qd̓ dictu horri
bile ē: ardētibꝫ candel' excoica
uit. Poſtea vero mortuū impera
toris Ottonis: officio ⁊ bn̄ficō
reſtitutus ē. Vir iſte ſepe ⁊ val
de ut iā dcm̄ eſt cecidit: neſcio
vtꝝ ſurrexit in fine p otricōeꝫ
Hoc ſcio qꝛ legacō i q̄ hodieꝫ depo
ſuit mlte diſſencōis ſemiariū
fuit. ¶ Nouici⁹. Sepe quoſ
dā vidi cadere ⁊ per pniāꝫ r' ſur
gere. ſꝫ qꝛ q̄dā forci⁹ reſurgāt:
pbai in vellem exēpl'. ¶ Mō
chus. ¶ Ca. x.

Anno mō viceſim⁹ ē ſcd̓s
plus vel min⁹ eo tempoē
quo ad ordineꝫ veni: q̄ fuit ab
incarnacione dn̄i. M. cc. vno mi
nus. in quo tale quid a viris r'
ligioſ' ⁊ lrātis ut ſunt abb̃es ⁊
ſcolaſtici otigiſſe pariſi⁹ veraci
ter intellexi. Erat ibi iuuenis q̄
dā in ſtudio. q̄ ſuggerēte hūa
ni generis inimico talia q̄dam
pctā ōmiſeat q̄ obſtāte erube
ſcētia. nulli hominū ōfitei potu
it. Cogitās tn̄ q̄ mal' prepata
ſūt tormēta gehēne: et que bo
nis aſcondita ſunt gaudia per
hennis vite: timens etiā q̄tidie
iudiciū dei ſup ſe. intus torq̄ba
tur morſu conſcīe: ⁊ foris tabe
ſcebat in corpe. Quid plā? Tā
dem miſerāte deo timor ille ſer
uil' verecūdiāꝫ vicit. que ſic̄ ſe
ta filiū caritatē inducere conſue
uit. Veniēs ad ſcm̄ Victorem
p̄orē vocauit. qꝛ confitēdi gra
uiſſꝫ indicauit. Ille patus ad
tale officiū ſicut ōnes ſunt fra
tres eiuſdē mōſterij ſtatī venit
in loco ad hoc deputato ſedit:
p̄miſſaqꝫ exhortacōne iuueneꝫ
ōfiteri volentē expectauit. Mi
ra res. Tantā hora eād̓ pius do
min⁹: cui⁹ natā bonitas ē. cui⁹
voluntas ptās eſt. cui⁹ opus
mia ē: cordi eius ōtulit contri
ciōem: ut quociēs ōfeſſionem
incipet. tociens ſingultibꝫ int'
cepta vox deficereꝫ. In oclis lac'
me. ſuſpiria i pectore. ſingult⁹
erāt in gutture. Hec ut vidit p̄
or dicebat ſcolari. Vade ſcribe
pctā tua in cedula: et defer ad
me. Placuit ōſiliū iuueni abijt
ſcripſit. die alteā redijt. ⁊ ſi cō
fiteri poſſꝫ iteꝝ tētans: ut p̄us

NB

1219

deficit. Et cū nil pficerꝫ cedulā
p̄ori porrexit. legit prior: ⁊ ob
ſtupuit. Dixitq̃ꝫ iuueni. Nō ſuf
ficiō tibi ſolus dare cōſiliū. Vis
ut oſtendā abbati? Et licētia
uit ei. venit prior ad abbatem
⁊ porrexit cedulā legendā: reꝫ
ei p ordinē exponēs. Quid dein
de geſtū ſit audiāt peccatorēs ⁊
cōſolētur deſperati ⁊ recreentur
Mox. n. ut abbas cartulā ad
legendū apuit. Totā eius ɔti
nentiā deletam inuenit. Imple
tum eſtq̃ꝫ in eo: qđ dominꝰ per
Yſaiā dicit. Deleui ut nubē iniq̃
tatem tuam: ⁊ vt nebulam pec
cata tua. Et ait abbas priori.
Quid legā ī cedula iſta? Nihil
in ea ſcriptū ē. Hec ut prior au
diuit: cedulā ſimꝉ cum abbate
reſpexit: dixitq̃ꝫ ad illum. Sci
at p certo p̄rnitas vr̄a ſupradi
ctū iuuenē in hac cedula ſcrip
ſiſſe peccata ſua: ⁊ cū a me fuiſ
ſent lecta. vobis eciā donaui le
gēda. Sꝫ ut video miſericors
deus: qui maximā iuuenis ɔtri
cōnem attendit culpā iam ſuf
ficientꝰ punitā iuſte deleuit. De
letio ſiquidē doci ſcripti. abo
liciōem ſignat doci delicti. Et
aduocātes ſcolares oñderūt ce
dulam dicentes eius pctā dīmi
tus eē deleta. Quā cum pſpexiſ
ſet ⁊ ex ſignis bene cognouiſſꝫ

in tīitu cor eius ex magnitudi
ne gaudij ē dilatatum: in quā
tum prius ex magnitudine tri
ſticie fuerat anguſtiatū. Et nl
lā ei iniūgētes ſatiſfactōeꝫ mo
nuerūt: q̃tinus deo de pceptis
beneficijs grās ageret: atq̃ꝫ de
cetero caucius viuerꝫ. Ecce iu
uenis iſte ut ſatis videtur ante
ruinā impfectus fuit: cecidit: ⁊
pfectus ſurrexit ¶ Nouiciꝰ In
quo fuit pfectus? ¶ Mōchꝰ.
In caritate. ¶ Nouiciꝰ. Que
pfcō eſt caritatis? ¶ Mōchꝰ
Rñ mēs nō ē ſibi ɔſcia alicuiꝰ
pcti mortalꝰ. ſiue venialꝰ: libā nō
ſolū a culpa: ſꝫ eciaꝫ a pena. Et
puto ſi ſepedcūs cleicꝰ deceſſiſ
ſet ī tali ſtatu minime ſenſiſſꝫ pēaꝫ
purgatoriā. q2 pfcā caritas cō
ſūit plubū: ⁊ ſtipulā. culpā: ⁊
pēaꝫ Hec ē opinio mlꝉtoꝝ. Alij
dicūt eciā viros pfcīſſiōs ſecuꝫ
trahere fenū ⁊ ſtipulam ¶ No
uiciꝰ. Miror q̃re nō fuerit pec
cata eiꝰ deleta: anq̃ p̄ori eēnt
ɔnſa. ¶ Mōchꝰ. Ne ſupflua
videretur ɔfeſſio: ſine cuius de
ſiderio nulla fit remiſſio. Ipſa
eciam cōfeſſio ꝓpter erubeſcen
tiā. maxima ps eſt ſatiſfcōnis.
Nā in p̄mo ɔtriciōis pūcto di
miſſa fueāt ei culpa deinde ɔtri
cione inardeſcente ⁊ confeſſio
ne accedente deleta eſt ⁊ pena.

¶ Notici⁹ Nō miror min⁹ cō triciōem hui⁹ hominis q̄ Ma rie: cui tm̄ lacrimāti a nil dicēti voce saluatoris dcm̄ ē. Dimissa sunt ei pctā m. q. d. m. ¶ Mōchus. Ex quo monicōem fecisti Maie magdalene: dicā tibi de mira ɔtricōe cuiusdā mulieris luxuriose: in q̄ nris tpib; xp̄us nō minora oñdit grē sue mira cula: q̄ oli in Maria. ¶ Ca. xi

In diuersis locis a diuersis personis hoc qd dictur⁹ sum audiui Añ hoc q̄drienīū eorū sibn̄ me mini āno quo defūctus est Innocētius papa. mulier q̄dam igne libidinis succēsa ꝓprium adamauit filiū: de quo ɔcepit a peperit filiū alterū. Terrore tā nepharie cōmixtiōis pcussa quolib; momēto timens se tradi sathāe: vel morte sbitanea interire deo miserāte de satisfcōne anxiari cepit. Prebito pri⁹ consilio sacdotis sui. infantulū secū tollens: ita enī mihi dictū fuisse puto: Romā venit. a cū multa iportūitate dn̄i Innocēcij pape. ocul' se ingessit. cū tā tis lacrimis a clamorib; cūctis audientibus faciēs confessiō; ut ōnes verterēt in stuporē. Deponit in brachijs īfantē: ɔmissi facinoris testē. Vidēs dn̄s papa in mulie tantā cōtricōem: a cōpassus est ei q̄ parturiēs pro ea sic prudēs medic⁹ volēs infirmā plene a cito sanaē. medicinā ecīā contricōe ꝑbaē pcepit. Vt in tali veste ibi appareret in q̄li venerat ad filiū cū peccaret Illa confusiōem eternā tēpali anteponēs mox exiuit: vestes posuit. in camisia rediit a q̄ pa tissima foret ad ōnem satisfcōnem in tali obediā satis oñdes. Cōsiderās vir litatissimus tali obedie. tali verecūdie. tali penitentie. nullius pcti penā; posse r'sistere. corā ōmib; dixit ad mulieēm Dimissum ē pctm̄ tuū. vade in pace. Et nil āplius iniūxit ei. Audiuit hec q̄dam ex cardinalib;. a cū phariseo con̄ ꝑpā; murmurās. iudiciū ei⁹ rephēndit dicēs. ad tātam culpā tam breuem pniā; min⁹ sufficientē Cui ille r̄ndit. Si ego iniuste egi. cū muliere ista. a īsufficiēs est eius corā deo pnīa. ptātem h̄eat dyabol⁹ ingrediendi cor p⁹ meū a corā; ōmib; me vexet. Si vero tu iniuste me rephēndis sile tibi fiat. Stati dyabolus cardinalem eūde; vexare cepit: p cuius vexaciōem pfecta; mulieris pniam deus palā oñdit. Tandē oim orōne purgatus cardinal' didicit in sua vexacōe. ōme misericordie de cetō

nõ oblatrare. Ecce mulier iſta
ſic ſupͣ d̄cũs clericus infirma ce
cidit ⁊ ſanīſſiā ſurrexit. ¶ No
uicꝰ. Mag̃ dei clemētia: q̄ tā
magnū pctm̄ cui pnīa debetur
xv. ānoꝝ: tā breuis delꝫ contri
tio ¶ Mõchus. Delꝫ pctā mlˀ
to maiora. ¶ Nouitius. Que
ſunt illa? ¶ Mõchꝰ Ydolatria
hereſ abnegacõ creatoris Iſta
ſunt ex inſania dyabolica pctā
vero carnalia ex ifirmitate hu
mana. Dn̄ ad mitigandā iraꝫ
dīnam in emendacõe defūcto
rū d̄r: licet tibi peccauerit nō ta
mē te negauit. ¶ Nouitiꝰ Ro
go ſi noſti aliquē qui deum ab
negando cecidit: ⁊ per contri
cõnem ſurrexit: exempli cauſa
manifeſtes ¶ Mõchus

¶ Capitulum. xij.

Nfra hec q̄nquēniuꝫ iuxta flo
reffiā cenobiū ordinis p̄mon
ſtratenſ in dyoceſi Leodienſi
adoleſcēs q̄daꝫ nobilˀ hitauit:
cui patˀ moriēs utpote vir mg̃
nus ⁊ potens multas diuitias
reliquit. factus miles idē iuue
nis ut gloriā ſibi cõquirēt tem
paleꝫ: in breui ad magnā dedu
ctus eſt paupertatē. Cauſa. n.
laudis huane torneamētis to
tus deditus erat. hyſtriombus
larga manu ſua tribuebat. Et
q2 ad tales effuſiões r̄ditus
ānui minꝰ ſufficiebāt: hēdita
tē patˀnā vendere cõpellebatur
Erat autē in pximo manēs mi
les quidā diues ⁊ honeſtus: mi
niſterialˀ tam̄. Huic iuuenis iā
dictꝰ allodia ſiue feuda ſua p
tim vendebat. pti in vadimõio
expõebat. Et cū iā nō haberet
q̄d venderet vel exponēt cogita
bat exulare. tolerabilius iudi
cans inter extraneos mendica
re. q̄ⁱ iter notos ⁊ affines ege
ſtatis confuſionē ſuſtinere ha
bebat autē villicū hoīem qui
dem malignum. nomine nō re
xp̄ianum. ⁊ demonum miniſte
rio totum mancipatū Videns
hic dominū ſuum triſtem ⁊ tri
ſticie nō ignorās cauſam. dice
bat ei. domine vultis diues fie
ri? Rn̄dit. Libentˀ diues fiereꝫ.
dūmō ipē diuicie eē poſſent cū
deo Et villicꝰ. Nolite tiere Se
q̄mini tm̄ me. ⁊ bn̄ erit vobis.
Statī ſecutus ē miſeꝝ tanq̄ ſ
pentis voce Eua. q̄i ſibulū aucu
pis auicula in laqueū dyaboli
celerius deponēdus. Et duxit
eum in ipſa nocte per q̄ddam
nemus in locum paluſtrē. ⁊ ce
pit quaſi cū aliquo habere ſer
monē Cui iuuenis. Cū quo lo
q̄ris? Rn̄dit domino ſuo villi
cus ille iniquitatis. Tacete tm̄
vos. nec ſit vobis cuā cū q̄ loq̄r

Cūqꝫ ſcđo loq̄uētur ⁊ iuuēis
iterato ſciſcitaret᷑ r̄ndit. Cum
dyabolo Et cepit iuuēis nimis
horrere. Quē nō concutēt hor
ror tali loco. ī tlī hora ⁊ de tali
ſmōe᷑. Dicebatqꝫ villicuſ dya
bolo. Dn̄e ecce vir hūc nobilē
dn̄m meum adduxi grē veſtre
maieſtati veſtre ſupplicans. ut
veſtro auxilio p̄ſtinis honoribuſ
atqꝫ diuicijs reſtitui mereat᷑.
Ad quē dyabolus. Si mī volu
erit eē deuotus ac fidel᷑: dabo ei
diuicias magnas: inſup addā
gloriā ⁊ hōres quales nō hue
rūt prēs eius. R̄nt villicus libē
ter vobis obſequioſus erit ⁊ fi
del᷑. ſi talia fuerit cōſecutus. Et
ille. Si voluerit iſta a me oſeq̄
abrenūciare deꝫ ī iſtātī altiſſimo
Qđ cū iuuenis rediret ⁊ facere
rēnuēt. dicebat ei hō ille p dicō
nis Quid tietis v̄bulū vnū᷑ Di
cite: abrenūtio. Tādē miſer Iu
uenis a villico pſuaſus creato
rē ſuū ore negauit: manu exſa
ſtucauit: dyabolo hoīuꝫ faci
ens. Hoc ſcelere ꝑpetrato. dya
bolus adiecit. Adhuc opus ī
pfectū eſt. Eciā abrenūtiare deꝫ
matri altiſſimi Illa ē. n. q̄ maxi
mū nobꝭ infert damnū. Quos
filius p iuſticiaꝫ abijcit: mater
qꝛ nimis miſericors ē ad indul
gentiā reducit Sibulauit ite

rū ſerpens in aure adoleſcentis
ut dn̄o ſuo in hoc obediret: ut
ſicut filiū ita eciā ⁊ mrēꝫ abne
garꝫ. Ad qđ verbuꝫ iuuenis ni
mis expauit: turbatuſqꝫ ſup̄
modū. R̄nt. Hoc nunq̄ faciaꝫ
Quare inq̄t feciſtis qđ maiꝰ
ē᷑ Facite nūc qđ minꝰ eſt Ma
ior eſt creator q̄ creatura. Et il
le Nunq̄ eā negabo Eciā ſi me
oportuerit hoſtiatī mendicare
p oīs dies vite mee. Et nō ac
q̄euit. Sicqꝫ infecto negocō ā
bo reuerſi ſunt: nihil q̄dem hō
ris cōſecuti: ſed maximo peccati
pondere grauati. villicus ſuadē
do Iuuenis conſētiendo. Pergē
tes vero ſimul᷑ venerūt ad quā
dā ecclīam: cuiꝰ ianuā cāpanaī
us exiēs reliquerāt ſemiclauſā.
Mox iuuenis deſiliēs de equo
cōmiſit eū villico dicens. Expe
cta me hic: donec reuertar ad
te. Et intrās ecclīam an̄ ortū au
rore pſtrauit ſe an̄ altaē: ⁊ ex ī
timo corde ipſam mrēm mīe ce
pit inuocare. Erat aūt ſup ideꝫ
altaē ymago ipīus virginis ⁊
matris puerꝫ Iheſum in ſinu te
nēs. Et ecce meritis ipīus p̄cla
riſſime ſtelle maīs: verꝰ lucifer
oriri cepit ī corde ſepdicti ado
leſcētis. Tantā ei dn̄s xp̄ſ hō
rē matris quā n̄ negauerit cō
tricōem donare dignatus eſt:

ut ꝑ fletu rugiret ⁊ ꝑ planctu
nimis clamoꝛibꝫ eccām replēt
Eadē hora ſupᷓdict⁹ miles qui
ōnia eius bona habebat: dn̄o
ut credit' nutu ad eandē eccīaꝫ
diuertit. ⁊ cū videret apertam
putās ibi dn̄a celebrari: maxi
me ꝓpter clamoꝛes intrinſecus
ſolus intrauit. Inueniēſqꝫ corā
altari iuuenē ſibi bene notū la
crimātem: ⁊ putās qꝛ ſuā ſolū
modo deflēt calamitateꝫ: retro
quādaꝫ colūnam ſeceſſit: rei exi
tum expectans Cūqꝫ terribilē
illaꝫ maieſtatē quā negauerat
nominare vel inuocarē nō aude
ret: ſꝫ tm̄ pijſſimā eius genitri
cē lacrioſ vocib; pulſaret vtro
qꝫ audiēte p os ymaginis ſue
beata ⁊ ſingulaꝛis xp̄ianoꝝ ad
uocata filio loq̄batur i hec ver
ba dulciſſiē fili miſerē huic hōi
Puer vero mri nil rn̄dit: faciem
ab ea auertens. Cūqꝫ iteꝝ roga
ret: hominē ſeductum aſſerēs.
matri dorſum vertit dicēs. Hō
iſte negauit me q̄d ei faciam?
Poſt hec verba ymago ſurrex
it: pueꝝ ſup altare poſuit: eiuſ
qꝫ pedib⁹ ſe ꝓna pſtrauit. Et
ait. Rogo fili ut ꝓpt' me dimit
tas ei pctm̄ h°. Mox īfans ma
trem eleuās: rn̄dit illi. Mater
nunq̄ꝫ tibi aliq̄d negare potui
ecce ꝓpt' te totum dimitto. Pri

us dimiſerat culpā propter cō
tricōnē: deī de penaꝫ peccati ꝓ
ter matris interceſſioēꝫ ¶ No
uici⁹. Quare tam durus tam
dilecte matri fuit? ¶ Monch⁹
Vt iuuenē oſtenderꝫ qn̄tuꝫ i ſe
peccaſſꝫ: ⁊ ut p dolorē cordis ā
plius in ſe pctm̄ ipm̄ puniret.
Surgens autē iuuenis exiuit
de eccīa: triſtis quidē de culpa:
ſꝫ hylaris de indulgentia. Exi
uit poſt eū ſepedict⁹ miles latē
ter: ⁊ quaſi rem ignoraret que
fuit. q̄re tam humidos et tam
tū̄idos oclos haberet? Reſpō
dit de vento eſt. Et ille. Domie
nō me latet cauſa triſtitie vr̄e
habeo. n. vnicam filiā: ſi vultis
illā ducere in vxoꝛeꝫ ōnia veſtr̄
vobis cuꝫ illa reſtituam: inſup
⁊ diuiciarū meaꝝ heredem vos
conſtituā Adhoc iuuenis let⁹
effectus. Reſpondit Si hoc fa
cere dignaremini plimū mihi
placēt. Reuſus miles ad vxorē
ſuā rem ei p ordinem retulit cō
ſenſit illa: nupcie celebrantur.
iuuenī ſꝫ noie dotis ōnia ſua r̄
ſtituūt Adhuc ut puto viuit
viuūt ⁊ ſoceri p⁹ q̄ꝝ mortē eo
rū hēditas ad ipm̄ reuertetur
¶ Nouici⁹ Vltū iuuenis iſte re
grāri tenet' btē vgini qꝛ p ipſā
meruit remiſſioēꝫ pctoꝝ inſup
⁊ cōſolacōem tpaliuꝫ bonoꝝ.

¶ Monachus. Verū dicis q̄ꝛ
ip̄a intercedēte dn̄s cordi eius
infuſit contricōem: p̄ quā pcti
meruit remiſſiōe; Pena eciam
pcti ip̄a intercedēte: iuuene au
diente: dimiſſa eſt. Ecce hō iſte
grauiſſime cecidit: ſ; ceteris de
q̄b⁹ ſupradcm̄ ē celeri⁹ ſurrex
it. Cecidit intēpeſta nocte: ſur
rexit ī mane. ¶ Nouici⁹ Quid
tibi vidꝛ de hijs q̄ in fine conte
runtur? ¶ Mōchus. Audi de
hoc nō meā: ſ; btī Auguſtini ſe
tentiā. Ait enī ſic ¶ Ca. xiij.

SI q̄s poſitus in vltia neca
tate voluerit accipe pn̄ia;
ↄ accipit ↄ mox reconciliat̄ ↄ
hinc vadit fateoꝛ vobis nō illi
negam⁹ qđ petit: ſ; nō p̄ſumi⁹
q̄ꝛ bn̄ hinc exijt. Si ſecur⁹ hic
exierit: ego neſcio. Pn̄iam daꝛ̄
poſſumus: ſecuritatē vero non
Nūqđ dico dānabitur? Sed
nec dico liberabit̄ Vis ergo a
dubio liberari: age pn̄iam du;
ſan⁹ es. Si ſic agis dico tibi:
q̄ꝛ ſecurus es. q̄ꝛ pn̄iam egiſti.
qn̄ peccaꝛ̄ potuiſti Si vis age
re pn̄ia; qn̄ iā peccaꝛ̄ nō potes
pctā dimiſerūt te: nō tu illa Itē
due res ſūt. aut ignoſcitur tibi
aū nō ignoſcitur. Qđ hoꝝ tibi
ſit futuꝝ: neſcio Ergo tene cer
tū ↄ dimitte icertum.

¶ Capitulum. xiiij.

DIcā tibi quid an̄ paucos
ānos cōtigit in domo nr̄a
Conuſus q̄dam Hericus noi
ne: homo ſenex ↄ bm̄ ingreſſu;
p̄oꝛ oīm conuſoꝝ: pctm̄ qđ dā
dimiſeāt: qđ nunq̄ꝫ abbi neq;
priori neq; alicui ↄfeſſus fueāt
Sepius tn̄ ſolitus erat cōfitei
ↄ videbatur nob̄ oib; q̄ꝛ vir ſā
ctus eēt ↄ multū r̄ligioſus Cū
iam ī extremis laboraꝛ;: idē pec
catū dn̄o Danieli tūc p̄ori nr̄o
cōfeſſus ē. Et ſic nob̄ poſtea re
tulit ut nos cautos reddēt: tā
graue eāt pctm̄ q̄ꝫ oio danna
tus fuiſſ; ſi tacuiſſ;. ¶ Nouici
us Quid ſentis de ſaluacōe h⁹
hominis? ¶ Mōchus. Sicut
Auguſtinū lego ſēſiſſe. Si cō
tricio eius fuerit ī caritate: ſal
uatus ē. ſin autē dānatus Qui
ſero penit;: oport; nō ſolū time
re iudicē ſed diligere. ¶ Noui
cius Meruit ergo vigilādo. ie
iunādo. laborādo. obediēdo ali
iſq; opib; iuſticie: q̄ꝫ diu in illo
mōꝛli fuit? ¶ Mōchus. Neq̄
q̄ꝫ: q̄ꝛ opera extra caritatē facta
mortua ſūt: ↄ nunq̄ꝫ r̄uiuiſcūt
Ve ergo ill̄ qui quotidie ī dei
ſeruicō mortificatur: ↄ nl̄ inde
mercedis in vita et̄na cōſequū
tur. Multi iſta ignorāt de fina
li pn̄ia plurimu; p̄ſumētes: ne
ſciētes pn̄iam q̄ in fine agit̄ ut

ſupͣ dictum eſt tam incerta; eē
Dicam tibi tam̄ exempla de du
obus: ex quib⁹ vnus in fine fi
cta; alter verā egit penitētiam.

Capitulum. xv

PArifiusin ecclefia ſancte
dei genitricis Marie Ca
nonicus nup obijt: qui multa
hn̄s ſtipendia delicatiſſiē vixe
rat. Et q2 ex delicijs maxime ex
hijs que ad gulā ptinēt libido
naſcitur: nata nutritur: ⁊ quo
tidianis eius incitamētis aug
mētatur. Ide iuuenis valde tūi
cam carnis ſue maculauit ⁊ tā
illo q̄ alijs ſuis pc̄tis irā dei in
ſe ꝓuocauit. Tandē ꝑ īfirmita
tem tactus timore mortis con
feſſiōem fecit peccata defleuit ⁊
emēdacōem pmiſit. viaticum
accepit inunct⁹ eſt homine; de
poſuit. Cui⁹ corpus utpote vi
ri nobil' diuitiſq3: cū magna
pōpa ſecularis glorie tumula
tus eſt. Et erat ī illa die tāta ſe
renitas vt ipē aer eius obſequi
is famulari videret'. dixerūtq3
homines admiuicē. Multa bō
ꝑſtitit deus hoī iſti. nihil ei defu
it hor̄ que homo xp̄ianus ha
bere debuit: dn̄icis ſacr̄mentis
munitus ē: aer in ei⁹ morte ſere
nat⁹ ē: cū mag̃ gloria ſepult⁹
eſt. Sed hō videt in facie. deus
autē ītuetur cor. Poſt paucos
dies cuidā ſibi valde familiari
appens dicebat. ſe eē dānatū;
Cūq3 miraretur ille ⁊ expaue
ſceret. penitentiā eius ⁊ cōfeſſi
onē. ſacrā eciā cōmunioēm ⁊ i
unctōnem commemorans rn̄dit de
functus. vnū bonū mihi defuit
ſine quo nullū bonū q̄ enūata
ſunt mihi pdeē potuit. Quid ē
illud inq̄t. Rn̄dit mortu⁹ Ve
ra contricō. licet. n. deo pmiſeri
conſilio confeſſoris mei cōtinē
ciam. ſiue alia q̄ ſalutis ſūt. tn̄
dicebat in conſcīa. q2 ſi cōualu
eris obſeruare nō poteris. Et
q2 cor magis declinabat ad trā
greſſiōem q̄ ad voti obſeruaci
onē nulli⁹ pc̄ti meruit remiſſio
nē. De⁹ reqͥrit fixum ꝓpoſitū pe
nitendi. Ecce hominis hui⁹ pe
nitentia ſera fuit ⁊ ficta. nec ta
mē fuiſſ; ſera ſi fuiſſ; vera Ro
uitius. Nō mirabor āmodo pe
nitentiā ſerā vix eē verā Mo
nachus. Plures ſunt in ſeculo
quos ego bn̄ noui qui tempe
infirmitatis cū timerent mori.
ſe inter manus abbis reddide
runt. ⁊ cū conualuiſſent tranſ
greſſores voti fc̄i ſunt. ca. xvi.

ANno pterito apud Bū
nā vicū dyoc. colonieñ.
vagus clericus quidam Nico
la⁹ nomine: quem vocāt archi
portā. ī acutis grauit' laborauit

a cũ mori timeret tã p ſeipſum
q̃ p canonicos eiuſ ſcẽ eccẽe: ut
in ordinẽ ſuſciperet apud abba
tẽ nr̃m obtinuit. Quid plura?
Cũ multa ut nobis videbatur
contricõe tunicã induit: quã fa
cta criſi celeri9 exuit. a cũ q̃daʒ
irriſiõe pn̄cẽs aufugit. ¶ No
uicius. Multi ſũt pctõres qui
contricõeʒ hrẽ nõ pñt: a de ipõ
dolent. Quid ergo ſetiendũ ẽ
de tali dolore? Monchus. Tal
dolor meritorius nõ ẽ. qꝛ ſine
caritate. preparat tñ aliq̃n viam
caritati. caritas a peccãdi volũ
tas ſimł in eẽ nõ pñt Quid de
tali dolore ſcũs Bernardus ſe
ſerit: verb̃ a exẽplo illius doce
beris. ¶ Cap. xvij.

Retulit m̃ frat̃ Godefrid9
monchus nr̃ quodã ſcola
ſticus ſcĩ Andree i Colonia. cu
ius in ſupiori diſtĩn. iij. ca. mẽ
cionem feci: tale q̃d contigiſſe
in ciuitate Remenſi. Eo in q̃t tẽ
pore quo Remis fui in ſtudio
cũ dñõ Philippo poſtea Colo
nienſi archiepõ. cuius mgr̃ et
pedagog9 erã. contigit ibidem
militẽ quendã infirri vſq3 ad
mortem. Inſtinctu dyaboli idẽ
miles ſi bñ memini. hebat auũ
culi filiã cõcubinã. cui tãto con
glutiatus fuerat amore. ut nõ
ãmõicõe nec excoicacõe neq3
aliq̃ verecũdia hũana poſſʒ vel
vellet ab ea ſepari. Timore ãt
mortis vocauit ſacdotem ſatis
purã a cũ lacrimis de õmbʒ ſu
is pctis illi faciens confeſſiõeʒ
Quem cũ ſacdos monẽt ut taʒ
illicitã abiurarʒ cõmixtiõeʒ: ip
ſãqʒ pſonã cognatã ſuam. Rñ
dit. Dñe nõ poſſuʒ. Et ille. Si
in tali volũtate mortuus fueis
gaudio celeſtis vite puaberis
a eterna tormẽta te ſuſcipient
Milite in ſua obſtinatia pſeue
rãte receſſit ſacerdos cũ corpore
dñi. qd ſecũ detulerat ad cõicã
dũ infirmuʒ. Nutu dĩno extra
domũ ſacdoti occurrit ſanctus
Bernardus abb̃ Clareuallis.
Quem cũ interrogaſſʒ q̃re infir
mũ nõ cõicaſſʒ: cãmq3 q̃ nota
erat õmbʒ intellexiſſʒ. ait ſacdo
ti. Reuertere mecũ ad infirmum
Reuerſi ſunt autẽ. Cũ ſcũs vir
militi iã moituro q̃ ſalutis erãt
ſuaderet a ille pt̃er iſtã ſolã rẽ
iã dictã i õmbʒ obediaʒ ſpõdẽt
nouiſſime ſb̃iũxit. Nunq̃d nõ
doles qꝛ nõ potes hrẽ volũtatẽ
recedendi ab illa? Rñdit. Dñe
valde doleo me de hoc nõ poſſe
dolere. Audito hoc verbo abb̃
mox dixit ſacerdoti ut corp9 do
mini daret infirmo. Mira res.
Statĩ ut ſaluator intrauit. fcã
eſt ſal9 illi domui. Ab illa enĩ

hora tam pfecte mutata ē volũ
tas eius pũerſa: ut ãplius odi
ret quã illicite amauerat: ita ut
ſcõ viro cũ multis lacrimis di
cẽt. Gras deo qui me liberauit
qz mõ libenti⁹ videre bufone
q̃ illã. Sic qz in bona cõfeſſio
ne ⁊ pfecta cõtricõe migrauit
ad dñm. ¶ Nouitius. Miror
vtrũ contricõem illã meruerit p̃
dicto dolore: ſiue dñici corpis
pticipacõe. ¶ Monach⁹. Xpc
in ſuo ſacramẽto ad iudiciũ in
trat: niſi grã eius p̃cedat. Puto
enĩ ꝓpter oraciones viri ſancti
grãm xpi abiſſum cordis eius
illuminaſſe. dolorẽ ſterilẽ fecũ
daſſe. ne et vir btũs iudicaret
de p̃ſumpcõe. ⁊ morientis pẽa
creſceret in ſua damnacõe. Ecce
hõis hui⁹ contricõ ſiue pñia
multũ fuit ſera ⁊ pene morti cõ
tigua verã tñ teſte ſancto abbe
p cui⁹ meritũ illã creditur ha
buiſſe. ¶ Nouici⁹. Reuera iu
ſtoꝝ pñia morientibꝫ multũ
ē neccãria. ¶ Monach⁹. Hoc ſã
ctus Gregori⁹ mãifeſtat in q̃
dam Omel. loquẽs de quodã
puerſo iuuene. qui ſe deuorã
dũ draconi clamabat. quẽ frm̃
circũſtantiũ orõ fugauit ⁊ con
tricõnis grãm infirmo optĩuit
Audi adhuc de quodam viro
ſeculari: cui⁹ ↄtricõ final' tã va
ꝑmo tã verĩſſiã fuit ut p eã nõ
ſolũ meretur remiſſiõẽ pctõꝝ
ꝑmo eciã gloriã miraculorũ.

¶ Capitulum. xviij.

Ante hoc trienniũ defunctus
eſt Philippus comes na
murcen̄ vir potẽs ⁊ nobilis.
filius Baldewini comitis flan
drie. Anq̃ moreret' tãtã ei cõ
tulit dominus in infirmitate cõ
tricõnem. ut tal' contricõ non
cẽt viſa in aliquo homine nris
tempibus. Quatuor abbatibꝫ
ordinis noſtri ſimul ⁊ ſepe ↄfeſ
ſionẽ ſuam facere cõſueuit. i tñ
tum ſe accuſãs. tm̃ plãgẽs. ut
omnes ad lacrimas ꝓuocaret
Nec ei iſta ſufficiebãt. qn̄ laq̃
um collo ſuo iniceẽt. rogaretq̃
cõfeſſores ſuos ut ſe traherẽt in
plateam dicẽs. Sic canis viri
dignũ ē ut moriar ſic canis. Fi
lias fr̃is ſui baldewini comitis
q̃ fcũs fuerat rex grecie tradide
rat regi Frãcie. cui⁹ filiã duxeãt
vxorẽ. Quidã dixerũt qz vendi
derit eas. De q̊ fcõ plimũ dole
bat. Deportari ſe fecerãt in pau
primã domũ ciuitatis ſue i q̃ pau
p ſpũ migrauit ad dñm. Volẽs
ãt pi⁹ dñs tãtã eius remũerarẽ
ↄtricõ miracul' eũ glificarẽ dig
tus ē. tq̃ diliẽ ↄfeſſorẽ. Sepul
tus i ecclia ſci albani mr̃is i q̃ ipẽ
inſtituerat ↄuentũ canonicorũ

de ſuis iuſtis redditibꝫ eis ſtipē
dia adhuc ſanus ordinās: tā
tis vſqꝫ hodie ſignis choruſcat
ut de r̄motis regionibꝫ infirmi
aduenīētes ad eius tūbā: ſcita
tem recipiāt ipſāqꝫ terrā circa
ſepulchꝝ effodiētes ſecū ꝑ be
nedictōe deportēt. ¶ Nouiti⁹
Miror vtꝝ grām tātā merue
rit cōuerſacōe: vel finali contri
cōne? ¶ Mōchus Satis pu
to ꝙ caritatē habuerit an̄ ſuā
infirmitatē. q̄z ſatis erat māſue
tus ⁊ hūil. Sꝫ vix aliquis ē q̄
nouerit ei⁹ vitā ⁊ extremā pn̄i
tētiam: q̄n magis hāc gloriā
miraculoꝝ aſſcribat extreme q̄
maxima fuit contricōni ꝙ̄ ꝑſti
ne cōuūſacōi ¶ Nouiti⁹ Vide
tur mihi ꝙ multū apd̄ deū va
leāt lacrime ↄtricōnis. ¶ Mō
chus. Quāti ſūt apud deū va
loris: quātiue pōderis: ſbiecto
tibi exēplo demrabo. ¶ Ca. xix

Tempe ſciſmatis qd̄ fuit i
ter Alexādꝝ ⁊ Calixtuꝫ:
ſb Frederico impatore. q̄ ei⁹ dē
ſciſmatis auctor eāt ⁊ defenſor
compellebātur oēs ecc̄ie ꝑ vni
ſum orbē romanū lr̄is impiali
bꝫ iurare fidelitatē ⁊ obedīam
Calixto q̄m ipē papā creaueāt
Reſiſtētes vero iuſſi ſūt exula
re. Cum hmōi lr̄ē exhibite fuiſ
ſent ↄuentui de Hemerode: fra

tres vnanimi cōſilio dicēnt ſe
neqꝙ̄ velle recedere ab vnitate
p̄ceptū eſt eis ut celeri⁹ exirēt
de Rōno impio. Viri illi virtu
tis d̄mū timorē nimis r̄giꝭ an̄
ponentes: cū iā res ſuas ⁊ veſti
menta ſarcinaſſent: ordiatiqꝫ
fuiſſent in diuerſas domos reg
ni Fracoꝝ: dicebat vn⁹ eoꝝ ve
nerabili ſacerdoti Dauid mōcho
ibidē. Pat̄ ignoras ꝙ oms̄ mi
grabim⁹ de loco iſto? Ita. n. in
tētus erat celeſtibꝫ: ut q̄d in ex
terioribus ageret̄ ꝑrſus ignoā
ret. Cui cū mirāti ⁊ introganti
cām: ille negociū totū explica
ret: maximā in dn̄o hn̄s fiduci
am. Vir btūs rn̄dit. Cōforta
mini frēs. nō. n. deſeret dn̄s ſpe
rantes in ſe. Anthiphonā q̄ in
nocte dicet̄ ſup magūficat for
tit̄ ⁊ cū lacrimis cātate: ⁊ dn̄s
cōſolabitur vos Eāt aūt dn̄ica
an̄ aduentū: in q̄ An̄. eſt ſuper
magnificat: Qui celoꝝ cōtines
thronos: ⁊ abiſſos intueris.
terrā pugno cōcludis: exaudi
nos in gēitibꝫ nr̄is Ipſe vero ſā
ctus intrās oratoriū effudit aī
mā ſuā in orōne: cū multis lac
mis d̄imā interpellās clemētiaꝫ
Acq̄eſcētes ei⁹ conſilio frēs eā
de Antiphonā tn̄to intēti⁹ cāta
bāt: q̄nto forti⁹ cātantes āgu
ſtia p̄mebat: et ad cātandum

incitabat. Flex9 pius dominus
lacrimis ſeruoꝝ ſuoꝝ:impera
toris cor mutauit: ⁊ miſſe ſūt
littere ſub feſtinacōe vt mane
rēt:orarētqꝫ ꝓ impio. Ex hijs
poteris colligē: ꝙ efficaces ſint
in aurib9 dei lacme cōtricōis
¶ Nouici9 Poteſt quis alteri
tales optinere lacmas:meitis
ſiue pcibus? ¶ Monach9 Qꝛ
alij alijs hui9modi grām op
tinere poſſint a deo meritis. Ha
bes ſupius capitulo tertio vbi
apoſtata mōch9 meritis pris
⁊ hoſpitis ſui ſcti Bernardi
p lacriās ɔtritiōis iuſtificatus
eſt Aliud habes exemplū in ca
pitlo. xvij. Vbi miles apd re
mis in ei9 pnīa cōicās:meitis
ipi9 p donū ɔtricōis cū i maxi
mis pctis eſſ; meruit illumina
ri. ꝓ nullo hoꝝ dicit ceaſſe Itē
ꝙ qdā alijs lacrimas contrici
onis:qbus pctā ſua diluant i
petrare valeāt. diuerſ tibi oſtē
dam exempl. ¶ Ca. xx.

Retulit nobis hoc āno do
minus walterus abbas
Vilarienſ te teſte: ꝙ mōchus
qdā; cū mittētur ab abbe ſuo
ad cenobiū qodā ſcīmonialiū
ordis nrī:rogauerit qꝫ vnā ex
eis:quā āplioris meriti apd de
um ſpabat: ꝓ ſe orare. Rn̄t illa
Quid vultis ut orē ꝓ vobis?
Et mōchus. Volo ut optineas
a dn̄o. ter mihi in ebdoīda ad
ſolemnes vigilias hoc ē feria ſe
cunda. feria qnta: ⁊ ſabbo: qn̄
longiores ſunt vigilie: ſpālem
grāz lacrimaꝝ ⁊ deuocōis Cū
illa conſtant ꝓmiſit: qꝛ hoc ei
optinēt. Reūſus mōachus ad
clauſtꝝ ſuū: grāz pmiſſaz ſtās
ad vigilias expectauit ⁊ i eiſdē
noctibus p oracōnes ſcē illius
mulieris a domino copioſe lac
mas percepit. Illa per ſpūm in
telligēs ſe exauditam. eidē mō
cho per quēdā clericū familiarē
mandauit: ⁊ qꝛ iam grām per
cepiſſ; pmiſſaz:nūtiauit. Cum
vero abb eiuſdē dom9 iā dcāz
grām ꝓ edificacōe clerico reci
taret: ſcripſit ille dicēs ſe eo mlt
to melius ſcire: utpote q ab ip
ſa audierit: q talē grāz impetra
re potuit. Recitauit nob ⁊ ſile
huic idē; abb in ſua ſcā iocūdi
tate dicēs. Vos non eſtis ſan
cti: ego aliquid referam vobis
de ſanctitate mea ſic incipiēs.
¶ Capitulum. xxi.

Cum intellexiſſem ſupra
dictum mōchum gracīā
illam lacrimaꝝ percepiſſe a fe
mina tali religioſa: rogaui ab
batē meū tūc recent fact9 mō
ch9. ut licerꝫ mīn tales viſitare fe
minas: ⁊ cōceſſit mihi ſtatim.

veniēs itaqꝫ ad domū cuiuſdā
honeſte matrone Brabātie ho
ſpitandi grā· cum itellexiſſꝫ de
ſiderium meū dixit in ioco· Quid
q̄ritis videre iſtas begias? vul
tis ego oſtendā vobꝭ mulierem
bonā: q̄ q̄cq̄d vult optīet a deo
Rn̄di· Talē multū deſiderio vi
dere· Et ſtati ad v̄bū eius muli
er q̄dā de cubiculo ſuo egreſſa
veniēs ad me: cepit mecū loq̄·
In cuiꝰ aduentu cū m̄ ſetirē gr̄
ciam adeē: rogaui eā ut oraret
ꝑ me· Que cum dicerꝫ q̄d vel
tis ut oreꝫ ꝓ vobꝭ? Rn̄di: ut poſ
ſim deflere pctā mea Et illa nūſ
quid nō eſtis monachꝰ? Qui
pctā ſua nō pōt deflere· mona
chꝰ nō ē· Et cum inſtarē q̄tus
mihi grām hāc optineret Rn̄t
Ite abūdāter hebitis· Proxīā
nocte orās an̄ lcm̄ meū cuꝫ de
pctis meis cogitarē· nec tn̄ mu
lieris ꝓmiſſum minꝰ attēderꝫ
cepi ita abundant̄ ⁊ ſupr̄ mo
rē ſolitū flere pene vſqꝫ ad me
diā noctem· ut tandeꝫ timēs ca
piti meo vix me cohibē poſſeꝫ
a fletu· Que cum m̄ mādaſſꝫ ꝙ
tali nocte grām illā lacrimaꝝ
mihi impetraſſꝫ· iterū reuerſus
ſū ad eā ⁊ ſciſcitatus ſuꝫ ab ea
dicēs· dicite mihi in caritate· q̄
lit̄ mihi optinueritis grāꝫ illaꝫ
Que rn̄t mihi ſub hijs verbis
Primō quidē dominū durū iue
ni· ſed dixi ei dn̄e nō euades ma
nus meas· niſi mōchus ille he
at grām lacrimarū· Et ſtatī cō
ceſſit tibi· Adiecit ⁊ terciū exē
plū de ſimili matīa ¶ Ca· xxij·
Alio inq̄t tempoē rogaui
vnū ex mōachis nr̄is bo
ne opinionis virū: ut rogaret
deū ꝑ me· Qui cū mihi darꝫ op
ciōem quid mihi vellē a deo im
petrari: volens ſermōis eiꝰ fidu
ciam ꝓbare rn̄di ei volo ut op
tīeas poſt miſſam grām lacria
rū· quibꝫ pctā mea de plāgaꝫ·
Et ꝓmiſit mihi multū ↄfidēter
Seq̄nti die cū poſt miſſaꝫ mo
ram facerē an̄ q̄ddā altare· ⁊ eſ
ſem ſolus in orōne· tanta mihi
affuit abūdācia lacrimarum:
ut mirarer· Poſtea cū vidiſſet
me ſupr̄dictus monachꝰ cor
pe quidē iuuenis· ſꝫ moribꝫ val
de maturꝰ· cepit mihi ſignare
ſi bn̄ eſſꝫ mecū· grām notans
mihi collataꝫ· Ego ſignū eius
nō intelligēs· ⁊ an̄ p̄orē illum
dūcēs· q̄ſiui q̄d ſignaret· Qui
dixit mihi nunq̄d nō copioſe
hodie habuiſtis lacrīas? Que
cū iterrogaſſeꝫ ſi vidiſſꝫ me la
crimātē: rn̄t· Eſtis vos tā ſtul
tꝰ ↄputatis me vidiſſe? Ego
minui ſāguīeꝫ: nec licuit mihi
dictis miſſis morari in oratorio

Tũc iterrogatus a me quõ m̃
grãm eandẽ optinuiſſet: r̃ndit
pene ſicͤ ſup̃ dicta mulier. Dñm
inquit. p̃mo duxi muli: ſed dixi
illi. Ecce dñe nõ dimittaz te: n̄i
ſi facias qḋ rogo. Hijs verbis
placatus exaudiuit me ¶ No
uiti⁹. Miror bonitatẽ dei: q̃ eo
gi pōt ⁊ vult a ſeruis ſuis ⁊ an
cill': quõ pater dulciſſimus co
gi ſolet a filijs ⁊ filiab⁹ delica
tiſſime ab eo nutritis. ¶ Mõa
ch⁹. Qui eum pfecte diligunt:
nullã ab ipſo in oracõnibꝫ ſuiſ
paciũtur repulſam. ſi tñ ſaluti
cõrria nõ fuerint. q̄ petuntur
¶ Nouiti⁹ Si cõfert alicui in
oracõe lacrimas vel alia bona
ſig̃ ɔtriciõis. ⁊ vult illa ab ali
is videri. ē ne ei piclosũ: ¶ Mõ
chus Scdꝫ intẽtionem oratis
pendet ſolucõ hui⁹ q̄ſtiõis Si
ei placet ut alij lacrimas eius
videãt. qtũs per eas edificẽtur
ipe tñ hũilitatẽ in corde cuſto
diat. meretur. Sin autem deme
retur. ¶ Ca. xxiij.

Monachus quidã m̃gne
opiniõis retulit mihi qñ
ego nouicius fui. de quodã mo
nacho q̃ die quadã cum iace
ret in oracõne añ qḋdam alta
re ⁊ domin⁹ ei tantam contuliſ
ſet grãm lacrimarum: ut eciam
irrigarẽ terrã: ex immiſſione dya
boli ut poſtea patuit cordi ei⁹
ſuborta ē mais gloria: ita ut di
ceret intr̃ ſe. Utinã videret ali
q̄s mõ grãm iſtam. Mox is q̄
īmiſit affuit: ⁊ ad lacrimas ei⁹
ſtans a latẽ diligentiſſiẽ rſpex
it. Tñſfiguãueãt. n. ſe in ſpẽtiẽ
nigri monachi. leuãs oculos
monach⁹ taꝫ ex horrore mẽtis
q̃ nigredine veſtis. demõem eo
cius ſupbie auctorẽ eẽ deprehen
dit. ⁊ quē per viciũ manis gl'ie
īuitaueãt. per virtutẽ ⁊ ſignuꝫ
crucis fugauit. Ob hmõi picu
la iubentur a domino oratui in
traẽ cubiculũ ⁊ claudere oſtiũ
ſuper ſe. hoc ē vitare laudẽ hu
manã. ¶ Nouicius. Si noſti
adhuc aliqua de contriciõe ex
empla. mihi ut edifficeás obſec°
¶ Monachus. Cogitanti mi
hi de contricõne alia atq; alia
occurrunt exempla in quibuſ
Chriſt⁹ totius virtutis auctor
glorificetur ⁊ penitens omnis
conſoletur.

¶ Capitulum. xxiiij.

In ciuitate q̄dã ãglie puella q̄
dã hitauit iudei cui⁹ daꝫ filia ⁊
ſm gen⁹ ſuũ ſatis ſpecõſa hãc
iuuenis q̄dã cleric⁹ epi eiuſdeꝫ
ciũtatis cogtus ⁊ ecc̃e maioris
canõicus ut vidit cõcupiuit ⁊
verb amatorijs ad cõſenſuꝫ ſue
libidĩs cũ m̃lto laboẽ īclĩauit

Ad cuius āplexus dū aſpirarȝ
⁊ nimijs incēdijs eſtuans eam
quotidie ad cōmixtiōem ſolici
taēt: rn̄dit illa · Patri meo mľ
tū ſū dilcā: q̄ ! tm̄ cuſtodit me
ut neȝ ego ad te : neȝ tu poſſis
venīe ad me: niſi in nocte ſexte
ferie que paſcha vrm̄ p̄cedit ·
Tūc enī iudei laborare dicūtur
quadā infirmitate: q̄ fluxus ſā
guis dr̄ · Cir̄ quā occupati: ali
is tūc min⁹ intēdere pn̄t · Iuue
nis hec audiēs ⁊ ob amoris ni
mietatē pene racōne carēs obli
tus xp̄iane relgionis imēor do
minice paſſionis: nocte eadem
ad virginē venit ⁊ vſqȝ ad ma
tutinū cū illa dormiuit · Iudeus
vo pr̄ puelle an̄ lucē cū lumiē
cubiculū intrās venit ad lectuȝ
filie: volēs videre quō iaceret:
vel ſi forte opiri necē hrēt · Vi
dēſqȝ ad latus eius iā dom̄ · Iu
ueneȝ cubantē expauit ⁊ infre
muit: vtrūqȝ occidere cogitās
Cognoſcēs tn̄ ꝙ eēt ognatuſ
epi: timore illi⁹ manuȝ cohibuit
⁊ cū mľta ira exclamauit Quid
facis hic o male xp̄iane? Vbi
ē fides tua? Vbi ē religio tua?
Traditus es iuſto dei iudicio
in man⁹ meas · Si nō timēȝ do
minū meū epm̄: mō occiderem
te Ille timens ⁊ veniā poſtulās
cū maxima ꝯfuſiōe eiect⁹ eſt
Die eaď cum ep̄s ſolemne offi
ciū ad nonā eſſȝ celebratur⁹ iu
uenis idē ut pote ebdomedari⁹
epľam lecturus: timuit cum tā
imunda cōſciā ad ſacꝝ miſteri
um accedere ⁊ timuit ꝓpter no
tā alteri vicē die tali cōmittere
timuit tā turpe pctm̄ tā recent̄
p confeſſiōeȝ alicui apire · Et cū
victus erubeſcentia ſacris veſti
bȝ indutus corā epō ſtaret i lo
co ſuo: ſup̄dictus iudeus multi
tudine iudeoꝝ ſtipatus cū mḡ
no ſtrepitu intrauit ecc̄iaȝ epō
de ognato ſuo facere volens q̄
rimoniā · Que ut iuuenis vidit
⁊ bene itelligerȝ ad q̄d veniſſȝ
cepit timē · pallē · tremere et di
cere deo in corde ſuo · Dn̄e de⁹ li
berā me in hac horā · ⁊ ego tibi p
mitto ꝙ de cetero te nō offen
dā : pmo de hoc pctō tibi ſatiſ
faciam Creator piiſſimus qui
odit culpā ⁊ diligit naturam:
mox ut hominem cōtritū vidit
⁊ ofuſiōem quā tiuit in caput
infideliū conu̇tit · Mirati epō ꝙ
q̄rerēt iudei in ecc̄ia · maxime ta
li die qn̄ xp̄iani repn̄tant dn̄i
ſui paſſiōem: annuit ut ſtarēt
Ill̄ amplius ſe eius pn̄cie ige
rentibȝ ſtati ut ora ad clerici ac
cuſacōem apuerūt: p̄uati ſuis
vocibȝ oms obmutuert Videſ
eps iudeoꝝ cōtra ſe hȳpācia et

nulla v̓ba ex eis reſonātia. pu
tās q᷑ ad hoc veniſſent ut dn̄is
miſterijs illuderēt: cū idignacōe
ōnes de atrio ecc̄ie expelli fecit
et p̄cepit. Clericus vero dn̄am
in ſe exptus clementiā. ſtati cō
pleto officio acceſſit ad pōtifi
cē: ꝯfeſſus ē culpā. ſuſcepit pe
nitētiā. Eps̄ dei miā admirās
et gl'ificās: tū ꝓ magnitudine mi
racl'i. tū ꝓ pn̄ia cog̃ti. idē ſuaſit
ac pſuaſit ut puellā a ſe deflo
ratā p baptiſmi grām renoua
tam legitīe ducerz: malēs illū
ſic vir pius et iuſt9 ecclaſticis
carere bn̄ficijs: q̃ illā mlt'is ex
poſitā picul'i in patriis manere
delictis. Cleric9 nō ingr̃tus dn̄i
bn̄ficij ſatiſfacere cupiēs do ꝓ
pctō cōmiſſo. ꝯuerſus ē poſtea
in ordine nr̄o. ſili't et eius inſti
ctu puella. Hec m̄ ſepius nrāta
uit q̄dā religioſus abb̄ ordis
nr̄i. Ecce vides q̃tum boni opa
ta ſit in hoc hōie cōtricio. lap
ſū erexit. iudeos elingues fecit.
puellā īfidelē ad fidē ꝑuexit.
¶ Nouicius. Bn̄ video admi
ror et gaudeo deiq; bonitatē cir̄
nos in mlt'is cōſidero. ¶ Mō
ch9. Quia ſmo ē de iudeis vis
adhuc aliam audiē hyſtoriā
huic ex pte ſil'ē ad honorē fidei
nr̄ē atq; xp̄ianoꝝ: ꝯfuſiōem
q; iudeoꝝ? ¶ Nouitius. Anima
mea ſitit talia audiē. ¶ Mōa
chus. ¶ Ca. xxv.

In ciuitate ut opinor worma
cia iudeus q̄dā manebat: filiā
hn̄s formoſā. Hanc iuuenis
q̄dam clericus vicino hitans
adamauit deuirginauit et ip̄regn̄
uit. Erāt. n. domus illoꝝ ſatis
cōtigue: et poterat idē clericus
ſine nota frequētius itrare et ꝓ
libitu loq̄ cū virgine. Illa intel
ligens ſe ꝯcepiſſe dixit iuueni
Cōcepi. Quid faciā? Si cog
nouerit pat' me9: interficiet me.
Rn̄dit clericus. Noli timē. Be
ne liberabo te. Si dixerit tibi pr̄
tuus vel mat': q̄d ē filia? venter
tuus intumeſcit videris nob' con
cepiſſe. Rn̄debis. Si concepi
neſcio. Hoc ſcio q᷑ virgo ſū et
nōdum viꝝ cognoui. Ego bn̄
agā cū ill' ut credāt tibi. Ille di
ligētiſſiē cogitās q̄liter liberārz
puellā hmōi trupham inuēit.
Tollēs arundinē in ſilēcio no
ctis ad feneſtrā camē: iux̄ quā
illos dormire nouerat acceſſit:
et v̓ba h9cemōi ꝑ immiſſā fiſtu
lā ſibilauit. O iuſti a deo dilē
ctis noib; eos exp̄mēs: gaude
te ecce filia vr̄a v̓go ꝯcepit filiū
et ipē erit liberator ppl'i vr̄i iſrl'.
Staticq; paululū retraxit aru
dinē. Ad hāc vocē iude9 exꝑge
factus excitauit vxorē ſuā dicēs ei

Nunqd nō audisti qd nob lo
cuta sit vox celica? Rñdit muli
er nō. Et ille. Oremus ut et tu
audire merearis. Orantib; eis
clericus ad fenestrā stās: et di
ligent' qd loqrent' auscultās
et post morulā eadē verba q̄ su
pr repetiuit atq; adiecit. Mag
nū debetis filie vrē honorem exhi
bere. magnā curā adhibere. et
cū multa diligencia seruare pu
erū de eius virgineo corpe nascī
turū. ipe enī Messias quē expe
ctatis. Illi exultātes et de reuela
cōe post repeticōem facti certi
ores: vix diē expectare potuerūt
Puellā vero osiderātes intume
scere aliqūtulū vtero ocepisse
dixerūt ad illā. Dic nob filia:
de quo cōcepis. Quib; illa sicut
edocta fuerat rñdit. Et vix pre
gaudio sese capiētes: nō potu
erūt se continē qn familiarib9
suis dicerēt quid ab āgelo au
dierit. Illi alijs recitātes: fama
dilatāte diuulgatur ē p ciuita
tes et castra: q tal' virgo Mes
siam pturirz. Instante tpe pie
di multi ad domū puelle ofluxe
rūt iudei cupiētes noua natiui
tate diu desiderata letificari. Sz
iust9 deus vanā spē iniquoz cō
uertit in fabulā. gaudiū in tri
sticiā. expectacōem in ofusiōe
Et merito Quoz prēs olim cū
Herode de natiuitate salutifera fi
lij dei turbati sūt: decuit ut istis
tempib9 tali illuderent' fanta
smate. Quid plura? Affuit hora
ut pareret misera. et ecce sm con
suetudinē mulierū: dolor gēit9
et clamor. Tandē enixa ē infan
tē: nō tamē Messiā sz filiā. Quo
cognito: valde confusi et turba
ti sunt iudei. Ex quib; vn9 cum
multa indignacōe puulū pede
apprehēdens allisit ad parietem.

¶ Nouici9 Quid post hec actū
ē de puella? ¶ Mōch9 Pater
ei9 cōfusiōem suā grauit' ferēs
afflixit eā et cū tormentis extor
sit ab illa confessiōe; tocī9 doli

¶ Nouici9. Miseabile fuit q
vgo infidel' ab hoīe fideli sedu
cta ac corrupta: nō est ad bap
tismi grām ut supradcā puella
pducta ¶ Monachus. Forte
clericus hoc efficere nō potuit
vel poci9 nō curauit magis gau
dens de iudeorum cōfusiōe: q
de puelle illuīacōe. Si vt di
cis miseabile est nō baptisatā
nō illuminari p baptismū: mlt
to miseabili9 ē q hodie ab epō
cōpellit' baptisata redire ad iu
daismū. ¶ Nouici9. Casū istū
audire desidero ¶ Monach9.

NVp cuiusdā ¶ Ca. xxvi
iudei Louaniensis filia ta
li ordine cōuersa est ad fidem

Clericusquidā Reyner9 noīe
capellanus ducis Louanij ſo
litus erat intraē domū iudei ei9
dē ciuitatis ⁊ diſputare cū eo
de fide xp̄iana. Habebat autē
filiam puulam: q̄ valde dilige
ter intendebat diſputacōi ſm
capacitatem intellcūs ſui pon
derans tam verba clerici oppo
nentis: q̄ verba iudei rn̄dentis
Sicq̄ ſenſim p diuinā diſpō
nē inbuebatur ad fidem catho
licā. Suaſa eciā a clerico ſecre
te tam̄ contrita ē in tm̄tū: ut di
ceret ſe velle baptiſari Adhibi
ta eſt ei mulier: q̄ ſine nota pu
ellā de domo p̄ris educēt. Quā
clericus iā dc̄ūs baptiſari fecit
eamq̄ in mōſterio ordinis Ci
ſterciens̄ q̄d parcus dicitur lo
cauit. Cognita conuſiōe pat̄
infidel̄ doluit: multā pecuniam
offerens duci: q̄tinus ſibi reſti
tueret filiā quā furtim congre
batur fuiſſe ſB latā. Dux vō cū
vellet pat̄ reſtituere filiā iudeo
ſc; xp̄ianā: reſtitit ei Reynerus
clericus dicens. domine ſi hoc
ſcelus cōmiſeritis con̄ deū ⁊ ſpō
ſam eius nūq̄ ſaluabitur ani
ma veſtra. Reſtitit ei ⁊ domin9
walterus abb̄ Wilariens̄ Vi
dēs iude9 ſe fruſtratū ſpe quam
habuit erga ducē: corrupiſſe
dicitur dominū Hugonē epm

Leodieſē. Quū iudeo in tm̄tū fa
uebatur: ut conuētui ſāctimōi
aliū de pco l̄ris ſuis mandaret
q̄tūs illi filiam reſtituēnt. Ve
niente vero iudeo ad iā ſatū ce
nobiū cū amicis ⁊ cognatis ſu
is: virgo infra cōſtituta cum de
illoꝝ aduētu p̄ꝛſus nil ſciret ſē
tire cepit fetorē magnum: ita
ut palā diceret. Neſcio vn̄ ſit: fe
tor iudaicus me grauat. Interi
iudeis pulſātibus ad feneſtrā:
cū puelle diceret abbatiſſa vt
puto: filia Katherina ſic enim
vocata fuit in baptiſmo: pnt̄s
tui volunt te videre. Rn̄dit illa
Ecce iſte ē fetor quē ſenſi. Nō
videbo illos Et non acquieuit
exire. Anno p̄terito accuſatus
fuit idem eps Leodieſ̄ p eādē
cauſa corā domino Engilberto
archiepō colōie in ſynodo ei9
⁊ p̄ceptum fuit ei: ne de cetero
moleſtaret ſupradictū cenobi
um p puella baptiſata. Tunc
quidem ſubticuit: ſed nō obedi
uit. Poſtea vero litteris ſuis pu
ellam citauit Leodiū ſB pena
excōmunicacōis: patri ſuo re
ſponſuram ſuper obiectis. Ve
nit Katherina ſub bona tamē
cuſtodia. Allegatū eſt pro iu
deo q̄ infra annos rapta fuiſ
ſet: ⁊ violenter baptiſata. Et
dixerunt quidam ipſi puelle.

Katherina dictũ ẽ nobꝫ: q̃ libẽ
ter redires ad prẽm tuũ: ſi per
mitteris. Rñdit puella. Quis
hoc dicit? Rñderũt illi. Pat᷑ tu⁹
Tũc illa clara voce tale ꝑtulit
verbũ. pat᷑ meus rẽe mẽtitus ẽ
p mediã barbã ſuã. Cũqꝫ ad
huc iſtaꝝ aduocatus iudei: cõ
motus dñs walter⁹ abb̄ Vila
rienſ ait illi. Magiſter vos lo
q̃mini cõn̄ deũ ⁊ cõn̄ honorẽ ve
ſtꝝ. Sciatis ꝑ certo ſi adhuc
vnũ verbũ locutus fueritis cõn̄
puellã: ego laborabo apd᷑ dñm
ꝑpm: ut ꝑpetuũ vob̄ in oibꝫ cau
ſis imponat ſilentiũ. Tũc ille ti
mens ſecrete rñdit abbi. Dñe
abba quid nocet vobis: ſi po
tero pecuniã extorq̃re a iudeo?
Ego nihil loquor qd᷑ obẽẽ po
terit puelle. Qui mox ut ſalai
um ſuũ accepit: dixit iudeo. Nõ
audeo de cetero loq̃ de hac cau
ſa. Anno p̃terito qñ dñs Hwi
do abb̄ Clareuall. viſitauit in
ep̃atu Leodienſi eũdem ep̃um
cõuenit monuit ⁊ rogauit q̃ti
nus intuitu dei ⁊ hõris ſui ceſſa
ret a vexacõne puelle iã xp̃o di
cate. Cui ep̃s rñdit. bone dñe
abb̄ q̃d ad vos de cauſa iſta?
Rñdit abb̄s. Bene ad me du
plici de cã. Primo q̃ꝛ hõ xp̃ian⁹
ſum. Secũdario q̃ꝛ dom⁹ illa
i qua degit: de linea Clareuall.
eſt. Et adiecit. Puellam ⁊ cãm
eius ſb̄ ꝓtectõne dñi pape cõ
ſtituo: ⁊ ſup lr̃as cõn̄ illã a vob̄
datas appello. Tpe capl̄i gña
lis lr̃as a dño papa cõn̄ ep̃ũm
impetr̃tas p abbatẽ nr̃m miſit
p̃ori de p̃co. ut ſi forte ep̃ũs ad
huc ɔuentũ vexare ꝓpt᷑ puellã
attẽtaret: eiſdẽ lr̄is defenderet.
¶ Nouici⁹. Sicut Paulo añ
in ep̄i anglie edificatus ſuꝫ mi
ſcdia: ita in huius ep̄i ſcandali
ſatus ſuꝫ auaritia. ¶ Mõch⁹
Defenſores eius dicũt eũ nõ ee
ꝑuacẽ in hoc negocõ amore pe
cunie. ſꝫ zelo iuſticie. Quibꝫ mi
nime creditur. q̃ꝛ ſi agitaretur
ſtimul᷑ iuſticie: neq̃q̃ᵖ cogeret
puellã baptiſatã. virginẽ xp̃o
conſignatã. ⁊ religiõe xp̃iana
eciã ſupra etatẽ feruentẽ: ad iu
dayca redire ꝑfidiã. ¶ Noui
ci⁹. Hoc ⁊ in videᷓ. ¶ Mõch⁹
Occurrit mihi huic exẽplo ali
ud ex p̄te ſil᷑e: de quodã milite
ſeclari. Ita ut ex ipſo ſuo facto
ſepedicto pontifici exprobaẽ vi
deatur ſñia illa ꝓphetica. Erube
ſce Sydon ait mare.

In villa nobis ¶ Ca. xxvij.
viciã que Linze dr᷑: infra hoc triẽ
niũ q̃daꝫ puella iudei cuiuſdã
filia baptiſmi deſiderio ɔ̃mitus
acceſſa ad quãdã feminã ei⁹ deꝫ
ville venit ⁊ q̃ꝛ baptiſari vellet

ſatis ſimpliciť intimauit. Cū
ſuaſum ē a muliē: ut Cōradū
militē adiret: volūtatēq; ſuā
exponēt. Qđ cū feciſſ; ille gaui
ſus valde pollicit9 ē: q2 cōſilio
ei auxilio vel tēporali ſubſidio
nullaten9 deeēt. Die q̄n bapti
ſāda erat dixit ad militem: dn̄e
pcurāte ne videat me pať me9
īfra hoc triduū q2 ſi ab eo viſa
fuero tanta ſcit q itez̄ oporte
bit me redire ad iudaiſmū. Po
ſiti ſunt milite pcurāte circa cy
miteriū hoīes armati: q̄ iudeū
vetarēt ītrare vt puella ſecure
poſſ; itroiē ſiue exiē ſine illi9 o
tēplacōne. Procurāte deo bap
tiʒata ē v̄go: ⁊ vōta Eliſabeth
Paucis dieb9 elapſis p9 bap
tiſmū occurrit ei mater īfideliſ
⁊ ait Bona filia reuťere ad iu
daiſmū. Rn̄dit illa. Nō poſſū
q2 xpiana ſū effecta. Tūc mať
Ego bn̄ tibi auferā baptiſmū.
Volēs puella probare quid
mater dicere vellet. Reſpōdit.
Quō hoc faceres? Ego inquit
iudea tribus vicib9 te ſurſū tra
hā p foramē latrine: ſicq; ř ma
nebit ibi v̄t9 baptiſmi tui. Qđ
verbū puella audiens ⁊ excre
ās cōn mrēm ſpuit: fugiēs ab
illa. Predict9 miles cū ſit etate
iuuenis nec tn̄ multū diues: v̄
ginem loco filie nutrit volens
illā tradere viro: vel ī aliquo lo
care monaſterio. ¶ Nouicius
Quid dictur9 eſt epūs Leodi
enſis in die iudicij cum viderit
hūc militē de v̄ginis hui9 cōu
ſiōe glariē ¶ Monachus Non
eſt noſtrū epōs iudicare: cū ſe
pe a multis mľtū ſine cauſa eci
am q̄n; iudicenť ¶ Ca. xxviij.

Clericus quidā pariſius
ante paucos annos ver
bum terribile cōtra epōs locu
tus eſt dicēs. Omnia credē poſ
ſum: ſ; vix credē poſſū: q vnq̄
aliquis epōs alemaīe poſſit ſal
uari. ¶ Nouicius. Quare ma
gis iudicauit epiſcopos Ale
manie: q̄ epiſcopos gallie. an
glie. longobardie vel tuſcie?
¶ Monachus Quia pene omēs
epi alemanie vtrunq; habent
gladiū ſpūalē videlic; ⁊ matri
alē ⁊ q2 de ſāguiē iudicāt ⁊ bel
la exercēt: magis eos ſolicitos
eſſe oportet de ſtipēdijs militū
q̄ de ſalute aiaꝝ ſibi cōmiſſaꝝ
Inuenim9 tn̄ ex ipſ epiſ Colo
niēſib; q̄ pōtifices ſiľ fuerīt ⁊ du
ces: aliq̄s fuiſſe ſcōs btm̄ vide
lic; Brunōez. ſcm̄ Herbtū ⁊ ſā
ctū Annonez. Occaſiōe vbi iā
dcī clerici: recordor ⁊ altei9 cui9
dā v̄bi adhuc terribili9 a q̄da;
defuncto contra epiſcopoſ pro
lati. ¶ Capitulum. xxix.

IN Claraualle nrīs tēpib; mōchus quidā in epm̄ electus eſt. Quē cū electores requirērent: ⁊ ille onus ſuſcipe renuerz: impīu abbatis ei⁹ vel epī acceſſit: ſed īmpantib; nō acqeuit. Et ceſſatū eſt ab eo at; nō multo poſt defunct⁹. Cū cuidā ſibi familiari maīfeſte appēs pt⁹ mortem: reqſitus de ſtatu ſuo: et ſi aliqd timeret de illa ībedia Rn̄dit. Nō. Et adiecit. Si obediens fuiſſem ⁊ epatū illuz ſuſcepiſſem: damnatus eē; eternaliter. Subiūxitq; verbū valde terribile. Ad hoc īqt iā deuēit ſtatus eccīe: ut nō ſit digna regi nī a reprobis epīs. ¶ Nouicius. Scm̄ wilhelmū bituricenſem epm̄ qui an̄ paucos ānos defunct⁹ eſt: eē de nūo electoz crebra eius teſtant̄ miracula. ¶ Mōchus. Puto illū verbuz tā horribile coīī epōs pferendo reſpexiſſe ad multitudīnē malorum ⁊ ad raritatē bonoz. et q̄ eādē raritatē exigat malicia ſbditoz. ſic teſtatur ſac̄ ſcriptura. dicēs. Qui regnare facit y pocritam ꝓpter populi peccā. ¶ Nouitī⁹. Relīnqtur ergo hoz ordō q̄ ea que reſidua ſūt de otricōne audire deſidero ¶ Mōch⁹. Nō dictū eſt de puell̄ baptiſatis ⁊ de epīs: ad cōtritiōem pertinet q̄ in adultis ſine contricione nil ſalutis opat̄ baptiſm⁹ ⁊ epōz eſt medeī contritis cordē: ꝯfeſſiōes illoz recipiendo ⁊ pn̄iam īniūgendo. Vn̄ q̄ pauci nrī tpīs epī in tlī phiſica ſtudēt: ⁊ practicā ei⁹ min⁹ exercēt: iuſtī aliqn̄ a ſbiectis ⁊ ifirmis iudicantur. ¶ Ca. xxx.

TEmpe Frederici impatoris aui hui⁹ Frederici: q nūc regnat: ſedēte xp̄iāo epō Maguntie. iuxta quēdā epūm Longobardie: reqſitus ē ab illo ſi noſſz oms epī ſui hoies. Sbridēte epō ac rn̄dente: puto epatū meū nō mīorem eē tota Lōgobardia expauit hon⁹ ac ſolicitus epūs ille. cōſiderās picl; eius in reddēda racōe. ¶ Nouicius. Et merito. Quō ergo vn⁹ hō tot animas rgere poſſz ſine picl̄o. ¶ Mōach⁹. Viſio q̄dā ſatis terribil̄ mēorie occurrit: que ⁊ ſupradcīs rn̄dz. ⁊ noſtris tēpibus vidz eē impleta. Cuius tenor tal̄ ē. ¶ Ca. xxxi.

ERat Symō cū eſſz i orōne an̄ altare ſancte dei genitricis Marie: Audiuit voce; dicētem ſibi Mone paſtorem tuū ſupiorē: ⁊ dic ei. Oues tue fundēt ſanguinē. Et pcipe ei ne ſemet ⁊ eas inficiat veneō Nā ⁊ poſuit cor ſuū i vētres lupoz

late hyanciū· Mēbra mea inci
piēt cōmoueri a crudeli beſtia:
q̄ hō facta eſt· Exi ⁊ clama vn
diq̄ȝ magnā dei ōmipotētis of
fenſā· ⁊ dic· Niſi conūtimini ⁊
emēdemini· occidemini ⁊ i ignē
eternū mittemini· Inimici mei
vindicabūt iniurias meas· P⁹
hec appuerunt oues qn̄qȝ pin
guiſſīe· ac deīde boues tres ma
cilente· Pro quibusdū q̄reret
quid ſignarēt rn̄ſum ē· Qn̄qȝ
oues anni ſūt quinqȝ magne
abūdantie· ⁊ boues tres āni fa
mis valide· Et iterꝝ falſi romāi
excitabūt crudeles rumoēs ⁊ ii
quo cōſilio ſuo deridēt ptātem
romanā· Et iterꝝ Iheruſaleȝ ca
piet· ⁊ deſtruet· ⁊ inimici mei
vindicabūt irā meā· q̄ꝛ pollue
rūt vias meas in q̄bȝ ego ipſe
ambulaui· fame maxima arta
būtur· Celi ⁊ terra tremebunt
Sȝ hō nō vult tremē a crudeli
beſtia· Poſtea ſol conūtetur in
tenebras· deinde veniet dies ha
bēs lōgitudinē dierꝝ duorꝝ· P⁹
obūbracōem autē ſolis ſcietur
q̄ꝛ crudel' beſtia oſtētabitur· x·
tribubȝ q̄ clauſe ſunt· vn⁹ quiſ
qȝ felix ſcȝ meorꝝ mēbroꝝ ſan
guinē fudet· Idcirco vnuſquiſ
qȝ felix prepet ſe: ita ut recte vi
uat in hac breui vita· Poſt hec
frater Symō vidit depnē loci
catū ⁊ galeatū: habente; ſqua
mas tanq̄ piſcis q̄ vocatur car
po· Pupille oculoꝝ ei⁹ tetre ⁊
ardētes: tanq̄ facula q̄ a vento
agitatur· de ore et naribȝ eius
pcedebat flāma ſulphurea· Dē
tes eius pti albi ptim ſulphurei
Poſt hec facta ē vox· Poſt cōte
nebracōem ſol' ſuſcitabit crude
lis beſtia arte mala quoſdā iu
deos tanq̄ a mortuis· q̄ tn̄ nō
erūt iudei· ſȝ falſi nūcij dicētes
ſe a mortuis reſurrexiſſe: veris
iudeis ſpem vanam pmittētes
⁊ in infidelitate ſua ⁊ in errore
iudeos fouentes: ⁊ multos de
cipientes· Et adiecit Colonia
deplora calamitates tuas que
veniēt tibi· qm̄ nō ſolū ex culpa
ſoli⁹ epi· ſȝ eciā ex cōi pctō veni
ent mala ſup dcā· Verūtn̄ ipſe
eps plimū dȝ dolē qm̄ ipē oibȝ
alijs ē platus· hāc viſiōeȝ ouē
tus nr̄ miſſus ſup mōtē Stro
berg· ibidē repit· Eodē āno cap
ta ē ihrl'm ⁊ t̄ra ſcā: qd̄ in eadē
viſiōe fueāt pdcm· ¶ Nouici
us· Interptacōȝ h⁹ reuelacōis
noſſe deſidero ¶ Mōch⁹ Par
ti in tractaē vidi de hijs q̄ nr̄is
tempibȝ otigerūt in epatu Co
lonieñ· ptim de aduētu antixpi
Qꝫ aūt facta ſit hec reuelacō in
epatu Colonienſi: ⁊ ad ei⁹ dēȝ
dioceſ epm ex fine ei⁹ collego.

ſed quis fuerit idē Simō penī
tus ignoro. Paſtorē hunc ſup
iorem Adolphū epūm intelli
go:q̄ poſt mortē Herici impa
toris q̄i venale impiū hn̄s vene
no auaritie ſeipm̄ infecit. pluri
moſq̄ interfecit. Poſuit enim
cor ſuum id ē conſiliū ſuū in ve
tres lupoꝝ: ad theſauros Ric
hardi regis anglie late hyan
tiū. quoꝝ conſilio Ottonē ſax
onem filiū ſororis eius in regē
Rōnoꝝ elegit. Ex tūc crudelis
illa beſtia ſcꝫ auaritia facta eſt
homo: ideſt hoībus ita ſociabi
lis ⁊ cara ut eiꝰ zelo xp̄iane po
teſtates a iuſtitia ⁊ fide mote:
negligerēt iuramēta: piuria p
upetrātes Miſſus ē eod tpe car
dinal Colonīā: q̄ Ottonis ele
ctōnem ꝯfirmaret pn̄cipeſq̄
a iuramēto q̄d Frederico q̄ nūc
regt fecerāt abſoluēt q̄d mgis
ut rei exitꝰ ꝓbauit ipī fuit di
uiſio: q̄ꝫ ꝯfiſcāo. Ab illo tpe
puincie incendijs vaſtantur ⁊
ecc̄ie dep̄dant̄: ſāguis multꝰ
effunditur Adolphꝰ deponitur
colonia obſidetur. Tūc imple
ta eſt extrema ps huius viſio
nis O Colonia deplora calami
tates tuas ⁊c̄. In pn̄cipio epa
tus eiuſdē Adolphi: cū p̄ceſſiſ
ſet anni magne abūdātie. tres
fuerūt anni tāte ſterilitatis: ut
i primo āno modiūs ſiliginis
venderetur marca argenti. Re
liqua huiꝰ viſionis nimis ſūt
obſcura: nec patēt meo intelle
ctui. ¶ Nouiciꝰ. Tpe diuiſio
nis Rōni impij dn̄s Innocētiꝰ
ppā multis iudicabat̄: ita ut eū
diceret eiuſdē ſciſmatis aucto
rē. primo ptē Ottois nimis fo
uendo: poſtea eundē pſequēdo.
¶ Monachus. ꝓpter hoc cuꝫ
idē btē memorie. Innocētiꝰ die q̄
dam ſermōē Rome edificato
riū faceret in populo Iohes ca
potius q̄ Ottoni fauebat eius
ſermonē interrupit dicēs. Os
tuū os dei ē ſed opera tua opa
ſunt dyaboli ¶ Nouitiꝰ. Peto
ut nunc reūtaris ad ꝯtricōem
a qua occaſiōe q̄rūdā v̄ hoꝝ ſa
tis digreſſum ē. ¶ Mōchus.
Tanta eſt virtus ꝯtricōis vt
nullū ei obſtaē poſſit pc̄tm̄ nō
piuria. nō homicidia. nō furta
nec vſuē quidē. ¶ Cā. xxxij
Retulit mihi ſener quidā
ſacdos et mōchus nigri
ordinis: naōe ſaxo. rē meoria
digniſſimā de quodā vſurario
Nec ꝯſtat m̄ ſi ſcripta ſit. Dix
it quēdā fuiſſe vſurariū diuitē
nimis qui diuerſaꝝ ecc̄iaꝝ the
ſauros loco pignoris tenebat
Cuiꝰ cū eēt iexplebil auaitia
pcuſſus ē p̄ep̄toia īfirmitate.

Tūc primū in ſe reuſus licet ſe
ro cōſiderare cepit pōdus vſurē
tormēta gehenne· difficultatē
pnīe· Et vocās ad ſe quēdā ni
gri ordinis abbē ſibi familia
rē dixit ei· Dn̄e grauiť infirmor
nō poſſum aliq̄d de reb; meis
ordinare neq; vſuās acceptas
reſtituē· ſi volueritis de anima
mea deo reddere racōem pecca
torum meorū mihi ꝑmittere
abſolucōnem· ōnia bona mea
tam mobilia q̄ immobilia po
teſtati vrē ſbijciā· Ita ut de illō
qđ viſum vobis fuerit faciatis·
Cernēs abb hōiem contritū et
vere penitētē: rn̄dit Ego delibe
rabo· Feſtinās q; ad epm verba
vſurarij ei expoſuit: et q̄d cōſu
lerē inq̄ſiuit· Rn̄dit epus· Bo
num mihi videtur: ut ꝑ anima
eius ſpondeas et ſbſtantiam ſu
ſcipias· Ita dūtaxat ut eccleſie
mee theſaurū mihi reſtituas·
Mox abbas ad egrū rediens
ait· Ego delibaui: ut bona tua
ſuſcipiam· et ꝑ peccatis tuis ſpo
ſpondeam· Reſpondit infirm9·
Nunc conſilium meū eſt: ut al
latis currubus ōnia mea prius
efferas· et me nouiſſime tollēs
nullū pacieris īpedimētū ī effe
rendo· Habebat enim duas ar
chas plenas auri et argenti·
pignora eciam plurima in va
ſis libris varijſq; ornamentis·
frumentū· vinū· ſuppellectilē
multam· pecoraq; infinita Tūc
abbas prius omnib9 pmiſſis:
nouiſſime in geſtatorio ponēs
īfirmū· ꝑperauit ad mōſteriū
Sed mox ut ille mōſteriū in
trauit· ſpiritū exalauit· Abbas
vero nō īmemor ſponſionis in
q̄ntū potuit vſuras reſtituit·
plurias ꝑ illi9 aīa largiēs elēo
moſinās rſiduū ī vſus frm̄ conu
tit· Poſitū ē corpus in oratori
um choris pſallentium circa il
lud ordiatis· In ipſa nocte cū
fratres attencius pſallerent q̄
tuor tetri ſpiritus apparentes
feretrū a parte ſiniſtra circūſta
bant· Quibus viſis territi fra
tres omnes excepto vno ſenio
re: fugerunt Et ecce totidem an
geli ſancti contra quatuor de
mones a parte dextra ſe ordia
bant· Morq; is qui primus ī
ter demones videbatur: in illō
dauiticum erupit· Dixit inſipi
ens ut delinquat in ſemetipſo
non eſt timor dei ante oculos
eius· hoc in iſto hōīe impletū
eſt· Alter dixit· Quoniam do
loſe egit in conſpectu eius: ut
inueniatur iniquitas eius ad
odium· Cui tercius ſubiunxit
Verba ei9 iniq̄tas et dolus no
luit intelligere ut bene ageret

Quartus dixit Iniq̃tatẽ medi
tatus ẽ i cubili ſuo: ⁊ aſtitit oĩ
vie male: maliciã autẽ nõ odi
uit. Tũc ſil' oĩns dixerũt. Si
deus iuſt⁹ ⁊ verba eius vera: hõ
iſte nr̃ ẽ: q2 oĩm boꝝ reus eſt.
Rñderũt ſancti angeli. Si cõ
tra cũ carmẽ dauiticũ ꝓferatis p
cedite Dixerũt demões Iſta no
bis ſufficiũt ad eius dampnaci
onem. Ad q̃d angeli rñderũt
Ex quo vos tacetis nos incepti
pſal'. reſiduã ꝓferemus. Ait iã
pmus Dñe in celo miſcdia tua
⁊ veritas tua vſq3 ad nubes Cui
ſcd̃s adiecit. Juſtitia tua ſicut
mõtes dei: iudicia tua abiſſus
multa Tertius vero Hoĩes ⁊ iu
menta ſaluab dñe: queadmo
dũ multiplicaſti miã3 tuã deus
Cũq3 quartus ſb̃iũxiſſȝ. Filij
aũt hominu3 in tegmine alaꝝ
tuaꝝ ſpabũt: ſimĺ in hãc vocẽ
erupꝑũt. Quia deus iuſtus ẽ ⁊
ſcripta ſolui nõ pot: filius hic
hõĩs nr̃ ẽ. ad dñm ↄfugit. ad
dominũ ibit. q2 ſb̃ tegmĩe ala
rũ illius ſperauit. Inebabit' ab
vbertate domus eius. q̃ ſe lacri
mis contriciõis iebriauit ⁊ tor
rẽte voluptatis ſue potabit eu3
Qm̃ apud ipſum ẽ fons vite ⁊
in lumine eius videbit lumen.
Ad hãc vocẽ demõib3 confuſis
⁊ obmuteſcẽtib3. celeſtes nun
cij animã contriti pcõris tollẽ
tes: illis ſociauerũt de quibus
ſaluator i euãgelio dicit Gau
diũ ẽ in celo angel' dei ſup vno
pctõre pniã3 agẽte Nouici⁹
Quid amplius ꝓfuit vſurario:
eleoſine an contricio? Moa
chus. Hoc ſecure dico: q2 ſi cõ
tritio defuiſſȝ modicũ illi eleoſi
na ꝓfuiſſȝ. Vis audire q̃tum
deus accept3 eleoſiñas vſurarij?
Nouitius volo ⁊ deſidero.
Moachus. Ca. xxxiij
Vltoꝝ ore celebrat' ad
huc Colonie factũ cuiuſ
dã vſurarij: in eccĩa ſc̃i Gereõis
mr̃is ſepulti. Qui cũ eẽt diues
⁊ auarus: tande3 dĩna miſcdia
compũctus ſacerdotẽ adijt. cõ
feſſiõem fecit. ⁊ ut deũ ꝓ pctĩs
ſuis placer3 pollicitus ẽ q2 om
nia ſua p illi⁹ nõĩe paupibus
erogar3 Cui ſacerdos rñdit In
cide de maĩbus tuis elemoſiñas
ita ut ciſtã ex eis impleas clau
deſq3 illã. Qui cũ die altera eã
dem archã appuiſſȝ quot ibi
poſuerat eleoſiñas tot i ea repit
bufones. Cui cũ ſacerdos di
cer3 Vides nũc q̃tum deo pla
ceant elemoſine de vſura: terri
tus ille rñdit. dñe q̃d faciam?
Si vis inq̃t ſalu⁹ fieri hac no
cte inter vmes iſtos nudus ia
ceas. Mira contritio. Ille licet

tale stratū nimis abhorrēt· ver
mib; tn̄ morituris immortales
ꝓponens· tū timore gehēne· tū
amore celestis patrie: nud⁹ se
super vermes iactauit· sacerdos
vero archā ipsā adijt· clausit·
et abijt Quā die postea cū apu
issz nihil ꝑter ossa hōis ibidē
inuenit· Que in porticu p̄dicti
mrīs sepulta: dicitur tāte eē v
tutis: ut vsq; hodie null⁹ bufo
terminos eiusdē viuus possit i
trare· ¶ Nouici⁹· Si elemosi
ne vsurarioꝝ vertūtur in bufo
nes: reliqua eoꝝ sbstācia qua
les ex se gignet vmes? ¶ Mo
nachus· Vermes infernales· ver
mes immortales de quib; per
Ysaiā in psona talium dicitur
Vermis eoꝝ nō moritur et ig
nis eoꝝ nō extinguitur et erunt
vsq; ad sacietatē visionis oīni
carni· Subtus eos sternet ti
nea· corpa eoꝝ comedent imor
tales vermes gehēne· aīas sem
p rodet vermis consciē· ¶ No
uicius· Potuit ne ergo abbas
ille de quo supius dictū ē· ex pe
cunijs vsurarij fructuosas p ani
ma ei⁹ facere eleosinas? ¶ Mō
chus· Pri⁹ sic me memini dixis
se vsuras pro possibilitate resti
tuit: de reliquo eleosinas fecit·
Hoc in isto factum non est·
Qz autē hoc liceat· ex hoc qđ
sequitur exemplo docebitur·

¶ Capitulum· xxxiiij·

Tempib⁹ Philippi regis
Francoꝝ qui hodie reg
nat· erat in ciuitate Parisiensi
vsurarius quidam ditissimus
Theobaldus nomine· hic ha
beret possessiones plurimas in
finitasq; pecunias ex vsuris cō
gregatas: diuinitus cōpunct⁹
ad magistꝝ Mauriciū eiusdē
ciuitatis episcopū venit· eiusq;
consilio se cōmisit· Ille vero cū
in edificacōne ecclē beate di ge
nitricis nimis feruēt· consuluit
ei qtin⁹ pecunias suas ad stru
cturam inchoati opis cōtrade
ret· Qui hmōi consilio aliquā
tulū sibi suspecto· adijt magi
strū Petru; cantorē· verba epi
scopi ei insinuās· Cui ille rn̄t·
Nō dedit tibi bonum cōsilium
hac vice· sed vade et fac clama
ri p ciuitatē sb voce p̄conis· q
patus sis restituē omnibus · a
quibus aliquid supra sortem
accepisti· factumq; ē ita· Deide
rediēs ad magistrum ait· Om
nibus ad me venientibus teste
consciētia omnia restitui abla
ta· et adhuc supersūt plurima
Tūc ille· Modo inqt poteris
eleosinā dare secure· Retulit mi
dominus Daniel abbas scona
uie· qp ad osiliū ei⁹ de cantoris

per plateas ciuitatis nud⁹ ĩ
ſuis femoralibus inceſſerit: ſer
uo cum virga ſe impellente ac
dicente. Ecce iſte eſt ille: quẽ
pro ſuis pecunijs pncipatus ho
norabat: qui filios nobilium
obſides tenebat. ¶ Nouicius
Ex hijs duob; vſurarijs plenĩ⁹
agnoſco virtutem cõtricõnis.
qꝛ ut conſidero: de cuius corde
fons eius ſcaturit: null⁹ labor
null's horror: nllus pudor. ve
nas illius obſtruere valebit.
¶ Mõchus. Verũ dicis. qꝛ cõ
tritio que timore pene pnie exſic
catur. fontẽ nõ habet vñ fluat
¶ Nouicius. Videtur michi vſurã
multũ eẽ defectiue nature. qꝛ raro
ad tertiã ſiue quartã illã dura
re videm⁹ gñacõem. ¶ Mõa
chus. Nõ ſolũ defectiue: ſꝫ & cõ
ſũptiue nature eſt. qꝛ ut dicis in
ſe celerius deficit: & nõnunqꝫ ſi
bi admixta ſiue coniũcta cõſu
mit ¶ Nouicius. Da exemplũ
¶ Mõachus. Hec q̃ dictur⁹
ſu; a quibuſdã abbatib; ordi
nis nri audiui: ſꝫ nomen nõ re
tinui loci in quo contigit. .

VSurari⁹ q̃d cuiꝫ ¶ ca. xxxv
dã ordinis noſtri cellera
rio quãdã pecũie ſue ſũmaz cõ
miſit reſeruandã. Quã ille ſigna
tam in loco tuto iuxta pecũiaz
monaſterij r poſuit. Poſtea cũ
vſurarius depoſitũ repeterz. cel
lerarius archã reſerãs neq; illã
neq; ſuam inuenit. Qui cu; vi
diſſꝫ arche ſeras intactas & ſig
cula ſalua ſacculorz: ita ut nlla
eẽt de furto ſuſpicio. cognouit
qꝛ pecũia deuoraſſꝫ pecũiaz mõ
ſterij. Ex quo colligitur. qꝛ per
eleẽoſinã vſure mõſterij ſbſtã
tia nõ augeatꝰ ſꝫ deficiat ¶ No
uicius Magna ſũt q̃ dicta ſũt
de contricõe. ſed q̃ro ſi is q̃ ocu
los nõ hꝫ otricioẽm hrẽ poſſit
cum ſine ocul' flere nõ poſſet?
¶ Mõchus. Cõtricio nõ ẽ in
lacrimis: ſꝫ in motu cord cui⁹
ſigna lacrime ſũt oculorz cũ &
cor lacrimas ſuas habeat.

DVx Henric⁹ ¶ Ca. xxxvi
ſaxo pat Ottonis impa
toris. tempe quodam virz quẽ
dã nobilez p ſuo ſcelere exocu
lauit Deus vero ex ſua miſcdia
excecaciõis penã viro conuẽtẽs
in medicinã. tãtã cordi eius cõ
tulit otricioẽz. ut iugiter pctã
omiſſa deflerz. & p deſiderio pa
trie celeſtis ſuſpirarz. Nõ rece
debat de ecclia btẽ dei gẽitricis i
Hildeſchem. orõib; & ieiunijs
vacans Caſu otigit ut ſtultus
quidã verbũ ſtultũ eo audien
te pferret. dicẽs. Qui hic ocu
los nõ habet. nec i futo ocl'os
hebit quib⁹ deũ videat. de quo

verbo turbatus nimis dū quo
tidie gemēt: nec vbo2 cōsolaci
onē reciperet: a multis culpatus
rūt. Nisi mihi ex scripturaꝝ au
ctoritate ꝓbetur: ꝯsolari nō po
tero. Quod ei facile ꝓbari potu
it a viris lr̄atis: qꝛ in eadē ciuita
te copia fuit. Nouitiꝰ. Quō
ꝗ̄ ꝓbat? Monachus. Salua
tor dicit elc̄is. Capillꝰ de capi
te vestro nō ꝑibit. Sup quē lo
cū dicit Augꝰ. Perit caput vbi
nō ꝑit capillus? Vbi non ꝑit
palpebra: ꝑit oculus? Quasi di
cēt. Nā oīs mortui integlit' re
surgent. Mali: ut in oībꝫ suis
mēbris puniant'. Boni: ut in oi
bus remunēnt'. Hec secure di
co: ꝛ credo ꝙ oīs hō siue iustꝰ
sit siue pctōr: si in ꝯtricōe eciaꝫ
minima decesserit: deū visurus sit
Ad quā visiōem nos ꝑducere
dignet' dn̄s nr̄ Jhesus Christꝰ
splendor glorie: qui cū patre ꝛ
spūsancto viuit ꝛ regnat deus
per infinita secl'a secl'oꝝ. Amē

Explicit Secūda distinctiō
de contricōne. Incipiūt
capl'a Tercie distinctōis.

Quid sit confessio. q̄lis eē
debeat. q̄ eiꝰ sit virtus quis
fructus. Capi. primū.

De clerico q̄ stupuerat vxoreꝫ
militis: quē pꝰ ꝯfessiōeꝫ dyabo
lus in stabulo dixit eē iustifica
tum capi. ij.

Item de suo altiꝰ militis q̄ cū vx
ore dn̄i sui peccās ꝛ in nēore idē
pctm̄ rustico ꝯfitens: a dyabo
lo ꝑdi nō potuit. cap. iij.

De sacerdote q̄ ꝓ illusiōe noctur
na psalmū in ꝯfessiōe iniūctuꝫ
negligens in locis genitalibꝰ
punitus ē ca. iiij

De clerico ꝑmōstratēse q̄ sine
ꝯfessiōe cuiusdā venial' pcti cō
missi ad obsessuꝫ exiēs: a demo
ne notatus ē. ca. v.

De virgine quadā quā demō
in spē viri ꝑcabatur. Item de viro
cui demon pctā ficte cōfessa ob
iecit: et de puella cuiꝰ de virgiā
ciōem ꝑdidit. ca. vi.

Exemplū de miracul' sancti Ber
nardi abbis. q̄ incubū demōeꝫ
a mulie fugauit ca. vij

De filia Arnoldi sacerdotis:
quā demō corrupit. ca. viij.

Item de mulie in Briseke: q̄ mori
ens ꝯfessa ē se sex ānis cū demone
incubo peccasse. ca. ix.

De Johe scolastico Prumie: q̄
cū demone fert' ꝯcubuisse ca. x.

De Herico ciue Susatie qui
a demone in spē mulieris raptus ꝛ
in pascuo depositus amēs effe
ctus est ca. xi.

Exemplū de huius ꝛ de Merlio
ꝛ ꝙ in filijs incuboꝝ sit veritas
humane nature. ca. xij.

De Alheide ſactimoniali i lac
waden: q̄ p cōfeſſionem a viſi
bili infeſtinacōne liberata eſt·
capitulū· xiij·

De ſac̄dote a dyabolo p ꝓphe
tiā mortis decepto: et p cōfeſſi
onem liberato· cap̄·xiiij·

De clerico attrebatēſe eiuſq̄
ſorore: que de incēdio p confeſ
ſiōem liberata eſt: cū argentari
um interfeciſſent cap̄·xv·

De hereticis apud cameracū
p candens ferrū examinatis et
cōbuſtis: ex quibꝫ vnꝰ bn̄ficō
cōfeſſiōis ſaluatus ē ca·xvi·

Itē de decē hereticis apud ſpire
am examinatis et cōbuſtis: q̊ꝝ
vnꝰ dum eſſꝫ p confeſſionem
ſanatus ac liberatus: p muliēꝫ
deceptus rediuiuo icendio dā
natus ē ca·xvij·

De milite: qui ob meritū con
feſſiōis corā Henrico Imperatore
in duello triūphauit ca·xviij·

De fure qui Colōie bn̄ficō cō
feſſionis mortē euaſit ca·xix·

Itē de fure qui ab epō Leodiē
ſi: ob v̄ſiculū pſalmi c· quinti
ſniam mortis accepit ca·xx·

De pegrinis qui ꝓpt̄ pc̄ta vni
us hominis in mai piclitati: eiꝰ
de ōfeſſiōe ſunt libeāti ca·xxi

De quodā epō anglie: q̄ mori
ens ꝓpt̄ exemplū noluit confi
teri ca·xxij·

De quodā mōacho nrō: q̄ iā
moriēs p̄mo plenariā fecit cō
feſſiōem cap̄·xxiij·

De confeſſoē qui cū adoleſcē
te peccauit: atq̄ ptꝰ mortē ad
confeſſiōem eundē hortabatur
capitulū·xxiiij·

De nouicō qui abbati confeſ
ſus ē in ſomnis ca·xxv·

De confeſſione cuiuſdā demo
nis capitu·xxvi·

De eo q̄ non ſufficiat ſcripto
ōfiteri: n̄ in ncc̄itate ca·xxvij

Q̄d confitēti non liceat pdere
pſonā pc̄ti conſortē ⁊ exēpluꝫ
de clerico et ſcāmōiali ca·xxviij

De clerico ſuſaciēſe: q̄ confeſ
ſus eſt ſacerdoti ſe peccaſſe cū
concubina ſua ca·xxix·

De abbate q̄ pſecutus eſt mō
chū eo q̄ ex confeſſiōe cuiuſdā
intellexiſſꝫ illum ſcire vicia ſua
capitulum xxx·

Q̄d liceat in aliq̊ caſu confitēti
pdere pſonā alterius: et exem
plū de adulterio ca·xxxi·

De mōacho qui ſine ordinibꝫ
celebrāuit ⁊ q̄ ex ſētentia Inno
cencij pape· liceat cōfeſſoi talē
pdere ſi noluerit ōfiti ca·xxxij·

Narracō longa et vtil̄ de Sy
mone conuſo de alna eiuſq̄ p
phecijs ca·xxxiij·

De eo q̄ cōfeſſio que fit cū vo
luntate iterꝫ peccādi ſit inutilis·

capitulum xxxiiij.
De confeſſore qui nummmu; p̄iecit in terga confitentis ⁊ penitere nolentis ca. xxxv.
De abbate ſancti Panthaleonis in colonia. qui fratri carnali pecuniā eccleſie ſue tribuens depaupauit. ca. xxxvi
De duobus mercatoribus in Colonia quibus in confeſſione cōſultum eſt ne iurarent et mentirentur. ⁊ facti ſunt ditiores. cap̄. xxxvij.
De muliere iracunda q̄ propter confeſſionem ſuam Malachie factā: ſpiritum meruit māſuetudinis ca. xxxviij.
De auaritia ⁊ luxuria ſacerdotum. ca. xxxix.
De matrona que pupilloa ſe nutrito ⁊ in ſacerdotem prouecto peccata ſua confeſſa eſt. et ab illo ꝓdita ca. xl.
De matrona que confeſſore; ſuum ad libidinem incitauit. capitulum xli
De indiſcreto ſacerdote qui ſibi confitentibus iniungere ſolet penitentiam anni preteriti. capitulum xlij.
Ite; de plebano qui plurimis confiteri volentibus generale; predicens confeſſionē: omnibus eandem iniungit penitentiam capit. xliij.
De muliere in confeſſione ſe iuſtificante: cui prudens confeſſor oſtendit plura mortalia pctā habere cap̄. xliiij
Quod confeſſor non deb; de ignotis peccatis inueſtigare ⁊ exemplum de virgine in hoc ſcandaliſata. ca. xlv.
De abbate qui alteru; abbate; ſuo exemplo ꝓuocauit ad cōfeſſione; ca. xlvj.
Item de abbate qui cum mōachis ſuis in vaſe ex induſtria carnes comedens eoſdem ad confeſſionē ſuo exemplo ꝓuocauit capi. xlvij.
De peccatore qui de modica penitentia gradatim aſcendit ad maiorem. ca. xlviij.
De abbate Giſilberto qui iratūdis in capitulo parcens ad ſatiſfactionem ampliore; prouocauit ca. xlix.
De plebano qui vſurarium ⁊ homicidam dulcibus verbis in confeſſione ad ſatiſfactōnem ꝓuexit capitulum. l.
De monacho Clareuallis: q̄ fratrum adiutus oracionibus priori conſcientiam ſuam reuelauit. capitulum. li.

Explicit tabula caplor.
Incipit diſtinctō Tercia de Confeſſione
Capitulum. i. Monach⁹

SIne deſiderio confeſ
ſionis q̄ꝛ infructuoſa
eſt ōmis contricio:
videre debem⁹ q̄d ſit
confeſſio. Qualis eē debeat. q̄
ſit eius virtus quis fructus ¶ No
uicius. Si ſine ꝓpoſito confeſ
ſiōis informis eſt cōtricō neceſſa
riū eſt ſcire iſta nouicijs maxi
me. q̄ mox poſt conuerſiōem ſuā
ōnia pctā que cōmiſerūt tenent̄
abbati ſuo cōfiteri. ſicut ſū a te
edoctus ⁊ in memetipō expertus.
¶ Mōachus. Cōfeſſio tm̄ bo
num ē: ut ſolo deſiderio ei⁹ etiā
ſine cātas actū excludat pctā
dimittantur. vn̄ pſ. dicit. Dixi
cōfitebor adūſū me iniuſticias
meas dn̄o: ⁊ t. r̄. ipī. p. m. Dixi
.i. deliberaui. ¶ Nouici⁹ Quid
eſt cōfeſſio? ¶ Mōach⁹ Sci
re debes triplicem eē cōfeſſionē
laudis. fidei. criminis ¶ De cōfeſ
ſione laudis Saluator in euā
gelio dicit Cōfiteor tibi pr̄ do
mine celi ⁊ terre ¶ De cōfeſſio
ne fidei dicit apl's. Corde credi
tur ad iuſticiā: ore aūt ꝯfeſſio
fit ad ſalutē. ¶ De cōfeſſione
vero criminis ait apl's Jacobus
Cōfitemī alterutrū pctā vrā:
ut ſaluemini. Iniciū enī iuſticie
cōfeſſio eſt pctōꝝ Vn̄ ſcriptū
eſt in li°. Mach. Judas prece
det vos i bellū. i. cōfeſſio. Cōfeſ
ſio ꝯmis ē p q̄ua latēs aīe mor
bus apitur: ſpe venie ꝯſequen
de. Hec multiplex eē dz. Volū
taria. feſtinata. debita. verecun
da. gnāl'. ſpālis idiuidual'. nu
da. integra. diſcreta. accuſato
ria. amara. ſolicita. meticuloſa
vera. eſtimatiā. hilaris. ꝓpria.
plural'. frequēs. Breuit' iſta tn̄
ſcurro: nec ad plenum ſtudio
breuitatis eluci do q̄ꝛ ad exēpla
feſtino. ¶ Nouici⁹. Dz ne au
ctoritatē cōfeſſio a veteri teſta
mento? ¶ Monach⁹ Confeſ
ſio ſacramētū eē dz veteris teſta
mēti figuris maīfeſtis in illo de
clarata verbis mādata ⁊ exem
plis cōfirmata. Leproſus ad
arbitriū ſacerdotis mūd⁹ vel ī
mund⁹ iudicat' Vn̄ ſaluator
cuidā leproſo a ſe ſanato dixit
Vade oſn̄de te ſacerdoti In q̄tu
or verbis hui⁹ clauſule: q̄tuor
mihi videtur eē conſiderāda. q̄
maxime in confeſſiōe ſūt obſer
uāda. videlicz ut ſit feſtinata.
ut ſit nuda. ut ſit integr̄. ut ſit
debita. i. ut fiat ꝓprio paſtori.
Ac ſi dicat dn̄s. Vade: ut cōfeſ
ſio tua ſit cita vel feſtinata. oſn̄
de: ut ſit nuda. te ut ſit integra
ſacdoti. ut ſit debita. Quē grā
Jheſu mūdat intus p contricō
nē. ut foris mund⁹ iudicetur.
oſn̄dere ſe dz ſacdoti p ꝯfeſſiōez

Dñ̄ ſponſus vocẽ cõfeſſoris in
canticis cãticoꝝ loquit᷑ ad cõ
tritũ pctõꝛẽ. Oſtende mihi faci
em: ꝑ cordis contricõnẽ. ſonet
vox tua ĩ aurib; meis: ꝑ oꝛis cõ
feſſiõem. Quid maĩfeſti9 hac
figuã᷑. Q; verbis mãdata ſit: te
ſtis ẽ ꝓpħa dauid: q̃ dicit. Cõ
fitemini dño qm̃ bonus. Itẽ re
uela dño viã tuam: ſ; audis ꝑ
cõfeſſiõem. Et in Yſaia ſm ſep
tuagita. Dic tu iniq̃tates tuas
ut iuſtificeris. Q; autẽ exempl᷑
ſit ↄfirmata: exẽplum nobis ẽ
ipſe dauid. qui ſup pctõ bar
ſabee veniẽti ad ſe nathan rñt.
dicẽs. Peccaui dño. ¶ Nouici
us. Miroꝛ vtꝝ maioꝛ ſit virt9
in contricõe: ſiue in ↄfeſſione᷑.
¶ Mõchus. Nõ niſi per cõtri
cionem pctõꝝ culpa dimittit᷑
⁊ hoc ſ; quadã condicõe ſcz
ut cõfeſſio ſ;ſequat᷑. Q; ſi neca
tas illã excluſeit: defectu; illum
ſũmus ſacerdos ſupplebit. Eſt
tñ cõfeſſio ſignum contricõis.
Cui9 ṽtutẽ ⁊ frcm̃ magis tibi
exẽplis: q̃ ſcripturaꝝ teſtimõi
is oſtẽdere ꝓpoſui. ¶ Ca. ij.

Miles quidã in villa hita
uit: cuius vxoẽm eiuſdẽ
ville ſacerdos ꝑ adulteriũ ma
culauit. Dictũ eſt militi. q; ſac̃
dos rem hñet cu; vxoẽ ſua. Ille
cũ vir prudẽs eẽt nec verb̃ faci
le crederet: nullã de hoc menci
onẽ facere voluit vxoꝛi ſiue ſac̃
doti: veritatẽ veri9 volens expiri
Nõ tñ ſine ſuſpiciõe fuit. Con
tigit ut in quadã villa nõ mul
tũ a militis villa remota q̃da;
obſeſſus eẽt: in quo demõiũ ta;
nequã erat: ut corã aſtantibus
impꝛoꝑaret pctã q̃ per confeſ
ſiõe; verã nõ fuiſſent tecta. Qñ
cũ miles ex multoꝝ didiciſſet re
lacõe rogauit ſuſpctũ ſibi ſa
cerdotẽ ut ad colloquiũ q̃dã
ſecũ ire nõ recuſaret. Et acqui
euit ſacerdos. Cum veniſſent ſi
mĺ in villam vbi erat obſeſſus
conſci9 ipſe ſibi ſacerdos ſuſpe
ctũ cepit habere militẽ: q; nõ
latebat q; obſeſſus a tã nequã
demone in eadẽ villa habitaret
Timẽſq; vite ſue ſi a demõe ꝓ
deretur: neceſſitatẽ nature ſimu
lans intrauit ſtabulum ad ſer
uũ militis: pedibuſq; eius pro
ſtratus ait. Rogo te ꝓpter domi
nũ: ut audias confeſſiõem me
am. Quẽ huus expaueſcens le
uauit: audiẽs que ab illo dice
bantur. Facta vero confeſſiõe
cum ſibi ſacerdos iniũgi peteret
penitentiã huus ſatis prudẽter
rñt illi dicẽs. Qñtũ alt̃i ſac̃doti
ꝑ tli ẽmie iniũgeretis: hoc ſit
ſatiſfcõ vrã. Sicq; exiẽs iã ſecu
rioꝛ cũ milite ad eccĩam venit.

In qua demōioſū offenderēs?
requiſitus eſt a milite in hec v̄
ba. Noſti aliquid de me? Hoc
enī ex induſtria factū ē: ut iam
dicto ſacerdoti tollerꝫ ſuſpicōnē
Cui cū demō neſcō quid rn̄de
rit: adiecit. Quid tibi videt̄ de
iſto domino? Reſpondit ille.
Nihil de eo ſcio. Et cū hec dixiſ
ſet ligua teuthonica: latiē mox
ſbiunxit. In ſtabulo iuſtifica
tus eſt. Nullꝰ tunc aderat cleri
corū. ¶ Nouiciꝰ. Satis puto
ꝙ nō ſponte ſua illa hodiē latini
ſta factꝰ ſit dyabolus. ¶ Mō
chꝰ. Nō ē pmiſſus loq̄ teutho
nice: ne miles verbū ⁊ ex verbo
factū itelligerꝫ: nec tn̄ tacere li
cuit: ut virtutē ɔfeſſiōis ſacerdo
ti oñderꝫ. ¶ Nouitiꝰ. Mag̃ ē v
tus cōfeſſiōis: q̄ ⁊ crimē adul
terij a mēoria dyaboli deleuit.
⁊ hominē ab imminēti piclo li
berauit. ¶ Mōchus. Audi et
frcm̄ huiꝰ cōfeſſionis. Sacer
dos nō īmmēor collati ſibi bn̄fi
cij ſeclm deſeruit ⁊ in quodā ce
nobio ordinis nr̄i mōchū ſe fe
cit. Adhuc viuē putat̄ ſicut di
dici a quodā abbe ordinis Ci
ſtercienſ. ¶ Nouiciꝰ. Prophe
tia huiꝰ pteriti demōis cā ei ex
ſtitit mḡne ſalutis. ¶ Mōchꝰ.
Narrauit m̄i ⁊ aliud pene ſile
huic. ¶ Ca. iij.

Quiuſdā militis vxor ꝓpū
ſuū admiſerat libidīs ig
ne ſucceſa. Cū q̄ cū p tps occul
te peccaſſꝫ: nec iā latē poſſet ad
aures mariti puenit. Ille vero de v̄
bo dolēs. nec tn̄ v̄bis ad plenū
credēs tacuit. ſciēs ſe inueſtigā
te rē tā nephariā diu nō poſſe
occultari. Quia vir erat diues
⁊ honeſtus. vxoriſqꝫ fama taꝫ
inops ⁊ inhoneſta. maluit rē in
exptam p ſilentiū ad tempus
detegere. q̄ſe ⁊ vxorem genꝰ
qꝫ tam ſuū q̄ illius p ſuſpicio
nes dehoneſtarē. iteri vbiqꝫ diul
gatū eſt in tali villa obſeſſum
quēdam eē. neſcio tamē ſi ideꝫ
fuerit de quo ſupiꝰ dictū ē. qui
nemī parcēt. ſed pn̄tibus pccā
occulta obijceret ⁊ iꝑperaret
Hoc cum audiſſꝫ miles ſperās
per illum rei veritatē diſcere. aſ
ſumpto ſecū ſeruo cepit illo p
gere. vie cauſā ſeruo penitus ig
norāte. Venientibus eis ad ne
muſ quoddā cū dn̄s declinarꝫ
in quādā ſemitā. que ad demo
niaci tēdebat villā. cepit ſeruꝰ
valde pauē ſciens ꝓ certo ſe vl
tra viuere nō poſſe: ſi crimē ad
ulterij pderetur a demone. Po
ſitus in tāto timore dū in cogi
tationibuſ ſuis fluctuaret. Ho
minē in eodē neōre ligna icidē
tem audiuit. Immiſitqꝫ domiꝰ

mēnti eius quē eadē; hora satis
diligent' iuocauerat: q̄ cū īm
minens piculū confessio sūmū
foret remediū Et diutens a do
mino quasi ad satisffatiēdū na
ture venit ad rusticū cōfessus ē
pctm̄. suscepit penitētiā. Stati
reuisus ad militē de tali ope nl
suspicantē: simul venerūt ad de
mōem. Qui cū suum adulterū
pmo de adulterio iā iustificatū
diligenti9 ītuitus fuisset: ait mi
les. Dic si aliquid nosti de illo
Rn̄dit demō. Multa de eo no
ui: que nūc ignoro Sicq; per
virtutē confessiōis liberatus ē
suus a morte: et dn̄s a suspicō
ne. Vides q̄tum valeat vera cō
fessio? ¶ Nouici9 Que ē vera
confessio? ¶ Mōch9. In q̄ fir
mū ꝓpositū ē satisfaciēdi ¶ No
uici9 Quid si ipa satisfactō in
iūcta negligit? ¶ Mōchus.
Si ipa negligētia nō fuerit ex
infirmitate siue ex necītate. sed
iniūcta pn̄ia ut sepe contigit p
impedit et cōtēpnitur. pctm̄ iā
dimissum reuiuitur Etiā si pctm̄
fuerit veniale. et pn̄ia p obliuio
nē negligatur. nō dico q̄ pēa
illi9 pcti p illam obliuionē de
leatur. ¶ Cap. iiij

SAcerdos q̄dam in domo
nr̄a. sicut ab ei9 ore audi
ui. die q̄dā ꝯfessionē fecit de il
lusione nocturna. Iniūct9 est
ei psalmus vnus p satisfcōne.
Quē cū p obliuionē neglige
ret: eadē die circa loca gēitalia
tm̄ cepit pruritū et ardorem se
tire. ac si carni eius ardētes vrti
ce eēnt appoite. Qui cū territ9
tactu exploraret q̄d eēt. et nihil
ibidem iuenirt; recordatus est
psalmi iniuncti et neglecti. Im
putāsq; imissā penā eidē trans
gressiōi: psalmū dixit. et dolor
conqeuit. Cōfitens fugere dēt
obliuiōem. Audi aliud exem
plum. ¶ Ca. v.

CAnonic9 q̄dam in Stey
uelt ordinis pmonstrātē
sis. sicut mihi retulit canonic9
quidam mōsteiens. valde lau
dabil' vite fuit. quem q̄ī ad fu
gandū demonē de obsesso: pri
or ad hostiū mōasterij secum
eduxit. Quo viso. mox dyabo
lus p os hōmis clamauit Ego
quedā de eo scio. ꝓpter q̄ eū nō
timeo. Nō tn̄ pmissus ē eadem
publicare eo q̄ minima eēnt. ne
viro scō verecūdiā inferret. Ille
vbū itelligēs remordēte cōsciā
intrauit. culpā cōfessus rediit.
et si demon adhuc aliq̄d sciret
inq̄siuit. Rn̄dit demō. Adhuc
aliqua culpe vestigia appent i
te. eo q̄ non sit sīb secut9 stimu
lus. plagā vgarū intelligens

Iterū intrauit iuuenis inunctā
accepit diſciplinā reuerſuſq3 ſi
ſciret aliquid iterrogauit. Rn̄
dente dyabolo p̄ auditū meum
nil mō noui de te: ſatis edifica
ti ſunt frēs. ¶ Nouicius. Non
modicū me turbat: q̄ inimic9
in ſancto viro poſt cōfeſſionē
factam aliqđ deprehēdē potuit
ſignum pcti. ¶ Monach9. Hoc
deus pmiſit ad eius bonū. Qn̄
to quis pfectior tn̄to p̄ ſua cul
pa delēda eē deb3 ſolicitior. Di
ſciplinā inunctā quā mox acci
pe potuit: maxie cōn dyabolum
pugnatur9 differre nō debuit
Nam in ſupdictis duob3 ſacerdo
te ſc3 ⁊ ſeruo militis: quorū cō
feſſio neq3 debita fuit: neq3 ali
qua adhuc exterior pnīa ſbſe
cuta: dyabolus nulla pcti veſti
gia deprehēdere potuit. ¶ No
uicius. Placet qđ dicis q̄ neccā
tas fuit in cauſa. S3 noſſe vellē
drām inter verā falſāq3 confeſſi
onem. ¶ Monach9. Quāti
ponderis confeſſio ſit vera: ⁊ q̄
inefficax confeſſio ſit ficta per
ſbiecta dinoſces exempla.

TEmpe illo quo ¶ Ca. vi
ſcolaſticus Colonienſis
Oliuer9 crucē predicauit i pti
b3 Brabātie: ſic mihi narrauit
Bernard9 mōchus nr̄ tūc ei9
collega i pdicacōe: fuit ibi pu
ella qđam religioſa ⁊ voto vir
ginitatis glorioſa orta de niuel
lia. Inuidens dyabol9 tante v̄
tuti: in ſpē viri admodū pulcri
ſatiſq3 decenter veſtiti apparēs
virgini: cepit illam verbis ama
torijs ſolicitare: clenodia affer
re. laudare coniugij fecūditatē
virginitatis vituperare ſterilita
tē. Cui v̄go neſciēs q̄s eſſ3: rn̄
dit. Virū ducē nō ppono xp̄i
amori nuptias carnales p9pono:
⁊ otēpno. Cūq3 laſciu9 ſpūs ini
mis eēt ei iportun9 i diūſ locis
ad illā veniēs: ſciēſ puella mltaſ
eē v̄gines ſe pulchriores nobi
liores atq3 diciores: cepit amato
rem fantaſticū hrē ſuſpectū: ita
ut ei diceret. Bone dn̄e q̄s vel
vn̄ eſtis: q̄ tn̄to mihi deſiderio
copulari affectatis? Cūq3 ille i
uitus ſe pderet: ⁊ virgo tn̄to p̄
penſi9 inſtaret. tādē demō neccā
tate compulſus ofeſſus ē diceſ
Ego ſum dyabol9. Ad qđ ver
bum illa expaueſcēs: rn̄dit. Vt
quid ego exigis carnale coniugi
um: qđ nature tue dinoſcit eē
contrariū? At ille Tu tm̄ mihi cō
ſenti: nihil aliud a te n̄ copule
conſenſū requiro. Ad qđ puel
la rn̄dit Nō omno tibi cōndi
co: fugās illū ſancte crucis ſig
naculo. Demēſq3 ad ſacerdo
tē reuelauit illi demonis inſidias:

a quo ſatis edocta ne malignõ
conſentir; reuerſa ē in domum
ſuã. Demon vero poſt cõfeſſio
nem eam õmino nõ deſerens de
remoto tm̄ alloquēs in tm̄tum
illã vexauit vt quaſlibet immũ
dicias in eius ſcutellã mitteret
cũ manducaret Vñ et mulier
cuſtodie ei adhibite ſunt In q̃
cunq; domo illa fuit: illic demon
rñſa dedit Ab õmibus quidem
audiebatur: ſʒ a ſola puella vi
debatur. Eratq; tam nequã idē
ſpiritus: ut pñciũ pctã detege
ret: crimina improparz. nec ali
qđ peccatuz euz lateret: niſi qđ
vera cõfeſſio tegeret. Oñdit et
alia ſigna nequicie ſue. Ster
corã ollaſq; cõfractas fimo ple
nas ſup confluentes ſpgebat.
Dixerũt ei quidã. Noſti o dya
bole dominicã oracionem? Rñ
dete illo: optime ſcio. rogatus
illaz dicē. Et ait. Pater noſter
qui eſt in celis nomē tuuz: fiat
voluntas et in terra: panem no
ſtrz quotidianes da nobis ho
die: ſʒ libera nos a malo. Et cuz
plures in eadē oracõe feciſſʒ ſal
tus atq; barbariſmos: cachin
nãdo ſubiunxit. Ecce ſic vos lai
ci dicē ſoletis orõnē vrã; Requi
ſitus eciã de ſymbolo: dixit ſe bñ
et optĩe ſciē ſic incipiēs. Credo
deũ prē; oipotētē. Cui cũ q̃dã
dicēnt: dicē debes credo in deũ. ille
q; ſubiungēt: credo do. viri literati
q̃ tũc erãt pñtes dyabolicũ buz
notãtes: et vi accuſatiui intelli
gẽtes: inſteterũt ut dicēt credo in
deũ. Et ñ poterãt eũ ad hoc indu
cere ¶ Nouiti⁹ Vellē et ego ſciē
q̃ ſit credē in deũ? ¶ Mõch⁹
Credē i deũ ē p dilcõez ire i deuz
Vñ ſaluator ait. Oĩs q̃ viuit
et credit i me hʒ vitã etnã. De
mõ ſic dic apl's Jacobz: credit
et otremiſcit: ſʒ ñ diligit Credit
deũ eē. Credit vba ei⁹ va eē. ſed
nõ credit in eũ. q̃ nõ diligit eũ
Salutacõez vero ãglicã idē de
mõ incipe nõ potuit: cũ tñ ſeil
lã ſcire pfiteret? ¶ Nouiti⁹ Cũ
dignior ſit orõ dñica ſalutacõ
ne ãgelica: miror cur pmiſſus
ſit dicere illã et nõ iſtã? ¶ Mõ
ch⁹ Voluit hoc fieri dñs. tũ ꝓp
ter honorē mrĩs. tũ ꝓpt eminẽtiaz
ſacrmẽti ſue incarnacõis. Quãte v
tutis ſit eadē ſalutacõ: p quã in
ciata ē hũani gñis redēpcõ. ex
ſequētib; plenius agnoſces Int
rogatus idē demon: cur ita raucã
hrēt voces? Rñt: q; ſemp ardeo
Dicebat eadē puella. q; q̃ciens
veniebat ad me: cauit ne eũ vi
dere poſſez a dorſo. ¶ Nouiti⁹
Miror q̃re hoc fecit. ¶ Mõa
ch⁹. Demones ſic itellexi ex alia
q̃dã viſiõe: poſteriora nõ hñt.

Vnde q̄dā demō puelle cuidā
apparēs frequentius· cū ab ea
diuertēs ſēper retrocedēt: īter
rogatus cur hoc facēt r̄ndit· li
cet corpa hūana nob aſſuma9
dorſa nō tam̄ hēmus· ¶ Noui
cius (ex pecto exēplū: p qd ficte
vereqꝫ cōfeſſionis drām cogno
ſcam· ¶ Mōch9· Hoc ipmp
tu eſt· Fuit in vicino vir q̄daꝫ
q̄ ſupr̄dictū demonem audire n̄
mis deſiderās: ꝓpt̄ turpia q̄dā
q̄ cōmiſerat pctā appropinq̄re
nō audebat timēs ſibi illa corā
ōnibus impropari Et veniens
ad ſacerdotē confeſſus ē vnū
ſa volūtate tam̄ peccādi retēta
frūſqꝫ ex eadē confeſſiōe ſecuri
or ad domum venit· Mira res·
Mox ut limē attigit a īt roſpex
it: demō in aere clamauit Ami
ce vení huc vení: certe te bn̄ deal
baſti Et ſtati corā ōnibus ōnia
eius pctā turpia licꝫ cōfeſſa ꝓ
didit: in t̄ntū illū cōfundens vt
eadē hora ēē voluiſſꝫ in centu ſol
Triſtis effect9: a conſcīa accu
ſante in ſe reuerſus ad ſacerdo
tē rediȷt· q̄ geſta ſunt r̄tulit cō
feſſiōem iterauit· et qꝫ de reliq̄
emendaci9 viuē vellet· de corde
pollicitus ē deo a ſacdoti· Tūc
ſacerdos Nō inq̄t reuertē ſecu
rus nō te cōfundet amplius Et
fecit ſic· intrāte eo domū q̄dam
ex circūſedētibus dēmōi dixerūt
Ecce amicus tuus iteꝝ venit Qui
bus ipe r̄ndit· Quis eſt? Ille i
quiūt cui paulo an̄ taꝫ turpia
pctā ipropaſti· R̄ndit demon
Ego nihil ipi ipropaui: neqꝫ
aliq̄d de eo noui mali· Et eſtia
ti ſunt demōeꝫ mētitū fuiſſe hȷ
qui hominis ignorauerūt cōfeſ
ſiōem· Sicqꝫ p virtutē confeſ
ſiōis· ipe euaſit notā maxie cō
fuſionis· ¶ In eadeꝫ domo ma
trona q̄dā cū ceteris ſedebat fi
liam iuuencl̄aꝫ ſicut moſē ma
tribꝫ· ſb pallio tenēs· Que cū
demonem neſciō in quo ꝓuocaſſꝫ
clamauit ipe· Putas filiā tuaꝫ
ſb tuo mātello ſedētē virginē
ēē? Ve tibi· male eā cuſtodiſti
Dicēte mlīere mētiris· R̄ndit
ille· Nequaq̄ mencior· Si nō
credis: īterroga Petro nillā· il
la bn̄ dicet tibi veritatē· Erāt· n·
eadeꝫ Petronilla mlīer q̄dam
ſtupri puelle cōſcia Hijs verb
auditis mat̄ filiaꝫ a ſe repulit:
cū indignaciōe dicēs· Recede a
me immūda· nunq̄ tibi aliq̄d
boni cōtinget ex pte mea· Illa
bene ſibi cōſcia ſil̄atis lac̄mis
egreſſa eſt eiulās demōeꝫ men
titū fuiſſe affirmās· Inſpirata
qꝫ a deo ad vicinū cucurrit ſac
dotem cōmiſſuꝫ pctm̄ cōfeſſa ē·
a qꝫ nunq̄ de cetero carnē ſuā

illicite coinquinaret: promiſit
Tūc a ſacerdote ſuaſa q̄d di
cere deberꝫ diligent᷑ edocta·reu̾
ſa eſt ad mr̄em·q̄ nōdum receſ
ſerat a loco·Dixitq̄ȝ illi·Ve ma
ter multuꝫ peccaſtis ſine cā taꝫ
grauiter me cōfundendo·⁊ taꝫ
imiſericordit᷑ repellendo ꝓpter
v̄ba demonis huius q̄ totus mē
dax eſt ⁊ pr̄ eius·Cepitq̄ȝ lac
mari·Cōmota mat᷑ tā ex verb̄
q̄ȝ ex lacrimis filie·dixit ad de
moneȝ·Dic miq̄·Vt quid tale cri
men impoſuiſti filie mee? Rn̄t
ille·Quid.n.mali locutus ſuꝫ
de filia tua? Bō eſt ⁊ mūda m̄
hil de ea mali noui vel dixi·Sic
q̄ȝ puella ſicut vir ſup̄dcīs ꝑ
bn̄ficium cōfeſſionis liberata a
ſuſpicōne fornicacōnis ad ma
tris grāꝫ reducta eſt· ¶ Noui
cius·Quid eſt q̄ dyabolus ſtu
pꝛū an̄ ↄfeſſiōeꝫ nouit·⁊ Petꝰ
nullā ſtupri conſciā noīauit vi
rū vero ſtupri auctoreꝫ nō exp̄ſ
ſit? ¶ Mōchus·Satis puto
de pcō illū egiſſe pn̄iaꝫ·ꝑ quā
dyabolo culpe ſbtraxerat noti
ciā· ¶ Nouitius·Placet qd̄ di
cis·Sꝫ recordor adhuc ſup̄dcē
virginis de Niuellia·⁊ nō deſi
no mirari·q̄ demō cum ſpūs ſit
copulam carnalem contra ſuā
naturā cōcupiſcat ⁊ requirat·
¶ Monachus·Nō mirū q̄ de
mōes feminas ꝑcatur·ſed q̄ il
lis cōmiſcētur mirabile eſt val
de· ¶ Nouicius·Memiſti hoc
vnq̄ ↄtigiſſe? ¶ Mōchus·Et
memini·⁊ legi·aut femine caute
reddātur·q̄ forte hec que dcu
rus ſum legēt vel audient·diu̾
ſa que nr̄is contigerūt tempo
ribꝫ exempla replicabo·Que
ut maiorē firmitatē hn̄ant p̄us
vnum qd̄ in miraculis ſcī Ber
nardi legitur breuit᷑ p̄mittam·

¶ Capitulum·vij·

Mulier quedā in regione
Maneti a quodam petu
lante demōe ſex annis: habito
eius cōſenſu: incredibili libidi
ne vexata eſt· Appuerat ei in ſpē
pulchri militis ⁊ ſepe abutēba
tur ea inuiſibilit᷑: marito eius i
eodē lcō cubante: laſciuus ille
ſpūs·Que anno ſeptio timore
correpta·veniente in p̄dcām ci
uitatē ſcō Bernardo Clareual
lis abbate·miſeā mulier ad pe
des eius corruit·paſſioneꝫ hor
ribileꝫ ⁊ ludificacōeꝫ dyaboli
cā multis cum lacrimis cōfeſſa
ſuccurri ſibi flagitauit·A quo
conſolata ⁊ quid facere deberꝫ
edocta poſt cōfeſſioneꝫ dyabo
lus ad illā accedere nō potuit·
ſed tn̄ verbis terruit·⁊ q̄ poſt
abbatis deceſſum ad eius ſup
plitia reuēteꝫ: acerrime minabat᷑

Ita vt qui fuerat amator: crude
liſſim⁹ fieret pſecutor. Hec cuz
ſancto indicaſſꝫ prima die do
minica: cū duobus epis accen
ſis candel'. cū õnīū fideliuz qui
erāt in eccīa ſbſcripcõe anathe
matiſauit fornicatorē ſpm̄ au
ctoritate xpi: tam ad illā q̄ ad
oms mlieres ei deinceps int' di
cens acceſſuz. Extinctis v̄o ill'
ſacramentalib; lūīnaib;: tota
virtus dẽonis extīcta ē ⁊ mlier
poſt gn̄alem confeſſiõem pec
catoꝝ ſuoꝝ cõmunicās: plene
liberata eſt. Hec nr̄is tēpibus
contigerūt ¶ Nouici⁹ Stupē
da ſunt iſta. ¶ Mõchus. Au
di adhuc alia exempla hijs pe
ne ſimilima: mlto tamen recē
ciora. ¶ Ca. viij.

Bunne in prochia ſcī Re
migij an̄ paucos annos
ſacdos quidā fuit Arnoldus
nomine: filiā hn̄s ſpecõſā Quā
nimis diligens. q: pulchr̄ eāt
ꝓpter iuuenes ⁊ maxime cano
nicos Bunenſes ei cuſtodiā tā
taz adhibuit: ut quociẽs de do
mo exiret in ſolario dom⁹ illaz
clauderz. Die q̄dā apparens ei
dyabolus in ſpē viri. cepit aīm
eius in amorē ſuū intus ſugge
ſtiõe latēti: foris locucõe blan
dienti iclinare. Quid pl'a? Per
ſuaſa miſera et corrupta: ſepi⁹
poſtea demoni ad ſuā pniciem
oſenſit. Una dierꝫ ſacerdos ſo
lariū aſcēdens: filiā gemētē fle
temq̄ꝫ inuenit. a qua cām dolo
ris vix extorq̄re potuit. Cõfeſ
ſa eſt pri q: deluſa eſſꝫ a demõe
⁊ oppreſſa. ĩõq̄ꝫ ſe merito dolē.
Que eciā ita demētata ē ⁊ alie
nata a ſēſu. tū ex dolorē. tum ex
dyabolica opacione. ut vermi
c'los quos de ſinu colligebat
in os mitterꝫ ⁊ maſticaret Tri
ſtis effectus pat' miſit illā trās
flumē Renū. ſperās eā ex muta
cõne aeris aliquid poſſe melio
rari. ob flumis interpõem ab i
cubo dēone liberari. Tranſmiſ
ſa puella. apparuit demõ ſacer
doti. aptis ei vocib; dicēs. Ma
le ſacerdos: q̄re abſtuliſti mihi
vxorē meā? Malo tuo hoc feci
ſti Et mox truſit eū i pectore tā
valide ut ſāguinē vomēs tercia
die moreret'. Hui⁹ rei teſtis ē
abb nr̄. teſtis eciaꝫ Berardus
mõch⁹ noſter aliq̄n Bunenſ
ſcolaſticus quibus res bene i
notuit. ¶ Ca. ix.

In villa Briſeke. q̄ vicina ē ca
ſtro Rineke. ſic m̄ narrauit Ar
noldus mõch⁹ noſter q̄ tunc
tpis rem geſtam intellexit. an̄
hos annos duodecī mlier q̄dā
fuit quā demõ q̄dā eo q̄ p̄dc̄ꝫ
eſt mõ corrupit. Sedēte ea die

quãdã in tab̄na·cordis cepit
defectum ſentire. Timẽſqȝ ad eẽ
mortem vocari ſibi celerius pe
tiuit ſacerdotẽ. Cui demões lu
dificacõem ⁊ horrendã illaȝ q̃
ſeptem annis laborauerat dixiſ
ſet cõmixtiõem·lingua deficien
te in ipſa cõfeſſiõe ſpiritũ exhala
uit· Que cum incredibili libi
dine a libidinis auctore vexaret̃
nũq̃ꝫ alicui dicere voluit vel po
cius auſa non fuit vel qd credi
bilius ẽ in illius amorẽ delectaba
tur· ¶ Nouici9· Si demones
talia cum eis p̄miſſuȝ faciũt: face
re pñt· valde cauẽdum ẽ feminis
ne eis occaſionẽ p̄beant· vel ali
quo conſenſu poſſe tribuant·
¶ Monachus· Nõ ſolũ in hijs
cauẽdum mulieribus· ſȝ a viriſ
qꝛ ſicut demões p formas viro
rũ ut dictũ ẽ feminas ludificãt
⁊ corrũpunt·ita per ſpẽs feiarũ
viros ſeducũt ⁊ decipiunt· Le
ge vitaſp̄rm et inuenies ibi q̊ſ
dam viros perfectos per fanta
ſmata mulierũ deluſos·confra
ctos ⁊ deiectos· ¶ Dicaȝ tibi ⁊
aliqua exempla quibȝ cogno
ſces viros a demõibȝ in ſpẽ mu
lierꝫ ludificatos ¶ Cap·x·
PRumie ſcolaſticus q̃daȝ
fuit Johãnes nomine vir
quidẽ litteratus: ſȝ leuis ⁊ lubric9·
Iſti ſicut de eo dicebatur ⁊ hẽc

ab abbẽ eiuſdẽ mõſterij audi
uit feīna q̃dã p̄miſerat: vt illi no
cte ad eũ veniret· Nocte eadẽ
illa quidẽ nõ venit· ſȝ in eius ſpẽ
cõſimiliqȝ voce· dyabol9 cleri
cum aſcẽdit· Quẽ putans feiaȝ
bñ ſibi notam eẽ· cognouit eũ
Mane ſurgens· cũ demonem
quẽ feminã eẽ putauit egredi
cõpellẽt· Rñdit ille· Cum quo
putas te hac nocte iacuiſſe?
Cũqȝ ille diceret: cũ tali femina
Rñdit demon· Nequaq̃ꝫ: ſȝ cũ
dyabolo· Ad qd verbuȝ Johã
nes ſicut mirabil' fuit: ita mira
bile verbũ qd dicere vereĩdor
rñdit: dyabolum irridẽs: ⁊ de
opere nil curans·
IN ciuitate Suſacia ci ¶ Ca·xi·
uis q̃dã erat Henric9 noīe: cog
nomẽto gẽma· Hui9 officij fuit
vinũ i tabñis vẽdere· Habebat ãt
tabñã aliq̃ntulũ a domo ſua re
motã· Qui cũ nocte q̃dã ſm cõ
ſuetudĩeȝ tarde de tabña rediẽs
⁊ pecuniã de vino collectã ſecũ por
tãs domũ feſtinaret: vidit q̃ndaȝ
ſpẽm muliebreȝ in alba veſte ⁊
linea ſtantẽ in loco q̊dã· vbi ci
ues ſolẽt placitare· Nihil mali
de ea ſuſpicãs· cũ ad locũ veniſſȝ
illa p veſteȝ hoīem traxit ⁊ ait·
O amice: diu te hic expectaui:
amare me debes Illo veſtem de
manu ei9 excuciente ⁊ dicente

ſine me ire· luxurie tue n̄ cōſētiā
ſʒ vadā ad vxorem meam Illa
fortiter inſtitit· ad cōmixtionē
eū inuitans· Que cū verbis nō
pficeret: intro brachia ſua vi
rum tollēs ⁊ multum cōp̄mēs
in aera leuauit: atqʒ vltra mōa
ſteriū ſcī Patrocli: qđ ſatis al
tū ē illū transferens in paſculo
depoſuit Qui dimiſſus extra mē
tem fact9: cum pt9 horā reſūp
tis viribus reſpiraſſʒ· ſurrexit ⁊
ad domū ſuaʒ clauſtro vicinaʒ
manibus pedibuſqʒ reptando
cū labore veniens: ad hoſtium
pulſauit· Surgēte familia ut
lumen accenderēt· clamauit il
le· Nolite lumen accēdere· non
enim mihi expedit illud videre
Et reclinauerūt eū in lectulo ſuo
qꝛ debil' erat valde: tam in ſēſu
q̄ȝ in corpe· Tribus noctibus
continue in intempeſta nocte:
idem demoniū pulſauit ad hoſti
um: Henrico clamitāte· ſcio qꝛ
ꝓpt' me venit· ſcio qꝛ ꝓpter me
pulſat· P9ea ſupuixit annū de
bil' ⁊ infatuatus· Hec mihi re
tulit monach9 nr̄ Theodericꝰ
ſuſaciens: dicēs celebre eē val
de in eadeʒ cītate: cui9 frater ad
huc viuit in ecclīa ſcī Patrocli
canōicus· ¶ Nouici9· Si de
mōes hōībus ī aſſumptis cor
poribus cōmiſcētur: ſicut diuꝰ

iā exempl' oñſum ē: mirꝰ ſi de
feminis poſſent generare· ſiue
de viris concipe ⁊ pere ¶ Mō
chus· De hac queſtiōe ſoluen
da nihil noui ſcio: ſed qđ in āti
quis hyſtoriis legi hoc repli
co. ¶ Capi· xii·

Cum gens gothorum de
aſya migraret in europā
ſicut in geſtis legitur: haberet
qʒ mlieres deformes in ſuo cōi
tatu: eiecit illas timēs ne libe
ros nimis deformes gignēt:
ſicqʒ nobilitatem gothorū de
formaret· Que de caſtris extru
ſe cū errarent in nemore: acceſ
ſert ad illas icubi demones gñue
rūtqʒ ex eis filios ⁊ filias· Ex q̄
bꝫ ꝓceſſit fortiſſiā gens huno
rū· Legit' etiā Merlin9 ꝓpheta
britānoꝝ ex incubo demone: ⁊ ſcā
moniali femina genēatus Nā
⁊ rges qui vſqʒ hodie regnāt
in eadem britania q̄ nūc āglia
dicitur· de mrē fantaſtica deſcē
diſſe referūtur· Merlin9 vō hō
rōnal' et xpian9 fuit: multa fu
tuā p̄dixit q̄ quotidie implent'
¶ Nouici9· Si hōmes ex vtri
uſqʒ pntis ſemine cōcipiūtur
tm̄ et naſcūtur: quō dicēdi ſūt
hōmes qui ptim ex hōme: ptim
ex demone· carnis ſue trahūt ori
ginē? Nūq̄d rſurgit in iudicō
qđ nō ē de vitate hūane natē

¶ Nōuicius. Dicam tibi q̄d au
diui a quodā lr̄ato viro de hac
q̄ſtiōe. Ait ei. Crementū hūa
nū q̄d cōtra naturā fūditur: demo
nes colligūt: et ex eo ſibi corpa
in quibz tangi videriq̄z ab hoi
bus poſſint: aſſumūt De maſcu
lino vero maſculina et de femini
no femina. Sicq̄z dicūt mgr̄i
in hijs q̄ de eis naſcūtur: verita
tem eē humane nature: eoſq̄z i
iudicio ut vere homines r̄ſurgē
Hec de hijs ſufficiāt Nunc reū
tamur ad cōfeſſionē: de qua oc
caſione introgacōis tue aliq̄n
tulū digreſſum ē: exempli cā.
¶ Capitulum. xiij.

Bvnne ciuitatis dyoc. co
lonienſ. ſacerdos quidaz
fuit noie Petrus: eiuſdē ecc̄ie vi
carius. Iſte neſcō quo dei iudi
cio: in camere ſue oſtio ſe ſuſpē
dit. Cuius cōcubina Alheydis
noie tam horrenda eius morte
territa ſcl'm deſeruit: et in ceno
bio quodā ſanctimōialiū q̄d
lancwade dr̄. religionis hitū
ſuſcepit. Die quadā cum ſtās
i dormitorio de feneſtra pſpice
ret: et cōtemplata eſſ3 iuuenez
ymo in iuuenē demōem ſtan
tē iuxta puteū muro dormito
rij cōtiguū: qui ea vidente vnū
pedē ſuper lignū quo ābiebat
puteus poſuit et altero ſe q̄i voli
tādo ad ipſam in feneſtrā depo
ſuit. Quā cū extenſa manu per
caput rape conaret: territa re
trorſum cecidit et clamauit pe
ne exanimis facta. Audito eius
clamorē accurrere ſorores in le
ctulū ſuum illā reclināt̄es. Re
cedentibus illis cū paululum re
ſpiraſſ3: ſolaq̄z iaceret: demon
iteꝝ affuit: et verbis quibuſdā
amatorijs eā ſolicitare cepit.
Que cum cōtradiceret: intelligēs
ſpūm eum eē malignū: r̄ndit il
le. Bona Alheydis noli ſic di
cere cōſenti m̄: et ego te hr̄ē faciā
viꝝ hōeſtū pbū nobilē diuitē
q̄z Quare fame te crucias i hoc
loco paupe: vigilijs alijſq̄z mł
tis incōmodis: an tps te inſici
endo? Reuerte ad ſcl'm: et vte de
licijs quas deus hoi creauit: nl ti
bi me duce deeē poterit Tūc illa
Doleo q̄ tā diu te ſecuta ſū: re
cede q̄r nō acq̄eſcā tibi. Post hec
v̄ba demon naſū emūgēs cōtra eā
ipſā imūdiciā ad pietē lcī tam
fortiter piecit: ut ps aliq̄ reſiliēs
veſtimēto eius adhereret: ſicq̄z di
ſparuit Eratq̄z emūctio ipſa ſic̄
pix nigerrima: et tanti fetoris: ut
tolerari nō poſſ3. Deinde cū ſpi
ritus ille neq̄ſſimus die noctuq̄z
eēt ei infeſtiſſimus: ſuaſerūt q̄dā
ex ſororibz. ut aquā bn̄dcā; ſp
patā hr̄ēt. q̄ veniēte; aſpgeret

Alie vero ſit eūdem: ſi aquā nō
timeret. thurificarꝫ. Omnia q̄ de
hec temtauit: ſꝫ modicuꝫ ei ꝓfu
it. Nam quociēs coñ ſe ſignuꝫ
crucis factum vidit. aſpſioneꝫ
etiā ſiue thurificacōem. ad mo
dicū quidē ceſſit. ſed ſtatī redi
it. Tunc vna ceteris ſororib⁹
etate maturior atqꝫ prudētior
ſuaſit ei q̄tus dēonem ꝓpi⁹ acce
dere ſinēt. et tunc alta voce ſalu
tacōem anglicā in eius faciem
iacularꝫ. Qd̄ cum feciſſꝫ dyabo
lus ac ſi ſagitta eēt pcuſſus vel
turbine impulſus aufugit. nec
vnq̄ꝫ ꝓpius ei ex illa hōā accede
re preſūpſit. ¶ Nouici⁹. Hat
ten⁹ nō mirabor ꝙ dyabolus ā
glicam ſalutacōem dicere vel i
cipe nō potuit. ſicut te dixiſſe r̄
colo ſupius ca. vi. ¶ Mōch⁹
Hui⁹ loci ibidem recordatus
ſū. Sc̄imonialꝭ vero tali iactō
munita. dēonem ab illa hora vi
dit ſine terrore. et audiuit ſine
tiore. Hic q̄dā de hijs loquenſ
cū viro q̄dā religioſo. ſuaſit ei
ille dicēs. Fac p̄ori tuo confeſſi
onem gn̄alē puram plene ac de
uote. inq̄ꝫtum occurrit mēorie
et liberāberis omnino a dēonis h⁹
infeſtacōne. Cui cū cōſiliū tlē
placuiſſꝫ mox accedens ad p̄o
rem. rogauit ſibi p̄ſigi locuꝫ et
horā audiende cōfeſſiōis. Ma
ne dcīs matutinis illa ſe ꝑparās
feſtinauit ad locū p̄fixū. capel
lam ſcꝫ mōſterio adherentem
vbi p̄or expectabat. Et ecce de
mō occurrens in via feſtināti.
dixit Alhepdis quo vadis. q̄
ꝓperas? Et illa. Vado ɔfūdere
me et te. Tunc demō. O Alhep
dis noli. noli. reuertere. reūtē.
Rn̄dit illa. Sepius cōfudiſti
me. ego mō cōfundā te. nō reū
tar. Qua cum nō poſſꝫ blādici
is ſiue minis retrahē ſequebatᷣ
eā vſqꝫ ad locum ɔfeſſionis. ſi
cut milu⁹ in aere ſup ipſaꝫ voli
tans. Que mox ut genua corā
priore flectēs. ad cōfeſſiōeꝫ os
apperuit ille clamās et eiulans
euanuit. nec vnq̄ꝫ ab illa hora
ab ea viſus vel auditus ē. Ecce
hic hēs manifeſtū exemplū q̄n
te virtutis ſit confeſſio pura. ¶
Hec m̄ relata ſunt a dn̄o Her
māno abbe loci ſc̄e Marie. Cū
tl'ia fama diuulgāte ɔgnouiſ
ſet de p̄fata femina cum eēt Bū
ne canonic⁹ optīe nota ad lo
cū pſeipſum acceſſit et eo ordi
ne quo dcā ſunt ab illi⁹ ore cū
cta audiuit. ¶ Nouici⁹. Si cō
feſſio tātī ponderis nō eſſꝫ neq̄
q̄ꝫ dēonem tam grauitᷣ turbaret.
¶ Mōch⁹ Occurrit aliud ex
emplūꝫ in quo ſatis agnoſces
q̄ꝫ grauiſſiē exacerbentur cum

peccata nr̄a confitemur. Hec q̄
dcũrus ſum poſt conűſionem
meā facta ſũt: et a dn̄o Karolo
mihi r̄lata aliqn̄ p̄ore noſtro
tūc abbate Vilarienſe nomen
pſone ſiue loci ſatis doleo me
non retinuiſſe. Ait enim ſic

¶ Capitulum. xiiij.

Erat quidam ſacerdos et
adhuc ē admodū religi
oſus: et ob vite meritū multis di
lect9: in ptib9 noſtris prochiā
regens. Inuidens grē eius mil
leartifex dyabol9: nolebat eā
aptis temtacōībus moleſtaē
ſpans illū ſb ſpē boni ad ſuum
conſiliū efficati9 inclinare In ā
gelū lucis ſe trāſfigurans mini
ſter ille tenebraꝝ: oñdit ſe ſac
doti et ait Amice dei miſſus ſum
ad te: nunciare q̄ ventura ſunt ti
bi. Prepa te: qȝ hoc anno mori
eris Sacerdos vero nullā hn̄s
de angelo malo ſuſcipicōnem
ſȝ ita credēs eē futuꝝ ut p̄dixeāt
cepit ſe diligent' q̄i ad morteȝ
preparare oſciam p confeſſiōem
mūdare. corp9 ieiunijs: vigili
is: aſſiduiſq3 orōib3 caſtigaē
ānonā ſuā cū ſuppellectili egen
tib3 erogare Cūq3 multi ab eo
q̄rerent: cur tā īdiſcrete ſua di
ſtrahēt: vni tn̄ illoꝝ ſb ſigillo cō
feſſiōis cām apuit dicēs Ange
l9 dn̄i reuelauit m̄: qȝ hoc anno
moriturus ſum. Ille vero cū ho
mine poſſȝ celare: alteri cuidā
ſibi familiari dixit. ſicq3 p eum
ad noticiā tocius prochie per
uenit. Anno cōpleto ſacerdos
nō ē mortuus et inuētus eſt fal
ſus ꝓpħa dyabolus. Et qȝ elc̄
ōīa cooperantur in bonū: in eo
in quo vir ſāctus videbatur a
dyabolo deceptus: ē pmotus.
Nimis. n. de tā doloſa circūuen
ciōe erubeſcēs ꝓpter homines:
ad quos verbū peruenerat: nec
hn̄s vnde viuere: ſecl'm cū pro
chia deſeruit et i quadā domo
ordinis noſtri cuius nomē ex
cidit ſe conűtit. Fcō eo nouicō
iteꝝ dyabolus affuit: et hmōi
verbis p̄dcm̄ dolum palliauit
Ne turberis inq̄t homo qȝ mor
tuus nō es vt p̄dixi. qȝ de9 ſua
ꝓuidentia vitā tuam diſtulit:
ad multoꝝ edificaciōeȝ Miſſ9
ſū ab illo ut tibi aſſiſtā. inſtru
am et cuſtodiam Et credidit ei
ille Circa quē dyabolus freq̄n
ter verſabatur et ſemp ſicut po
ſtea notauit: ad ea q̄ ad cōmo
dū ſunt eū hortabatur Cū eum
feruor qñq3 impelleret ampli
us orare: vigilare: ſiue manib3
laborare: arguit eū dicēs. Diſcre
tio mr̄ virtutum ē Diu adhuc
poteris viuere: et ideo tibi debes
parcere ut poſſis deo diu ſeruire.

Quādo lapidē leuare volebat
maiorē·iterꝫ dicebat·Nimis ē
magnus leua iſtū·Cuꝫ factus
eſſꝫ mōchus ait·Roga p̄orem
ut concedat tibi ire ad ſingla
res labores·qtꝰ liberiꝰ vti poſ
ſis colloquio meo:⁊ ego tuo·
Et licētiauit ei p̄or ut cauſam
ꝯgnouit·Nocte quadā volēs
dyabolus dolū diu ꝓtractum ꝑ
ducere ad effectū:intempeſta
nocte ad lectū mōchi acceſſit:
excitans eū ⁊ dicēs·Surge:do
minꝰ vult remūerarē labores tu
os magnos Vade ad camerā
p̄uatā:⁊ in tali trabe zona tua
ſuſpendas te:ut ſic mrēꝫ recipi
at te·Audito hoc verbo mona
chus expauit ⁊ cōn dyaboluꝫ
crebriꝰ ſpuēs·clamauit·Rece
de inīq a me recede mō noui q̄ſ
ſis·Et ſignās ſe fugauit illum
Vides qn̄ta ſit cir̄ nos clemētia
dīna Bene pmiſit ut ſeruū ſuū
dyabolꝰ in bono licet inſidioſe
ſb tiliori ꝓpoſicōne exercitarē et·
noluit tn̄ vt groſſaꝫ aſſumpcō
nem ſb inferret·ne ſimplex de
ceptus concluſiōꝫ eterne mor
tis incurrēt Statī ſurgens ad
lectū p̄oris acceſſit ⁊ dormiētē
excitauit·ſignū ei faciēs confeſ
ſiōis Illo inuente ut expectarꝫ
vſqꝫ mane·cū nō acqeſcēt ſur
rexit·atqꝫ cū eo capl̄m intrauit

Mox ſe mōachꝰ ꝓſternēs ad
pedes prioris ꝯfeſſus ē·qualit̄
a dyabolo ſb angli ſpē ſit mlt
to tpe deceptus ⁊ p conſilium
ſuſpendij a ſe deplexus·Cōfeſ
ſus eſt ⁊ alia pctā ſua·Cui cū
prior aliquā pēitētiā iniūxiſſꝫ
⁊ ut de cetero cautior foret mo
nuiſſꝫ:ad lcm̄ ſuū redijt·Mō
chus vero ob ncītatē nature
priuatā aſcendēs·dū in vna ſe
diū ſederꝫ:demonem ꝑ confeſſiōꝫ
exacerbatū cū arcu extento ſa
gittaqꝫ impoſita cōtra ſe vidit
ſtantē·⁊ clara voce dicentem·
Malo tuo confudiſti me·ecce
nūc occidā te·Cui cū ille rn̄de
rꝫ·Vade maledicte·iā nō timeo
te ad ſignū crucis euanuit·ſic
qꝫ p virtutem cōfeſſiōis libera
tus·amplius demoneꝫ nō vidit·
¶ Nouiciꝰ Quid ē·q̄ huic ſa
cerdoti dyabolꝰ nocē nō potu
it Arnoldū vero plebanuꝫ ſcī
Remigij de quo ſupdictū ē taꝫ
crudelit̄ occidit· ¶ Mōchꝰ·
Sic dic pſ Cuſtodit dn̄s oēs
diligētes ſe:⁊ oēs pec·diſ·Vn̄
⁊ eiꝰ de plebani filiaꝫ corrupit
virgini vo de iuuellia nocere
nō potuit Nō ſine cā dyabolꝰ
tātā ptātem accepit in vtrūqꝫ
prēm ſcꝫ ⁊ filiā· ¶ Nouitius·
Si demones tm̄ turbātur cū pec
cata nrā confitemur puto eos

plurimū exhilerari:cū eadē p ſi
ſeculū tegim⁹. ¶ Mōch⁹ Hoc
certiſſimū ē Hoc plei⁹ agnoſces
in diſti.vij.ix.et.x.caplo. Vbi
grā btē dei genitricis.qbuſdā
ad ɔfitēdū lingua reſerata eſt
Ipi.n.glioſe vgini eadē diſtin
ctio aſſigbit ¶ Nouitius. Ex
hijs q dcā ſūt ſatis itelligo cō
feſſionem anime eē medicinā.
nūc nolle vellē:ſi aliqd ſalutis
p eā corpus recipiat. ¶ Moa
chus. Vtriuſqꝫ hoīs medici
na eſt. Nā ſicut aiam pctoris
liberāt a pena gehenali:ſic non
nunqͣ corpus libat a pēa tēpa
li. ¶ Nouitius. Vidr mihi vti
le nimis de hijs exēpla audire.
qꝛ multi ſūt ſi ſcirēt frcm corpa
lē eē in cōfeſſiōe:patiores eēnt
in illius execucōe ¶ Mōchus
Nunqd nō meōr es qlia vel qn
ta dñs walterus abb Hilariē
ſis nob dixerit de cōfeſſiōe.vei
ens de ſolēni curia Frākēuordt:i
q filius Frederici regis Rōnorū
electus eſt in regē. Nouiti⁹ Bn
quid recordor:ſꝫ qꝛ mens hōis
labil eſt meōrie:placet ſel au
dita maxime q ſaluti ſūt necā
ria.ſepius audire. ¶ Mōch⁹
Cū eēm inqt Frākenuordt:ꝛ lo
qrer cū mgro Corado decano
Spirēſe.int̄ cetera dixi illi. Que
dā noui de cōfeſſiōe:q vos pdi

catores ſciē deretis. Predicabat
ei crucē:et rogauit me illa rpli
care. Quoꝝ tenor tal ē. ¶ ca.xv
Apud ciutatē Attrabatēſeꝫ
añ paucos ānos:iuuēis
qdaꝫ cleric⁹ extitit de eadē ciuita
te natus:delicati⁹ ibidē ab īfan
cia educatus et int̄ honeſtos cle
ricos cōuſatus. Qui cū nō hēꝛ
aliqd ſtipēdiū eccliaſticū:et m̄r
eius cepiſſꝫ egē:puduit eū ma
nē cū illa. Inflatuſqꝫ ſpū dya
bolico:ad domū cui⁹dā diuitis
argētarij vēit cū dolo Cui et dix
it. Mercator qdaꝫ diues veīt
in domū meaꝫ:volēs cōpare cy
phos argenteos calices ecīā et
alia qdā vaſcl'a ſiue ornēta de
auro ſiue argēto fabrefcā. Si
qd de tali ope videre volueis in
ſacello ponee tl'i hora ſol⁹ qꝛ
ſecretū vult eē venias ad domū
meā. Argentari⁹ de clerico bn̄
ſibi noto nl'am hn̄s ſuſpicōꝫ
ut iuſſerat fecit.tn̄ q iturus eſſꝫ
familie ſue notificauit. Quē cū
cleric⁹ ſolum venientē aſpicēt
poſt oſtiū ſe abſcōdit:intrātis
qꝫ cerebꝝ ſecui diuiſit:et occi
dit. Deiñ cū ſorore vgine hōieꝫ
mēbratū ōidētes.in cloacā ꝓie
cerūt. Fāilia vō aurificis cū rediē
tarderꝫ ad domū clerici vēit.vbi
nam dn̄s ſu⁹ eēt inqſiuit clerico
cū ſorore rn̄dētibꝫ:nō vēit huc.

Quo2ꝝ verba ſuſpecta hñtes:
ꝛ ocul' circumſpicientes· veſti
gia fuſi ſāguinis repierũt Qui
bꝫ crimē homicidij mox iponē
tes: accitis iudicibꝫ: cũ iam ne
gare nõ poſſent· tũ ꝑ fuſi cruo
ris oñſiõe· tũ ꝓ theſauri repcõ
ne: ſentētia data ēvt ambo mit
terēt' in ignē Simil' caſus Co
lonie otigit cuidaꝫ monetario
tempibus meis· Quid plura?
Cũ ducentur ad penā: dicebat
puella germano frat' ꝓpter te
mõ ducor ad morteꝫ: neqꝫ ob
aliam cauſam coopata ſũ tibi
in hoc homicidio: ñ ut crimē tu
um celarem· Attam̃ qꝛ euadere
nõ poſſum⁹ mortem iminentē
conſiliũ meum ē: ut de cõmiſſo
faciamus confeſſiõem: ut ſaltē
penam euadam⁹ eternam· Ad
hec verba clericus indignatus
qꝛ deſpatus: rñdit· Nõ faciaꝫ·
Quid enĩ mihi pdeſſe poſſꝫ confeſ
ſio tā tarda? Illo indurato pu
ella petiuit ſacerdotē: cui cũ mł
ta contricõe ofeſſa ē crimen De
inde ambo ligati ſunt i ſtipite
vno: igne copioſo circũpoſito
Mira virtus confeſſiõis· mira
clementia ſaluatoris· Clericũ
deſpatum flāma deuorauit· pu
ellam vero ignis nõ tetigit neꝫ
otriſtauit· nec aliq̃d moleſtie
intulit· Vincła tm̃ ei⁹: ſicut le
gitur de tribus pueris: obuſſit
ita ut libere deābulaē poſſꝫ nec
aliter ſēſit flāmaꝝ ardorem· qꝛ
ventũ roris flanteꝫ· Viſo tñto
miracło iudices puellā innocē
tem eſtimantes: iuſſerũt ut exi
ret· ſicqꝫ p confeſſiõem incēdij
illi⁹ euaſit ardorē ¶ Nouitius
Quid iudicas de clerico? ¶ Mõ
chus· Hoc qđ in ſupiori diſti
ctõe· ca· vi· de ſe iudicauit Wil
debrādus latro deſpatus· Eter
nalit' inquit dānatus ſũ: et niſ
qꝫ incēdijs ꝓpt' deſpacõꝫ maxie
deputatus Si egiſſem pñiam
confitēdo culpā: ꝑ penam tēpa
lem euaſiſſem eternaꝫ· Retulit
nob' idē abbas aliud miracłm
i quo adhuc āplius maifeſta
ta ē virtus confeſſiõis in hunc
modum ¶ Ca· xvi

In cameraco ciuitate ēpali ifra
hoc qñquēniũ pl'es heretici cõ
phenſi ſũt: q̃ õnes tiore mortis
ſuā pfidiā negauerũt· Miſſus
ē ab epõ clericus· q̃ negātes p
candens ferrũ examinaret adu
ſtos hēticos eē ſētentiaꝛ Exai
nati ſunt õnes· ꝛ cõbuſti ſunt
õnes· Qui cũ traherētur ad pe
nā vnus ex eis vir nobil' ſāgui
ne reſeruatur a clerico ad vitā
ſi forte illuꝫ quoq̊ mõ reducē
poſſꝫ ad pñiam· Cui ſic dixit·
Hõ nobilis es: miſereor tui et

cõpatior aĩme tue: rogo te mo
neo ut adhuc de tanta pfidia
reſipiſcas: et de errore ad vita
tẽ redeas: ne per mortẽ tpalem
mortẽ incurras eternã. Ad hec
ille rñt. Experimẽto didici me er
raſſe: ſi ſera pnĩa mihi pdeẽ poſ
ſet. nõ renuerẽ cõfiteri. Cui cũ
ille diceret: pnĩam verã nunq̃ eẽ
ſerã vocauit ſacerdotẽ. Cõfeſſus
ẽ hõ ſuũ errorẽ ex toto corde dõ
pmittẽs. ſi vita cõcederet' ſatiſ
facĩem. Ut aũt pius dñs vim oñ
deret cõfeſſiõis mox ut penitẽs ce
pit pctã ſua cõfiteri: cepit et ip
ſa cõbuſtura in manu cõfitẽtis
paulati minui. Que in tñtũ co
aſpitiẽte decreuit in q̃tũ confeſ
ſio pfecit. Medietate cõfeſſiõis
pacta: media ps plage ẽ ſana
ta. Ut aũt cõfeſſionẽ totã cõple
uit: et v'tus ipa cõfeſſiõis cõbu
ſturã. tam i dolore q̃ in colore
deleuit et man⁹ pſtinã ſanitatẽ
recepit. Vocat⁹ ẽ vir a iudice ad
ignẽ ad quẽ cleric⁹. Qre eã võ
tis? Ut ardeat inq̃t. eo q̃ in ex
aĩacione cõbuſtus ſit. Tũc cle
ricus oñdẽs manũ eius ſaniſſi
mã. liberauit eum a penis. cete
ris igne conſũptis. Hec cũ au
diſſet magiſter Cõradus reſpõ
dit abbati. Et ego dicam vobis
ſimile. quod ante paucos an
nos apud argentinã recordor

contigiſſe. ¶ Ca. xvij.

DEcem heretici in eadem ci
uitate ſcilicet argentina
que et Straꝫburg. cõprehenſi
ſunt. Qui cum negarẽt: per iu
diciũ candentis ferri conuicti.
ſẽtentia incẽdij ſunt damnati.
Die ſtatuto cum ducerẽtur ad
ignem. quidã ex comitantib;
vni illoꝝ dicebat. Miſer dam
natus es. age vel nunc pnĩam
pctã tua confitẽdo. ne poſt icẽ
dia corpis q̃ momẽtanea ſunt
aiam tuã ignis gehenal' etna
lit' cõburat. Cui cum ille dicẽt
conſidero quidẽ me erraſſe. ſed
timeo pnĩam tante neccitatis mi
nus acceptã eẽ deo. Rñdit. Ex
corde tm̃ confitere. deus ẽ miſeri
cors et pñitẽtẽ ſuſcipiet. Mira
res. Mox. n. ut hõ cõfeſſus ẽ pfi
diã: manus eius plenã recepit
ſanitatẽ. Tardante eo i cõfeſſi
one. cũ a iudice vocaretur ad pe
nã cõfeſſor eius iudici rñt. Nõ
iuſtũ ẽ ut hõ innocẽs damnet'
iniuſte. In cuius manũ dũ nullũ
veſtigiũ cõbuſtiõis reperiret' di
miſſus ẽ. Debat idẽ hõ vxorem
nõ longe a ciuitate manentẽ ho
rũ que dicta ſũt prſus ignarã
Ad quam cum veniſſet gaudẽs
dixiſſetq;. Bñdictus deus qui
me liberauit hodie ab interitu cor
pis et aĩme. cauſã ei exponens.

Rn̄dit illa. Quid feciſti o miſer
rime q̄d egiſti? Vt quid ꝓpt
momētaneū dolorē receſſiſti a
fide tua ſana et ſācta? Magis
debueras ſi fieri poſſꝫ cēties cor
pus tuū īcēdijs ſubijcere. q̄ꝫ a
tā ꝓbata fide ſemꝉ recedere. Sꝫ
quē nō ſeducat vox ſerpētina?
Immēor ille bn̄ficij ſibi d̄mit⁹
collati immēor tam euidētis mi
racli: conſilio vxoris acq̄euita
errorem p̄ſtinū reſūpſit. De⁹
vero nō immēor vīdicē. ꝓ tan
ta ingratitudine manū plaga
uit vtriuſqꝫ. Renouatū ē īcē
diū in manu heretici. ⁊ q̄ꝫ oīūx
aūctrix extitit reſumpti erroīs
conſors facta eſt r̄diuiui dolo
ris. Tam vehemēs erat īcēdiū
ut oſſa manuū penetrārꝫ ⁊ cum
vti nō auderēt clamoib⁹ in vil
la: quos vis extorſit doloris fu
gerūt in nem⁹ vicinū: illic ut
lupi vlulantes. Quid verb im
morer? Proditi ſūt in ciuitatē re
ducti ſunt ſilꝫ in ignē nō dum
plene extinctū miſſi: ⁊ i cinerē
redacti. Nouici⁹ Iuſte actū
eſt cum iſtis. Mōch⁹ Con
feſſiōe pura pugnātes merent̄
victoriā: damnādiqꝫ indulgē
tiam. Ca. xviij.

Tempe illo quo Hēricus
imꝑator pat̄ Frederici: q̄
nūc regnat: nouiſſiē itrūit Lō
gobardiā: accuſatus ē apō eū
ab eiſdē Longobardis caſtel
lan⁹ quidā de rapinis alijſqꝫ i
ſolencijs ml̄tis. A quibꝫ etiāꝫ
adduct⁹ eſt pugil quidā for
tiſſim⁹ gygantie altitudinis: q̄
eūꝫ monōchia īpeteret. Nolēs
eis imꝑator negare iuſtitiā: mi
litē adeē p̄cepit. Quē cum gy
gas ille ad duellū ſm̄ ius ciui
le citārꝫ: frat̄ eiuſdē militis ad
pedes imꝑatoris ſe ꝓſtrauit: et
ut ſibi ꝓ germāo tenerrime di
lecto pugnare licēt: ml̄tis lac̄
mis optinuit. Qui cū ſe prepaſ
ſet diligentiſſiē p contricōem.
confeſſiōem. ⁊ oracōem. ōnem
ſuam ſpem in xp̄ō poſuit: cuius
ſignaclm tam in veſte q̄ꝫ in cli
peo atqꝫ manū pugnatur⁹: ꝓ
mumimēto circūtulit. Erat eīn
vir gracil nec ml̄tū fortis. cui
cū occurriſſꝫ pugil aſpcū horri
bil: alterꝫ ſe exhibens goliath
ictū tam valide in clipeo ei⁹ de
dit: ut tonitruū putarꝫ. Miles
vero ictū ictui ōtinuās. anteq̄ꝫ
māu retraherꝫ. cū tāto niſu illā
pcuſſit ut baclm lapſum leua
re nō poſſꝫ. Deīde crebris ictibꝫ
mactās pugilē p confeſſiōis v
tutem vicit inſupabilē. Qui ſic
mihi r̄tulit Henricus mōch⁹
nr̄. q̄ pn̄s fuit. ſicut bos mugi
ens in hec verba ꝓrupit. Ve m̄

miſero: quō tā turpit̄ ꝯfuſus
ſū ab hoc hōīcl'o. Sicq; per
fris hūilē confeſſiōe; hō morte
dign⁹ euaſit mortē: adeptus ē
victoriā. Q; āt dānandis ꝯfeſ
ſio tribuat veniā: pſto ē exēplū

Cir illa tpa qn̄ ¶ Ca. xix.
poſitus fui ad trās: fur q̄
dā in cyppo tenebat' añ portā
martis colonie. Quē ſacdos q̄
dā ſatis laudabil' vite noīe Eu
ſtachi⁹: ei⁹ de; porte capellā re
gēs inuiſit. ꝯfeſſiōe; audiuit.
ꝯ p eleoſinās ſuas viſitauit. Et
ſicut m̄ retulit id̄ ſacdos: ſepe ei ex
induſtria mittebat ciphū ſuu;
in quo ipē bibē ꝯſueuit. Vide
rūt hoc hoīes ꝯ mirabāt'. Et cū
honor a ſacdote tāli furi exhibi
tus delat⁹ fuiſſ; ad iudices: ho
mie; innocētē putātes dimiſe
rūt illū. ¶ Nouici⁹. Q̄re nō ꝯſe
quūt' oms rei hmōi bn̄ficia p
ꝯfeſſiōe;? ¶ Mōch⁹. Nō expe
dit: q̄r multis fiēt occaſio pec
cādi. vult de⁹ aliqn̄ hmōi mira
cula fieri p ꝯfeſſiōe; exēpli cā vt
q̄ tū aīe cui⁹ medicīa ē valeat:
p ſigͣ exteriora oñdat. Bn̄ vult
ut re⁹ pt⁹ ꝯfeſſiōe; pūiat' i pn̄
ti: ne eū in futuro pūiat. q̄r nō
pūit bis īidipm̄. De hoc tibi di
cā māifeſtū exēplum: a quodā
ordīs noſtri abbate mihi re
latum. ¶ Ca. xx.

In ecclīa Leodienſi epſ quidā
fuit vir religioſus ac timēs de
ūm. Die quadā cum ſederet in
capella ſua ſolus tēpe quadra
geſimali: ꝯ pſalteriū lectitādo
veniſſ; ad locum illum pſalmi
c. iiij. ſcilicet Quis loq̄tur potē
cias domini: auditas faciet om
nes laudes eius? Ingreſſus q̄
dam ex officīo oraconem eius i
terrupit dicēs. Dn̄e quid iube
tis vt fiat de illo crimioſo? Epi
ſcop⁹ miſcdia motus: rn̄dit il
li. Parce paupi: ꝓpter ſacrum
tempus quadrageſime. Rece
dente iudice ut reū dimitteret:
epiſcopus reflexit oculos ad
pſalmū dimiſſum: ſtatimq; oc
currit ei verſicul⁹. Beati qui cu
ſtodiūt iudiciū: ꝯ faciunt iuſti
ciam in ōni tempe. Qua voce
territus: ac ſi dn̄o rn̄ſo correp
tus eēt ꝯ inſtructus. ſicut reuera
fuit: iudicē reuocauit dicēs. Di
ſcute cauſa; diligent' hominis
ꝯ iuſte iudica illu;. Sicq; ob
vocē ꝓpheticam re⁹ vita puat⁹
ē. Forte iſte ꝯtritus deceſſit ꝯ ſi
ſup uixiſſ; deterior fact⁹ mortē
eternā icurriſſ;: ſicut ſup legitur de
heretico Strazburgēſe: p ꝯfeſſio
nē ſanato ꝯ recidiuo. ¶ Noui
ci⁹. Placz qd̄ dicis. ¶ Mōch⁹
Cōfeſſio ſūmū: remediū ē i pi
cul': eciā i mari lōge. ¶ Ca. xxi

Peregrinū q̄dā ſicut mḡr
Johs Xātenſ ꝓp̄ro reci
tauit in ſuis ſtacōnibus crucē
p̄dicans: cum tempe quodaʒ
tñſfretarēt i ſuccurſuʒ terre ſā
cte orta eſt eis i mare tēpeſtas
tam valida. ut nauis ipſa opi
reſ fluctibus. Fremebāt venti.
excitabāt fluct⁹ turbulenti. nu
tabant viri fortiſſimi. ſpes oīs
nautaꝝ defecit Videtes aūt ocu
los morte recpnt ſingl'i vn⁹ q̄ſ
qȝ ſibi vicino de pctīs ſuis face
re cōfeſſionem Et merito. Naʒ
ꝓpter vnius hominis pctā dnſ
eandem excitauerat tēpeſtatē.
Erat enī in naui illa hō q̄dam
miſerim⁹. hō fetidiſſim⁹. cuius
pctā fuere tam grauia. tam tur
pia. tam horrēda. tam i q̄ntita
te q̄ꝫ in qualitate. ut nec ipſuʒ
mare pond⁹ illoꝝ poſſȝ porta
re. Cū natuā ei⁹ ſit eijcere imū
dicias q̄ſlibȝ corpales. q̄uo eq̄
min⁹ ſuſtinēt tantas imūdici
as ſpūales. i. pctā creatori ſuo
cōtria? Tiens hō ille pctōr vi
te ſue ſiml'a aīmea ꝓpt' ſe om
nes alios piclitari conſiderās.
ſurrexit a ait. Audite frēs: audi
te. Si ꝓpter pctā tēpeſtas hec
orta eſt: ego occaſio ſū tanti p
icli. Rogo ut audiatis ofeſſio
nem meā. Tacētibus oīb⁹ ce
pit voce valida tm̄ venenū pec
catoꝝ euomere: ut aures hūa
ne eciam horrēnt audire. Mira
clementia dei Mox ut maſſam
iniq̄tatis p confeſſiōem eiecit:
mare fures ſiluit: a facta ē trā
quillitas magna: ita ut ōnes
mirarētur Miris mirāda ſucce
dunt Stati ut nauis ad litt⁹
puenit audita pctā de⁹ de mēo
rijs ſingloꝝ deleuit. Hn̄ permi
ſit ut q̄ꝫ diu erāt in naui cōclu
ſi. cōfundētur in aſpcū illoꝝ a
ne exeūtes forte eius pctā ꝓpa
larent vl' improperarēt. idux it
eis obliuiōem. Hn̄ retinuerūt
ſe in mari fuiſſe piclitatos. hoi
nē aliq̄d fuiſſe cōfeſſum. ſȝ q̄d
dixiſſȝ. pꝛſus ignorauerūt. Et
hoc ipm didicit experimento.
¶ Nouici⁹. Valde letificant
iſta. ſed mir viðr. q̄ꝫ ob vnius
hōis pctā dn̄s tantaȝ turba
uit mľtitudinē. ¶ Mōchus.
Legitur ꝓpt' iobediaȝ ione ma
re turbatuȝ. et nautas piclita
tos. illoqȝ eiecto mox mare ſte
tiſſe a feruore ſuo. Nā ſicut ob
vni⁹ hominis pctm̄ aliq̄n dn̄s
mľtitudīeȝ temporalit' affligit
ita ꝓpt' vni⁹ iuſti merita freq̄n
ter multis parcit. de hoc pluri
ma hn̄tur exēpla. ¶ Nouici⁹
Scio nl fieri ſine iuſto dei iudi
tio. ſȝ ſumme iudico eē clemēcie
q̄ꝫ hō ſciēs ſe eē i pctīs mořlib⁹

piculꝰ ſe videt cōmittē. ¶ Mōachꝰ Quib; nō ē medicīa ɔfeſſionis: nec vna die morari dn̄t ī pctīs: neq; differre ɔfeſſiōem ñ ncītas excludat ɔfeſſiōem. Audi de hoc epi cuiꝰ dā v̄bū bonū: v̄bū ſcm̄: verbū mēoria dignīſſimum. ¶ Ca. xxij.

Sicut didici a q̊dā abbe: nup in anglia defūctꝰ ē eps ordinis p̄moſtratēſis vir bonꝰ ⁊ mḡne religiōis. Hic cū agerz in extremis: nec ɔfeſſorē req̊reret: dixerūt ei clerici ſui. Dn̄e debilꝰ eſtis valde: q̄re non facitis ɔfeſſiōem v̄ram? Rn̄t eps. Nō faciā. Illꝰ v̄bū exhortacōis repetētib;: adiecit. Putatis ſtolidi ꝙ vſq; ad hanc horā diſtuleri ɔfeſſiōem meā? Dixert ei iterz. Cōſilijs regis itere ē ſolebatis Quib; rurſū rn̄t. Non alit̄ fui corā rege: ꝙ xp̄c corā Pylato. hoc q̊d dixit ⁊ fecit eps ille ſācꝰ p exᵒ: ſcīcs ſcriptū. Añ morte ɔfitē: a mortuo q̄i n̄l cōfeſſio pit. Cōfiteberis viuēs viuēs ⁊ ſanꝰ cōfiteberis: ⁊ laudab d̄ꝰū: ⁊ gl̄ificaberis ī miſeracōib; illius. Quotidie ſolitus fuit mundā ē ɔſciam. nec differre cōfeſſionē ſuā de die in diem. ſic ml̄ti faciūt. Qui eciā poſt mortē miraculꝰ claruit. ¶ Nouiciꝰ Sic colligo ex v̄rb epi hꝰ: nō ē per

feōrz cōfeſſiō; differre. ¶ Mōachꝰ Dilacō iſta cōfeſſionis ad mēoriā reuocat caſū quēdā. q̄ ãno p̄terito apd nos contigit.

Quid ex ſeiorib; ¶ ca. xxiij noſtris: quē nolo noiare habebat hāc ɔſuetudie; ſic ceti mlti ſepiꝰ reuocaē cōfeſſiōem. Ita ut abb putaret ꝙ gn̄alꝰ eēt eo ꝙ a pueritia vſq; ad ſenectutē pctā ſua cōmeorarz. Añ mortē ſuā p aliq̊d tps debilꝰ. ſbito defecit ⁊ obmutuit. Accurrimus oms mūgētes cū oleo ſcō. Die ut puto ſeq̄nti dn̄s abbas venit in cuiꝰ aduentu dei mia deſpati linguā reſerauit: ⁊ cepit cōfitei pctā q̄dā mōrlia. añ conūſiō; comiſſa: q̄ nūq̄ ei fueāt cōfeſſuſ Territꝰ v̄o abb req̊ſiuit. ſi vnꝙ eadem fuiſſ; confeſſus pctā Alijs iq̄t abbib; dixi ea habuerat añ ip̄m tres abbes. Et ſic retulit nob abb noſter: ꝓpter hoc dn̄s qui magnos eē labores reſpexit: os apuit: ut eēt cōfeſſio eius integra. ¶ Nouiciꝰ Quid ſi alijs abbatib; de quibuſdam peccatis mortalibus nouiſſimo confeſſis: abbati ſimili mō aliq̄ ex verecūdia ſubtiuerat? ¶ Mōachus. Sic dixi in p̄. ca. huius diſtictōis. ſicut cōfeſſio eē debet nuda ⁊ debita ita eē d; integra. i. nō p plures

cōfessores diuisa. Quid prodest ut ait Beda sup lucā: si tota cu ſtodiatur ciuitas: et vnū fora men p qd hostes intrēt relinq tur? Audi qd dicat Osee propheta de ſemiplene confitētibz. Colli gata est iniqtas effraim: abſcō ditum peccatū eius: dolores partu rientis veniēt ei. Spero enī ali cui abbatū integrā feciſſe cōfeſ ſioem: quia vir erat prudēs et mul tas vidim9 in illo virtutes. ¶ No uici9. Si peccaret ofitēs cū cō feſſore: poſſ3 ei fructuose eadē3 ofi teri peccata? ¶ Mōchus. Talis cōfeſſio nulla est. quia nulla ibi eru beſcētia: neqz aliq ibi denudan tur peccata. Dicā tibi p exemplo et ad ſolutionem tue interrogacio nis quendā mirabilē caſū qui an paucos ānos contigit: quē dn̄s abbas Cisterciensis omnibus abbatibus i generali ca. loco ser monis recitauit: monēs ut ſin guli eū mōchis ſuis in cautela3 referrent. ¶ Ca. xxiiij

In quodā inqt monſterio ſacer dos quidā nup defunct9 ē: cui abbas ſuus ob meritū vite iniūx erat: qtus frm̄ ſuorum cōfeſſio nes audiret. Nomē vo dom9 ſiue pſone ſubticuit. Erat in ead domo adoleſcēs quidā: qui ad eū confitēdi cā frequēter venit cū quo dyabolo iſtigāte et hu

mana fragilitate oſeciente: idē confeſſor ſemel tm̄mō peccauit Statī ope ppetrato: cepit dolē et flere amariſſiē Dicebatqz iu ueni. Male fecim9: alijs hoc pec catū confitei ob verecūdiā nō poſſum9: ſed cōſulo ut tu mihi confitearis: et ego tibi Alterqz ab altero ſuſcipiat pñitentiam Quid pl'a? Placuit iuueni cō ſiliū: ofeſſi ſunt peccatū inuicē: et tam durā vn9 ab altero ſuſce pit pniā; qle3 nec abbas ſiue ali quis confeſſor illi iniunxiſſ3. Paruo poſt tpe ſacerdos idē in firmatus ē vſqz ad mortē et cū iā in extremis ageret et ad exitū feſtiaret: timore gehēne peccatū vtriuſqz dixit. perſonā vo pctī cōſortē3 nō expreſſit. Defuncto eo abbas vehement' doluit: quia ſci re nō potuit cum quo peccaſſ3. Ait tn̄ intra ſe. Ad confeſſioem tibi veniet qſquis ē ille. Interi mortu9 clara die apparuit ado leſcēti cū eſſ3 ſolus facie lucida et veſte trita. Quē cum ille vi dit mox agnouit: timuit: et ex horruit. Cui mortu9. Sta ne ti meas quia ppter te veni ut indicē tibi de ſtatu meo. Cōfortatus iuuenis verbis ei9 et aiatus. cū in terrogaret. vn̄ veniret vel quid quēret: rn̄dit ille. In maximis penis ſum ppter illd tm̄: qd tecū

cōmiſi pctm̄ Ignea.n.cathena
genitalia mea aſtrigit.q̄ ſuſpē
ſus torq̄or Cōfeſſio illa quam
feci m9 inuicē:nl mihi pfuit.q2
nlla fuit. Et n̄ i extremis q̄quo
mō pctm̄ expſſiſſez.etn̄ nalit dā
nat9 fuiſſez. Cui cū iuuēis dixiſ
ſet:ē aliq̄d qd̄ poſſit vob pdeēſ
Rn̄dit ille. Si tu puēa plene
cōfeſſus fueris pctm̄ nrm̄:mihi
multū pderit. Sin autē eterna
pena te ſuſcipiet:ſicq3 diſpuit
Territus iuuēis recēti viſione
cum facere vellet cōfeſſiōez ab
bati:nec poſſz ꝓpt abbis abſē
tiam:īterim diſtulit. Intercedē
te vero tpis dilacione.tiōr con
ceptus cepit tepeſcē a verūcun
dia creſcere.in tn̄tūq3 ē erube
ſcētia vict9.ut cum abb venīſſz
nihil ei cōfiteretur. Abb vero n̄
imēor culpe ſibi confeſſe.cū ad
cōfeſſiōem nō veiret quē quoti
die expectauit.cogitauit dili
gētiſſiē.q̄lit male latētē ſalub
ter dephenderet. Precepitq3 to
ti cōuentui.ſacerdotib3.a ordi
nis inferioīs ſanis infirmis.vt
oms neſcō in q̄ ſolemnitate ad
mai9 altare coīcarēt. Viſum ē
ei.q2 neq̄q̄ accedere audēt re9
de culpa illa. Sedēſq3 coī alta
re reſpexit ad ora ſinglor̄. Ad
oleſcens vō hoc ꝓpter ſe factū
putans:a ſi ſe ſbtraheret nota
ri timens:cum ceteris acceſſit.
Qui cū ꝓpinquaſſz altari tātus
eū horror inuaſit tantus timor
pculit:ut a pſumptuoſus veta
retur pcedere:a oci9 cōpelleret
redire. Veniēſq3 ad abbatem
fecit ei ſignum cōfeſſiōis. Qui
gaudēs a exultans.dicebat in
tra ſe. Eya. Certe cepim9 beſti
am inuenim9 pdā:iſte enim ē.
Et ſurgens intrauit cū eo capi
tulum Cuius iuuenis pedibus
proſtratus fecit de pctō cōfeſſi
onem.retulit viſionē:ſuſcepit
penitentiam. Sicq3 per prudē
tiam medici denudatū ac ſanā
tum eſt vuln9 ſtolidi egroti.
Hec nob rtulit dn̄s Beuard9
abb nr̄.rediens de caplō gn̄a
li. ¶ Nouicius. Magnum do
nū dei eſt:q2 ſic mortui viuos
hortātur ad cōfeſſionē ¶ Mo
nachus. Tm̄ bonū eſt cōfeſſio
ut eciam eo vtantur ſpūs mor
tuorū3. Sepius pcepi mortu
os viuis appuiſſe in ſomnis.
a ob que pctā detinerētur i pe
nis confeſſos fuiſſe:a quibus
bn̄ficijs liberari poſſent veraci
indicaſſe. Quod poſtea veraci
b3 ſignis pbatū ē. Silib3 ei ſi
milia congaudēt:q2 corp9 dor
mientis modicū diſtat a mor
tuo.ā dū hō exterior quieſcit.i
terior ſepe efficacius vigilat.

Nō ſemp ſomnīa ſunt vana·ſȝ
nō nunq̄ reuelacōnes dīne ſic
hēs de Joſeph p̄triarcha·de Da
niele: de Joſeph ſponſo Marie·
ⱥ de tribus magis· ¶ Nouici⁹
velle͞ mihi aliquo demōſtrari
exemplo: q̄ ſpiritus mortuoꝝ
ſpiritibus confiteantur viuo
rum· ¶ Ca·xxv

Juuenis q̄dā in quadā domo
ordis noſtri ſuſceptus ē in no
uiciū· Modico elapſo tempoꝛe
idē nouici⁹ grauit̄ infirmus ad
extrema puenit· Nōdum enim
ſm cōſuetudinē ordinis: ꝯfeſſi
onē gn̄alez fecerat abbi· q̄ ab
ſēs erat· Quē cū expectaret cuȝ
deſiderio magno: ⁊ ille nō veni
ret: confeſſus eſt priori q̄cūqȝ
cōmiſerat· Sicqȝ an̄ abbis ad
uentū diem clauſit extremum
Eadē nocte cum abb̄ in q̄dam
ſua grāgia dormirȝ· ⱥ de obitu
nouicij nihil p̄ſus ſciret ante
lcm̄ abbis defuncti ſe ſpūs incli
nauit· ⱥ ut ſuā audire dignaꝛē
tur cōfeſſiōeȝ humilit̄ ſupplica
uit· Abbas iſte eē d̄r ſcūs Hu
go abbas bone vall̄· q̄ iaȝ inci
pit clareſcē miracul̄· Rn̄dente
eo nouicō· libent̄ te audiā· ille
oīa pccā ſua cōfeſſus ē ei eo oꝛ
dine ⁊ mō· quo cōfeſſus fueꝛāt
p̄oꝛi· Cui⁹ contricio tāta fuit·
ut eciā lacrime ex ocul̄ nouicij
ſe inclināntis ⱥ confitētis· cadere
viderētur ſup̄ pectus abbatis·
Cōfeſſiōe cōpleta· hec verba p̄
tulit· Modo inq̄t pat̄ cum bene
dcōne tua vado· q̄ ſaluari non
potui· niſi feciſſeȝ tibi cōfeſſiōeȝ
meā· Ad q̄d verbū abb̄s euigi
lans expiriri volēs vtrū viſio eēt
vera· vel ſicut ſepe euēit fantaſti
ca· cucullā ſup̄ pectus ſuū pal
pauit· quā totā inuenit madi
daȝ· lacrimarūqȝ ſtillicidijs p̄
fuſā ⱥ reſpſam Tunc ſatis am
mirās cū domū rediſſȝ ⱥ priori
ſomniū recitaſſȝ rn̄dit ille· Ve
ra fuit viſio: ⱥ veriſſiā cōfeſſio·
¶ Nouici⁹· Quid ē: q̄ noui
cius dixit ſe nō poſſe liberari ſi
tali confeſſiōe: cū confeſſioȝ de
bitā nō excluſerit ei tēpus: ſed
necītas:c Si contritus deceſſit
iā de ſaluandis eāt· ſi autē nil
ei poſt mortē cōfeſſio p̄fuit: q̄
a mortuo q̄i non fit perit cōfeſ
ſio· ¶ Monchus· Puto q̄ deus
tm̄ verbis vel actis ei⁹ voluerit
oñdere· q̄ tuȝ ei placeat debita
confeſſio· i· illa q̄ fit ꝓprio p̄la
to· Q autē ait nō potui ſaluari
ſic deinde intelligo id ē taȝ cito
de purgatoio ſic mō libari De
hmōi collacōnibȝ mortuoꝝ cū
viuis ſatis audies in· xij· diſt·
Nec te moueat q̄ ſpūs hōmuȝ
electoꝝ dixi ꝯfeſſos fuiſſe pccā·

ſua poſt mortē cū etiā ꝯfeſſiōe
ꝯtinuū ſuoꝝ viſi fuiſſe maligni
ſpūs merentes. ¶ Notici⁹ eoꝝ
ꝯfeſſiōeꝫ audiēt delector ¶ Mo
nach⁹. Qd dictur⁹ ſū nō legi
ſed a viris religioſ audiui

¶ Capitulū. xxvi.

Sacdos qdā cū tpe qdra
geſiāli i eccleſia ſua ſede
ret et ſibi omiſſoꝝ ꝯfeſſiōes au
diret: alijs rcedētib⁹: atqꝫ alijs
accedētibus: int̃ expectantes q
dā ſtabat q̄tū ad appētiā cor
poris iuuēis et robuſt⁹: ꝯfitēdi
tēp⁹ expectās. Omnib⁹ expedi
tis ipſe nouiſſim⁹ acceſſit: corā
ſacdote genua flexit et ad ꝯfeſ
ſiōeꝫ os apuit. Qui tāta et enor
mia ꝯfeſſus ē crīa tā mlta hoi
cidia. furta blaſphēias: piuria.
diſcordie ſemiāria: et alia hijs
ſilia: quoꝝ ſe auctorē: incento
reꝫ: ſiue ſuggeſtorē eē dicebat
vt ſacdos tā horrore q̄ tedio g
uat⁹ dicēt ad illū. Si mille eſ
ſes annoꝝ: nimis cēt tā gūia et
tā multa te cōmiſiſſe pccā. Ad
qd vbū ille Rndit. Ampli⁹ ſū
q̄ mille ānoꝝ. Tūc Ampli⁹ ē
ritus ſacdos ait. Quis ego es?
Rndit ille Demon ego ſū: vn⁹
ex hijs q cū lucifero ceciderunt
Pccā mea ex mīma tibi pte ꝯfeſ
ſus ſum ſi velles audiē reſidua
q̄ ſunt innūabilia: pat⁹ tibi cō

fitei eēm. Sciens ſacerdos pec
catum dyaboli fore inſanabile
dixit. Quid tibi cōmune cū con
feſſiōe o dyabole? Rndit demon
Stabā ex oppoito tui vidiqꝫ
pctōres ad te accedē et iuſtos
rediē: auſcultans valde dilige
ter q̄d illi dixerūt: qd ve eis re
ſponſum ſit a te et q̄ poſt gūia
pctā pmiſſa ſit eis indulgētia
vitaqꝫ eterna. Ego vero ſprās
idē conſeq: veni pctā mea ꝯfite
ri. Sacerdos vero exemplo ſcī
Martini dyabolo fiducialiter
rndit. Si volueris vti conſilio
meo et agere pniāꝫ de pctis tu
is pure ſicē hij quos hinc exi
re vidiſti: ſiſeꝫ idulgētiā cōſeq
ris. Rnt demon. Si tolerabilē m
iniūxeris ſatiſfcōem: peto tibi.
Ego inqt ſacdos valde modicā
et miorē hijs: q an te cōfeſſi ſūt
tibi iniūgā pniāꝫ. Vade et tribꝫ
vicibꝫ in die iacta te i t̃rā: ſicqꝫ
pſtrat⁹ dicas. Dne de⁹ creator
me⁹ peccaui tibi ignoſce m. h⁰
ſolū⁰ ſit pniā tua. Cūqꝫ dyabo
l⁹ dicēt: n̄ poſſuꝫ hoc facē nimis
ē m gue. Rnt ſacdos. Qre in tā
modico gūais? Nō poſſuꝫ inqt
mei tm hūiliaē ei. Aliud qcqd
iniūxeis libēs ſuſcipiā. Tunc in
digtus ſacerdos ſbūxit. O dy
abole ſi tāta ē cord tui ſupbia
ut nec vel nec poſſis te in tam

modico hūiliare creatori tuo:
rcede a me: qꝛ nec ħ neqꝫ i futō
mīam ab illo cōſeqris Ad quā
vocē; mox ille euanuit. ¶ No
uic9. Miruꝫ qꝛ ſic ſe ſupbꝫ ille
ſpūs hūiliare potuit hoī: et nō
creatori ¶ Mōch9. Hoc ē qḋ
dauid dō dic̄ Supbia eoꝝ .i.
dēonū q̄ te oderūt: aſcēdit ſep.
Vn̄ ſtatim ſequēti pſalmo ſƀ
dic̄ Cōfitebimur tibi de9 ofite
bimur Quaſi dicat. Nos hōies
ofitebiur tibi corde: cōfitebiur
ore dēones vō ipenitētes ſūt
¶ Nouic9. Cū pctor hēat os
et linguā ad loquēdū: ſufficit ei
qꝛ pctā ſua ſcripto cōfiteatur?
¶ Mōchus. ¶ Ca. xxvij.

Nonvidꝛ ſufficere. qꝛ ore
oſeſſio fit ad ſalutē Qui
ſi ſcꝫ pctā ſua ore e fuerit confeſ
ſus: poſtea ſcripto ſe āpli9 ofi
dē poterit: ſic penitētes: a ſic ſā
ct9 Aug9. feciſſe legit̄ in li°. cō
feſſiōm. Scolaris ille piſienſ
de quo ſupᷓ dcm̄ ē diſti. ij. ca. x.
qꝛ ꝑpt̄ nimiā cōpunctōem loq̄
nō poterāt: defcm̄ illū ſcp̄to ſup
pleuit ¶ Nouic9 Quid ē ergo
qꝛ in vita ſcī Johis elepmoīs
legitur: mlier quedā pctā ſua
ſcripſiſſe: a ſigillata eidē ſcō tr̄
didiſſe a ſine ois ofeſſiōe quā
ſola ꝓhibuit verecūdia: indul
gētiā cōſecutam fuiſſe? ¶ Mō
ch9 Sic̄ aliq̄d legitur de Ka
rolo ipatore in vita ſcī Egidij
ſꝫ miracl'a nō ſūt i exēplū trahē
da Hoc eciā ſciasqꝛ hmōi ſcp̄
ture auctētice nō ſūt. ¶ Noui
ci9. Itez q̄ro: ſi confitēs confeſ
ſori ꝓdere dēat pſonā: cuꝫ q̄ pec
cauit? ¶ Mōach9 Neqꝙ. qꝛ
penitētial' hoc ꝓhibet ¶ Noui
cius. Quare ꝓhibꝫ? ¶ Mona
ch9. ꝑpt̄ diuſa. q̄ inde euenire
poſſent mala. Tal' forte eēt cō
feſſor. q̄ pſonā ꝓditā cp pimaꝫ
iā iuſtificatā deſpicēt vel aliqs
ꝑpt̄ illi9 incōſtantiā. tētacōes
incurrēt. ¶ Ca. xxviij

Adoleſcēs quidā infirm9
cū cuidā ſuo cōcanonico
nōdū ſacerdoti ↄpellēte neciita
te confeſſus fuiſſꝫ qꝛ a quadaꝫ
illect9 ſcīmomali oſclatus fuiſ
ſet eā interrogatus ē ſi rē hrēt cū
ea Rn̄dente eo nō ſꝫ illa libent̄
vidiſſꝫ ſatis me verƀ iuitās ad
cōmixtiōe; ipſā eciā pſonā exp̄
mēs confeſſor eandē pſonā ab
illo tpe ſp in corde ſuo deſpexit:
nec potuit eā tm̄ diligēa venea
ri ut an̄. Talē poſſꝫ ofitēs pdē
pſonam: ut inter ipm a confeſ
ſorē odiū ꝑpetuū naſcēt̄ ¶ No
uici9 Verbi cā ¶ Mōch9 Si
dicerꝫ confitēs: dn̄e ego pecca
ui cū ſorore filia vel cōcubia ve
ſtra: puto vix poſſe fieri qu' ille

turbaret ¶ Nouitius. De hoc mi
hi dicas exēplū. ¶ Mōchus.
Sacdos q̄dā i ¶ Ca. xxix.
Suſacia hūit cōcubinā
q̄uā adoleſcēs q̄dā cōcupiſcēs
cū eadē peccauit. In q̄dragesiā
vō ad eūdē ſacerdotē veniēs. cō
feſſus ē pctm̄. ſil̄ ⁊ psonā. Nō
cū audiſſʒ ſacdos. turbatus eſt
valde ⁊ ab illi⁹ cū amore abſtrā
here volens. duri⁹ arguit pctm̄
aggrauauit. pñiamq̄ʒ durā ni
mis iniūxit Rancor iſte ſine pi
cl'o fuit vn̄ iuectō tā aſpa pñia
tā dura. n̄ ex ꝓpalata perſona ē.
Hec m̄ r̄tulit Theodricus ſuſa
tienſ mōch⁹ nr̄. q̄ vtrūq̄ʒ nouit
ſacdotē viʒ ⁊ adoleſcentē. Nō
ergo ꝓdere dʒ ↄfitens perſonā
pcti cōſortēʒ. cū tam ea q̄ pctm̄
ipm̄ aggrauant. ↄfitei teneat̄.
¶ Nouici⁹. Vellem īſtrui. quō
dicere deberē. ¶ Mōch⁹. Hmōi
formam poſſʒ ſuare. Dn̄e ego
peccaui cū legitīa cōcubīa filia
vel ſorore cuiuſdam cogn̄ti. affi
nis. vel inimici mei. ſol' peccatis
meis exigētibʒ. ſiue ab illa īdu
ctus. ⁊ in hūc modū de ceteris
pctis. ſiue carnalia ſint. ſiue ſpū
alia. In hūc modū ⁊ femīa di
cat Queꝺ tn̄ pctā ſic ↄmittunt̄
ut vix exp̄mi valeāt. n̄ cōfeſſor
de perſōa itelligat. Nō in̄ mul
tū curādū ē ¶ Nouici⁹ Quid ſi

duo cōn̄ ſuū p̄latū ↄſpiraret. ⁊
vn⁹ illoꝝ pñia duct⁹. pctm̄ ſu
um eidē p̄lato ↄfiteret̄. deberē
alterū ꝓdere. an nō ¶ Mona
ch⁹. Video ex oī parte picl'm
Si nō ꝓderē pſonā. p̄latus pi
clitari poſſʒ. ſi vō ꝓderet. forte
ꝑpetuū illi odiū adūſus ↄſpiā
torem ſuſcitaret. Audi exēplū
ad cautelā ſatis nccāriū.
Abbas q̄dā de ¶ Ca. xxx
claustro m̄ bn̄ noto de q̄
dam vicō nōtus fuit. Per cui⁹
daʒ mōchi ſui ↄfeſſiōeʒ. cū ītel
lexiſſʒ hoc aliū quēdam ſcīē dya
bolo īſtigante cepit cū occl'te
pſeq̄. tiens ab eo i viſitacōe ac
cuſa̅i. ⁊ cū illū mittē vellʒ ad q̄n
dā domū r̄motam neſcō q̄ ꝑtē
dēs accuſacōis. ille bn̄ ↄſiderāſ
cāʒ pſecucōis. r̄ñt abbi. Dn̄e do
mū meā n̄ demerui. ſi velis me
mittē ad mrēʒ nrāʒ. ibo. ſin aūt
viſitatorē h̄ expectabo. bn̄ ſcie
bāt. q̄ illuc eū n̄ mitterē ne for
te detegēt. de q̄ ſiebat. Hec m̄ r̄
lata ſūt a q̄daʒ ſenioē dom⁹ illi⁹
i q̄ ↄtigerāt. Si abbas iſte tā du
re pſecut⁹ ē hoīeʒ inocētē. quō
pſeq̄ hēret cōſpiātorē. Cernis
q̄lit' vtq̄ʒ piclitatus ſit. abbas p
ſeq̄ndo mōchus grauiſſimis tēta
cōnibʒ laborādo. ¶ Nouitius.
Licet in aliquo caſu confiten
ti ꝓdere perſonam alterius ē

¶ Monach9. De hoc a me requiſi
tus mgr̄ Hermān9 decan9 Bū
nenſ vir lr̄ature magne: rn̄dit
Si tal' pſona fueit de q̄ ↄſtet
ↄfitētē· q̄ pctm̄ cōe cōfiteri no
luerit: bn̄ eā ꝓdere dꝫ: ne tacēdo
ꝑeat· de hoc eīn retulit exēplum
vtile ſatis. ¶ Ca. xxxi

Cum eēm īnq̄t plebanus
apd̄ ſcm̄ puū Martinū i
Coloīa q̄dā ex ꝓrochiāīs me
is vir honeſt9: cū die q̄dā cui9
dā cōciuis ⁊ amici fui domū ſo
lus intraſſꝫ ⁊ vxorē illi9 ſolā in
grdib; ſolarij repiſſꝫ: āplexib;
atq; oſcul' ipſius ad libidīnē iflā
matus: cū ea cōtr̄ ꝓpoitū pecca
uit. Mox ad me q̄ſi hauſto ve
neno currēs: de fonte ↄfeſſiōis
bibit: venenū expuit: pnīa; ſu
ſcepit: ⁊ adiecit. Dn̄e ego pſo
nā vobis exp̄mā. Iſta turpis ē·
⁊ multos corrūpit ⁊ ētuꝫ in ē·
q̄ pctm̄ illud minime ↄfitebit̄
Tpe vero q̄d rr̄geſiē veniēs illa
magis ex cōſuetudīe· q̄ ex aliq̄
cōtricōe· pctā q̄dā minima ac
quotidiana mihi cōfitēs adul
teriūq; omnino ſbticēs. Ego nō
imēor pcti mihi cōfeſſi: cuꝫ nol
lē eā confūdere· neq; cōfitētem
ꝓdere: dixi. Dn̄a ite mō ⁊ cras
reūtimi: iteriq; dicite tres orō
nes dn̄icas· q̄tus de9 illumina
re digneť cor vr̄m vt digne ac

plene cōfiteri poſſitis pctā vrā
Illa vadēs ⁊ in craſtino rediēs
nil adiecit ſed tm̄ pctā pri9 ↄfeſ
ſa replicauit. Quā cū ſcdo iuſ
ſiſſeꝫ abire: eaſdēq; orōnes q̄s
p̄us repetē· illa nō ſine ſuſpicō
ne diſceſſit· ⁊ ſequēti die recuſa
Audiēte quodā clerico cogna
to ſuo· quē ſecū adduxeāt· i hec
v̄ba ꝓrupit. Ecce dn̄s iſte: me
digito demrāns· adult'ia mihi
imponit· ego dn̄o epō conq̄rar
de illo. Cunq; verb̄ illius ſatis
eēm iniuriatus· nec tn̄ motus·
ſol9 ſoli cū mlta modeſtia dixi
Bō dn̄a quaē pctā vrā abſcon
ditis ⁊ quaē negatis q̄d mō di
citis· nunq̄d nō cōmiſiſtis ad
ulteriū in tali loco· ⁊ cū tali vi
ro? Illa itelligēs crimē me nō
latē· tandē ad ſe reuſa ſatis hu
milit' rn̄dit· dn̄e verū eſt: ego cū
tali viro adulteriuꝫ cōmiſi· pa
ta ſū pnīaꝫ ſuſcipe: ⁊ de cetero ca
ſte viuē. Sicq; fcm̄ eſt: ut que
peccatrix venerat· plebani indu
ſtria iuſtificata rediret. Si nō
fuiſſꝫ a cōfitēte ꝓdita· forte nō
eſſꝫ iuſtificata. ¶ Nouici9 Si
nō licet cōfitenti pſonā pcti cō
ſortē· n̄ in tali vl' in ſili caſu ꝓde
re· q̄d ſentis de cōfeſſore? Licet
illi in aliquo caſu pctā confitē
ciū· ſiue pſōas ipſas cōfitētes
ꝓdere? ¶ Monach9. Pctā q̄dē

ꝯfitentiū ī multis casib; ꝓdē po
terit: tacitis ꝑsōis Ipās vō ꝑso
nas ꝓdē n̄ dꝫ: n̄ ī vno casu: quē
īfra h° q̄nq̄uēniū dn̄s Innocē
cius pp̄. tali mō determīauit

IN domo q̄dā Ci ¶ Ca. xxxij.
sterciens̄ ordis mōch9 q̄dā si
ne ordīē celebrauit. H° cū die q̄
dā abbi suo retulisset ī ꝯfessiōe
nec tn̄ cessare vellꝫ a tāta ꝑsūp
tiōe: abb̄ dolēs ac lacrimās: ut a
blasphēia tā mag̃ desistēt mise
rū rogauit: mōuit: ꝛ ꝓcepit: sꝫ
nō ꝓfecit Ille vō tiens notai si
cessarꝫ: celebrauit ut p9 ī seq̄nti
ca. gn̄ali abb̄ idē ꝓposuit casuꝫ
eūdē Interrogās q̄ faciēdū forꝫ cō
fessioi si forte tale q̄d ī aliq̄ do
mo emergēt Cūq; dn̄s Cister
ciens̄ siue ceteri abbes: sup hoc
nl auderēt diffinē: casū scripse
rūt Innocēcio ppe. Qui ouocās
cardiāles virosq; lr̄atos: casuꝫ
eis ꝓposuit: ꝛ q̄d de hoc sētirēt
a singul' req̄sivit. Oib; pene ī
hoc ꝯsēciētib;: q ꝯfessio nō essꝫ
ꝓdēda: rn̄t Ego dico ꝯfessioꝫ
ī tali articlo eē ꝓdēdā: q talis
ꝯfessio n̄ ē ꝯfessio: sꝫ blasphēia
nec dꝫ ꝯfessor blasphēiā tātā
ac īsamiā celare: p quā picłm
īcūbē potest toti ecc̄e. Et pla
cuit snīa oib; Scⁱpsitq; seq̄nti
āno caplo: q̄d a se fuāt determīa
tū: ꝛ a cardīalib; approbatū

Nec dēs dubitare: qn̄ ꝯfessores
infl'tū torq̄ant: cū tale q̄d audi
erint: q̄d soli portare nō pn̄t.

¶ Capitulum. xxxiij.

NOn est diu: q monach9
q̄dam pctm̄ quoddā g
rauissimū ꝯfessus ē p̄ori suo sed
cui9 fuit gn̄is idem pctm̄ igno
ro. Quē cū p̄or ꝓm ꝯsuetudiēꝫ
remittē vellꝫ ad abbēm: nō ac
q̄euit. Prior vō cū pōdus audi
ti pcti sol9 portare neq̄ret: ꝛ mō
chus eius ꝯsilio min9 acq̄esce
rꝫ: ex nimia ai mestitia corpore
tabescē cepit. Intelligēs hoc p
spm̄ scm̄ frat' Symon de alna
ꝯuers9 bn̄ mihi notus: dixit p̄
ori. dn̄e q̄d hētis: ut q̄d sic merē
scitis? Rn̄dete illo: tristis sum:
ait Simō. Nolite turbai. Cāꝫ
tristitie vr̄ē bn̄ noui ī breui do
min9 vos ꝯsolabit' Accedēsq;
ad mōchū dixit. Quare non
ꝯfiteris pctm̄ tuuꝫ abbi tuo?
Deus mihi reuelauit illud. ꝛ si
nō fueris ꝯfessus debito mō:
ego te ꝓdam. Ille ꝯuīsi sācti
tatē nō ignorās: magis ex tio
re q̄ ex deuociōe peccatū abba
ti confessus est: ꝛ p̄or ab angu
stia libatus ē ¶ Nouicius Vi
detur mihi vir iste spm̄ habere
ꝓphie. ¶ Mōchus. Reuerā hꝫ
spm̄ ꝓphie: si tn̄ adhuc viuit.
sicut ex sequentib; cognosces.

¶ Notarius q̄dā Rōne curie
cū eundē frēȝ ſymōem ex mľto
rū relacōne didiciſſȝ ſpūm hrē
ꝓphie: deſiderio videdi eū ab vr
be vēit in Alna mōſteriū: volēſ
illo pn̄te pctā ſua cōfiteri: ſpe
rās ab eo corrigi: ſi aliq̄d omit
teret: animari ſi min⁹ plene di
ceret Quē cū nō inueniſſȝ in ab
bacia ductus ē in grangiā eiuſ
dē cenobij q̄ celemes vocatur: i
qua ille mgr̄ erat Quē mox vt
fratˀ Simō reſpexit. cām aduē
tus ei⁹ intellexit: ⁊ ait. Dn̄e ex
pectate me hic. ego. n. ibo p ne
gocō domus mee ad talē locuȝ
⁊ cū rediero patus vob̄ ero ad
omnē vrām volūtatē. Iuit: ⁊ r̄
dijt. ⁊ cū a clerici ore didiciſſȝ.
qđ tñ non ignorauit. miſit ad
mōſteriū petēs ſibi trāſmitti cō
feſſorē diſcretū. Cui cum pn̄te
conuſo idē clericus pctā ſua ſa
tis deuote confitētur. ⁊ in diuſ
locis aliqua p obliuiōem trāſi
liret. qđam eciā ꝓpter erubeſcē
tiam min⁹ integrˀlitˀ cū ſuis cir
cūſtancijs exp̄mēt. interrūpēs
eius confeſſiōeȝ iā dcūs Simō
ait. Quare hec ⁊ hec pctā ſbti
cetis? Iſta ī tˀli etate omiſiſtis:
⁊ illa: ⁊ illa in tali loco ex leui
tate nľla ex ncc̄itate feciſtis vbi
qȝ euȝ corrigens. Ita ut valde
miraētur: ⁊ cum regina auſtri

media ptēm grē eius nō audiſ
ſe fatētur. Rediēs vero ad vrbē
cum gaudio magno p totā cu
riā in tātū ſuuȝ ꝓphām mḡnifi
cauit: ut dn̄s Innocēci⁹ pp̄. ad
conciliū ſuū generale illū voca
ret. vocatūqȝ de pľib; int̄roga
ret. a quo tā ipē q̄ ceteri cardi
nales didicerūt expimento: q̄
ſpū pollēt ꝓphetico Hec mihi r̄
tulit btē mēorie walter⁹ de bir
bach mōchus in Hēmērode.
qui ei familiariſſim⁹ fuit. ⁊ plˀa
de illo retitarē cōſueuit. ¶ Alio
tempe videns q̄ndā mľierclˀaȝ
peccatricē hortabatur ad cōfeſ
ſionē dicēs. Confitē me audiē
te. Qđ cum feciſſȝ non ſinebat
eā aliq̄d per obliuionē. ſiue p
erubeſcētiā ſupp̄mē. vbiqȝ eius
corrigēs confeſſiōeȝ. ſicut ſup
dcm̄ eſt de clerico Rōno. ac ſi
illā peccaſſe vidiſſȝ. ¶ Nouici
us. Cōſidero in iſto viro q̄euiſ
ſe ſpm̄ Heliſei. q̄ corpe abſens
⁊ ſpū pn̄s peccātem Iezi corri
puit. ¶ Monach⁹ Nō alius
ſpūs opatur in iuſtiſ veteris te
ſtamenti. atqȝ alius in ſcīs grē
ſed idē diuidēs ſingulˀ put vult
¶ Nouicius Si noſti adhuc
aliqua de hoc conuſo: p̄cor ut
ediſſeras mihi quia magis vi
detur miraclˀoſū occlˀta cordi
um noſſe: ⁊ cogitacōnū ſecreta

reuelare: q̃ mortuos ſuſcitare
¶ Mōchus. Verū quidē dicis
q᷑ ſcire interiora hōīs ſolius
ē dei. vn̄ apl's. Quis ſcit hōīū
q̄ ſūt hōīs: n̄ ſpūs hōīs q̄ in ipō
ē? Sol9 ꝫ excludit' ſpūs dīn9
q̄ vbiq; ē: ⁊ iplet ōīa ⁊ cui ipē
voluerit reuelare. ¶ Tpe illo q̄
dn̄s Cōradus nūc eps portuē
ſis cardīal': nouicius fuit in vi
lario: ɔtigit frēm ſymōem cum
waltero mōcho nūc abbē Vi
lariēſe: ⁊ alijs q̄buſdā mōchiſ
atq; ɔuerſ ordis nr̄i i q̄dā eccīa
ſcl'ari miſſam audire. Infra ca
nonē vo eiuſdē miſſe vidit idē
ſymō ſpm̄ iā dc̄i Cōradi corpe
ſatis a ſe remoti corā ſe ſtare: ⁊
coronā aureā in capite geſtaē
Vidit ⁊ cogitacōes cord eius
atq; orōnes: in q̄bz tūc vſabat²
in vilario. Finita miſſa. ſecrete
locutus ē waltero dicēs. Cū vi
deritis nonū Cōradū nouiciū
Vilariēſe. dicite ei ut caueat ſi
bi. q᷑ hmōi tētacōes pacietur
hoc āno. Tales. n. cogitacōes
taleſq; orōnes iā hūit in miſſa
⁊ ſciatis q᷑ magna pſona erit
in ordīe. Poſtea cū idē walter9
vidiſſꝫ nouiciū: cepit p amba
ges illum interrogaē: quid in
fra miſſas ſoleret orare? Quid
ve cogitare? Reſpondente illo.
ſic ⁊ ſic orare cōſueui: adiecit.
Rogo eciam ut dicatis mihi. q̄
fuerit oracō. qual' ve cogitacō
vr̄a die illa dn̄ica infra miſſam
Cui cum dicerz nouici9: cur tā
diligent' inueſtigatis de cogita
cōibz meis? Rn̄dit. Dicite mi
hi qd̄ quero ⁊ ego vobis p9ea
cauſam exponam. Tūc recitaſ
ei nouitius per ordīnē. q̄d ora
uerit vel cogitauerit infra miſſaz
illam in magnū eum vertit ſtu
porē. q᷑ nec in vno verbo diſcre
pauit a verbis fratris Symo
nis. Mox ei inſinuās. quid de
illo viderit. ſimul ⁊ modum tē
tationis monuit ut cautus eēt
ne forte ſub ſpē boni a dyabo
lo decipetur. Mira res. Cum ſa
tis idem nouitius admonitus
ſatiſq; pmunitus eēt. non tam̄
euadere potuit temtationē pre
dictam quin ſatis ab illa eodē
anno vexaretur. Q̄m ſublimis
perſona factus ſit poſtea. non
ſolum in ordine. ſed ⁊ in eccl'a
nouimus omnes. Primo prior
factus eſt in Vilario. ⁊ deinde
ibidem electus eſt in abbatem
poſtea in abbatē Clareuallis.
deinde pmotus in abbatem Ci
ſterciēſe. Nec in illo gradu ſta
re potuit. ſed a domino hōrio
papa vocatus eſt in cardinalē
⁊ epūm portuenſe. Quid ad
huc de illo futurꝫ ſit ignoram9

¶ Die q̄dam cum idē Simon
in choro Vilarienſi ſtar; inter
ceteros conuiſos: conuiſus q̄dā
Euergildus noīe: frat' carnal'
btē mēoie Vlrici eiuſdē dom⁹
mōchi ex oppoſito eius ſtans
cepit in eo ſcādaliſari: et dicere
in corde ſuo. Non videtur mihi
tal' eē conuiſus iſte. ſicut ab oī
bus p̄dicatur. neq; ea que dic̄
ſpū p̄dicere ꝓphetico: ſed tm̄ cō
ijciendo. et cepit eum deſpicere
Mox finita horā. aſſumpto Vl
rico mōacho. cepit ei p ordinē
replicaē: que ille tractaueāt in
corde ſuo dicēs. Monete frēm
veſtrū ne de cetero tā inſipient'
grām dei in alijs iudicet: ne for
te ex hoc vindcām ſeciat. [R]ō
cū feciſſ;: expauit Euergildus
diſcens expimēto: qđ alijs nar
rātibus credē nō potuit de illo
Hor; autē que dcā ſūt. teſtis
eſt dn̄s walterus abb' Vilari
enſ: cui⁹ ſupius feci mencōem
a cuius ea ore audiui ¶ Noui
cius. Stupenda ſunt q̄ dicis.
¶ Monach⁹. Vix elapſi ſūt
anni q̄tuor. q dn̄s Simō nūc
abbas Fomacenſ. tūc p̄or ibi
de: locum nrm̄ viſitans: eūdē ve
nerabilem cōuerſū ſecū duxit.
nec tn̄ ut eſtimo: ipſo cōuerſo
petente: q dm̄ apud nos fuit:
quis eſſ; dicere noluit. Cui q̄
dam ſecreta apd' nos correctō
ne digna dīmitus ſunt reuelata
q̄ recedēs ipē cuidā ſeniorū no
ſtror; indicauit: et ipē nobis:
q̄ poſtea vera eē cōperim⁹ Eodē
tpe veniens Coloniā: cum in
mōaſterio ſacte dei genitricis
ad orōem ſtar;: ſororeſq; pſal
lere audiret: ingemiſcēs ait Deu
q in omni collegio har; ſcīmo
nialiū: nec vna eſt de adultis q̄
caritatē; hēat. i. q̄ ſit ſine pctō
mortali. Hoc eū poſſe noſſe p
ſpm̄ p̄ſcientie: nō ſolum ex p̄ce
dētibus. ſ; et ex ſbſequentibus
cognoſces ¶ Deſcēdens cū pre
dicto Simōe p̄ore frater Sy
mon. ad ptes inferiores: ſil' ve
nerūt ad dn̄am Methildā de
Sunthuſe matronā valde ho
neſtā; ac deuotā;. que diu illū
deſideraūerat vidē. eo q multa
audiſſ; de eo. Sedēſq; iux eā
p interp̄tē; cogitacōes cordis
eius ei reuelauit. ita ut pluimū
miraret' tantā in hoīe grā;. Hec
ab eiuſdem matrone ore audi
ui. Vere inquit dn̄e ipſe mihi
dixit quecūq; cogitaui. Anno
preterito. cum dn̄s Engelbtus
archiepūs colonieñ decanum
Hermannū et Godeſcalcū ei⁹
cōcanoicū duxiſſ; ad curiā; ro
manam p abſolucōne crucis.
et inueniſſet eūdē; ſymonem in

quadā gñgia ſuſcitati ſunt ab
eo: de ꝓceſſu negocij. Sic eis
euenit: ita de eis ꝓbauit. Nun
cij inq̄t epi parꝫ in curia ꝓficiēt
mōch⁹ bñ negociū ſuū expedi
et Vtrūqꝫ rei exitus cōprobaui.
uit. Nā illi impfcō negocō reu̇
ſi ſunt mōch⁹ vō nr̄ quē cū eiſ
miſim⁹: ibi optīuit qd̄ voluit.
Sūt adhuc alia mlᵗa ⁊ mag̃
onſi h⁹ opa: q̄ ad meā noticiā
nō puenerūt Ex q̄b; tñ q̄dam
audiui: q̄ ſcribere nolui: eo q̄ re
lata min⁹ bñ retinueri. Sacī⁹
duxi eciā vea ſbticē: q̄ falſa ſcri
bere. ¶ Nouici⁹. Miror ſi vir
talē ac tātus aliq̄s ptuleit tēta
cōnesᶜ ¶ Mōch⁹. Sic audi
ui a q̄dā ei⁹ familiare ita eū vexa
bat ⁊ forte adhuc vexare non
ceſſat ſpūs fornicacōis p incē
tiua carnis: ut dicē poſſit cum
aplō. Ne magnitudo reuelacō
nū extollat me: datus eſt m̄ ſti
mul⁹ carnis mee: āgel⁹ ſatha
ne q̄ me colaphiꝫ; et dicitᶜ tam
adhuc corpe eē vgo. A pueri
cia. n. in alna nutritus: pecora
eiuſdā mōſterij pauit. Deinde
fcūs conuſus adeo ꝓfecit: ut eu
iuſdā grāgie mgr̄ efficeretur.
Qui bñ ac fideliᵗ āmiſtris exti
ora: ſic bonus ac fideſ diſpenſa
tor dō meruit interiora. ¶ Noui
cius. Vtinā hēret ōnes cōfeſſo

res conuſi huius ſpm̄: q̄ tunc
oſitētes nullū eis: ſiue p erube
ſcētiā. ſiue p ignorātiā poſſent
ſubtrahē pctm̄. ¶ Mōchus.
Lic; mlᵗis oſeſſoib; deſit ſpūs
ꝓphie: ineſt tñ pluris ſpūs ſa
piētie at; prudētie p quē defcuſ
ille ſuppleatur ¶ Nouici⁹ dic
q̄ſo: ꝓdeſt aliquē pctā confite
ri: retenta voluntate peccādiᶜ
¶ Mōachus. ¶ Ca. xxxiiij.

Modicū ꝓdeſt. Quia deus
nō ꝓijcit iniq̄tatē niſi lō
pus malā ꝓijciat voluntatem.
Qua piecta: ſeq̄tur qd̄ dicit p
phꝫ ta. Micheas. Deponet oīs
iniq̄tates nrās ⁊ ꝓijciet in pfū
dū maris ōnia pctā nrā. Iube
mur. n. p aliū ꝓphaꝫ ſcꝫ: longe
ꝓijcē iniq̄tates nrās ñ iux̄ nos
ponē. ſic illi faciunt qui an̄ pa
ſcha pctā ſua p confeſſiōeꝫ ut
eis videtur deponūt: ⁊ mox p
octauā rſumunt. lōge inquit
ꝓijcite iniq̄tates veſtras. ¶ No
uicius. Eſt ne melius ſic cōfite
ri. q̄ omo tacereᶜ ¶ Mōchuſ
Melius. i. vtilius ē cū volunta
te iterꝫ peccādi cōfiteri: q̄ tace
re. ¶ Nouici⁹. Quareᶜ ¶ Mōa
chus. Quia pctor in cōfeſſiōe
a cōfeſſoē p penā q̄ pctō detur
terretᶜ. amōetur. ⁊ inſtruitur
⁊ fit nōnūq̄. ut ta; verb q̄ exē
plis ab illo edoct⁹ ad ſe reūtatᶜ

a de ſua peruerſa voluntate cō
teratur. Q; ſi confeſſor iuſtus
eſt a p confitente orat: deus
aliquando illum pro meritis
eius illuminat. Vides quātus
ſit fructus in confeſſiōe? ¶ No
uicius. Video a gaudeo: atq;
de hijs exempla reqro. ¶ Mo
nachus. Q; quis a confeſſore
territus peccandi voluntatem
deſerat: exemplu; hoc te doceat.

¶ Capitulum. xxxv.

Quidam veniens ad con
feſſionem cuidam ſacer
doti diſcreto: confeſſus ē illi pec
cata quedā criminalia. Admo
nitus ab eo ut peccata confeſſa
deſereret: deſerta defleret: a de r
liquo emendacius viueret. Rn̄
dit. Confiteri poſſum: ſ; peccata
dimittere non poſſum. Sacer
dos hoc audito penitentia; illi i
iungere recuſauit. Oblatus ē
ei ab eo nummus. Quem quidē
ſacerdos recepit ſed in receden
tis terga eūdem cum clamore
proiecit dicēs. Pecunia tua te
cum ſit in perdicōnem. Ille vo
tam de verbo q̄ de facto ſui con
feſſoris territus: i craſtino redi
it a confeſſionem iterauit: peni
tentiam cōdignam ſuſcepit et
egit. Vides nūc q̄tum valeat
prudentia cōfeſſoris? Si ipru
dens confitens tali modo non
fuiſſ; territus: fortaſſis nec eſſ;
iuſtificatus. ¶ Audi aliud exē
plum: q̄tum cōfitentibus pro
ſit conſilium bonum.

¶ Capitulum. xxxvi

In monaſterio ſancti Pantha
leonis in Colonia abbas qui
dam fuit fratrē habens eiuſdē
ciuitatis cōciuē: quem carnali
ter diligens: ſepe pecuniā mōa
ſterij illi occulte largiebatur.
Quā proprie ſubſtantie admi
ſcēs a in ea negocians: quocū
q; perrexit ſemper cum damno
redijt. Factaq; eſt ei licet nō ad
uerter; monaſterij pecunia: tā
q̄ ignis a ſubſtantia propria
quaſi ſtipula. Et cum eſſ; i mer
catōribus ſatis gnarus: atq;
circūſpectior ceteris ſuis ſoda
libus: illorum proſperitatē ſu
umq; diſpendiū mirari nō ſuf
ficiebat. Compaſſus eius inſe
licitati abbas: cum ſemp ei da
ret ille nō proficeret: ymo ſem
per minus haberet: tandem ad
paupertatem deuenit. Cui ab
bas. Quid eſt frater q̄d agis?
Quare tam viliter ꝯſumis ſb
ſtantiam tuam ad confuſiōe;
tuam atq; mea;? Reſpondit il
le. Valde pce vino. mercatum
meū diligentiſſime cuſtodio a
quid ſit quod circa me agitur
penitus ignoro. Tandem in ſe

reuerſus venit ad ſacerdotē: ei
ōnia circa ſe geſta apiens p cō
feſſiōem. Cui dixit ſacerdos.
Vtere conſilijs meis: ꝛ cito di
ues eris Pecunia fratris tui fur
tum eſt: ꝛ ipſa ſubſtantiam tu
am deuorauit. De cetero nihil
recipias ab eo ꝛ de modico qđ
adhuc ſupeſt negociare Vide
biſqȝ manū domini ſuper te bo
nam. Quicq̄d autē lucratus
fueris: medietatē fratri tuo red
des: de reliquo tu viues. ꝛ hoc
tā diu facias donec ōnem pecu
niam monaſterij tibi datam il
li reſtituas. Mira clemētia dei
Obediens hō confeſſoris ſui cō
ſilio in breui adeo ditatus eſt.
ut ꝛ ipſe abundaret. ꝛ fratri
recepta reſtitueret. Cui cū ab
bas diceret vn̄ tibi iſte diuicie
frater? Rn̄dit. Qm̄ diu ſubſtā
tiam fratꝝ tuoꝝ recepi: ſemper
pauper ꝛ miſer fui: ꝛ tu grauit'
peccaſti nō tua mihi largiēdo:
ego vero aliena recipiēdo. Ex q̄
enim de hijs penitui ꝛ furtū ab
horrui. benedicēte domino abū
daui. Ecce q̄ntum valeat conſi
lium bonum in confeſſiōe. Si
milit' aliq̄d legitur in vitaſpa
trꝝ. Dicā tibi adhuc exēplū qđ
m̄ retulit Hermānꝰ decanꝰ bū
nenſ. aſſerēs ſe audiſſe a ſacdo
te cui cōtigit. ¶ Ca. xxxvij.

Duo ciues Colonienſes
inter cetera ſua peccata cō
feſſi ſunt duo peccatoꝝ genera
que quidē in ſe valde ſunt mag
na: licet ꝓpter vſum mercatori
bus maxime pua videātur ꝛ q̄
ſi nulla mendaciū ſcȝ atqȝ piu
riū. Dn̄e inq̄unt pene nihil poſ
ſumus emere nihil vendere: ni
ſi oporteat nos mentiri iurare:
ꝛ ſepe piurare. Quibus cū dice
ret plebanꝰ peccata iſta valde
ſūt grauia: ꝛ a ſaluatore ꝓhibi
ta: ipſo dicente. Sit ſermo ve
ſter eſt eſt. nō nō. Rn̄derunt.
Nō poſſumus hoc preceptum
in negacōnibus noſtris cuſto
dire. Ait ſacerdos. Vtimini cō
ſilio meo: ꝛ bene cedet vobis.
Nolite mentiri: nolite iurare
ſicut mercatū veſtꝝ daē vultis
ſic eū laudate. Et ꝓmiſerūt ei.
q̄ tētare vellēt vno āno. Hoc
enī petiuit. Impediente eos ſa
thana: q̄ ſemp ſaluti humane
aduſatur. pene nl̄ āno illo ven
dere potuerūt. Reuerſiqȝ anno
euoluto ad ſuū plebanū dixe
runt. Obediētia huiꝰ anni mł
tū fuit nobis damnoſa. hoies
a nobis defluūt. nec aliqđ ſine
iuramento vendere poſſumus.
Tūc ſacerdos. Nolite timē. q̄
temtacō eſt fixum tenete i cor
de veſtro. q̄ nulla aduerſitas.

nulla vos paupertas a tali ꝓpo
ſito auertat: ⁊ dominus vobis
bñdic; Promiſerũtq; ei domino
inſpirãte: quia cuſtodire vellẽt
eius ꝯſiliũ: diuinũ preceptum
per omnes dies vite ſue: eciã ſi
oporteret eos mendicare Mirã
res. Statim dominꝰ immiſſam
opreſſit temtacõem: ⁊ ceperunt
eos homines plꝰ q̃ ceteros mer
catores frequentare. Factiq;
ſunt in breui diuites: ita ut mirã
rentur. Et reuerſi ad ſuũ ꝯfeſ
ſorem gratias egerũt: eo q per
eius ſalubre ꝯſilium: a tã gra
uib; peccatis forẽt exonerati: ⁊
foris in reb; ditati. ¶ Nouiciꝰ
Hmõi exempla pdicari deberẽt
in ecclijs mercatoribus: forte ex
pauesceret de pecunijs male
ꝯquiſitis negociari: et in ſuis
vendicõnibus iurare vel menti
ri. ¶ Monachus. Verũ dicis
¶ Nouicius. Nũc audire dele
ctat: q quidã peccatores meri
tis ſui confeſſoris iuſtificentur

¶ Capitulum. xxxviij.

IN vita ſancti Malachie hib'
menſ epi: qui nris fuit tempi
bus: beatus Bernardꝰ abbas
Clareuall' ſcribit mlierẽ quã
dam ita fuiſſe iracundã: ut ani
mi eius furorẽ nõ vicini nõ og
nati nec quidẽ ipi filij eius poſ
ſent ſuſtinere ad ſactuꝫ Mala
chiam illã ducentes: ⁊ q̃rimo
niã de ea faciẽtes ut eius miſere
retur deprecantur. Hortatur vir
ſanctus miſeram ad ꝯfeſſiõe;
Paret illa: iniũgit pniam: orat
deum ut impatiẽti tribuat paci
enciã. Et ecce facta ẽ ſuper eam
mutacõ dextere excelſi. Tantã
ab illa hora patiẽciam ⁊ trãquil
litatem ꝓpter ꝯfeſſoris ſui me
rita dominꝰ illi tribuit. ut que
prius omnes exaſpare ſolita fuit
null' dampnis ſiue contumelijs
deinceps turbari poſſet. Item q
q̃dam ex ſola dei miſcdia in ꝯfeſ
ſiõe ꝯterãtur. dictum ẽ in ſecũ
da diſtinc'. cap. ij. de monacho
apoſtata. qui duo milia anno
rũ elegit in purgatorio. ¶ No
uicius. Puto q multũ deteſte
tur in ſacerdotibus auaritiam
dominus. ¶ Monachus.

¶ Capitulum. xxxix.

DE hoc nõ meã. ſed ipſius
domini ſententiã audias
p os Iheremie ꝓphete. Extendã
inquit manus meas ſup habi
tatores terre. a minimo vſq; ad
maximũ: oẽs ſtudẽt auaricie. ⁊ a ꝓ
pheta vſq; ad ſacerdotẽ. omnes
faciũt dolum. Item p Ezechielem
Propt' pugillũ ordei ⁊ fragmẽ
panis violabant me ad ꝓpl'm
meum ut interficiant aĩas que
nõ moriũtur ⁊ viuificãt q nõ

viuunt ¶ Notitiꝰ. Sicut au
diui quidam cõfeſſores ꝑ vno
gallinatio ꝗ vini ſextario: mul
toꝝ penã pctõꝝ vel r̃ laxant vel
diſſimulãt. ¶ Mõchus Ideir
co eis per Oſee dicitur. Pctã po
puli mei comederũt. Et hoc ſci
as ꝙ nõ ſoluꝫ viciũ auaricie: ſꝫ
eciã viciũ luxurie in ſacerdotibꝫ
rephendat dñs dicẽs ꝑ ꝓphãꝫ
Vaccas bethauẽ coluerũt ha
bitatores ſamarie. Samaria ĩ
terp̃tatˀ cuſtodia. hitatores ſa
maie ſacerdotes ſunt q̃ ſep ĩ ſui
ꝗ alioꝝ ſibi ꝯmiſſoꝝ cuſtodia
manere dñt. Hij vaccas betha
uen colũt: dũ luxurioſe viuunt
horũ domꝰ inutilˀ eſt: ꝗꝛ hoc be
thauen iterp̃tatur: vacce q̃ ãi
malia ſũt laſciua luxuriã deſig
nãt: ſiue ip̃as ſacerdotũ ꝯcubi
nas: q̃s heu multi hodie ſine ti
more colunt. Qñta mala mali
ſacẽdotes deũ nõ timẽtes faciũt
in cõfeſſiõibꝫ plĩmis exẽplis ti
bi poſſeꝫ oñdere. ſꝫ pcendũ ẽ or
dini pcedum ſexui. pcedũ religi
oni. Vnũ tñ tibi dicaꝫ ex remo
to: qð q̃dam mihi ſacerdos re

Mcitauit. ¶ Cap̃. xl.

Atrona q̃daꝫ diues ꝗ ho
neſta pctã q̃dam cõmiſerat tã
inhoneſta: ut nulli ea cõfiteri poſ
ſet ſacerdoti ꝑ verecũdia. Die q̃
dam infantẽ recipiens deſtitutũ
leuauit ꝗ loco filij illũ nutriẽs
lris imbui fecit: atqꝫ in ſacerdo
tẽ ordinari. Tunc demũ fiduci
am ſumẽs de exbibita caritate:
cõfeſſa eſt ei pctã diu latentia
Quibus auditis ſtultus ille i
memor impenſi bñficij: ex hoc
ſumẽs audaciã. ꝗꝛ ſi qð peteꝛ
negaret: minaretˀ ſe eius vicia
detere ꝓpalare: cepit illã ad cõ
ſenſum ſue libidinis ſolicitaˀe.
Cuiꝰ verba cũ femina iã iuſti
cata abhorrerꝫ ꝗ ille cõñdicẽtẽ
diffamaret: illa fiduciã hñs de
cõfeſſiõe: ne apð hoies note ꝑ
petue ſibi iaceret infamie: ſuffici
enter ſe expurgãs bñficõ cõfeſ
ſiõis liberata ẽ: ⁊ criminator de
prouintia eliminatus ẽ ¶ No
uicius. Duo hec exempla mihi
ſufficiunt de confeſſoribus ma
lis. nũc aliquod mihi dicas de
confeſſoribus timoratis.

¶ Capitulum. xli.

CVm quedam matrona
nobilis cum quodaꝫ ab
bate ordinis noſtri ſub typo
cõfeſſionis de ſecretis conſcien
tie ſue loquẽtur: dixit ſe in eius
amore grauiter ſuccẽſam. Ille
ſicut ſacerdos iuſtus ac timẽs
deum cor ſuũ ſignauit male ad
ſe cõuerſam verbis quibus po
tuit auertit: dicẽs ſe monachũ
eẽ ſenẽ pãnoſũ ac neglectum.

Et ſicut ipē dixit cuidam mōa
cho qui mihi recitauit: femina
eadē tā clara fuit ⁊ tā potens.
ut ſi eēm inquit in ſeculo. ſicut
aliquando fui. nunq̄ illi de tali
re nec in minimo verbo facē au
derem mencōem. Cernis inq̄t
quō nobis iam mortuis ſecl'o
dyabolus inſidietur? Fuit em̄
idē abbas añ conūſionē miles
in armis ſtrēnu9 pulcher ſatis
q₃ nominatus. Et ſi vis ſciē ip
ſe erat dominus abbas Karo
lus Vilarienſ. ¶ Nouicius.
Vtinam haberēt omnes cōfeſ
ſores timorē domini: ut vir iſte
¶ Monachus. Nō ſolum eſt
eis neccārius timor dei: quo ſe a
peccato cuſtodiāt. ſed eciā pru
dencia p quā int' peccata diſcer
nant. ut cū claue potētie in vſu
hēant clauē ſcientie. ut ſciāt dif
ferentiam int' ſcabiē ⁊ leprā id
ē inter venialē ⁊ mortale. Item
inter leprā ⁊ leprā. id ē morta
le ⁊ criminale. q₂ pctā peccatis
ſunt grauiorā. ſiue venialia ſint
ſiue mortalia ⁊ ſm hoc ſatiſfactō
debet extendi ⁊ de ſcabie ſiue le
pra iudicari. ¶ Cap. xlij.

QVidā ſacerdos ⁊ pleba
nus in puincia nrā ē: qui
in q̄drageſima venientibus ſibi
ad cōfeſſiōe₃ dicē cōſueuit Qual'
penitētia iniūcta fuit vobis ab
āteceſſore meo: talē vobis modo i
iungo. Aliis dicebat. Nōs vobis
iniūxi anno pterito: hoc ⁊ iſto
anno ſeruetis nō attēdēs quid
poſtea peccauerūt: vel qualit'
p pteritis ſatiſfecerūt. Hec no
bis recitauit vn9 de pochianis
eius. ¶ Cap. xliij.

ALius quidā pleban9 ſicut
audiui ab eius ſucceſſorē
hāc habebat cōſuetudinē. ut i
quadrageſimā cōfluentibus ad
ecclīam cōfeſſionis grā pochi
anis ſuis: ipē ſex vel octo ſil' du
ceret ante altare. ⁊ ſtola collis
eorum impoſita teuthonice gene
ralem eis pdiceret confeſſiōem
ſingula verba ill' poſt eum ite
rātibus Quib₃ omnibus ſilem at
q₃ eandē iniūgens pniam. ſimul
abire pcepit. Sic faciebat oī
bus. nō conſiderās q̄d fecerint
quis plus. q̄s ve min9 peccaue
rit Defuncto eo cū quidā ex p
rochianis vir grādeuus ⁊ i ſecu
larib₃ prudēs: p ſucceſſorē eius
mitteret: poſtulās ſacrā cōionē
eo q₂ infirmaret' vſq₃ ad mor
tē. veniens ſacerdos dixit. Pri9
debetis facere cōfeſſiōem Rndit
ille. Vos mihi eā facite. Nota
bat. n. conſuetudinē ſupdcām
Cūq₃ ſacerdos monēdo illū in
ſtaret: cōmotus ille dixit. Cer
te domine nunq̄ mihi talia fecit

p̄deceſſor veſter. Et cum nega
ret ei cōmunioēm: tādem in hec
verba prorupit. Cōfiteor me
peccaſſe in adulterijs. furtis. ra
pinis. homicidijs. periurijs. ali
iſq₃ criminib₃ multis. Tūc ſac̄
dos Feciſtis hec ōnia? Rn̄dit il
le. Vere dn̄e nihil hoꝝ cōmiſi.
Ex antiquā tn̄ ꝯſuetudine ſic
cōfitebatur Et nō poterāt eum
īducere: ut pctā a ſe ꝯmiſſa cō
fiteret᷑ Vides q̄les confeſſoēs
quales doctores: quales aiarū
rectoēs? Vnde tanta negligē
cia: vnde tam ſtulta iudicia: ni
ſi ex diuine legis ignorancia?
Vis noſſe q̄ñtum proſint con
fitentibus confeſſoēs litterati?
¶ Lodouicus. Volo a deſidē
rio. ¶ Monach9. ¶ Ca. xliiij
Hermānus decanus Bun
nenſ: quando plebanus
fuit ad ſanctū Martinū in Co
lonia venit ad eum mulier que
dā tempe quadrageſiāli pctā
ſua confiteri. Flectēs coram eo
genua: quicquid ſe boī memi
nerat omiſiſſe: cepit enumerarē
a cū phariſeo euangelico iuſti
ficare ſe dicēs. Dn̄e tot ſextis fe
rijs ſoleo p annū in pane a aq̄
ieiunare. elēoſinas dare. eccle
ſias frequētarē: a multa ī hūc
modū Cui plebanus dixit Ad
quid dn̄a veniſtis? Nunq̄d p
iſtis opibus vultis ſuſcipe pe
nitēciā? Q̄re nō dicitis pctā ve
ſtra? Rn̄dete illa: nihil mihi cō
ſcia ſum. ait plebanus. Cuius
eſtis officij? Rn̄dit mulier. Fer
rum vendere ſoleo. Ad quod il
le. Soletis aliquādo minores
ferri pticulas ī ligaturis maio
ribus intermiſcere: ut ſic totū
ſimul vendatis? Dicente illa.
Soleo reſpōdit Ecce hoc mor
tale peccatum eſt: quia dolus.
Et adiecit. Soletis aliquādo
mentiri. iurare. piurare. emulis
veſtris maledicere: Alijs plus
vendentibus inuidere? Rn̄dit
illa: q₂ in talibus ſepe excedo.
Plebanus dixit Et iſta omnia
pctā ſunt mortalia: a niſi peni
tenciā egeritis ꝯdignam: oc9
ibitis in gehēnā. Territa illa ī
verbis eius peccaſſe ſe r̄cogno
uit: a q̄d de cetero cōfiteri debe
ret didicit. bn̄ iſte vtpote vir
prudēs a lr̄atus nouit fodē pi
etem: a oñdere pdola in corde
mlr̄ieris depicta ¶ Notitī9. q̄d
ē fodere pietē? ¶ Mōch9. De
pctis eiuſq₃ circūſtancijs int̄
rogare ꝯfitētē v̄ba ſūt Ezechi
el: a a ſcō Gregorio plene a ex
cellent̄ expoſita. Cauere d₃ cō
feſſor ne ſic incaute pietē. i. ꝯfi
tētis ꝯſciā: p int̄rogacōe₃ fodi
at. ut eū peccarē doceat ¶ Ca. xlv

Virgo quedã religioſa in
partibus Brabancie ſacẽ
doti quidam confeſſionem fecit
Ille ſicut imprudens ⁊ incaute ce
pit conſciencia eius fodere idẽ
de quibuſdã peccatis ignotis:
que nunꝙ fecerat vel audierat
interrogare. Que mox de eiſdẽ
peccatis cepit temptari ⁊ tñ tur
bari: ut diceret ſacerdoti. Male
habeat caput veſtrũ: qꝛ hodie
feciſtis mihi hor̃ mẽcionẽ. Et
ſicut alteri poſtea confeſſa eſt ſa
cerdoti: nõ ſine maximis labori
bꝫ ab eiſdem peccatis ſe conti
nuit. Ita fodiendus ẽ paries:
ne domꝰ deiiciatur ſic q̃renda
ſunt ydola ſub ſtramentis ut ta
bernaclm nõ euertatur. Debꝫ
tamen confeſſor valde eẽ ſolici
tus de peccatis ſibi omiſſorum
eoſqꝫ ad confeſſionem ꝓuocare
tam verbis ꝙ exemplo.

Capitulum. xlvi.

Abbas quidam ordinis
nri ſcire volens cõſcienci
am alterius cuiuſdã abbatis fi
lij ſui: ſicut ab eius ore audiui
generalem illi de peccatis ſuis
fecit confeſſiõem. Deinde dixit.
Domine abba ſi vos aliquid
vultis dicere libent audiam.
Verecundatus ille cõfeſſus eſt
ei verſa vice peccata ſua contra
ꝓpoſitum ꝓuocatus illius exẽ
plo magis ꝙ verbo. Nõ enim
tenebatur ei confiteri. Nouici
us. Ut video: prudentia confeſ
ſoribus ſatis eſt neceſſaria.
Monachus. Hoc amplius
in ſubiecto ꝓbabis exemplo.
Quod aũt dicturus ſum didici
a quodam venerabili ſacerdote
⁊ priore ordinis premonſtra
tenſis.

Capi. xlvij.

Abbas quidam nigri or
dinis vir bonus ⁊ diſcipli
natus: mõchos habebat ſatis
mirabiles ac diſſolutos. Die q̃
dam quidã ex eis preparauerãt
ſibi diuerſi generis carnes: et
vina delicata. Quibꝫ cum vti
non audẽt in aliqua officina
timore abbatis: cõgregati ſũt in
vas vinariũ maximũ ⁊ vacuũ
quod vulgo dicitur tunna: il
luc deferẽtes preparata. Dictum
eſt abbati: qꝛ tales monachi in
vaſe tali cõuiuiũ celebrarent.
Qui ſtatim cũ magno merore
animi accurrẽs ⁊ introſpiciens
conuiuantiũ leticiam ſua pñtia
cõuertit i triſticiã. Quos cum
territos aſpicẽt: iocũditatem
ſimulans intrauit ad illos ⁊ ait
Ecce fr̃es: voluiſtis ſic ſine me
comedere ⁊ bibere. Nõ hoc ar
bitror iuſtũ Credite mihi ego
vobiſcũ prandebo. lauitqꝫ ma
nus cum illis comedẽs ⁊ bibens:

exemplo tali territos cōfortās.
Die ſequenti p̄ore tamen pre
monito: et q̄ facē deberꝫ inſtru
cto: abbas monchis ill' p̄ntibꝫ
in capitulo corā illo ſurgēs: et
veniam petēs cuꝫ multa humi
litate tremorē ac timoreꝫ ſimu
lās in hec v̄ba prorupit. Cōfite
or vobis domine p̄or fratribus
meis vniuerſ q̄ vicio gule vi
ctus ego pctōr heri in abſcōſo
loco et q̄i furtiue in vaſe vinaio
contra p̄ceptum et reg'lam pa
tris mei ſcī Benedicti: carnes
mādu caui. Statī reſidens cuꝫ
ſe inciperet preparare ad diſcipli
nā: p̄ore ut hoc fieret phibēte:
r̄ndit. Sinite ut vapulem: quia
melius eſt ut luam hic q̄ in fu
turo. Qui cuꝫ accepta diſcipli
na necnō et pnīa reuſus fuiſſꝫ
in locum ſuū: p̄dicti monachi ti
mētes ab eo proclamai ſi diſ
ſimularēt: vltro ſurgētes eūdē
cōfeſſi ſūt exceſſum. Quibꝫ abb̄
a monacho ad hoc preordina
to dari iuſſit bonas ac fortes
diſciplinas: duri9 illos corripi
ens et ne vnq̄ de cetero talia p̄
ſumerēt ſub interminacōe mg̅
ne vindicte p̄cipiens. Sicqꝫ
prudens medicus quos verbo
minus emēdare potuit: correx
it exemplo. Nouitius. Pla
cet qd' dicis. Monachus.

Audi nunc exemplū: q̄ pruden
cia diſcrecione temp̄anda ſit
Capitulū. xlviij
PEccator quidam mag
nus cum pro ſuis pecca
tis nullam condignam ſuſcipe
re vellet penitentiam: quia con
feſſor valde prudēs ac diſcret9
fuit: ait illi. Potes pro peccatis
iſtis magnis ſaltem vnam ora
cōnem dominicam p ſingulos
dies dicere? Rn̄dente illo. Poſ
ſum. eandem ei iniunxit. Mira
clemencia dei. Ita eadem oracō
cepit homini dulceſcere vt redi
ens amplius peteret: hocqꝫ tā
diu facerꝫ quouſqꝫ ad condig
nam perueniret penitenciam.
Ad diſcretionem confeſſoris p
tinet: vt pro peccatis magnis
magnam: et pro paruis paruam
iniungit penitenciam et q2 om̄s
penitencia arbitraria eſt ſcdm
qualitatem perſone modera
re poterit qualitatem ſeu quā
titatem pene. Miſericordiam
ſemper ſuperexaltet iudicio: ſi
ue ſecreta vel manifeſta ſit con
feſſio vt idem ipſe conſequatur
a deo Capitulū. xlix.
DOminus Giſilbertus ab
bas in Hēmērode tāte fu
it mie vt ſi aliqn̄ q̄s monacho
rum ſiue conuerſorum coram
eo proclamat9 fuiſſꝫ in cap̄lo

⁊ ille neglecta v̓tute paciē ex
tra ſe fieret: infirmitati illius cō
paſſus diceret: bone frater va
de modo ſedere: ⁊ cras eandem
culpā recognoſce. Qui datis
inducijs ad tranquillitatē ani
mi reductus: ⁊ de cōmo cōne ve
recundatus: in craſtino rediit
ſeqꝫ peccaſſe recognoſcens: du
ram penitentiā cum multa paci
encia ſuſcepit. Quātum eciā bo
ni conferat penitentibus confeſ
ſoris affabilitas: ſequens decla
rabit exemplum.

Capitulum. l.

Supradictus decan⁹ Bū
nenſ cum tempꝛe quodam q̄
dragesimali ſedēs in eccleſia ſā
cti Martini: in qua erat pleba
nus: audiret confeſſionē cuiuſ
dam vetule: vidit eminus con
tra ſe duos ex parochianis ſuis
in feneſtra ſedere ⁊ fabul' vaca
re. Ex quib; vnus erat vſurari⁹
alter vero homicida manifeſt⁹
Vetula recedēte cum acceſſiſſꝫ
ad eū confeſſionis grā idē vſu
rarius: ait illi pleban⁹. Amice
Ego ⁊ tu hodie bn̄ decipiemuſ
dyabolū. Tu tātū verbotenus
confitere peccata tua: voluntate
peccandi depoſita: ⁊ acquieſce
conſilio meo: ⁊ ego tibi vitam
eternam promitto. Sic tibi tē
perabo penitentiā: ut nō fiat ti
bi onerosa. bn̄ nouerat viciū
in quo laborabat. Reſpondit
ille. Si hoc quod pmittitis mi
hi conſtaret: libens vterer cōſi
lio veſtro. Et promiſit ei. Qui
cum confeſſus fuiſſꝫ ⁊ abiurata
vſura penitētiam ſuſcepiſſꝫ: ſo
cio ſuo iam dicto homicide oc
currens ait. Vere dulciſſimū
habemus ſacerdotem. Nam pi
etate verboꝝ ſuorum ad pniā
me adduxit. Cuius exēplo ille
pvocatus ad confeſſionē venit
⁊ ſimilia circa ſe pietatis ſenciēs
iudicia: penitētiā ſuſcepit ⁊ ex
pleuit. Nouicius. Ex mul
tis que iam dicta ſunt conſide
ro: qꝫ confeſſio multā requirat
perfectionē tā in cōfitente q̄ꝫ in
confeſſore. Monachus. De
vno adhuc ſupeſt dicendum
p quod omnes confeſſoris vir
tutes cōſumātur ſcꝫ ut pmptū
⁊ hilarem confiteri volentib; ſe
hibeat. De hoc habes exemplū
in diſtinctōne prima capitulo
ſexto. Vbi angel⁹ domini poꝛi
de alna in ſpē monachi impro
perauit: qꝫ eundē monachum
confiteri volentem ſigno ſuſpē
derat. Si confeſſor ad hoc fu
erit patus: q̄ꝫtum placeat deo
⁊ q̄ꝫtum peccatoribus expedi
at: ſequens ſermo declarabit.

Capitulum. li.

ANte hoc biennium cū
dominus wilhelmus
abbas Clareuallis cū
ceteris abbatibus contra Ba
lonem cardinalem profectus
fuiſſet Romam: quidā ex mo
nachis eius cuidam ex confeſ
ſoribus peccatum quoddam
criminale confeſſus eſt. Cui
dixit. Bene te audio. Bene cō
ſilium do: ſed abſoluere te non
potero: quia confeſſio hec debi
ta non eſt. Conſulo et rogo vt
confitearis priori: qui poteſta
tem habet. Illo reſpondente:
hoc nunq̄ faciam. confeſſor do
lens ac fluctuans corde: tacita
perſona atq̄ peccato: periculū
confitentis domino Sygero
priori reuelauit. Qui multū
dolens et de ſalute periclitantis
cogitans magni conſilij ange
lum cum lacrimis inuocauit.
Eodem tempore cum conuer
ſus quidam ex eis peruerſus
multa furaretur prior dei nutu
nacta occaſiōe in capitulo mo
nachorū vicio furti exprobrās
hoc adiecit. Si forte aliquis
eſt inter vos: cauteriatam ha
bens conſcienciam: ita ut non
poſſit eam ſuo prelato aperire
pro tali tribus diebus tales
vobis iniungo oracōnes. Om
nibus orantibus cuidam iuue
ni ſacerdoti nomine wilhelmo
in vigilia omnium ſanctorum
cum lacrimis oranti: vox diui
na reſpōdit. Monacho pro
quo oras confeſſio ſua. quia
debita non fuit: nihil profuit:
ſed dic priori: ut cras dicta pri
ma poſt miſſam ante capitulū
ſtet. ipſe enim ad eum veniet.
Sicq̄ factum eſt. Exhibente
ſe priore coram capitulo. ecce
monachus venit. ſignumq̄ cō
feſſionis priori faciens cum eo
intrauit. et facta confeſſione
cum multo gemitu et lacrimis
penitentiam condignam ſuſce
pit. . . .

Dyalogi miraculorum
Ceſarij Ciſtercienſis.
monachi in valle ſācti
Petri. Tercia diſtin
ctio de Confeſſiōe. Ex
plicit feliciter.

DEO GRACIAS.

Incipiũt capitula quarte diſtinctõis.

DE eo q̷ vita religioſorũ ſit temtacio: ⁊ exẽplũ de rege Karlomanoꝝ ⁊ de fure a ſãcto Bernardo a ſuſpendio liberato. cap̄.i.

De ſeptẽ viciis pñcipalibus capitulũ .ij.

De ſupbia ⁊ filiabꝫ ei9 ca.iij.

De conuerſo a ſpũ ſuperbie tẽtato et p angelũ p oſtenſa cadauerã mortuorũ libato ca.iiij

De caſto mõacho. quẽ dyabolus dixit nõ tīere. eo q̷ eſſꝫ ſupbus. cap̄.v.

De Theobaldo nouicio: q̄ im mũdicias bibẽdo motus ſuperbie reſtrinxit ca.vi.

De ſãcto Bernardo abbate: quẽ calcios ſuos inũgentẽ ſpiritus ſupbie ſb ſãnauit ca.vij.

De mõacho mõtis caſſim qui in vigilia paſche bñdcõ cereo tranſlatus eſt cap̄.viij.

De Clericis ſupbe cantãtibus quorũ voces dyabol9 in ſaccuꝫ miſit capitulum .ix.

De ſacerdote ſignato quẽ dyabolus edito ſermõe a quodã p dicatore crucis inuaſit ca.x.

De vetula q̄ p choreã verbum crucis a mgr̄o Arnoldo platũ impediẽs ⁊ irridens. īfra triduum defũcta eſt cap̄.xi.

De Philippo rege francoꝝ. q̄ mgrꝫ mõachũ ob ſtricta calciamẽta repꝓhẽdit ca.xij.

De Philippo rege Rõnorum q̄ abbatẽ ordĩs Ciſterciẽſis eadẽ de cã notauit cap̄.xiij.

Itẽ de abbate qui ſedẽs ĩ equo ſupbo Frederico regi Rõnoꝝ p pinq̄re nõ potuit ca.xiiij.

De pagano q̄ apud Acconẽ dicebat xp̄ianos ꝑpt̓ ſupbiã ⁊ gulã de terra ſcã eiectos ca.xv.

De Ira capitulũ.xvi.

De eo q̄ oſeruũ ꝑpter verbũ cõtentioſũ occidit ca.xvij

De p̄ore cui xp̄s ĩ cruce nocte p viſuꝫ appũit. ſpĩnis ligatus capitulũ xviij.

De cellerario quẽ crucifix9 per viſũ a ſe r̄mouit: q̷ duri9 r̄ndẽrat p̄ori ſuo capit.xix.

De ſcolare qui tercĩo die defunctus eſt: eo q̷ maledixiſſꝫ ſãcto Abrahe Cap̄.xx

De milite cui9 filiũ tonitruũ occidit: eo q̷ ob intempiem aeris in blaſphemiam ꝓrupiſſet capitulum xxi.

De virgine iracũda: quã ſeplẽtã ignis ab vmbilico ⁊ ſup̄ deuorauit capitulum .xxij.

De Inuidia: ⁊ filiabꝫ eius capitulum xxiij.

De mõacho qui ab altero ob

inuidiā criminatus ⁊ incarceratus ē ⁊ glorioſe educt⁹. xxiiij.

De puella q̄ inuidebat ſtudio oſoꝛoꝛis. ca. xxv.

Exemplū cōtra inuidiā a magiſtro Rudolpho pbatū. xxvi.

De accidia ⁊ filiab⁹ eius. capitulū. xxvij.

De mōacho quē accidia non ſinebat ſurgere ad vigilias. capitulū. xxviij.

De ſacerdote cui in oracōe doꝛmitāti crucifixus doꝛſum vertebat. ca. xxix.

De tētationib⁹ atq₃ viſionib₃ xpiani monachi vallis ſancti Petri. ca. xxx.

De Herico ouerſo Vilarienſi q̄ grauit̄ tētatus fuit eo q̄ nō eſſ₃ fili⁹ legittim⁹. ca. xxxi.

De ſerpēte quē vidit frat̄ Cōradus in doꝛſo ouerſi doꝛmitātis in choꝛo. ca. xxxij.

De ouerſo cui cattus viſus ē oculos claudere cū i choꝛo doꝛmitaret. ca. xxxiij.

De Frederico mōcho cui in choro doꝛmitāti dyabol⁹ nodum ſtrminceū in oculos iec̄. xxxiiij.

De mōcho circa quē in choꝛo doꝛmitātē poꝛci videbāt̄. xxxv.

De dn̄o Geuardo abbe q̄ monachos in ſermōe doꝛmitantes p fabulā excitauit. ca. xxxvi.

De Herico milite apō nos carenā faciēte ⁊ de lapide in q̄ doꝛmiebat tpe oꝛōis. ca. xxxvij.

De mōcho in choꝛo freq̄nter doꝛmitāte quē crucifix⁹ in maxilla pcuſſit ⁊ extixit. ca. xxxviij.

De puella recluſa q̄ deu₃ ⁊ angelos eſſe dubitās de coꝛpoꝛe egreſſa p ſpūm vidit angelos ſc₃ et aīas ſicq₃ ad coꝛpus regreſſa eſt. ca. xxxix.

De ſanctiomali q̄ in fide dubitans ⁊ deſpans in moſellā ſe p̄cipitauit. ca. xl.

De ouerſo q̄ ex deſpacōe in piſcina ſe ſuffocauit. ca. xli.

De ſanctiomali q̄ a quoda₃ maligno ouſo demētata in puteū ſe p̄cipitauit. ca. xlij.

De iuuēcula que ex triſtitia ſe ſuſpendit ab amaſio ſuo contēpta. ca. xliij.

De adoleſcēte qui veſtib⁹ ſuis deluſis ex triſtitia ſe ſuſpendit capitulū. xliiij.

De Baldewino mōcho q̄nq₃ in Brūſwich aduōto. ca. xlv.

De ſcolaſtico q̄ annū pbationis ipleuit in nigro oꝛdie timore ſilēcij. ca. xlvi.

De plato q̄ oꝛdinem vocauit tētationē. ca. xlvij.

De milite q̄ oꝛdie₃ vitauit tīore pediculoꝝ. ca. xlviij.

De tētacōib₃ Godefridi ſcolaſtici ſā Andree i Colōia. xlix.

Item de temtatiõe Reyneri ſuc
ceſſoris eiuſdẽ cap.l.
De nouitio q̃ anno pbatiõis
cõpleto ſe radi non permiſit ca
pitulũ.li.
De nouitio a ſpũ blaſphemie
temtato et in ↄtemplacõe cruci
fixi liberato ca.lij.
De nouicio tẽtato et p noctur
nã viſionem duarũ viarũ ad
viã reducto ca.liij.
Item de Herbardo nouitio i Al
na q̃ p alleluia i ſonis audito
a temtatione ſua liberatus eſt
capitulũ liiij.
De monacho in Ottirburg q̃
p verſiculũ. Dyabolus egrediet
añ pedes eius a temtacõe apo
ſtaſie liberatus eſt ca.lv.
De ſãmoniali. q̃ dũ nocte vel
let ire ad ſeculũ et caput oſtio
illideret a tẽtatione liberata eſt
Capitulũ.lvi.
De auaricia et filiab9 eius ca
pitulũ lvij.
De Ceſario milite. q̃ canõicis
Bũnenſib; debitã pecũiam ne
gauit et greſſu; pdidit c.lviij
De mõſterio. qd dñs ob frau
de cellerarij plagauit ca.lix
De plaga domus Vilarienſ
capitulũ lx.
De abbe q̃ cellerario ſuo ob de
lu; depoſito. aduſarijs bona p
q̃bus contendebãt vltro dimi
ſit et eadem ab eis coactus rece
pit capitulũ.lxi.
De Vlrico prepoſito Stein
ueldenſi et ouerſo auaro que;
amouit capitulũ.lxij.
De abbe q̃ audiuit in orõne
dediſti hereditatẽ timentib; te.
dũ timẽt abbaciã a potẽte edi
ficatã ſuſcipe ca.lxiij
Quid eps Philipp9 dixerit. cũ
domũ nrã; obſtrueret ca.lxiiij
De largitate paupib; famis
tẽpe a domo vall' ſancti Petri
exhibita ca.lxv.
Item de hũanitate. qñ domus
in Hemenrode eodẽ tempoẽ in
paupes fecit et q' multoplus a
deo recepit ca.lxvi.
Item de clauſtro weſtfalie cui
deus expenſas paupib; exhibi
tas duplo reſtituit ca.lxvij
De clauſtro ob abbis auari
tiã depaupato et ob receptcõem
duorũ frm. ſc; date et dabitur.
rurſũ ditato ca.lxviij.
De femina q̃ hoſpitalitatẽ ab
batib; Ciſterciẽſ ordis exhi
buit et ditata eſt. et eaꝺ excluſa
paupata ca.lxix.
Quõ intelligendũ ſit date et
dabitur wb ca.lxx.
De hoſpitalitate monachorũ
de lacu ca.lxxi
De inhoſpitali ppoſito nigri
ordinis ca lxxij

De gulá et filiab9 eiuſ· lxxiij·

De Conrado ſcolare ꝓpter eſu
vni9 pomi auūculi ſui grā ꝑua
tus eſt· ca· lxxiiij·

De ſeruo q̄ pixide coñ ꝑceptū
dn̄i ſui aperta gratiā eius ꝑdi
dit· ca· lxxv·

De vxore militis q̄ tētatione
victa palud̄e a maito ꝓhibitā
intrauit· ca· lxxvi·

De milite penitēte quē temta
tatio arboris vetite extixit ſꝫ nō
ſupauit· ca· lxxvij·

De tribus granis q̄bus abbas
Giſilbtus ſe odiē dicebat pul
mēta mōchoꝝ· ca· lxxviij·

De ſermōe monachi illittera
ti ad Henricū cardinalē alba
nenſē· ca· lxxix·

De clerico cui Chriſtus panē
ordeaceū latei ſuo intinctū por
rexit· ca· lxxx·

De nouitio queꝫ dyabol9 for
mā dimidij panis offerēdo de
cepit· ca· lxxxi·

De Arnoldo mōcho cui in cho
ro dormitāti dyabolus carnes
optulit· ca· lxxxij·

Itē de cōuerſo in miſſa dormi
tāte qui lignuꝫ ꝓ carnibus ro
debat· ca· lxxxiij·

De virgine abſtinēte cui dia
bol9 anſerē optulit· ca· lxxxiiij·

De cōuerſo in cellario comedēte
carnes· ca· lxxxv·

De gallina cuius viſcera v(er)ſa
ſunt in bufonē· ca· lxxxvi·

De Hermāno incluſo cui dia
bolus ꝓ piſcibꝫ obtulit ſterco
ra eq̄na· lxxxvij·

De ſtembardo ꝓditore q̄ ꝑ al
tia cecidit· ca· lxxxviij·

De ſFloreno ꝓpoſito cui morſel
lus carniū gutturi infixus eſt·
capitulū· lxxxix·

De cellerario q̄ poſt cōpletori
um hciēs inclinando liberatus
eſt· ca· xc·

De Herico ognamēto ſig· ca
pitulū· xci·

De luxuria et filiabꝫ eius· xcij·

De milite ouſo quē vxor tēpe
tētacōis repetiuit· ca· xciij·

De graui tētatiōe Richwini
cellearij ob litteras cuiuſdā ſa
ctimonial· ca· xciiij·

De iuuene ꝑ verba hec dyabo
le cōfeſſor meus ꝑcipit tibi: ut
ceſſes me tētare a ſtimulo car
nis liberato· ca· xcv·

De tētatiōibꝫ mōchi qui re
ſiſtendo coronā meruit impia
lem· ca· xcvi·

De Bernardo mōcho tētato
qui ſe i ſomnis vidit eunuchi
zari· ca· xcvij·

Vita dn̄i Euerhardi plebani
ſancti Jacobi· ca· xcviij·

De cleico i Suſatia ad accuſa
tionē adultē obuſto· ca· xcix·

De conuerſo. ad cuius pedes
ancilla ſibi lectū fec. ca. c.
De ꝓpoſito qui moriēs ſpe cō
ualeſcētie. cū femina peccauit.
capitulū. ci.
De nobili Caſtellana. que ſti
mulū carnis in aq̄ reſtrinxit.
capitulū. cij.
De ſāctimoniali in Anglia. q̄
a ſuo ꝓuiſore tētata ē. ca. ciij.
Explicīūt capl'a.

Incipit q̄rta diſtīctō de tē
tatiōe. Ca. p̄. Mōchus.

Abſcēdētes filij iſra
hel de Egipto. mox
tētati ſūt in deſerto
Egypt⁹ deſigt mū
dū ſiue peccatū. deſertū mōſte
riū. Reſpectu enī multitudīs a
mltis deſeritur ⁊ a paucis inco
litur. Egipt⁹ interp̄tatur tene
bre. vel tribulatio. vel āguſtia
vel pſeq̄ns. Et vbi maiores te
nebre. tribulacōes. anguſtie ⁊
pſecutio. q̄ꝫ in mūdo ⁊ in pecca
to: Nuſq̄ꝫ. Filij iſrl' ſūt electi q̄
qꝫ. qui ſtatī vt egreſſi fuerint
de ſeculo p cōuerſionē: ⁊ de pec
cato p cōtritiōem atqꝫ confeſſi
onē. vix eē poteſt. quin in mo
naſterio quaſi in deſerto. circa
p̄ncipiū maxime multimodā
incurrent tētationē. Et ↄgrue
videt. in quarta diſtīctōe eē
tractandū de temtatione. q̄ꝛ q̄
ternariꝰ ſtabilitatis nūs eſt.
Corpus enī q̄dratū inquācum
qꝫ partē vergat. ſtationē natu
ralē ſeruat. Cū peccator ad dn̄m
corpe deſerendo ſeculū fuerit cō
uerſus. corde ꝓ pctīs ſuis ↄtri
tus ⁊ oris ↄfeſſiōe iuſtificatus
atqꝫ cōfirmat⁹. tunc ad pug
nā temtacōnis ꝓcedet ſecuriꝰ
⁊ cū hoſte dimicabit efficaci⁹
Vn̄ ſaluator poſt baptiſmuꝫ.
nō ante permiſit ſe tētari a dia
bolo. Cōfeſſio oris cū contriti
one cordis. ſecūdus baptiſm⁹
eſt. Hinc ē q̄ apoſtoli poſt ad
uētum ſpūs ſancti pſecutioni
bus exponuntur. in cui⁹ figurā
mox pt⁹ pentecoſtē libri regū
legūtur. in quib⁹ bella fidelis
populi cū gentib⁹. id eſt vitu
tum cū vicijs cōmemorātur.

Nouicius. Videt' is rect⁹
eſſe ordo iuſtificacōis. vt ſicut
cōtritionē confeſſio. ita cōfeſſi
onē ſeq̄ deat ſatiſfactō. Mo
nach⁹. Iuſte quidē moueris.
ſꝫ tētationis vim nō intelligis
Oꝫ apud religioſos ⁊ maxime
in ordie monaſtico. ſatiſfactō
pro peccatis ſine penitentia ſit
tētatio. facile tibi ex verbis bn̄
exptis. id eſt ſācti Iob ꝓbato
Ait eni. Militia eſt vita homi
nis ſup terrā. Alia trāſlatio ha
bꝫ. Tētatio eſt vita hominis Et

militia eſt ⁊ temtacō. Militia
propter exercitū temtatio ꝓp
ter laborem ⁊ periculuꝫ. Et no
ta ꝙ non dicit temtatio eſt vi
ta animal': ſed hominis. id eſt
humane ⁊ racōnabiliter viuē
tis: qualis eſt vita religioſoꝝ
qui ſcd̄m ſpiritum viuūt ⁊ de
ſideria carnis non perficiunt.
Seculares vero atqꝫ carnales
qui ſcd̄m carnem ambulant:
improprie temtari dicuntur.
quia mox vt temtamenta ſen
tiunt. vel cōſentiunt vel tepide
reſiſtunt ſimiles equo ⁊ mulo
q̄bus non eſt intellectus. Sꝫ
in chamo ⁊ freno maxille eoꝝ
conſtringende ſunt quia ad
deum non approximabūt. Si
ergo temtatio eſt religioſorū
vita qui vigilando. ieiunando
orādo. in proſperis ⁊ aduerſis
obediēdo ⁊ propter Chriſtuꝫ
nihil in hoc mundo terreni poſ
ſidendo ſemper vicijs ⁊ cōcupi
ſcencijs contradicunt. neceſſe
eſt vt ipſam temtationem cō
cedas pro peccatis illorum ſa
tiſfactōnem. Venientibus ad
ordinem noſtrum etiam ſi in
numera ⁊ grauiſſima commiſe
runt peccata nihil eis iniungi
tur pro ſatiſfactōne niſi vt or
dinem ſeruēt. Hinc eſt ꝙ ſan
ctus Bernardus cuꝫ tempo
re quodam quendam regem
Francorum in ordinem recepiſ
ſet illi ſolummodo poſt factaꝫ
confeſſionem dominicā oratio
nem iniūxit. Quo turbato pu
tans ſibi a ſancto illudi reſpō
dit abbas beatus. Tu tm̄ hāc
orationem dicito: et ordinem
cuſtodi ⁊ ego pro peccatis tu
is rationem reddam in die iu
dicij. ¶ Iteꝫ. Cum alio tempo
re idem ſanctus tranſiret caſu:
vbi homo reus erat ſuſpenden
dus ⁊ peteret eum ſibi dari. Iu
dexqꝫ diceret. Domine fur eſt
⁊ ſuſpendio dignus: reſpon
dit abbas. Da mihi cuꝫ ⁊ ego
illum ſuſpendam. ordinis di
ſtrictōnem ſuſpendium appel
lans. Hoc indultum eſt ordi
ni a ſede apoſtolica vt eius ob
ſeruacō pro qualibet ſatiſfacti
one peccatoribus ſuffitiat. ¶
Nouitius. Si religio noſtra
pro peccatis noſtris eſt ſatiſfa
ctio: ⁊ eadem ſatiſfactio exteri
or eſt temtacō: noſſe vellem in
quibus ⁊ a q̄bus temtemur.
¶ Monachus. In q̄bus tem
tamur innumerabilia ſunt. a
quibus vero temtamur quatu
or ſunt. deus ſcꝫ. caro. mundus
dyabolus. Qꝛ a deo temtamur
teſtis eſt Moyſes q̄ dicit. Tē
tauit deus Abrahaꝫ. Itē iudeis

Temtauit vos dn̄s de⁹ veſter
et cetera. De⁹ vero ſecundū q̄
apoſtol⁹ Jacob⁹ dicit. Intēta
tor eſt maloꝝ. Tres r̄ſidui tē
tatores ſūt hoſtes ⁊ ideo vt ho
ſtes cauēdi. Cedēdo eis ↄfundi
mur. r̄ſiſtendo merem̄ vincēdo
coronamur. Q̄ntus ſit in tēta
tione labor. q̄ꝫtus timor. q̄ꝫtū
diſpendiū. q̄ꝫtumve meritū ſe
q̄ntia declarabūt exēpla. Ca. ij

SEptē ſunt vitia pn̄cipa
lia: de vna virulēta radi
ce ſupbia ſcilicet pullulātia ex
quib⁹ pene vniuſa procedūnt
temtamēta. Primū vitium ſup
bie ſuccedēs: eſt inanis gloria
ſcd̄m ira. tertiū inuidia. quar
tum accidia vel triſtitia. quin
tum auaritia. Sextū gula vel
caſtrimergia. ſeptimū luxuria
Ex hijs quedā ſpūalia ſūt. vt
inanis gloria. ira. inuidia. Que
dā corporalia. vt gula. luxuria
quedā mixta. vt accidia auari
tia. Accidia inq̄ꝫtum ptinet ad
dolorem cordis v itiū ſpiritua
le eſt inq̄ꝫtū ad torporē corpo
ris. corpale ē. Septem iſte pe
ſtes ſeptē ſunt riuuli. quibus
irrigat̄ terra egipti. id ē tene
broſū cor peccatoris Et hic ē ſty
lus ex cui⁹ abundātia diuidū
tur ſeptem riuuli. fluit ex para
diſo ⁊ deriuatur p Egiptū. Ita
lucifer propt̄ ſupbiā eiect⁹ de
celo p hec ſeptē vitia ſe diffun
dit p cor hūanū peccatis mor
lib⁹ tenebroſū. Septē hec vi
tia deſignāt. ſeptē ille gētes in
mūde. quas dn̄s a facie iſrl̄ de
terra pmiſſionis deleuit. deſig
nātur ⁊ p ſeptē demonia. que
ſaluator de corde marie magda
lene eiecit. Ex q̄tuor rotis hu
ius ſeptenarij Johel propheta
quadrigā ↄſtruit pharaōi di
cēs. Reſiduū eruce comedit lo
cuſta. reſiduū locuſte ↄmedit
bruc⁹. reſiduū bruci comedit
rubigo. Per erucam btūs Gre
gorius notat libidinē. p locu
ſtam inanē gloriā. per brucum
ingluuiē ventris. p rubiginem
iram. Multi domāt libidinem
ſꝫ inde erigūtur in ſupbiā. de ſu
pbia ruūt in ingluuiē. de nimia
omeſtiōe ⁊ ebrietate in iram v̄
tunt̄. Tres eq̄ currꝫ huc trahē
tes tria vitia ſūt reſidua. inui
dia videlicet. triſtitia. auaritia.
Ecce tria ⁊ quatuor ſcelera. q̄
bus diabol⁹ vehitur ſm Amos
prophetā in damaſcū. in gazā.
in tyrū. in edom. in amō. in mo
ab. etiā in iudā ⁊ iſrahel. ¶ No
uici⁹. Cum vicijs iſtis temta
mur: ſūt in nobis vel extr̄ nos ꝰ
¶ Monach⁹ Poſt ingreſſū
virtutū non ſūt in nob̄ p hitū

⁊ vſum ſ; ſcōm fomitē· Sicut
in ingreſſu filioꝝ iſrahel ſeptē
ille gentes nō ſunt ōmno dele
te ſ; tributis ſubacte ſic ingreſ
ſis virtutib⁹ in terrā cordis no
ſtri vitia ꝑrius non extinguunt
ſ; reſtringunt ⁊ ſic poſtea filij
iſrahel ſepi⁹ a reliquijs earūdē
gentiū impugnabātur: Jta ꝑ
fomitē vitioꝝ freqnter virtu
tes noſtre tētantur ⁊ exercitā
tur· ¶ Nouici⁹· Rogo vt de vi
ribus horū ſeptē vitioꝝ me ex
pedias ⁊ qꝫ acriter nos tētent
ſubiūctis exemplis oſtēdas·
¶ Capitulū· iij·

Superbia que primū locū
tenꝫ inter vitia eſt ſingu
laris excellētie ſup alios quidē
appetitus vn̄ dicta eſt ſupbia
quaſi ſupra briā· id eſt menſu
raꝫ ſe extollēs· Sub hoc vitio
in ꝑdicto ſeptenario a quib⁹
dā inanis gloria ꝯprehenditur·
Duo ei genera ſūt ſupbie vnū
intus eſt in cordis elatiōe alte
rū foris in operis oſtēſione· Pri
mū proprie dicit ſupbia alte
rū iactantia vel inanis gloria·
Supbie propagines ⁊ vires
ſūt inobediētia· incōſtātia ypo
criſis· contētiones· ꝑtinatia· di
ſcordia· nouitatuꝫ preſūptio
nes· Quantū ꝑ vitiū ſupbie ca
ro mūdus ⁊ dyabolus non ſo

lū ſeculares ſed ⁊ pſonas clau
ſtrales temtēt ſequentia decla
rabūt· ¶ Ca· iiij·

In Hemenrode quer ſus qdaꝫ
fuit natiōe Coloniēſis nōie
Liffardus vir ſatis hūilis ac
māſuetus huius erat officij ſu
es mōaſterij cuſtodire· Circa
finē vite eius ſicut mihi rtulit
dn̄s Hermānus tunc abb illi
us tali ordine tētatus eſt a ſpi
ritu ſupbie· Cum eſſet ſenex ⁊
diu porcos paviſſ; talia cepit
in cogitatiōibus ſuis tractare·
Quid eſt qd ago? Homo ſū
bene natus ſ; ꝓpter hoc vile of
ficiū ōmibus amicis meis deſpe
ctus Nō ero diuti⁹ in hoc loco
ſubulc⁹ ad illoꝝ ꝯfuſionē· Ex
quo mihi nō pcit recedā hinc
Qui cuꝫ fixū teneret in animo
qꝫ mane recederet de mōſterio
tētationes diuti⁹ non valēs ſu
ſtinere nocte eadē cum in lecto
ſuo ſederet ⁊ vigilarꝫ pſona q
dā reuerēda illi apparuit ⁊ vt
ſe ſeqretur manu ſignuit· Mox
ille ſurgēs calciamēta induit:
⁊ precedentē ſecutus ad oſtiū
dormitorij venit Quo celit⁹ pa
tefacto ſimul ad ianuā acceſſe
rūt ecce quā eadē potentia ꝯſi
derans aptā ſimul ingreſſi ſūt·
Jta ei ſignis erat importun⁹ vt
nō poſſet non ſequi ꝑcedentē·

Cumqȝ ducēetur p mediū chorū conuerſoꝝ ⁊ corā altari ſancti Johānis baptiſte trāſiēs pro funde inclinaret ⁊ ordinate in clinauit ⁊ ille dicēs. Bene fecī ſti ſic profūde inclinando. Ve nieteſqȝ ad meridionale oſtiū eccleſie: p qđ itur in clauſtrū viderūt illud aptum ſimiliter oſtiū qđ ducit ad cymiteriū. Vniuerſa hec oſtia noctibus etiā clauibus firmātur. Hijs viſis frater Liffardus miratus eſt valde. nec tamē auſus fuit illū interrogare. tu quis es vel quo me ducis. Ingreſſis eis ci miteriū. ſtatiȝ apta ſunt ſepul chra ōmia mortuoꝝ: ⁊ cum cō uerſum duxiſſet ad hominē re center ſepultum dicebat illi. Vides hunc hominē? Cito ta lis eris. Quo vis ire? Quē cū adhuc ducē vellet ad alia cor pora putrida multūqȝ fetēcia cepit cōuerſus remiti ⁊ clamāre Parce mihi dn̄e parce: non enī il la poſſum videre. Cui ductor rn̄dit. Si nō potes hoc qđ ci to eris videre. Vt qđ propter modicā ſupbiā vis de portu ſa lutis recedere? Si ergo vis vt parcam tibi. pmitte mihi. q nō recedas ab hoc loco. Et pmiſit ei. Quē cū reduceret. mox clau ſa ſunt ſepulchra clauſa ſūt p eos oſtia ſingula. Et cuȝ trāſi ret ante altare cōuerſoꝝ. ibiqȝ inclinaret. denuo de hoc eū cōm dauit. ſatis oſtēdens q deo pla ceret inclīatio pfunda. Ingreſ ſis eis dormitoriū. ſtatim poſt eos clauſuȝ eſt oſtiū. Mox ve ro vt cōuerſus in ſuū lectum ſe reclinauit. perſona ducētis di ſpuit: ⁊ ab illa hora tētatio im miſſa ceſſauit. Nouiti⁹. Pu to angelū dn̄i fuiſſe perſonam illā qui cōuerſuȝ ſupbientem tam horrēda viſione erudiret ⁊ ad ſtatū humilitatis rduce ret: Monach⁹. Bene ſētis Tanta enī eſt clemētia redem toris vt licet ſinat ſuos aliqn̄ ſeruos grauib⁹ temtacōibus pulſari. nō tamen eoſdē pmit tit temtationibus cedendo mer cede ſuorum laboꝝ fraudari. Nouiti⁹ Timeo enim: q ſe pe inanis gloria rligioſoꝝ me rita impediat. Monachus Vana gloria virtutib; nimis eſt importuna: ⁊ de ſanctitate naſcitur. Ca. v.

Obſeſſum quendā amici fui ad quoddā cenobiū ordinis noſtri ſpe liberationis traxerūt. Ad quē egreſſus pri or aſſūpto ſecuȝ Monacho mag ne opinionis adoleſcēte. queȝ nouerat virgineȝ corpore. ait

demoni. Si pcepit tibi mona
chus iſte vt exeas. quo audes
manere? Rñdit demon. Non
eũ timeo. Supbus eſt enĩ.
Nouitius. Ex hoc loco ſatis in
telligo: ꝙ ex virtute corporalis
innocẽtie in mente huiꝰ mona
chi natũ ſit vitium inanis glo
rie. Monachus. Nec deo pla
cet nec dyaboluꝰ timet ſine hũi
litate virginitatẽ cũ tamẽ deo
placeat ⁊ dyaboluꝰ timeat ſine
virginitate hũilitatẽ. Ecce ex
emplũ. Ca. vi.

Apud nos q̃daʒ mõchus
fuit nomĩe Theobaldꝰ:
añ conũſioneʒ leccator ope vi
no ⁊ teſſerib; deditus totus ⁊
ꝓpter ſuã ſcurrilitatẽ in tota ci
uitate Colonienſi notiſſimꝰ.
Sepe illũ nudũ p plateas eiꝰ
dẽ ciuitatis incedere vidi. Tan
dẽ de ſcurrilitate ſua cõpũctus
ad interceſſionẽ prioꝝ Colo
nienſiũ a dño Geuardo abbe
noſtro ſuſceptus in domo nr̃a
nouitiꝰ eſt effectus. Cũ eſſet in
ꝓbatiõe ſperans deo nihil eſſe
acceptabiliꝰ opib; hũilitatis.
vt ſibi lauare ꝯcederetur pãni
culos cautioꝝ petiuit ⁊ opti
nuit. Quod cũ feciſſet p dies ali
q̃t tẽtator affuit ⁊ ſagitta ſup
bie cor eiꝰ vulnerãs huiuſmo
di cogitacões immiſit. Quid
agis o ſtulte? Quid ad te pti
net hoꝝ immũditias quoꝝ tu
forte natiõe maior es lauare?
Dũ huiuſmõi cogitacões ali
q̃to tempe in eius corde verſa
rẽtur a dyabolo illas eſſe intel
ligẽs qui rex eſt ſup oĩes fili
as ſupbie. Die quadã pãnicu
los ſolito diligẽtius lauit ⁊ vt
dyabolũ amplius cõfunderet:
immiſſamq; ſupbiã retũderet ip
ſã ablutionẽ bibit. Vidit hec
dyaboluꝰ ⁊ inuidit ⁊ quẽ p ſpi
ritũ ſupbie proſternere nõ po
tuit froribꝰ aggreſſus ẽ. Hec
que dicta ſũt retulit mihi dñs
Henricus abb noſter aſſerẽs
ſe ab eius ore audiuiſſe ſub tẽ
po ꝯfeſſiõis. Ex ipſa enĩ immũ
da ⁊ fetida potacõne ita in ven
tre tortionibꝰ fortiſſimis torq
bat' vt oĩa eius interiora diſ
rũpi vẽderent'. Nocte quadã
cũ natura cogẽte iret ad pͥua
tã duos hoĩes in trabe eiuſdẽ
camere ſuſpenſos vidit. Erant
eorũ corpa nigra veſtimẽta la
niata: faties velate: vt nihil ali
ud q̃ fures putarẽtur. Quos
cũ nouitius ex improuiſo con
ſperit: valde territus ⁊ pene ex
tra mentem factus ad dormito
rium recurrit: et iuxta lectum
Henrici monachi poſtea ma
ioris cellarij: anhelus reſedit.

Et ſicut mihi idē Henricus re
citauit ita otremuit. ita crebꝭ
ſingultibꝫ pectus pulſauit. vt
valde miraret̄ q̄d haberet vel
q̄d vidiſſet. Cui cū ſignaſſet
vt iret dormitū: eo ꝙ frigus eſ
ſet et ille in ſola tunica ſederet.
non acq̄euit. Tūc ſcapulis ei⁹
ptem opimēti ſui iniecit. ſicqꝫ
vſqꝫ ad ſigna matutinalia ſe
derepmiſit. ¶ Nouiti⁹. Mirū
ꝙ paries nou⁹ tam valide im
pulſus ſbſiſtē potuit. ¶ Mo
nach⁹. Diu nō ſtetit. qꝛ crebꝭ
temtationū ictib⁹ quaſſatus.
tandē ſub ſpētie boni deceptus
eſt ⁊ deiectus. factus vero mo
nach⁹ vt ſibi licēt viſitare og
natos ſuos in frantia. q̊s ante
cōuerſionē in viginti ānis nō
viderat nec videre curauerat: ⁊
illic eſſe p annū in quadam do
mo ordinis noſtri ab abbē cū
multa importunitate extorſit.
Juit ⁊ rediit. ac deinde apoſta
ſiā incurrens. extrā ordinem de
functus eſt. Retulit nobis q̄
dam vagus cleicus. q̄ fini ei⁹
interfuit. ꝙ cuidam ſeculari fu
erit cōfeſſus ⁊ ab eo inunctus
atqꝫ cōmunicatus. ſicqꝫ in bō
cōtritione defūctus eſt. ¶ No
uitius. Ex nimis importuna de
monū temtacōe hic diſco. pl⁹
eos timuiſſe nouicii huius hu
militatē. ꝙ ſupradicti mōchi
virginitatē. ¶ Monachus.
Quoniā contraria ſit illoꝝ ſu
pbie vera hūilitas ex ſeq̄nti ca
pitulo pleni⁹ agnoſces. Quā
dicturus ſuꝫ de ſācto Bernar
do geſtū audiui ⁊ ꝙ nuſq̄ ſcp
tū inueni. ſcripto mādare dig
nū duxi. ¶ Ca. vii.

De quadā humilitatis cā
ſanctus abbꝭ Bernard⁹
a ferrario ſibi iuſſit vngentuꝫ
daria in calefactorio ignē fieri.
Qui ſuper ſe oſtiū claudēs: ne
ex ope deſpecto laudē q̄rere vi
deretur: calceos ſuos inungere
cepit. Inuidēs tante humilita
ti ſupbie ſpūs. officinam hūili
tatis in forma honeſti hoſpitis
intrauit: ⁊ vbi eſſꝫ abbas clara
voce req̄ſiuit. Ad quem cū vir
ſanctus oculos leuaſſꝫ. Demō
clamauit. wach. Qualis ab
bas? Certe magis deceret illi
us honeſtatē hoſpitib⁹ occur
rere. ꝙ ad cōfuſionē fratruꝫ ſu
oꝝ in calceis inungendis occu
pari. Statī vir ſanctus p ſan
ctū ſpiritū. illū intelligens ſpi
ritū eſſe immūdum. rurſum ad
opus hūilitatis oculos re flex
it ⁊ ſpiritus ille vento ſus in ae
rem reſolutus nuſq̄ cōparuit.
¶ Nouiti⁹. Si viri iuſti i opi
bus deſpectis timent elationē:

vel qđ minus eſt notaī ab illa
multum nobis cauendum eſt
de vana gloria quando opera
exercemus ſancta et honeſtā.
¶ Monachus. Quid appel
las opā ſancta ⁊ honeſta? ¶
Nouitius. Orare. cantare. pre
dicare. hijſq; ſimilia. ¶ Moa
chus. Nobis qui iuſti nō du;
ſumus vt dicis plurimū cauen
dū eſt de inani gloria quia orā
tes frequenter etiam nolentes
extollit ipſa lacrimarū gratia
⁊ deuotio cordis. cantantes ſi
ue pſallētes dulcedo: vel ſono
ritas vocis. predicantes ſepe tē
tat ⁊ inflat ſcientia eloquētia:
⁊ ſblimitas ſermonis. Alij qđ
omnino ſtulticie deputādum
eſt: cum nō habeant gratiam
orandi vel vocem cantandi: ſi
ue ſcientiam facundiamq; pre
dicandi. quaſi de habitis glo
riant. Qđ etia; maioris demē
tie eſt. q̄dam ad hoc tm̄ orant
cantant predicant. vt laudem
humanā atq; temporale emo
lumentum ex eis conſequātur
De talibus ſaluator dic̄ in euā
gelio Mat. xxi ſexto. Amen di
co vobis receperunt mercedem
ſuam. id eſt hoc qđ queſierūt.
laudem ſcilicet hominum ⁊ lu
crum. Ita iam dictis operibus
ſanctis quoſdam tantū ſuper

bia ad meritum tangit: alios
q; per delectatiōem angit plu
rimos vt ypocritas per conſen
ſum ⁊ deſiderium victos forti
ter premit. Vis nunc aliqua
de talibus audirē exempla?
Nouitius. Hoc dudum deſide
raui. ¶ Monachus. De extol
lentia orationis habes exem
plum in ſecunda diſtinctione
capitulo viceſimoſecūdo: vbi
dyabolus ad monachi lacri
mas reſpexit cum eum grā ca
dem extuliſſet. Quātum ſit peri
culu; in vocis extollentia exem
pla te inſtruent ſubſequētia.
¶ De mōacho montis caſſini
q̄ in vigilia paſche benedicto
cereo trāſlatus eſt.
¶ Capitulū. viij.
Sicut didici non ex lectō
ne ſed ex cuiuſdam mag
ni tam vita q̄ doctrina viri re
lacione monachus quidam
erat in monte caſſino voce; ha
bēs ſuauiſſimam. Hic cum in
vigilia paſche in veſte leuitica
cereum benediceret ⁊ voce dul
ciſſima dulciſſima; eiuſdem be
nedictionis melodyā reſona
ret et vox eius in auribus om
nium tanq̄ muſica in cōuiuio
vini benedicto cereo alioſum
tranſlatus nuſq̄ cōparuit. Et
neſcitur vſq; in hodiernū die;:

a quo ſit trāſlatus . vel in queʒ
locum depoſitus. ¶ Nouiti9.
Quid ſi illū trāſtulit angelus
dn̄i? ¶ Monach9. Hoc non
eſt viſū eis q̄ vitam illius no
uerāt. Magis timet̄ q̄ cauſa
raptus eius fuerit vitiū ſuꝑbie
elationis. q̄ meritū deuocōnis
Audi quid Auguſtinus dicat
Quoties plus me delectat in
q̄t cantus: q̄ res que cantat̄
totiens me grauit̄ peccare cōfi
teor. Et organū illud ſpiritus
ſancti beatus ſcilicʒ papa Gre
gorius etiaʒ dicit. Cū blanda
vox queritur vita ſobria deſeri
tur. Ecce exemplū. ¶ Ca. ix.

Tempe quodā clericis q̄
buſdā in eccleſia quadā
ſeculari fortiter. ideſt clamoſe
nō deuote cantantib9 ⁊ voces
tumultuoſas in ſublime tollē
tibus. vidit homo q̄dam reli
gioſus. q̄ forte tunc affuit: q̄n
dam demonē in loco eminenti
ori ſtantē: ſaccum magnū ⁊ lō
gum in ſiniſtr̄ manu tenere. q̄
cantantiū voces dextra lati9 ex
tenſa capiebat: atq3 in eūdem
ſaccuʒ mittebat. Illis expleto
cantu int̄ ſe gloriantib3: tanq̄
q̄ bene ⁊ fortiter deū laudaſſēt
Rn̄dit ille. q̄ vidit viſionem.
Bene q̄dem cantaſtis. ſʒ ſaccū
plenū cantaſtis. Mirantib9 il
lis ⁊ interrogātib9. cur hoc di
ceret: viſionē eis expoſuit. Hoc
mihi retulit abb̄ ordinis ciſter
cienſis. vir ſumme grauitatis
Hijs exēplis nō reprehendit̄
deuotus clamor: q̄ deus lauda
tur in cantu ⁊ in pſalmodya:
ſed tm̄ inanis gloria. Memi ꝓ
phetā dixiſſe. Circuiui et imo
laui in tabernaculo ei9: hoſtiā
vociferationis cantabo: ⁊ pſal
muʒ dicam dn̄o. Quantū ei de
uota placeat vocū exaltacō. ſa
tis audies in ſeq̄nti diſtinctōe
capitulo q̄nto. Ibidē inuenies
quantū ex hoc demōes letent̄
ſi ſine hūilitate in pſalmodia
voces exaltentur. Audi nūc ex
emplū ſatis terribile. de ſupba
⁊ lucratiua p̄dicacōe. ¶ Ca. x.

EO tempe quo Oliuerus
ſcolaſticus Colonienſis
cuius in ſcd̄a diſtinctōne men
tionē feci. crucem p̄dicauit int̄
brugge ⁊ ghent ciuitates flā
drie. venit ad frēm Bernardū
monachū noſtrū. qui tunc co
mes erat verbi ⁊ collega ei9 dē
Oliueri: ſacerdos quidaʒ Sy
gerus noīe in habitu r̄ligioſo
cappā habens in pectore ſigna
tā quaſi tēplarij. Erat autē fa
tie pulcher: ⁊ ſtatura procer9
atq3 in ſuo p̄domate ſatis fa
cundus. Hic cū ꝓbtuliſſʒ iam

dicto Bernhardo diuerſi colo
ris gēmā: ꝛ dixiſſet ſe illā attu
liſſe de ſeptia ꝛ tāte eē virtutis
vt victorioſos efficerꝫ: qui ea
vterentur. Rn̄dit ille. Dn̄e vr̄a
nō recipiā. ſi potero vos apud
magiſtꝝ rationabilit̄ ꝑmoue
re bene expiemini. Ad hoc vide
batur laborare. vt haberet au
ctoritatē ab illo p̄dicādi. Ea
dē die conceſſum eſt ei ſmonē fa
cere ad populū. Seqnti die cū
p̄fatus Bernhardꝰ in proxia
ſtacōe verbū exhortatiōis ꝓpo
ſuiſſꝫ turbis ꝛ Sygerꝰ adeſſet
finito ſermōe Sygerus ꝑnuſ
in terrā corruit ꝛ quaſi obſeſſꝰ
ſicut r̄uera fuit: oīes ſui corpo
ris geſtus formauit. Mox ac
currēs magiſter Oliuerꝰ cum
clericis domine ſignauit: ꝛ in
eccleſiā tractum coraꝫ altari de
poſuit. vbi multas blaſphemi
as ꝛ verba quedaꝫ horribilia:
miſer ille in deū ꝛ in eundē Oly
uerū euomuit. Tūc corio liga
tus curruqꝫ īpoſitus ad notoſ
ſuos deportatꝰ eſt. Quem vt
aiūt demon qn̄ta die prout ei
ꝓmiſerat extinxit. Ex cuiꝰ vexa
tione ſeu morte ſatis datuꝫ eſt
intelligi ꝙ eius p̄dicatio non
fuerit deuocōis ſꝫ magis ambi
tionis. Dicit̄ ꝛ apoſtata fuiſſe
ꝛ a dn̄o papa litteras vt eū ꝓ
uintia tolerarꝫ optinuiſſe. Alij
dicebant ꝙ etiā fuerit in naue
illa excōmunicata q̄ Sarrache
nis arma bellica vēdiderat i ſep
tia. ¶ Nouitiꝰ. Miror quare
dn̄s in iſto huiuſmōi cōtēptū
tā acriter vindicauerit cū tales
ſint plurimi ſac̄dotes Chriſti
ſacroſācta miniſteria indigniſ
ſime tractātes et tn̄ p occaſio
nem illū predicātes. ¶ Mōa
chus. Ad terroreꝫ arbitror fa
ctū alioꝝ ſacerdotū tum ne fer
mentarēt illam puriſſimā pre
dicationē crucis que tn̄ fiebat
ad honorē Chriſti. tuꝫ propt̄
merita iam dicti Oliueri. Qm̄
dure Chriſtꝰ tunc tempis vin
dicauerit dolos ꝛ iniurias ſibi
ī predicatoribꝰ irrogatas ha
bes exemplū in ſecunda diſtin
ctiōe capitulo ſeptio de Bode
ſcalko vſurario q̄ diſpenſatorē
doloſe circūuenit habebis ꝛ ali
ud in capitulo ſeqnti de ſupba
vetula q̄ magiſtrū Arnoldū
p̄dicti Oliuei diſcipulū predi
cantē ſubſānauit. ¶ Ca. xi.

Cum eſſꝫ idem Arnoldꝰ
paſtor in Burgōde q̄ eſt
villa cluētie ꝛ in die aplōꝝ Pe
tri ꝛ Pauli eiꝰ ꝑochiani qn̄dā
ludū annuū in choreis ꝛ muſi
cis inſtrumētis recolerēt ipſe iā
hn̄s predicandi auctoritatē:

cum cruce ad chorea accessit: et ut a ludo dyaboli recederent omnes monuit. rogauit et precepit. Qui cum in eodem loco predicare cepiſſet. quidam obedientes ad predicationem eius venerunt. Alij cum indignatione recedentes contra choream ſteterunt. nonnulli in ſua pertinatia remanſerunt. Inter quos erat vetula vna ſtulta ac ſuperba. que quociens ad ſacerdotem domini in chorea circueundo venisset. contra eum reſpiciens cantando ſubſannauit. Que infra triduum ſubito defuncta eſt. Quam vir ſanctus ſic defleuit. ac ſi manibus ſuis illam extinxiſſet. Per vitium ſuperbie multos dyabolus temtat. vnde ſtudendum eſt omnibus maxime religioſis et clauſtralibus vt ſic ſe in verbis in geſtibus: in veſtimentis: et in ceteris omnibus que ad vſum exteriorem pertinent. exhibeant ne apud ſeculares in vitio ſuperbie notabiles fiant.

Capitulum. xij.

Nobilis quidam monaſterium quoddam in Francia ſpoliauit. Erat enim de ordine nigrorum. Placuit abbati et fratribus. vt vnus ex monachis ad regem Philippum qui tunc regnabat mitteretur. per quem ei violentia militis exponeretur. Miſſus eſt iuuenis ſanguine nobilis. tanquam qui apud regem propter cognatos aliquid amplius poſſet impetrare quam ceteri. Veniens ad regem ait. Domine vir ille nobilis multum indebite monaſterium noſtrum dampnis et iniurijs vexat. ſepe fratres ac familiam noſtram minis ac contumelijs moleſtat. Rogat maieſtatem veſtram humilis conuentus noſter. quatinus intuitu diuine remuneracionis eundem nobilem ab iniurijs tantis compeſcatis: et ad ſatiſfactionem condignam de ablatis compellatis. Conſiderans rex geſtus et habitum monachi ait. Domine quis vel vnde eſtis? Cui cum iuuenis diceret. Domine filius ſum illius. patrem ſuum nominans. Reſpondit rex. Bene nobilis eſtis. Cum quibus rex poſt hec neſcio quid diceret monachus ſubiunxit. Vere domine omnia que habemus rapit: et iam pene nihil nobis dimiſit. Ad quod reſpondit rex. Vere domine hoc pene apparet in calceis veſtris. ſi aliquid dimiſiſſet vobis corei. non eſſent tam ſtricti. Quanto eſtis ceteris nobilior. tanto eſſe debetis humilior. Tunc volens poſt correptionem illum placare adiecit. Non vos grauare debet correctio mea. quia ad bonum veſtrum factum eſt. Reuertimini ad clauſtrum veſtrum et de cetero non moleſtabit vos nobilis.

Ca. xiij.

Philipp9 rex Romanoꝝ
ſimile verbū. neſcio ſi ha
buerit a iā dicto rege Francoꝝ
in quendā abbem ordinis no
ſtri iaculauit. Ad quē cū abb
in equo acceſſiſſ; de neceſſitate
dom9 ſue cū illo loquutur9 rex
eius calciamēta q̄ nimis erant
ſtricta ꝯſiderauit. Quē cū inter
rogaſſ; vnde eſſet? Rn̄dit ille.
Dn̄e de paupere domo. Et rex.
Bn̄ apparet in calceis vr̄is. q2
domus vr̄a paup ſit. Nā coreū
ibi carū eſt. De quo verbo val
de cōfuſus eſt abb. ¶ Nouiti
us. Merito ſuperbia cōfundi
tur. ¶ Ca. xiiij. ¶ Mōch9.

Anno p̄terito abbas qui
dā de ordie noſtro bene
notus mihi cū occurrēt Frederi
co regi Romanoꝝ qui auūcu
lo ſuo Philippo ſucceſſit i impe
rio habēs cū illo loqui aliq̄d
ita cepit equus eius hinnire la
ſciuire et in ſalt9 ſe dare vt re
gi in equo ſatis māſueto ſedēti
nullo niſu poſſ; ꝓpinquare. ¶
Nouiti9. Quid poſſet tūc tan
tus p̄nceps cogitaſſe? ¶ Mō
chus. Puto illū nō modice fu
iſſe ſcādaliſatū. Nā ſimile ei in
equo eodē cōtigit mecū ⁊ ego
ſcādaliſat9 fui i eo ꝓpter equū
Recedēs vero a rege cū multa
erubeſcētia equo illo effrei vti
noluit de cetero. Abbas iſte ho
erat ſenex ſimplex ſatiſq; hūi
lis ac diſciplinat9 licet in hac
equitatura minus fuiſſet circū
ſpectus. ¶ Nouiti9. Qd̄ iuſte
in religioſ ſecularib9 diſplicet
deo placere nō poteſt. ¶ Mō
chus. Verū dicis q2 deo debe
mus ꝯſcientiā hominib9 famā.
Omnib; Chriſtianis dicitur a
xp̄o. Diſcite a me q2 mitis ſū ⁊
hūilis corde. Vt enim taceā de
ſcādalo ſeculariū in ſupbia re
ligioſoꝝ cū iudei ⁊ pagani ſup
biam vel ſigna ſupbie vidēt in
xp̄ianis religionē xp̄ianā hor
rēt ⁊ blaſphemat̄ nomen xp̄i
p eos. De hoc tibi v̄ba cuiuſdā
ſarracheni referā memoria val
de digniſſima. ¶ Ca. xv.

Frater willhelm9 aliquā
do camerarius noſter an
ꝯuerſionē canonicus fuerat apd̄
traiectū inferius. Hic tp̄e ado
leſcētie ſue ſignat9 cruce gr̄a
dn̄ici ſepulchri tranſfretauit.
Anteq̄ nauis in qua erat portū
achonis attigiſſ; ignē facularū
an̄ ortū aurore circa ciuitatē
in diuerſis locis tā ipſe q̄ cete
ri viderūt. Qui cū interrogaſ
ſent nautas cauſā; ignis rn̄de
rūt. Temp9 eſt eſtiuū ⁊ ciues
ꝓpter calorē tētoria ſua ob re
frigeriū cir̄ ciuitatē metati ſūt

Hoc ita eſſe putãtes in portuȝ
Acharis deuenert ⁊ tũc p̃mũ
qꝫ ſarraceni optinuiſſent ciui
tatẽ cognouerũt Eodẽ tẽpore
peccatis noſtris exigẽtibus da
ta fueãt t̃ra ſãcta i man⁹ Sa
latini regis ſyrie regnãte frede
rico romanoꝝ impatore· No
radin⁹ aũt filius Salatini vir
naturalit̃ piuſ ⁊ beneficus tũc
erat in ciuitate· hic cuȝ nauim
xp̃ianoꝝ in portu vidiſſȝ ⁊ cũ
cauſa aduẽtus ei⁹ eo qꝫ eſſet ſo
la nõ lateret· miſertus xp̃iano
rũ quendã nobilẽ paganũ in
lingua gallica ſatis expeditũ
ad nauẽ cuȝ galea miſit p quẽ
ne timerẽt mãdauit· Vſqꝫ ad
illã horam fuerãt ſuſpenſo poſi
ti ignorãtes vtrũ eſſent occidẽ
di vel capiẽdi· Interim nobil
quidaȝ xp̃ianus de Alemania
ꝑuidus in extremis laborans
õnia ſua arma valde decẽtia cũ
tribus dextrariis p eundem pa
ganum Noradino miſit p vita
fratrũ illi ſupplicãs· Ego inq̃t
tribus ãnis noueram Chriſto in
hiis armis ſeruire ſȝ vt video ñ
eſt eius volũtas· deſtinati ſunt
⁊ nũcii Chriſtiani ex quibus
vn⁹ erat frater willhelmus ꝓpt̃
ſcientiã lingue gallice q̃ mune
ra p̃ncipi preſentarent· Nora
din⁹ vero vt vidit xenia tranſ

miſſa cũ multa deuocõne ſuſce
pit ⁊ ſingula·i·loricã clipeum
galeã· gladiũ necnon ⁊ dextr̃
rios deoſculãs· qꝫ p ſemetipſũ
viſitare vellȝ infirmũ remãda
uit· Interim milite mortuo et
caute appenſo lapide eiecto ac
demerſo alio qꝫ milite egroto
eque nobili viro in loco ĩfirmi
tatis eius ꝛ poſito rex mane cũ
multis diuerſi coloris galeis
egreſſus aduenit nauẽ intrũit
⁊ de tñſmiſſis gr̃as referẽs an
te infirmũ ſedit atȝ cũ medico
quẽ ſecũ adduxerat de oualeſcẽ
tia illius diſputauit· Optulit
⁊ quedaȝ nobiliſſimi generis
poma q̃ creuiſſe dicebat i orto
patris ſui apud damaſcũ· De
inde ait infirmo ꝓpter te õnibȝ
xp̃anis bene faciã· A quo cũ pe
terent oductũ ad ciuitatẽ ſan
tã Ihrl̃m quã adhuc tenebãt
xp̃iani rñdit· Nõ eſſet vobis
tutũ neqꝫ mihi honeſtum ſi la
trũculi q̃ modo p om̃es vias il
lius vagãtur vos lederẽt et cõ
ductũ meũ violarẽt· Egreſſus
vero de naui tã egroto q̃ cete
ris valedixit dãs eis licentiã re
p̃ciandi cõtra ipetus ſarracha
noꝝ ſigno teli regalis illos
muniẽs· Tũc ſupradictus no
bilis pagan⁹ reducẽs ſecũ in ci
tatẽ frẽȝ willhelmũ int̃rogauit

eū dicēs· Dic o iuuenis quō ſ
uāt Chriſtiani legeꝫ Chriſtia
nā in terra tua? Ille dicē noleſ
qḋ veruꝫ fuit rn̄dit· Satis bn̄
Ad qḋ Admiraldꝰ· Ego dicā
legē Chriſtianoꝝ terre huiꝰ
Pat' meus erat vir nobil' ⁊ mg̃
nus ⁊ miſit me ad regeꝫ Ihero
ſolimitanoꝝ vt gallicuꝫ diſce
rē apud illū ipſe vero verſa vi
ce miſit p̄ri meo ſuū filiū ad di
ſcendū ydeoma ſarrachenicuꝫ·
Vn̄ oīs vita Chriſtianoꝝ bn̄
⁊ optime mihi nota ē· Nō fuit
aliq̃s ciuis adeo diues in Ihero
ſolima q̃ ꝓ pecunia ſororē filiā
vel qḋ execrabilius eāt luxurie
ꝑegrinoꝝ vxorem ꝓpriā nō ex
poneret ſicqꝫ illos mercedibꝫ
laborū ſuoꝝ euacuarꝫ· Ita om
nis gule ⁊ carnis illecebris de
diti erāt vt nihil omnino a pecca
toribꝰ differret· Supbia vero
ſic in eis regnauit vt cogitare
nō ſufficeret quali mō veſtim
ta ſua inciderēt ſtringerēt atꝫ
cultellarēt· Idē dico de calciam
tis· Et adiecit· Cōſidera veſtim
ta mea calciamēta mea q̃ ſint
rotūda q̃ ampla q̃ ſimplicit'
⁊ hūiliter formata· Sicut no
bis retulit ideꝫ wilhelmꝰ mani
cas habebat laxas ⁊ amplas ſi
cut monachus· Nulla erat in ve
ſtibꝫ plicaꝝ multiplicitas nul
la curioſitas licet ipſa veſtiuꝫ
materia foret ſatis p̄cioſa· Ec
ce inquit iſta ſunt vitia ꝓpter
que eiecit deus Chriſtianos ſu
ꝑbos ⁊ luxurioſos de terra iſta·
Nō enī diutius potuit tātas il
loꝝ iniq̃tates ſuſtinere· Putas
qꝫ nr̄is viribus optinuerimꝰ
illā? nequaq̄· Nouiſſime etiaꝫ
hoc adiecit· Neminē ex regibꝫ
nr̄is timeꝰ neqꝫ ipſū impatō
rem veſtruꝫ Fredericū ſꝫ ſicut le
gimus in libris nr̄is· xp̄ianus
imperator q̄dam ſurget Otto
nomīe qui terraꝫ hanc cū ciui
tate Iheruſaleꝫ cultui Chriſtia
no reſtituet· Nos ita audiētes
ſꝑabamꝰ qꝫ ꝓphetia illa implē
da eſſet in Ottone imperatore
Saxone q̄ ante aliquot ānos
defunctꝰ eſt· Eodeꝫ tp̄e Sala
dinus hūanitatē exhibuit xp̄i
anis ſatis magnā· Cū eſſꝫ exer
citus xp̄ianoꝝ ptim ab eiꝰ exē
citu occiſus ptiꝫ captꝰ atꝫ diſſi
patus reliq̃as ciuitatū que ſe
vltro reddiderūt in ciuitatibꝰ
eiſdē eſſe pmiſit ſꝫ bona tn̄ cu
ſtodia· Diebꝰ aliquot elapſis
cū req̄ſiſſet a ſuis quō ſe habe
rent Chriſtiani reſpōderūt illi
Domine non aliter viuunt q̄
pecora ludis tn̄ gule et illece
bris ſeruiētes· Tunc iratus iuſ
ſit eos de ciuitatibus expelli·

¶ Nouitius. Proch dolor quod ab horret iudeus et quod execratur paganus hoc quasi pro lege habz Christianus. ¶ Monachus. Hec de tētacōe supbie sint dicta nūc ad irā accedamus. ¶ Ca. xvi.

Ira est irrōnabilis pturbatio mētis vel est scdm aliā descriptionē strictus ocitati furor animi vlciscēdi libidine feruēs. De ira nascūtur rixe. timor mentis cōtumelie clamor indignatio blasphemie. Ira in corde latet i verba prūpit iniurias exercet. Vnde Salomō in prouerbijs. Vir iracūdus prouocat rixas et qui ad indignandū facilis est erit ad peccandū pcliuior. Itē ecclesiasticus Ira et furor vtrūqz execrabile est. Et in epla sua Jacobus aplus. Vbi zelus et ōtetio ibi incōstantia et ōme opus prauū. ¶ Ca. xvij.

Duo serui ex familia nr̄a verbis inter se cōtenderēt Ex quibus vnus ita est ira inflamatus vt quasi in furorez versus alterū minus talia suspicantē extra monasteriū ei occurrens occideret. Valida erat huius tētatio. Ecce quam modica scintilla in magnū ignē profecit. Scītilla ira. ignis seqns homicidiū Noui aliquos ita ppter verbulū vnum tētatos. vt apostasiā incurrerēt. Hos reuera tetigerāt sexta plaga Egypti scilicz vesice bulientes. idest ira cū insania. Apostatare insanire ē. Naturale est irasci. sz cuz motus idē immoderatus est p vitio reputatur.

¶ Nouitius. Vellē aliqua nūc audire exempla de viris religiosis q nob irā temparēt et ad patiētie virtutē amplius accēderēt. Nā apud seculares irasci et indignari quasi pro nihilo habetur et nisi puocati se vlciscantur a ceteris despiciunt. ¶ Monachus. Vis audire exēpla per que cognosces quam sit piculosū deoqz ɔtrariū subiectis irasci: et indignari suis platis etiaz ab illis puocatus. ¶ Nouitius. Volo. ¶ Monachus. Dicā tibi sicut ab ore eius audiui cui ɔtigit.

¶ Capitulū. xviij.

Prior quidā ordinis nr̄i vir bonus et disciplinatus ab abbate suo plusquam necesse eēt et quam meruisset exacerbatus est et hoc sepius. De qua re satis tētatus nō tam equanimiter illius verbū sicut debuit tolerare potuit. Volēs illi dn̄s exemplo sue passiōis temparare feruorez temtacōnis: ondere etiā quod plati ineqles equaliter propter ipsū forent supportādi tali exemplo eū informauit. Visū est ei

nocte quadā leui ſomno pſſo
ꝙ ipē ſimul cū abbate ſuo cru
cifixū portarȝ ille in brchio dex
tro ipſe vero in ſiniſtro· Dū ſic
illū tenerēt equalit' brachium
crucis qḋ prior tenebat de ma
nu eiꝰ eſt elapſum ⁊ alterū eſt
erectum factaqȝ eſt ineqlitas·
Mox euigilās viſuȝ intellexit
dicēs· Quid agis miſer? Non
eque portas corpus cū abbate
cito rancorē aduerſus illuȝ ſer
uās in corde tuo· Interptatus
eſt ſicut reueā fuit corpꝰ Chri
ſti eſſe ↄgregacōnem crucē cui
fratres p obedientiaȝ affixi ſūt
ordinis rigorē· Ad abbem enī
⁊ priorē ſpūaliter ſpectat ouē
tū qui Chriſti corpꝰ eſt porta
re tenere ⁊ ſuſtētare· Portaē p
orōem· tenere p diſciplinaȝ· ſu
ſtentare p ↄſolacōem· Abbas
loco patris· prior vice mrīs· Cū
prior cū abbe ſuo minus bene
ↄcordat nō equa lance cū illo
Chriſti corpꝰ portat· Idē prior
cū hac viſione eiusqȝ vt iā di
ctū eſt interpretatione minus
eſſȝ correctꝰ nullo a ↄcepto rā
core diductus alterā ei oñdit
tāto efficatiorē qͦto terribilio
rē· ¶ Nocte q̄daȝ licet in ſom
nis nō in pictura non i ſculptu
ra ſȝ in carneo corpe manifeſta
viſione vidit ſaluatorē contrī

ſe in cruce pendentē· Eratqȝ vin
culis ſpineis in qnqȝ corporis
ſui ptibus eidē cruci alligatus
vnū vinculū ambiebat caput
eius frontē ſcilicet ⁊ tempora·
Aliud erat circa pectꝰ tertium
circa manū dexteraȝ quartū cir
ca ſiniſtraȝ quintū erat in pedi
bus circa talos ⁊ lignū· Ac ſi
diceret illi dominꝰ· Ego ꝓpter
te paſſus ſū cruciamīa tā dira
⁊ tu eq̄nimiter ab abbate tuo
ꝓpter me tolerare nō potes: nō
dico verbera ſȝ verba· Te guat
que cordi tuo nō ſapit obedi
entia ⁊ ego factꝰ ſum ꝓpter te
obediēs prī vſqȝ ad mortē cru
ciſqȝ obprobria q̄ ſunt q̄i vin
cula ſpinoſa· Sic ipſe m retu
lit dn̄s mox dedit ei intellgere
viſionem hoc modo· In hoc in
quit ꝙ Chriſtus q̄ caput eſt
eccleſie ligatus fuit ſpinis oñ
dit tibi ꝙ capiti tuo: id eſt ab
bati obedire debeas etiaȝ in ad
uerſis Qꝫ ligatus fuit in pecto
re docet te quia tuum velle ab
batis tui voluntati debeat con
cordaē· Cor in pectore eſt ⁊ in
corde volūtas· In tm̄ enim tem
tatio eius proceſſerat vt locū
mutare ſi poſſet firmit' propo
ſuiſſȝ Vincula inquit manuū
eius inſinnāt te nihil aliud de
bere facere niſi qḋ ipſe pcipit·

Qꝫ auteꝫ ſpinis pedibus ſe ad
cruceꝫ ligatū oſtendit ſignat
ꝙ tibi nō liceat ſine eius ꝯſen
ſu locū mutare·ſed ſcd̓m illius
arbitriū ſtare vel ābulare·Ex
hijs duab⁹ viſionibꝫ territus
ſimul ⁊ edoct⁹ de cetero ſtudu
it verba ſiue facta ſui abbatis
equo anīo ꝓpt̓ exemplū ſu
ſtinere· ¶Nouici⁹· Vt video
nō eſt nobis tutū cum p̄latis
nr̄is ꝯtēdere· ¶Ca·xix·

ANno p̄terito cellerari⁹ q̄
dā maiore cū p̄ore ſuo de
rebus exteriorib⁹ verbis ꝯten
dit ⁊ videbat̓ ei·ꝙ valde rōna
biliter mouetur·In ip̄a nocte
ſaluator ei ī cruce apparuit ia
cens in terra eātqꝫ velamen te
nue ac ꝑſpicuū ſup corp⁹ illi⁹
expanſū·Cuius cū vellet vul
nera retracto pāno deoſculari
ymago māu auſa indignabū
de illū amouit·Tanꝗ̄ diceret
Nō es dignus attactu corp̄is
mei·q̄ ſero me in p̄ore tuo ꝓuo
caſti Ille mox euigilās ⁊ cauſā
repulſe nō ignorās dictis ma
tutinis me p̄n̄te ad pedes prio
ris ſe ꝓſtrauit veniā pro exceſ
ſu ſuo poſtulās· ¶Nouicius·
Si dignus ē iudicio q̄ iraſcit̓
fratri ſuo iaꝫ non ambigo qn̄
maioris pene ſentētie ſubiace
at q̄ iratus ſuerit patri ſuo·id ē
p̄lato· ¶Mōchus· Ita eſt vt
dicis· ꝙ maiorē reuerētiā debe
mus patribꝫ ꝙ̄ fratribꝫ ſiue car
nales ſiue ſp̄uales· ¶Nouici
us·Quid ſi ex cōmocōe animi
v̓bū ire iaculetur ī ſanctos vel
qđ maius eſt in ipſū dominū?
¶Monach⁹·Tale verbū di
citur blaſphemia q̄ ex ira naſci
tur ⁊ ſepe multū acriter a deo
vindicat̓· ¶Ca·xx·

SColaris q̄dam pariſius
eo tempe quo abbs no
ſter ibi ſtuduit verbū cōtume
lioſū in ſanctū Abrahā euomu
it·Quo die tertio defūcto cog
nouerūt om̄s qui verbū audi
erāt ꝙ ꝑ penā mortis dn̄s ſcm̄
ſuū vindicaſſꝫ· ¶Ca·xxi·

ANte hoc q̄nquēniū quā
do valida illa erant toī
trua ⁊ pene ꝯtidiana aeris
intēpie meſſis impediebat̓ mi
les q̄dam prouītie noſtre ho
mo liber de villa ſatis nob̓ vici
na vidēs a pte occidētali aerē
obſcurari·nubeſqꝫ ymbriferas
oriri iratus dixit Ecce vbi iteꝝ
dyabol⁹ aſcendit·Vix ſermo
nē finierat ⁊ ecce orta tonitrua
filiū eius in ſinu nutricis ꝑcuſ
ſerūt ipſa incolumi ꝑmanente
Sed ⁊ in alijs edificijs ſcilicꝫ
⁊ iumētis blaſphem⁹ ille ſatis
flagellat⁹ eſt vt diſcēt de cetero

nõ blaſphemaẽ? Hec eodẽ tem
pore geſta ſũt qñ fulminata ẽ
turris ville nr̃e Raſſole. Vñ
ſtultũ eſt valde vt homo mõe
lis ciuis ⁊ vmis ponat in celũ
os ſuũ. Ecce huiuſmodi mala
aliaq; innumeã pit ira. ¶ No
uiti9. Si deus tã terribilit̃ pec
catũ ire vindicat in pñti puto
q; huic vitio ſbiectos acriter
puniet in futuro. ¶ Mõchus
Ex capitulo ſequẽti hoc cogno
ſces. ¶ Ca. xxij.

NArrauit mihi anno pteri
to ſcultet9 prime ville q̃
windere dicitur rẽ ſatis terribi
lem. Nõ eſt diu inq̃t q; homo
q̃daʒ religioſus ⁊ pegrinus in
eccã nr̃a ad miſſaʒ ſtetit. Sta
bãt iuxta eũ matrone delicate
quorũdã militũ vxores fabul'
vacantes q̃ illũ; orare nõ ſine
bãt. Expleta miſſa quoſdã ex
militib9 ſeorſũ ducẽs dixit illis
Vos dñi orõnis cauſa ad ec
cleſiã hanc diuerti ⁊ ecce dya
bolo inſtigãte tãtus erat circa
me clamor ⁊ ſuſurrũ illaꝝ ma
tronaꝝ vt õmno orare nõ poſ
ſem. Dicã vobis rẽ terribileʒ q̃
meis tẽpibus in villa mea cõti
git. Eãt ibi puella q̃dam bene
nata ⁊ diuitũ filia ſʒ ita iracun
da ita contẽtioſa atq; clamoſa
vt vbicũq; eſſʒ ſiue in domo ſi
ue in eccleſia ibi rixas ſuſcitarʒ
⁊ beatũ ſe iudicaret q̃ euadere
poſſʒ flagellũ lingue illi9. Tñ
de defuncta eſt ⁊ in atrio eccle
ſie ſepulta. Mane venĩẽtes ad
eccleſiaʒ vidimus tũbam eius
ad iſtar fornacis fumũ eructu
antẽ. Vñ exterriti ⁊ videre vo
lentes q̃d hoc portẽderet terrã
eiecim9 ⁊ ecce medietatem cor
pis ſuperioreʒ ignis oſũpſerat
inferiorẽ vero ps ab vmbilico ⁊
deinceps illeſa apparuit. ¶ No
uiti9. Quid hoc ſignificabat?
¶ Mõchus Quod homines q̃
nouerãt illius vitã dixerũt hoc
⁊ ego dico. Voluit de9 in ei9
corpe oñdere q̃tuʒ ei placeret
virtus caſtionie ⁊ q̃tũ abhor
reret vitiũ iracũdie. Quia vir
go fuit caſtitatis gra crura ei9
cũ femorib9 illeſa ſuauit ⁊ q̃
nimis iracunda erat fel cor lin
guaʒ manũ cum ſuis ſedib9 ig
nis deuorauit Ira ignis ẽ. vnde
eccleſiaſtic9. Ne ſtruas ligna
in ignẽ iracũdi. id eſt ne des il
li materiã in occaſionẽ iraſcẽ
di. ¶ Itẽ. Homo iracũdus in
cendit ignẽ. Et apoſtolus Ja
cob; Lingua ignis ẽ. Vniũſitas
iniq̃tatis lingua cõſtituitur in
mẽbris noſtris que maculat
totũ corpus natiuitatis nr̃e in
flãmata a gehẽna. ¶ Nouiti9

Ita me tua terret oracō vt pro
ponā omino nō iraſci fratribuſ
meis. ¶ Mōchus. Tūc btūs
eris. Qui autē vt ait idē apl's
putat ſe religioſū eſſe nō refre
nans linguā ſuam. ſ3 ſeducenſ
cor ſuū: huius vana ē religio.
id ē mutil' ⁊ immūda. Lingua
inq̄etū malū eſt plena veneno
mortifero. In ipſa benedicim9
deū ⁊ patrē ⁊ in ipſa maledici
mus hoies q̄ ad ſimilitudine3
dei facti ſūt. Vn̄ alibi ſcriptū ē
de illa. Mors ⁊ vita in manib9
lingue. ¶ Nouici9. Qua ſilitu
die dicitur lingua habere ma
nus? ¶ Mōchus. Quia ſepe
cauſa mortis efficit' corpori ⁊
aie ſi fuerit dura: vite vero vtri
q3 ſi fuerit mollis et gratioſa.
Vn̄ Salomō. Rn̄ſio moll' mi
tigat irā. ſermo durus ſuſcitat
furorē. Hoc impletū eſt in Da
uid. Sermo durus Nabal in
necē propriā gladiū eide3 por
rexit. quē ſermo ſenſatus Aby
gail retraxit. Et qr manib9 lin
gue mors ē. creator prudētiſſi
mus duplicē ei muru3 oſſeū ſcili
cet ⁊ carneū. id ē dētes ⁊ labia
āteposuit: ꝓpter vitā vero vtrū
q3 puiu3 fec. Loq̄ de bonis vita
le ē. ¶ Nouici9. Placet qđ di
cis. ¶ Mōchus. Hec de ira di
cta ſint. ¶ Ca. xxiij.

Ire ſuccedit inuidia ⁊ de ipſa
naſcit'. Eſt enī inuidia ira inue
terata odiū videlicet felicitatiſ
aliene. Huius filie ſūt odia ſu
ſurratio. detractō. exultatio in
aduſis proximi. afflictō in pro
ſpis eiuſdē. Hoc vitiū de ange
lo dyabolū fecit. Hoc vitiū ho
minē de padiſo eiecit. Inuidia
enī dyaboli mors intrauit in or
bem terrarū. Quā graue ⁊ pical
loſum ſit hoc vitiū in ep'la ſua
Iohānes breui ſermone ꝯclu
dit dicēs. Qui odit fratrē ſuū
homicida eſt. Hoc viciū q̄tō
eſt occultius tāto picloſius.
¶ Capitulū. xxiiij.
Non ē diu qꝫ monachus
quidā ſtimulis inuidie
agitatus ⁊ ſupatus quēdā ex
fratribus ſuis adoleſcentē ac
cuſauit apđ abbatē imponēs
ei crimina peſſiā. Cui cū min9
abb' crederet ille ad maiorē vi
dictā vſq3 ad viſitatoris p̄ſēti
am ſuā accuſacōnē reſeruauit
Quid plura? Tāta apud illū
inuidi machinacō pfecit vt ip
ſe viſitator iuueni vitia relata
in cap'lo corā omnib3 obijceret
negātī ⁊ deū innocētie ſue teſtē
inuocāti nō crederet. ſ3 habitu
trūcato carceri mācipāret. Pt9
cuius diſceſſū deus iudex iuſt9
inuidū infirmitate pemptoria

flagellauit. Timens vero mori cõfeſſus eſt iuuenẽ ex inuidia ſe accuſaſſe. Qđ cũ ex conſilio cõfeſſoris ſeniorib9 propalaſſet ſtatĩ pro viſitatore miſſum eſt. Qui tritus ad monaſteriũm otius rediit p ſeipſũ carcerem intrauit ad pedes mõachi ſe proſtrauit a vt ſibi ignoſceret q ignorãter in eũ deliquerat ſupplicãs etiam reluctantẽ eum cũ gloria eduxit. Hec mihi relata ſunt a quodã abbate qui viſitacõni eidem interfuit. Nouiti9. Puto mõachũ iſtũ multũ in tã grãdi tẽtacõe meruiſſe. Mõchus Qđ fornax auro: qđ lima ferro: quod flagellũ grano: qđ vue torcular hoc ei eadem fuit temtacõ. Seruauit enĩ in tribulatione patientiã. Inuido autẽ ſua erat inuidia qđ venenũ ſtomacho qđ tinea veſtimẽto: qđ erugo flori: qđ tabes corpi Nouitius Si noſti adhuc aliqua de tẽtacõibus inuidie exempla precor vt mihi recites illa. Mõch9. Quia latẽs morbus eſt inuidia nullũ ad preſens occurrit exẽplũ qđ vel memoria ſit dignũ ſiue edificationi neceſſariũ Referã tibi tñ quandam ſanctã inuidiã quã te audire delectet. Ca. xxv.

Anno p̃terito in monaſterio quodã ordinis noſtri iux Friſiã qđ Ieſſe dicitur due puule puelle ad litteras poſite fuerũt Que cũ magno feruore diſcẽtes ſatis int ſe cõtenderũt vt vna alteri in ſtudio a ſcientia ſupior haberet. Interi contigit vnã infirmari. Que cõparis ſui pfectũ inuidẽs ſatis cepit tẽtari timẽs q interim multa diſcere poſſet. Vocãſq põriſſa cepit illi ſupplicare dicẽs bona dña qñdo venerit ad me mater mea ego requirã ab ea ſex denarios quos vobis dabo vt nõ patiamini diſcere ſororẽ meã donec cõualuero. Timeo enĩ ne precellat me. Ad quod verbũ ſubriſit prioriſſa. puelle feruorẽ ſatis admirans. Nouiti9. Dic obſecro que eſt medicina cõtra inuidiam. Mõachus. Obſequia caritatis. Capitulũ. xxvi.

Magiſter Rudolph9 ſcolaſtic9 Colonieñ quẽ ego bñ noui a freqnter audiui diſcipl'os ſuos inſtituẽs exẽplũ cõtra inuidos docuit dicẽs. Frater aliqs qndã ex fratrib ſuis ita exoſum habuit vt ſine cordis ſui cruciatu illũ reſpicere non poſſet. Qđ ille ſentiens a vulnus cordis eius ſanarẽ cupiẽs

fratrem tam piculoſe temtatū ymmo in ipa temtacōe ōnino ſupatū obſequijs caritatis ad ſuū amorē q̄ptuȝ potuit inclinauit. Capitale eius vertit et mollificauit veſtes excuſſit. calciamēta circa lectū cōpoſuit et q̄cq̄d ad illius commodū eſſe nouerat inq̄ptuȝ licuit et potuit exhibuit. Sic ille inuid⁹ obſequiis eius deuictus et ad cor reductus cōceptū inuidie venenuȝ exſpuit et quē prius equo oculo reſpicere nō potuit plus poſtea ceteris dilexit. Hec de vitio inuidie pro exēplo dicta ſint. Hoc vitiū q2 ceteris deo q̄ caritas eſt plus videt̄ eſſe otrariū Idcirco ab omī hoīe magis ceteris vicijs ē vitandū. Ca. xxvij.

Quarto loco poītur accidia q̄ viris religioſis ſolȝ eſſe ſatis importuna. Nouitius. Quia nomē huius vicij aliq̄ptulū barbaȝ ſonat q̄d ſit accidia vel vnde dicat̄ ſcire deſidero. Monachus Accidia eſt ex cōfuſione mētis nata triſtitia ſiue tedium et amaritudo animi imoderāta q̄ iocunditas ſpiritalis extīguitur et quodā deſperacōnis p̄cipitio mēs inſemetipſa ſBuertitur. Dicit̄ aūt accidia q̄i acidia eo q2 opa ſpiritualia nobis acida reddat et inſipida de qua p Salomōeȝ dicitur. Man⁹ remiſſa tributis ſeruiet Itē pigꝛ dejicit timoꝛ a bono ope anime autē effemiatorū eſuriēt. Dicit autē de ea Seneca. Magna iactura eſt q̄ p negligētiā fit. Accidie ſiue triſtitie ꝓpagines ſūt malitia rācoꝛ puſillanītas. deſpe̅ratio toꝛpoꝛ circa p̄cepta euagacō mentis cir̄ illicita. Accidia multos tētat et mltos p̄cipitat. Nouiti⁹ De temtacōe huius vicij exēpla ſubiūgas. Monach⁹ Audi q̄ ſit periculoſū accidia vexari. Ca. xxviij.

Monachū quedaȝ dyabolus ſic exitus ꝓbauit ita reddiderāt accidioſū vt q̄tiens eſſet ad matutinas ſurgendū ſtatiȝ ex quadā puſillanimitate et timore vigiliarū ſudoꝛe ꝑfunderet̄ Putās eſſe ex infirmitate iacuit. veſtib⁹ ſe operuit et ſicut oſtiū ſcd̄m pūerbiuȝ Salomōis voluitur in cardie ſuo: ſic piger ille v̄tebat ſe in lecto ſuo. Nocte quadaȝ ad ſigno laꝝ ſurgētibus ceteris ōmibus feſtināntibuſq3 ad diuinū offitium cuȝ ille ſurgere tētaret au diuit de ſBlecto qn̄ iteꝝ vetante accidia ſe inclinaret voce q̄ndā incognitā clare ſatis ſibi dicēte. Noli ſurgere. noli ſudoꝛē

tuu; interrũpere q2 nõ expedit tibi. Tũc primu; ſentiẽs ſibi a dyabolo p vitiũ accidie eſſe illuſũ a fantaſtitico illo ſu dõe ſe excuſſit nec poſtea tãto corpori facile oſenſit. Hoc ſcias q2 nõ pmittit dyabol9 nos temtare q̃tum vult et q̃ diu vult ne decepti ab illo pream9. Sepe innitus virtute diuina opulſus hijs quos tẽtat fallatiã ſuam manifeſtat. ¶ Ca. xxix.

SAcerdos q̃dam ex monachis noſtris ſolitus fuit dictis matutĩs in illo intuallo q̃ fratres ſolẽt vacare orõni vl' pſalmis ſup vnã ſediũ ſe deponere ⁊ inter oratiõis verba dormitare. Volẽs illi dñs oñdere q2 tali hora ⁊ maxime in tali loco nõ eſſet dormitãdũ. ſ; in oratiõe vigilandũ apparuit in cruce ei verſo dorſo ad illũ vt dicere videret'. Quia tepidus es ⁊ accidioſus nõ es dignus faciẽ meã intueri et hoc ſibi ſepius cõtigiſſe teſtatus eſt.

¶ Capitulũ. xxx.

HLius q̃dam monachor2 noſtrorũ Chriſtian9 nomine etate q̃de; iuuenis ſ; vite tã ſanctiſſime fuit vt vn9 crederetur de ſanctis q̃ ſunt in terra dñi. Hic corpe tã debil' erat vt eũ viuere tederet. Nocte q̃da; dictis matutĩs vſq; ad laudes capiti ſuo pcere volẽs ſup lignu; quoddã ante altaẽ ſe proſtrauit ſub forma oratiõis ibi dormitãs. Mox vt oclos clauſeat affuit glorioſa dña noſtr virgo Maria et veſte eũ feriẽs excitauit dicẽs Chriſtiane nõ eſt hic loc9 dormiẽdi ſ; orãdi. Stati; ille euigilãs aptis oculis poſteiora femie recedẽtis vidit et vocẽ femineã iam dictum ſmonẽ concludentẽ audiuit.

¶ Nouiti9. Quantũ ex iſto iuuene cõſidero non oĩe tedium boni opis ex vitio eſt ſ; aliquando ex corpis infirmitate.

¶ Monachus. Ex vitio primi hominis oĩs temtatio eſt ⁊ infirmitas. ſepte; ex culpa illius contraxim9 penalitates eſuriẽ videlicet ſitim frig9 calore; laſſitudine; infirmitatẽ mortem. Quãdo motus haru; penalitatũ ordinatus eſt penã habet ſ; nõ culpam. Qñ do vero immoderatus eſt penam habet et culpam. ¶ Nouiti9. Quid appellas laſſitudinẽ? ¶ Monachus Somnolentiã et aliũ quẽlib; laborẽ vnde hõ fatigat'. Caueam9 ergo ne hoc qđ ẽ nature vtatur in vitiũ q2 non ſolum p vſum malũ gignũtur vitia ſed etiã ex virtutib9 verbi gratia.

Juſtitia dũ modũ excedit verti
tur in crudelitatẽ nimia pietas
in diſſolutionẽ· Indiſcretũ zeli
ſtudiũ iudicatur iracundia· ni
mia mãſuetudo ſegnitia dicit
⁊ accidia· Sicq; ſentias de ce
teris· ¶ Nouiti9· Puto predi
ctũ iuuenẽ non pui fuiſſe mei
ti quẽ beata virgo ſic familiari
ter excitauit· ¶ Mõchus· Qñ
ti fueit meriti qñtũ dilectus ce
leſtis patrie ciuib9 ſequẽtia de
clarabũt· Cũ ꝓpter nimiã capi
tis infirmitatẽ generalẽ habu
iſſet in caplo licentiã manẽdi
de vigilijs ſolemnib9 quotiẽs
voluiſſ3· vix niſi compulſus de
choro exiuit· Dictis vero matu
tutinis infirmoꝝ in oratorium
redijt ⁊ moram longiorẽ ꝙ or
do cõcederet illic ex ↄſuetudĩe
fecit· Cui cum diceret die qua
dã dñs Henricus abb noſter
tunc monach9 ſimplex· bone
frat Chriſtiane vos frequẽter
nobis expoſitis debilitatẽ capi
tis veſtri et tamẽ nõ vultis uti
gratia vobis indulta· Rñdit·
Nõ poſſum manere· Stãs enĩ
extra choꝝ ⁊ alios pſallere au
diens· q2 intrare nõ licet corde
crucior eo ꝙ recorder cõſolatio
nu3 qbus deus inter illos letifi
cat animã meã· Audito h° ver
bo dñs Abbas de ſpiritali pre
ſumẽs amicicia que eſſent ille
cõſolationes inqſiuit ⁊ vt ſibi
diceret cũ multa precũ inſtan
tia optinuit· Cõfeſſus eſt eiq2
ſepius i choro tempe pſalmo
die beatos angelos videret cir
cuire: ⁊ qđ multo fuit excellẽti
us ipſũ regem angeloꝝ homi
nẽ Iheſũ Chriſtũ· ¶ Nouitius
Magna dona ↄceſſa ſũt huic
iuueni· ¶ Mõchus· Et merito
Ex quo enĩ ad ordinẽ venit nũ
ꝙ ſine temtatiõe fuit tũ ꝓpter
nimiã debilitate3 capitis tũ ob
deſideriũ patrie celeſtis flagel
lũ dñi in tanta patiẽtia ſuſtinu
it vt oĩs eius fratres miraren
tur· Tempe quoda3 dñs q̃ in
temtator maloꝝ eſt gratiã la
crimaꝝ quã illi copioſe ↄtule
rat ſubtraxit vñ ſatis tẽtabat
¶ Nouiti9· Anteꝙ procedas
noſſe vellẽ cur deus huiuſmodi
gratias viris iuſtis ſubtrahat·
¶ Mõchus· Quatuor de cau
ſis videtur illa ſubtractio fieri·
ne videlicet gratia aſſiduitate
vileſcat· ne mens de vſu illi9 ſu
pbiat vt cũ maiori deſiderio q̃
ratur ⁊ recupata diligẽtius cu
ſtodiat· Quarta cã ẽ culpa ve
nialis· ¶ Nouici9· Placz qđ
dicis· ¶ Mõchus· Chriſtia
nus vero de amiſſa gr̃a ſatis do
lẽs ⁊ peccatis ſuis hoc imputãs

cū die ac nocte ꝑ illius recupa
tione careret nec ꝓficeret recoꝛ
datus eſt ligni dn̄ici. Dixitqꝫ
in ſemetipſo. Si facultatē ha
beres deoſculādi lignū pꝛetio
ſū in quo ſaluatoꝛ ſanguinem
ſuū fudit gratiā tibi refunderꝫ
lacrimaꝝ. Tali ſuſpēſus deſide
rio in q̄dam ſolemnitate dicta
miſſa ad altaē acceſſit ſacrūqꝫ
lignum deoſculans cū augmē
to ſuſceptā gratiam recepit. ¶
Nouiti9. Due cruces ſūt apd̄
nos que haꝝ fuerit expediri vo
lo. ¶ Mōachus. Illa in q̄ eſt
lignū nigri coloīs q̄ de apulia
venit. Alterā que rubri coloꝛis
eſt nondū habuim9 quā de ec
cleſia ſācte Sophie apd̄ Cō
ſtātinopolim ſblatā otulit no
bis Henricus de Vlme. ¶ No
uiti9. Vellē ſcire quali fine vir
tāte gratie migrauerit ab hoc ſe
culo. ¶ Mōch9. Sepe ex ma
nib9 ſuis ſentiebat tā aromati
cū odoꝛem vt miraret͛ ⁊ dicere
poſſꝫ cū ſponſa cuius membrū
fuit etiā ad litterā. Man9 mee
ſtillauerūt mirrā digiti mei ple
ni ſūt mirra pꝛobatiſſima. ¶
Nouiti9. Foꝛte manus hēbat
impollutas. ¶ Mōchus. No
ueris eū non fuiſſe carne virgi
nē vt ſcias odoꝛē eūdem fuiſſe
magis ex ꝟtute mētis q̄ꝫ ex inte
gritate coꝛpis. Accedens vero
ad menſā coꝛpalē gratiā ꝑdi
dit ſpiritualē licet ſemꝑ debil̄
eſſꝫ ⁊ infirm9 tamē ante obitū
ſuū ꝑ dies multos amplius in
camino egritudis excoct9 ⁊ ſi
cut auꝝ in igne ꝓbatus ē. No
cte q̄dam in ſomīs ſancta Aga
tha martir ⁊ v̄go illi apparēs
dixit. Int͛ iſta oſolatoꝛia Chri
ſtiane nō ſit tibi oneroſa infir
mitas hec qꝛ iſti ſexagita dies
ꝓputabūtur tibi ꝓ ſexagita an
nis. Expgiſcēs qꝛ viſionē intel
ligere nō potuit q̄buſdā eā re
uelauit. Quā q̄dam ita interꝑ
tati ſūt qꝫ tm̄ eū purgarꝫ a pec
catis infirīitatis illius a credo q̄ꝫ
tū ſexagita ānī in purgatoꝛio
Alijs videbat͛ qd̄ veri9 fuit qꝛ
infirītas illoꝝ ſexagīta dierū
ꝓpter pacientiā eſſꝫ ei ꝓ merito
ſexagita annoꝝū. Nā in nocte
ſcē Agathe ſpūm reddidit q̄ di
es fuit ſexageſim9 ab ea nocte
q̄ hec audiuit. Conſūmat9 in
breui expleuit tēpa multa. Et
vt ſcias eſſe verū ſermonē pꝛo
phetícū qui dicit Fili9 nō poꝛtā
bit iniquitatē patris noueris
monachū hunc filiū fuiſſe cle
rici Bunnenſis eccleſie cano
nici. ¶ Nouitius. Audiui de
quibuſdaꝫ qꝫ nimis timeāt eo
qꝫ de legitimo thoꝛo nati non

ſint Illis expediret iſta audiē
¶ Mōchus Siue ſint filij le
gitimi·ſiue fornicarij adulteri
vel inceſtuoſi·id eſt de inceſtu
nati oms ante baptiſmū eadē
cathena aſtricti tenētur·Oms
q̄dem nati ſum⁹ filij ire p bap
tiſmū vero effecti ſum⁹ filij gra
tie·ſ; ſoli illi beati q̄ p vitam bo
nā ⁊ gratiā finalem cōputabū
tur int' filios glorie· Reuocat
mihi ad memoriā; oratio tua
cōuerſū quendā ſanctum ſan
cti ſacerdotis filiū q̄ de ſua ōdi
cōe ita erat tētatus Ita triſtis
⁊ turbatus vt pene miſſus eēt
in deſpatiōe;· ¶ Nouici⁹ Sci
re vellē exitū temtacōis eius·
¶ Mōchus· Dicā tibi qđ au
diui ab ore cuiuſdā abbis q̄ il
lu; nouit ⁊ familiaris fuit ſ; et
ego illū noui· ¶ Ca·xxxi·

NOmē ōuerſo Henric⁹ fu
it i vilario pfeſſus ⁊ dn̄i
Chriſtiani de clauſtro mona
chi filius de hoc Chriſtiāo mi
ra tibi dicā in diſtinctiōe ſepti
ma caplo·xvi· Miniſtrbat au
tē idem Henricus in hoſpitali
paupib;·vir multe hūilitatis
patiēcie ⁊ paſſionis ⁊ q̄to pl⁹
deū timuit tāto plus ab illo ſe
pari formidauit Immiſeāt eni
dyabolus quādā deſperacōne;
cordi eius ita vt dicēt· Quia
nō es filius legitimi thori: nō
eris heres celeſtis regni· Que
cogitacō in corde eius adeo cre
uerat vt a ōfeſſorib⁹ ta; de ſcp
turis q̄ de exemplis ꝓlatā nul
lā proſus recipet ōſolacōne;
Miſertus eius dn̄s nocte qua
dam cū temtacō eſſet validiſſi
ma in domū amplā ⁊ longā il
lū trāſtulit in ſomnis tamē· In
qua vidit de vtroq; ſexu multi
tudinē magnā· Et facta eſt ad
eū vox Henrice vides hanc mul
titudinē? Oms quidē de legiti
mo thoro ſūt nati·ſ; omnes re
probi p̄ter te ſunt· Euigilans
ſtatim letificatus ē valde: intel
ligēs viſionē propter ſe factā
Ab illa hora temtacō inmiſſa
ceſſauit ⁊ ipſe q̄ diu vixit: deo
qui n̄ deſerit ſperātes in ſe grās
egit· ¶ Nouicius· Eſt ne acci
dia in choro dormire? ¶ Mōa
chus Cōſuetudo vitiū accidie
ex ſe gignit q̄ quida; per infir
mitatē palliant cū idem vitiu;
magis ex diabolica operacōne
q̄ ex infirmitate ſit· ¶ Ca·xxxij·

LOquētē me die quada;
cū viro valde r̄ligioſo ex
ōuſis noſtris de hijs q̄ freque
ter in choro noſtro dormiūt ip
ſe mihi rn̄dit· Sciatis p certo
q̄ ſomnolētia illa ex dyabolo
eſt· Die quadā tpe eſtiuo cu;

laudeſ decantarẽtur vidi in dor
ſo fratris wilhelmi qui libent᷑
ibi dormit clara die ſerpentẽ ſ
pere ꝛ ſtatĩ intellexi ꝙ diabol⁹
eſſꝫ q̃ in eius ſomnolentia pa
ſcebat᷑. Huiuſmoi viſiõem te
ſte fratre Richardo dicebat ſe
de eodẽ conuſo ſepius vidiſſe.
Conuſus q̃ hec vidit vocabat᷑
Cõrad⁹ vir bonus ꝛ iuſtus de
quo multa excellẽtiora tibi in
diſtinctione octaua recitabo.
Multos p ſomnolentiã tẽtat
dyabol⁹ ꝛ vexat ꝛ hoc in diuer
ſis formis. ¶ Ca. xxxiij.

In Hemenrode conuerſus q̃daꝫ
valde accidioſus fuit in choro
pene ſemp ibi dormitãs. In cu
ius capite alt᷑ q̃dam conuerſus
freq̃nter cattum ſedere vidit q̃
vt pedes ſuos oculis conuerſi ſu
ppoſuit ſtatĩ ille oſcitaꝛe cepit.
Qui cũ intellexiſſet ex relatiõe
eius q̃ hoc videre meruit ne di
utius illuderet᷑ a dyabolo ſedẽ
ſtalli ſui ſic parauit vt dũ dormi
taret in ptẽ declinando ſedentẽ
p̃ capitarꝫ. Sicqꝫ ſomnolẽtie
demõ p artẽ excuſſus eſt ꝛ fra
ter accidioſuſ feruentior in dei
ſeruitio fact⁹ eſt. Hec mihi a q̃
dam cõuſo eiuſdẽ cenobij rela
ta ſũt. Quantũ demones illic
dormitãtes irrideant ex ſubie
cto cognoſces exemplo.

Quidã ex ¶ Ca. xxxiiij.
ſemorib⁹ noſtris Frederi
cus nomie licet alias fuerit vir
bon⁹ de vitio tñ ſomnolẽtie ſa
tis fuerat notatuſ. Hic nocte q̃
dam ãñ ꝯpomiſſus eſſet conuẽ
tus noſter cũ ſtarꝫ ad pſalmo
diã matutinarꝫ in Hemenrode
ꝛ dormitaret: vidit añ ſe in ſo
mis tamen virũ longũ ꝛ defor
mẽ ſtantẽ. qui in manu nodũ
ſtramineũ ꝛ luto ſũ vnde equi
tergũtur tenebat. Qui cũ mõ
chũ proterue intuit⁹ fuiſſet ꝛ
dixiſſꝫ q̃d hic tota nocte ſtas
ꝛ dormitas mgñe fili mlieris᷑
ipſo fimoſo ſtramie in fatie eũ
cecidit. Mox territ⁹ euigilauit
ꝛ vt ictũ ferĩetis euaderꝫ caput
retrahẽdo ad pietẽ dure ſatis il
liſit. Vide qñta ſubſannatio.

Nunc audi ¶ Ca. xxxv.
Qui qđ ſilẽ ñ detro in eodẽ
mõſterio mõchus q̃daꝫ eſt q̃
in choro ſepe dormitat ꝛ raro vi
gilat multũ tacẽs ꝛ parũ pſal
lens. Circa iſtũ ſepe porci vidẽ
tur ꝛ porcoꝝ grunnit⁹ audiũt᷑
Puto ꝙ colligãt ſiliq̃s de ore
ei⁹ cadẽtes. ¶ Nouiti⁹. Quid
ſũt ſiliq̃ vel q̃d ſignãt᷑ ¶ Mõ
ch⁹. Siliq̃ ſũt folliculi ligumi
nũ ſignãtqꝫ v̓ba pſalmodie a
v̓tute vacua q̃ ſonolẽti ſine in
tẽtiõe ꝓferũt ꝛ eadẽ ſemiplene

prolata porcis id ē demoībus
colligenda ꝓ͛ijciūt· Hijvero q̃
vigilāt ⁊ libenter deuoteq; cā
tant ⁊ pſallūt intente medullā
comedūt qꝛ gratiā; que in ver
bis latet ꝓ ꝑlexitās ꝑcipiūt Ta
les in futuro cū laudatoribus
celeſtis Iheruſalē adipe frumē
ti dn̄s ſaciabit· id eſt viſione
ſue deitatis· ¶ Nouicius Sa
tis ex hijs que dicta ſunt colli
go qꝛ tediū exͤcicij ſpūalis ſit
a dyabolo· ¶ Monachus· Vt
dicis ita eſt qꝛ q̃dam ſūt qui
ſtatī vt ceperint pſallere orare
vel legere mox dormitāe incipi
unt Vigiles in lecto· ſomnolē
ti in choro Itē; dico de audiēdo
verbū dei· Cū; verba ſecularia
audiūt bene vigilāt cū verbū
dei eis proponitur mox dormi
tant· ¶ Ca·xxxvi·

In ſolemnitate quadā cū abb
Heuardus ꝑdeceſſor huius q̃
nūc eſt: verbū exhortacōnis in
capitulo ad nos faceret ⁊ plu
res maxime de ouerſis dormita
re nōnullos etiā ſtertere oſpi
ceret exclamauit· Audite frēs
audite· rē vobis nouā ⁊ mag
nā; proponā· Rex q̃dam fuit
qui artus vocabat᷑· hoc dicto
nō proceſſit· ſ; ait· Videte frēs
miſeriā magnā· Quando locu
tus ſū; de deo dormitaſtis mox
vt verba leuitatis inſerui: euigi
lantes erectis aurib᷒ om̄es au
ſcultare cepiſtis Ego eidē ſmo
ni interfui· Nō ſolū ꝑſonas ſpi
rituales ſed ⁊ ſeculares dyabo
lus ꝑ ſomnolētiā temtat ⁊ im
pedit· ¶ Ca·xxxvij·

Miles q̃dam Bunenſis He
ricus nōie tempe quo
da; quadrageſimali carenā fe
cit apud nos· Poſtq̃ꝫ reuerſus
eſt in domū ſua; die q̄uadā oc
currēs ꝑdicto Heuardo abbi
ait ad illū· Dn̄e abbas vendi
te mihi lapidē illum q̃ iuxta ta
le; columnā oratorij noſtri ia
cet ⁊ ego dabo ꝓ illo q̃cquid
poſtulaueritis· Cui cū diceret
Ad q̃d vobis eſt neceſſarius?
Rn̄dit· Ego illū ponē volo ad
lectū meum qꝛ talis eſt natura
eius vt q̃ dormire nō poterit ⁊
caput ſup illu; poſuerit ſtatim
dormiat· Illam cōfuſione; fece
rat ei dyabolus tempe ꝑniten
tie vt quotiēs veniēs ad eccle
ſiam ſe ſup eundē lapidem cau
ſa orōnis recliaret mox ei ſom
nus ſurripet· Simile verbum
nobilis q̃dam qui ob ſimile;
penitētia; fuerat in hemenrode
fertur dixiſſe· Mollieres inq̃t
ſunt lapides oratorij clauſtri
oībus lectiſternijs caſtri mei
Nō poterat ſe otinere qn̄ tēpe

oꝛōnis in illis doꝛmiret. ¶ No
uiti⁹. Si nō eſſet grauis culpa
accidia in ſeruitio diuino non
nos ita dyabol⁹ ad illam ſoli
citaret. ¶ Mōchus. Q̄nta ſit
culpa huiꝰ vicij pena te doce
at vni⁹ accidioſi ¶ Ca. xxxviij.
VIx ſunt duo mēſes elapſi
q̄ dn̄s abbas Campenſ
retulit nobis de mōacho qua
dā q̄ ſemꝑ in choꝛo ſolebat doꝛ
mire rē terribilē valde. Nocte
q̄dam cū ex moꝛe doꝛmiret alijs
pſallentibus crucifix⁹ de altari
venit doꝛmitātē excitauit ꝛ cū
tanto niſu maxillā eius pcuſſit
vt infra tertiū diē moꝛeretur.
¶ Nouiti⁹. Stupēda ſunt q̄
dicis. ¶ Mōach⁹. Mōchus
accidioſus nauſeā deo prouo
cat ꝛ angelis ſanctis. Vn̄ cui
dā accidioſo in pſona omniū
p Johannē dicitur a Chriſto
Vtinā eēs calid⁹ aut frigidus
ſꝫ q2 tepidus es incipiā te euo
mere de oꝛe meo. ¶ Nouitius
Recoꝛdoꝛ te ſupius dixiſſe idē
eſſe vitiū triſtitiā ꝛ accidiam.
¶ Mōachus. Verū eſt quia
accidia eſt ex cōfuſione mētis
nata triſtitia ex hac naſcit̄ ma
litia ꝛ deſpatio ſicut ſbiecto ti
bi oſtendā exemplo.
ABb de Bruſ ¶ Ca. xxxix.
bach āno preterito rtu
lit abbi noſtro tētationē quā
dam ex triſtitia natā terribilē
ſatis ſic dicēs. In ꝓuintia no
ſtra quedam extitit puella no
bil' ac foꝛmoſa diuitūq3 filia.
Quā cū pn̄tes trādere vellēt ma
rito rēnuit illa dicēs. Non nu
bā alteri viro niſi ſpōſo celeſti
dn̄o meo Jheſu. Tandē virgis
ꝑtinatia parentes ſedati ꝓprie
illā reliquere voluntati. Que
Chriſto quaſi de victoꝛia gra
tias agēs cellam ſibi fieri fecit
in qua ab epiſcopo velata ꝛ re
cluſa ipſi ſoli ſola ſatis deuote
per dies aliquot ſeruiuit. Inui
dēs tm̄ te virtuti dyabol⁹ varijs
illam tētationibus conquaſſa
uit ꝛ veneno triſtitie innocuū
virginis pectus infitiens ſanā
infirmauit. Mox illa cepit va
rijs temtacōnibus fluctuare in
fide nutare de pſeuerantia deſpe
rare. Inuaſit eam ꝛ defect⁹ coꝛ
dis tabitudo coꝛpoꝛis. toꝛpoꝛ
in oꝛacōne doloꝛ de recluſione
Interim dū ſic pꝛiculoſe puel
la nutaret ſuprādictus abbas
oꝛdinis Cyſterciēſis cuius cu
re ab epiſcopo commiſſa fuerāt
viſitacōnis gratia aduenit et
q̄uo viueret vel q̄uo haberet in
q̄ſiuit. Rn̄dit illa. Male viuo
male valeo ꝛ q̄re vel ꝓpter quē
hic rcluſa ſū pꝛoꝛſus ignoꝛo.

Cui cũ abb̄ diceret ꝓpter deuꝫ
⁊ propter regnũ celoꝝ. Illa
reſñdit. Quis ſcit ſi deus ſit. ſi
ſint cũ illo ãgeli. anime vel reg
nũ celoꝝ? Quis iſta vidit q̃s
inde rediẽs viſa nobis manife
ſtauit? Huiuſcemõi ſmones
vt abbas audiuit totus cõtre
muit: cõuerſuſq; ad virginem
ait. Quid ẽ qd loqueris ſoror?
Signa cor tuũ. Reſpõdit illa
Ego loquor ſicut mihi videť.
Niſi videã iſta nõ credam. Ro
go vt ſinatis me exire qꝛ reclu
ſionẽ hanc diutius ſuſtinẽ nõ
valeo. Tũc abbas intelligẽs
ex immiſſiõe diaboli tã repenti
nã eſſe triſticiã ⁊ ex triſticia de
ſperacõem ait. Soror inimic⁹
glorie tue inuidens piculoſe te
tẽtat. tu ſta in fide viriliť age
⁊ cõfortetur cor tuũ: ⁊ ſuſtine
dñm. Amicis ⁊ cognatis cõtra
dicentib; tu ſanctã hanc elegi
ſti vitã: tu iſtam deſideraſti re
cluſionẽ. Que cum ſurda aure
mouẽtis ⁊ exhortãtis verba p
cipet rogauit eã abbas. vt ſal
tem ſeptẽ diebus ibi ſuſtineret
donec ad clauſtrũ iens ⁊ redi
ens denuo eã viſitaret. Qd vt
ꝑmitteret cum vix optinuiſſ;
ad monaſteriũ pgens piculũ
virginis fratrib⁹ expoſuit ⁊ vt
oꝛões ſpeciales p ebdomadã
pro illa deuote ad deũ funderẽt
õmibus p̃cepit. Ipſe vero in ꝓ
pria pſona q̃tum valuit dño
ſupplicauit p illa. Ebdomada
opleta reuſus ad eã ait. Quo
mõ habes filia? Reſpõdit illa.
Optime pať: nunq̃ melius.
Infra hos dies ſeptẽ plus ſum
letificata plus ꝯſolata q̃ ãn tu
um diſceſſuꝫ fuerim cõtriſtata
vel deſpata. Sciſcitãte eo cau
ſam ꝯſolacõis ait illa. Pater
oculis meis vidi de q̃bus dubi
taui. Poſt diſceſſuꝫ tuũ anima
mea de corpe fuit educta ⁊ vi
di aĩas beatoꝝ vidi premia iu
ſtoꝝ. Corpus autẽ meũ vidi
oculis anime in pauimẽto cel
lule mee ita exangue iacere ⁊
pallidũ ſicut herbã ſine ſucco
⁊ arefactã. Interrogata ab ab
bate q̃lis eſſet effigies anime
reſpõdit anima ſubſtantia ſpi
ritualis et in ſui natura ſperica
ad ſimilitudinẽ globi lunaris
ex õni pte videt. Quãdo vero
anime exiſtẽti in corpe angel⁹
ſiue aĩa apparet in lineamẽtiſ
corpeis ſe oſtẽdit. Quãdo aĩa
exiſtẽs in carne a carne libera ẽ
anime cõſimili ſicuti eſt appareꝫ
¶ Nouici⁹. Huic viſiõi ſatiſ
ꝯcordat qd abb̄ Morimũdi ſ
animã ſuam a mortuis rediẽs
ſimilẽ eſſe dixit vaſi vitreo ⁊ ex

omni parte oculatam sicut memini me dixisse in distinctione prima capitulo.xxxij. ¶ Monachus. Quoddam etiam retulit eadem sanctionialis de aduentu antixpi quod hic ponere nolo eo quod multi de illo prophetando decepti sint. ¶ Nouitius. Satis me terret quod dominus mentem tam sanctam tam mundam et virginalem tam immundis et tam nephandis temtationibus vexari permisit. ¶ Monachus. Incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius sicut audies de temtatione alterius cuiusdam sanctimonialis cuius temtatio tanto est periculosior quanto incertum est quali sit fine terminanda.

¶ Capitulum.xl.

Infra paucos menses quedam sanctimonialis femina prouecte etatis et magne vt putabatur sanctitatis a vitio tristitie in tantum est turbata a spiritu blasphemie dubietatis et diffidentie adeo vexata vt caderet in desperacionem. De hiis que ab infantia credidit et credere debuit omnio dubitare cepit nec ab aliquo induci potuit vt diuinis communicaret sacramentis. Quam cum interrogassent sorores necnon et neptis eius carnalis cur ita esset indurata? Respondit Ego sum de reprobis de illis scilicet que damnandi sunt. Quadam die commotus prior dixit ad illam Soror nisi resipiscas ab ista infidelitate cum mortua fueris in campo te faciam sepeliri. Quo verbo illa audito tunc tacuit sed verbum bene retinuit. Die quadam cum quadam ex sororibus nescioquo cerent ituri illa latenter post eas exiens ad littus moselle super quod situm est monasterium venit et cum nauis que sorores portabat amota esset de littore in fluuium se precipitauit. Hii vero qui in naui erant sonum aque mote audientes et respicientes corpus eius canem putantes nutu dei vnus cognoscere volens certius quid esset ad locum ocius cucurrit et vt hominem vidit flumen intrauit et extraxit. Tunc considerantes quod supradicta foret sanctimonialis iam pene suffocata territi sunt omnes et curam ei adhibentes postquam aquam euomuit et loqui potuit interrogauerunt eam dicentes. Quare tam crudeliter egisti soror? Respondit illa. Dominus iste digito priorem ostendens minatus est mihi quod me mortuam sepelire deberet in campo. Vnde magis elegi gurgitem hunc supernatando descendere quam bestialiter in campo sepeliri. Tunc ad monasterium illam reducentes diligentiorem ei custodiam adhibuerunt.

Ecce q̄nta malicia naſcatur de
triſticia. Femina iſta ab infan
tia nutrita ē in mōſterio. Vir
go caſta deuota rigida r̄ligio
ſa ⁊ ſicut mihi r̄tulit vicini mo
naſterij mgrā om̄es puelle ab
ea educate ceteris virginibus
magis ſūt diſciplinate magis
deuote. Spero tamē ꝙ deus q̄
multū eſt miſericors multiſqꝫ
modis electos ſuos temtat q̄
tā miſericorditer de flumine il
lā liberauit: priſtinos eius labo
res attēdens finaliter pire nō
ſinet. Multa tibi poſſeꝫ huiuſ
modi triſtitie exempla recēter
geſta referre: ſed timeo ꝙ infir
mis nō expediat talia legē vel
audire. ¶ Nouici⁹. Ego iā ſa
tis didici nihil fieri ſine ratiōe
forte ideo deus talia pmittit ne
aliq̄s q̄tumlibet ſit pfectus de
ſuis virtutib⁹ vel virtutū operi
bus p̄ſumat ſꝫ deo totū a quo
eſt bonū: velle poſſe facē ⁊ pfi
cere attribuat. ¶ Monachus.
Verū dicis. Idcirco vxor loth
inobediēs verſa eſt i ſtatuā ſa
lis vt ſit malis exemplū bonis
ꝯdimentū. ¶ Ca. xli.

Vix ſūt tres anni elapſi ꝙ
conuerſus q̄dam ex nimia
triſticia finalē incurrit deſpati
onē miſerabiliter. Loquēdo vel
ſcribēdo de huiuſmōi tragedijſ
nephādis inuitus exp̄mo no
mina locoꝝ vel pſonaꝝ ſiue or
dinis qualitatem ne p hoc ali
quā religioſis inferre videar ve
recūdiaꝫ. Idem frater bene mihi
fuit notus vir a iuuētute vſqꝫ
ad ſenectutē laudabiliter ⁊ ſi
ne q̄rela inter fratres cōuerſa
tus. Ita vt nullus illo videret̄
in ordinis obſeruacōne diſtri
ctior ⁊ in virtutib⁹ ſupior. Ra
ro loq̄batur raro in dultis ſo
lacōibus vtebatur. Neſcio q̊
dei iudicio ita triſtis ⁊ puſilla
nimis effect⁹ eſt vt tm̄ de pecca
tis ſuis timeret ⁊ ōino de vita
et̄na deſparet. Non quidēꝫ du
bitauit in fide: ſꝫ tm̄ deſpauit de
ſalute. Nullis ſcp̄turaꝝ aucto
ritatib⁹ poterat erigi. nullis ex
emplis ad ſpē venie reduci mo
dicū tamē credit peccaſſe. Cui
cūꝫ fratres diceret̄ quid habe
tis vn̄ timetis quare deſpatis?
Rn̄dit. Nō poſſūꝫ dicere ſicut
ꝯſueui oratiōes meas ⁊ ideo ti
meo gehennā. Quia triſtitie
vitio laborabat idcirco accidi
oſus erat ⁊ ex vtroqꝫ nata eſt
in corde eius deſpatio. Poſitus
in infirmatorio q̄dā mane ad
mortē prepatus ad magiſtrū
ſuū venit dicens. Non poſſum
diuci⁹ contra deū pugnare. Il
lo verba eius min⁹ conſiderāte

ad piſcinā monaſterio ꝓximā
abijt ⁊ in eā ſe p̄cipitans ſuffo
catus eſt. ¶ Ca. xlij.

In alio quodā mōſterio ſācti
monialiū anno p̄terito ſimilis
pene caſus otigit licꝫ cauſa im
pellēs diſſimilis fuerit. Puella
quedā ſic̄ mihi retulit quedā
ſanctimonial' eiuſdē ordinis
a quodā homine miſero habi
tu q̄dem religioſo nō animo ita
magicis artib9 eſt demētata vt
tētationes ab illo cōceptas ſu
ſtinere nō poſſꝫ. Nemini tamē
ſuā paſſionē apire voluit ſꝫ ſo
lūmodo dixit. Exire volo. qꝛ pe
nitet me huc veniſſe. Que dum
exire nō pmitteret' triſtitia vr
gente in puteū ſe nullo vidēte
precipitās extincta ē. Quā dū
vbiqꝫ quererēt nec inuenirent
recordate ſunt q̄dam ſorores
eā dixiſſe ego ſuffocabo me in
puteo. Queſita ē ibi ⁊ inuēta
ſꝫ mortua. Eodē tempe q̄dam
homo miſerabil' alterius cui9
dam mōaſterij ſanctimōialē
ſimili ext̄xit malitia ⁊ impreg
nauit que in ſeculo mortua ē.

¶ Capitulū. xliij.

Ante hos ānos tredecim
cōuent9 noſter veniēs de
meſſione cū nauigio rhenum
aſcēderet ⁊ in villā Colonie vi
cinā que Rodinkirge dicitur
veniret iuuencula q̄dam in ip
ſa hora vitā finierat adhuc ia
cēs in terra. De qua dicebatur
ꝙ a quodā viro genuiſſꝫ pro
lem ⁊ qꝛ ab eo fuerat repudia
ta ex triſtitia vehementi talem
ſibi inflixerat mortē.

Ante illud ¶ Ca. xliiij.
tēpus adoleſcens q̄dam
Colonie veſtes ſuas deluſerat.
Pro quo infortunio ita triſtis
effect9 eſt vt ſolariū dom9 ſue
aſcēderet ⁊ laqueo vitā finiret
vides nūc ꝙ piculoſa ſit triſti
tia que nō eſt ſcd̄m deum. ¶
Nouiti9 Quid ſenciēdū eſt de
animab9 iſtoꝝ. ¶ Mōach9
Si ſola triſtitia ⁊ deſpatio nō
freneſis aut mētis alienatio in
cauſa fuerit. haud dubium q̄n
damnati ſint. De furioſis ⁊ fa
tuis in q̄bus ratio non viuit q̄
ſtio non ē q̄n ſaluent' quocū
qꝫ modo moriātur ſi tn̄ prius
habuerūt caritatē. De ſup̄di
cto dūſo q̄dam vir ſapiēs q̄ il
lum bn̄ nouit me audiente ſic
ait. Non credo ꝙ vnq̄ pfecte
fecerit cōfeſſionem ſuam deus
enī iuſtos ⁊ timētes ſe licet ex
eis aliq̄n̄do quoſdā iuſto ſuo
iudicio pmittat in ſenſu picli
tari nō tamen illos ſinit tā mi
ſerabili morte finiri. Ecce exem
plum. ¶ Capi. xlv.

IN ſaxonia ciuitate Brunſwich miles q̄dam nobilis fuit noīe Baldewin9 eiuſdē ciuitatiſ ad uocatus Iſte inſpirā te deo ſecu lū deſerens in domo quadā or dinis noſtri q̄ relaxhuſen dici tur habitū ſuſcepit. Qui toto anno pbacōnis ita ſibi rigid9 extitit vt tam ab abbe q̄ꝫ a ma giſtro ſuo ſepe argueretur. Fa ctus vero mōchus tāti fuit fer uoris vt non ſufficerēt ei cōmu nia: ꝑmmo etiā cōmunibus ſu padderet multa ſpetialia a pre poneret ꝑuata. Ceteris q̄eſcē tibus ipē laborauit. alijs dormi entib9 ipſe vigilauit. Tandēꝫ ex nimijs vigilijs a labore exſic cato iā cerebro tantā capitis i currit debilitatē vt nocte qua dā anteq̄ꝫ conuētus ad matuti nas ſurgeret oratoriū intraret formā nouitiorū aſcenderet a fune cāpane collo ſuo circūli gata deſilirꝫ ipſāqꝫ campanā mole corpis trahendo crebris ictibus pulſaret. Territus cu ſtos feſtinauit in oratoriū ſed multo ampli9 territus eſt: dū ſic pendere videret monachū. Accurrēs tamē funeꝫ incidit a adhuc palpitantē a pene ſtrā gulatū depoſuit atqꝫ refocilla uit. Ab illo tempe nūq̄ꝫ ſenſuꝫ priſtinū recupare potuit. Ad huc dicit̄ viuē: nec eſt ei cure quid vel quā do comedat ſi ue q̄ꝫ diu dormiat. Sic quādo qꝫ de indiſcreto feruore naſcit̄ vi tiuꝫ accidie. ¶ Nouiti9. Dictū eſt ſupius de accidia ſiue triſti tia etiā naſci puſillanimitatē. hec nō videtur mihi eſſe vitiū.

¶ Mōchus. Arbor mala nō poteſt facere fructū bonū. Licꝫ puſillanimitas ceteris filiab9 accidie ſiue triſtitie minor vide atur eſſe malitia: ſatis tamē tē tatio illi9 eſt piculoſa. ipſa cō uerti volentes ad bonā vitā ſe pe auertit: cōuerſos ne ꝓfitiāt impedit. ¶ Nouiti9. Da exem plū. ¶ Ca. xlvi.

ABbas quidā nigri ordi nis mō monach9 in ordi ne noſtro narrauit mihi q̄ꝫ ma giſter quidā Pariſieſis ad or dinē noſtrū venire deſiderās ſi lentiū primi āni ex quadā pu ſillanimitate mētis ita timuit vt ordinē nigrorū intraret ibi qꝫ probacōnis annū cōpleret Qui mox vt factus eſt mona chus dixit ad cōuentuꝫ. Grās ago vobis dn̄i mei de bn̄ficijs m̄a vobis exhibitis. qꝫ ad qđ veni hoc apđ vos expleui Mo do cū licētia vr̄ī migro ad or dinē ciſtertienſē. Non enī veni vt vobiſcū manerē: ſꝫ vt inter

vos tẽtationes quas timui mi-
hi temparẽ. Veniẽs q3 ad quã
da3 domũ ordinis noſtri nõ vt
nouitiꝰ probationẽ intrauit ſ3
hitũ tm̃ mutauit. ¶ Ca. xlvij.

Recordor nũc cuiuſda3 vi
ri valde litteati ꝛ cuiuſdã
nobil' eccleſie p̃lati. Huic cũ
nup dicerem quare nõ venitis
vt q̃d ta3 diu exſpectatis? Rñ
dit mihi. Nõ audeo intrare in
tẽtationẽ. diſtrictionẽ ordinis
tẽtatiõem appellãs. Ex multo
enĩ tempe volũtatẽ habuit ve
niẽdi ad ordinẽ ſ3 quada3 pu
ſillanimitate impeditꝰ eſt vſq3
adhuc. Huic cõgruit illð Sa
lomõis. Qui obſeruat ventũ
nũq̃ ſeminat. ventꝰ eſt tẽtatio
ſeminatio cõuerſio. Qui nimiſ
tim3 in ordie temtari vix pote
rit ad ordine3 conuerti. Noui
plures in ſeculo tã clericoꝝ q̃
laycoꝝ q̃ a multo tempe votũ
fecerũt nec tamẽ audẽt conuer
ti timore tẽtationũ. Semp an
te oculos habent tẽtationes ſ3
nõ ꝯſiderãt m'ltimodas q̃ in or
dine ſũt conſolatiões. Ecce ex
emplũ. ¶ Ca. xlviij.

Retulit mihi Daniel abb
ſconauie militẽ quendã
honeſtũ ꝛ in militia nominatũ
in cãpo factũ fuiſſe monachũ.
Hic cũ aliũ quendã militẽ eq̃
in armis ſtrẽnuũ in ſeculo ami
cũ habuiſſ3 ꝛ die q̃dam ad cõ
uerſionẽ eu3 hortatus fuiſſ3 rñ
dit ille m̃gne puſillanimitatiſ
verbu3. Vere amice. ego forte
venirẽ ad ordinẽ ſi nõ eſſ3 vna
res quã timeo. Interrogãte mõ
cho q̃ nam eſſ3 res illa. Rñdit
miles. vermiculi veſtimẽtorũ.
Pãnus enĩ laneus multos ver
miculos nutrit. Tũc ille ſubri
dẽs ait. Ocb forte militẽ. Qui
in bello dyaboli nõ timuit gla
dios in militia xp̃i timere debet
pediculos. Auferẽt tibi nũc pe
diculi regnũ celoꝛu3? Ille licet
ad hec verba tũc tacuerit tẽpe
tamẽ modico emẽſo effectu re
ſpõdit. Nam ꝛ ordinẽ tam ver
bis q̃ exemplo illiꝰ prouoca
tus intrauit. Cõtigit vt poſtea
hij duo cõuenirent Colonie in
eccleſia beati Petri. Monachuſ
vero cãpenſis cũ alterum regu
lariter ſalutaſſ3 ſubridẽs adie
cit. Quid eſt frat'? Times ne
adhuc vermiculos? Ille bene
recordãs vnde talis interroga
tio haberet originẽ ꝛ ipſe ſub
ridendo reſpõdit. verbũ bonu3
ꝛ memoria dignu3. Crede mi
hi frater ꝛ hoc pro certo ſcias
qꝛ ſi eſſent omẽs vermiculi om
nium monachoꝛu3 in vno corpe
non me de ordine morderet.

Quo verbo audito ille multuꝫ edificatus eſt multis ad edifi cationē recitans· Vides qn̄te fortitudinis ſit fact9is qui an̄ cōuerſionē nimis fuerat puſil lanimis· Nō hoc niſi ex diuinis cōſolacōnibus que ſūt in ordine Hec de hijs dcā ſint quos viti um puſillanimitatis ne dubitan tur auertit· Nunc audi aliqua exempla de hijs quos poſt cō uerſionē ne proficerent tētauit ⁊ impediuit· ¶Ca·xlix·

Scolaſtic9 ſancti Andree in Colonia Godefridus cū eſſet vir debilis ⁊ decrepite etatis ad ordinē cū multa ani mi inſtātia venit· Ego vero cuꝫ ipſo in ꝓbatiōe fui De quo eti am plurima q̄bus vexabatur temtationū genera vidi ⁊ au diui· Die quadā cuꝫ ad chorū feſtinaret ⁊ cappā ſuā induere conaret̄ dyabolus conatū ei9 impediuit cappāqꝫ fortiter ex traxit· Tandē poſt nō modicā fatigationē ad ſe reuerſus: a dy abolo ſe ipediri cōſiderās: cap pā induere ceſſauit et ſignās ſe fugauit inimicū nec aliq̄d de inceps paſſus eſt impedimen tū· Cū iam ad finē tenderet an nus ꝓbacōnis cepit ei dyabo lus ad mētē reducere diuerſa que in ſeculo habuerāt cōmoda ꝓponere etiaꝫ plurima q̄ in or dine eſſe videtur incōmoda pō dus videlicet veſtimētorū lon gas vigilias ⁊ ſilentiū· calorē in eſtate ⁊ frig9 in hyeme r̄gu lare ieiuniū ⁊ tenuē dietā ⁊ ce tera huiuſmōi ſimilia· In quo rū omniū conſideratione ita pu ſillanimis effect9 eſt vt omino de pſeuerantia deſparet ⁊ dixit mihi· Non putabā ordinē tan te eſſe diſtrictōis· vſqꝫ ad hoc temp9 eſtimaui qđ minuti car nes comederēt ⁊ qđ mōachi ſi ne cucullis ſuis dormirēt Peni tet me huc veniſſe· Propoſituꝫ meū eſt vt p memetipſū cantē in eccleſia mea in Verliſheim· cuius paſtor ego fuꝫ que ſatis male mō locata eſt: et ſpero p dei gratiā q̄ honeſte ⁊ ſine q̄re la r̄gere debeā in ea plebē mihi cōmiſſaꝫ· Cui r̄ndi· Temtatio dyaboli eſt q̄ vos ſub ſpē boni eijcere conat̄· Tūc ait· Si iſtđ nō eſt bonū reuertar ad prebē daꝫ meā ⁊ in ābitu clauſtri ca merā aliquā mihi eligā vbi tā canonice viuā vt alij exemplo meo edificētur· Chorū frequē tabo ⁊ quicq̄d mihi ſbtrahere potero paupib9 erogabo· Ad qđ iterū reſpondi· Et hoc cōſi liū diaboli eſt· Si reuerſus fu eritis ōibus eritis deriſui ⁊ q̄

hec ſuaſit in peccata pˢſtina voſ p̄cipitabit. Sic eo fluctuāte cū die quadā ego ad latus ei9 ſederē ⁊ verba conſolacōis im penderē codiceʒ pſalmorū arri puit apuitq̄ ait. Videam9 q̄d de me dicturi ſint frēs mei ſi re uerſus fuero. p̄mus autē verſi culus q̄ occurrit iſte eāt. Adū ſum me loquebātur q̄ ſedebāt in porta ⁊ in me pſallebāt qui bibebant vinū. Staticqʒ excla mauit. Verū prenoſticū. Ego inq̄t tibi exponam propheciaʒ iſtā. Si rediero ad ſanctū An dreā concanonici mei quotiēs in porticu eccleſie ſue ſedebunt ipſi aduerſus me loquētur me iudicantes ⁊ de ſalute mea di ſputātes. Noctib9 vero quan do ſedebunt ad ignem ⁊ vaca būt potationib9 ero pſalmus eorū. Sicqʒ dei miſericordia ad mentē reductus ⁊ a ſe cōforta tus monachus effectus eſt ⁊ nō multo poſt in bona cōtriti one defunctus migrauit ad do minum. ¶ Capitulū. I.

Rener9iam dicte eccleſie ſancti Andree ſcolaſtic9 ⁊ fratris Godefridi ſucceſſor cū poſt eius morteʒ fieret apd nos nouiti9 in tm̄ cepit varijs temtacōibus vexari ⁊ turba ri vt puſillanimis effectus die quadaʒ dn̄o Geuardo abbati diceret. Nō poſſum hic diuti9 manere qr nec ordineʒ valeo diuti9 ſuſtinere. Queʒ cū inter rogaſſʒ quo vultis ire? Rn̄dit ille. Ad prebendā meaʒ opor tet me redire. Tūc abbas qua ſi vir prudēs quandā ſeuerita tem ſimulans cepit neſcio ad quē clamare. Afferte mihi ſecu rim. Cui cū diceret nouiti9 q̄d debet ſecuris? rn̄dit. vt precidē tur pedes veſtri. Credite mihi magis volo vos ſine pedibus ſemp paſcere q̄ꝫ vos ſinā abiē ⁊ ꝯfundere domū noſtrā. Tūc ille ſubridens ait. Melius eſt vt maneā. Sicqʒ per verba io coſa ceſſauit temtacō ſatis du ra. ¶ Nouiti9. Vt cōſidero no uitius facile temtatur ⁊ facile ſanatur. ¶ Mōachus. Hoc plenius ſcies in ſequēti capitu lo. ¶ Capitu. II.

Nouicius quidaʒ cum in Hēmenrode ſatis tranq̄l le annū peregiſſet probacōis ⁊ volūtate ſtabilitatis expreſ ſa in capitulo radendus eſſet in mōachū. atqʒ is qui eū radere debebat raſoriū in corrigia cor rigeret dyabolus eadem hora ſic iuuenē cōtriſtauit ſicqʒ pu ſillanimē reddidit vt mutato animo raſoreʒ nō admitteret.

Quo viſo dn̄s Hermānꝰ ab
bas loci ſancte Marie tūc ibi
de prior ſimulata quadā iocū
ditate accurrit. collū iuuenis
vtroqȝ brachio ſtrinxit et q̄a
eadē triſtitia ex immiſſiōe eſſet
dyaboli dōcēs fluctuantē otiꝰ
ad tranq̄llitatē ꝑduxit. Tem
tacōne vero ſedata mox adole
ſcentis facies nō ſine aſſiſtenti
um admiracōne eſt ſerenata ⁊
ꝑmiſit ſe radi. Sicut mihi ret
tulit iā dictus abb̄ ita vultus no
uicij ſubito fuerāt imutatus vt
nigredo maxillarū ⁊ tremor la
biorꝫ ſatis oſtēderent q̄d corde
cōcepiſſet. Nouitius. Ecce
iſtd eſt qd iā dixi: qꝛ nouicijs
tētatio facile veniat ⁊ facile re
cedat. Mōchus. Quedam
temtacōnes nouitiorꝫ tā dure
ſunt ⁊ tā valide vt illas opꝛſcē
valeāt non verba nō exempla
ſed ſola potētia atqȝ cōſolatio
diuina. Ca. iij.

Nouitiꝰ quidā tempe ꝓ
bacōnis ſue ex quadā tē
tatiōe dyabolica quā nūq̄ an
te ꝯuerſionē ſenſerat grauiſſiē
turbatur. Erat enī eadem tēta
tio de incarnatiōe verbi non qꝛ
de illa male ſentiret: ſꝫ diabolꝰ
per ſpiritū blaſphemie feruorē
mētis illius nitebatur extingue
re. vt dū de ea dubitaret tātos
ꝓ Chriſto ſubire labores recu
ſaret. Die quadā cū ſtaret ad
primā in choro nouitiorū cōtra
altare ꝯtēplatus eſt oculꝭ cor
poreis ymaginē crucifixi in ae
re venire ad ſe ac ſi diceret. Qua
re dubitas? Reſpice in me Ego
ſū ille q̄ natus ⁊ paſſus ſum ꝓ
te. Per aliquā horā an̄ faciē eiꝰ
ꝑdēs erat ipa ymago. quā tm̄
videre potuit ab vmbilico ⁊ ſu
pra. Interrogatꝰ a me ſi ſciret
q̄d hoc ſignaret reſpōdit. Dn̄s
mihi cōtulit gratiā illam: vt ni
hil īpudicū ⁊ qd ledere poſſit
verecundiā meam cogitaē poſ
ſum de illo. Et ideo intellexi qꝛ
tm̄ partes corpis ſui ſupiores
nō inferiores mihi oſtēdere dig
natus eſt. Ab eadē hora omnis
illa ceſſauit tētatio. quā ante
nulla confeſſio nulla ſanaē po
tuit oracō. Et licꝫ iam dicta tē
tatio ceſſauerit nō tamē temta
tor ceſſauit. Quē enim deijcere
nō potuit ꝑ blaſphemiā fugāe
conatꝰ eſt ꝑ accidiā. Nam per
plurimos dies q̄tiens ire debe
bat ad eccleſiā ad horas cano
nicas. veniſſetqȝ ad oſtium cel
le ſenſibilit̄ ⁊ tam grauiter ſca
pulis dyabolus illū depreſſit:
vt ꝯpelleretur reſidere ⁊ q̄eſce
re. Factuſqȝ monachꝰ tam for
tis ⁊ tam feruens eſt in ordine

effectus vt tedere neſciret qua
cūq; ſpecie accidie impugna
tus. ¶ Capi. liij.

Abbas Philipp9 de Ottir
burg ꝛ̄tulit abbi noſtro
de quodā ſuo nouitio tētatio
nē ſatis grauē ⁊ ſola dei reuela
tiōe ſedatā. Cum em̄ idē noui
tius tā grauit' eſſet tētatus vt
a nullo hominū poſſet ꝯſolari
⁊ firmū cepiſſet ꝓpoſitū recede
di eadē nocte qua de mane ad
ſeculū redire voluit tale ſōmū
vidit. Viſū eſt ei ꝙ ſtaret an̄
oſtiū porte de qua duas hinc
inde ꝯſideravit vias exire. Vna
ex illis vergebat ad dexterā al
tera ad ſiniſtrā vtraq; tn̄ duce
bat in ſiluā oppoſitā. Stante
nouitio in biuio cū dubitaret
quā illarū eligeret ſenē q̄ndā
cōmin9 ſtare ꝯſpexit. Cui ſic
ait. Bone vir ſi noſti oñde mi
hi que ex hijs duab; vijs ſit re
ctior ad ambulandū ꝯmodi
or. Ad qḋ ille r̄ndit. Ego ple
ne ⁊ bn̄ te expediā. Via hec q̄
eſt a dextris ī nemore p breue
ſpatiū ſpinoſa eſt ineq̄lis luto
ſa et aſpera poſtea ſeq̄tur cam
pus ameniſſimus longus pla
nus varijſq; florib9 decoratus
Via vero q̄ eſt a ſiniſtris in ſil
ua q̄dem ꝯmoda eſt plana ſic
ca lata ⁊ bn̄ trita ſatiſq; delici
oſa ſꝫ nō longa. Cui campus
mox ꝯtinuat' longus ſcopulo
ſus luto ſus ⁊ aſprimus etiā ip
ſo viſui horrēdus. Ecce totū p̄
dixi tibi qḋ cūq; volueris elige
Hoc dicto nouiti9 expergefa
ctus eſt nō dubitans viſionē
ꝓpter ſe factā vtpote bene ſue
tētationi ꝯgruentē. ¶ Noui
tius. Velle ſcire interp̄tacōem
hui9 viſionis. ¶ Monachus.
Via ad dexterā vitam ſig̈t mo
naſticā ⁊ ſpūalem via ad ſini
ſtrā vitam ſecularē atq; carna
lem. Silua p̄ſens vita eſt in q̄
more arboꝝ hoies creſcūt p eta
tē ⁊ ſuccidūtur p mortē vtriq;
vita breuis ē ſiue mōaſtica ſit
ſiue ſecularis Illa in p̄nti ſpino
ſa eſt p rigorē ordinis ineq̄lis
p multimodā temtacōnē luto
ſa p humilitatē ſubiectōis an
guſta p raritatē volūtarie pau
ptatis. Anguſta ē via que du
cit ad vitā que p dexterā deſig
nata eſt. Cāpus vero longus
⁊ amen9 padiſus ē quā p mł
tas tribulacōnes oportet nos
introire. Ecōtra Vita ſecularis
atq; carnal' quā ſiniſtra deſig
nat eo ꝙ ad ſiniſtrā Chriſti in
ſe grēdientes ducat cū hedis iu
dicādos in p̄nti ꝯmoda eſt ob
carnis neceſſaria plana ꝓpter
ꝓſpera ſicca ꝓpter inobediētiā

lata ⁊ bñ trita eo ꝙ multi am
bulēt p̱ eā. delitioſa ꝓpter cōcu
piſcentiā oculoꝝ. In hūc mo
dū viſū interpretans a temta
tione apoſtaſie libꝛatus eſt at
ꝗꝫ a puſillanimitate ſpūs ⁊ tē
peſtate. ¶ Nouiti⁹ Satis eſt
mirabile ꝙ deus tā efficacit' ſpi
ritū inſtruit hominis dormiētis
¶ Monachus Recordor nūc
cuiuſdā nouicij vigilādo qui
dē ſatis tētati ⁊ p̱ viſū noctur
nū nō minori virtute ab eadē
temtacōne liberati. ¶ Ca. liiij.

Una domus ē ordinis no
ſtri in flādria ſita cuius
mentionē feci in diſtinctōne p̄
ma capitulo ſexto In hac ante
nō multos annos miles q̄dā
nobilis Berard⁹ nomie de ca
ſtro tumo oriūdus conuerſus
eſt. Cūq; nouiti⁹ in choro no
uitioꝝ ſtaret ⁊ clamores mōa
choꝝ in choro ſupiori ſuper ca
put ſuū cantantiū freq̄nter ex
cipet tētari cepit Amplius tn̄
caput eius turbabat' quotiēs
alleluya cātabat'. In illo max
ime voces exaltai ſolēt ⁊ fact⁹
ex hoc puſillanimis acceſſit ad
priorē ⁊ ait. Dn̄e prior caput
meū doleo nec diutius tm̄ cla
morē ſup caput meū tolerare
potero. Cui p̄or verba quedā
conſolacōnis impēdit. ſ; paru
illi pfuit. Nocte q̄dā cū maxi
me de hoc nouiti⁹ temtaretur
vidit ſe in ſomnis a q̄buſdam
militib⁹ aliquando inimicis ſu
is vndiq; vallatū nec aliq̄d
refugij ſupeſſe ſubſidiū. Cū
q; putaret ſe celerius eſſe capi
endū vel interfitiendū clama
uit ad dn̄m dicens. Dn̄e librā
me in hac hora Et circūſpitiēs
mox vidit exercitū candidato
rū de longe venientē ſibiq; in
auxiliū properantē. Signifer
autē qui p̄cedebat pro ſigno
militai alleluia finalit' clama
uit crebro id repetēs qua voci
feratiōe hoſtes territi ⁊ diſp̱ſi
fugā inierūt nouitiū ſolū relin
quētes. Qui exp̱ge factus nō
ſolū gauiſus eſt ſe fuiſſe libera
tū ab eis qui eū circūdederāt in
nocturna viſiōe: ſ; qd̕ magis
eā angebat predicta videlic;
temtacōne. Mane accedēs ad
priorē dixit ei ſatis hilarit' Ro
go vos dn̄e prior vt adhuc al
tius et forti⁹ cantetis alleluia
ſup caput meū. Nō me ammō
turbabit clamor diuine laudis
⁊ recitauit ei viſionē p̱ ordinē
Iſta nobis retulit ſancte recor
dacōnis walter⁹ de Birbach
qui eundē Berardū vidit ⁊ ag
nouit. Nouiti⁹. Puto etiā nō
nullos monachos de apoſtaſia

temtai. ¶ Monachus. Multi
de ea tētantur ꝗ viriliť reluctā
tur. Aliȷ̈ tētantur vt tā volun
tate ꝙ̄ ope proꝛſus ſupantur
Quidā vero tētantur ꝗ cōcep
ta volūtate diuinis reuelacōni
bus ſiue ordinatiōe ante caſū
ſuo caneť. Nō nulli vero flagel
lis cohibētur. ¶ Nouiti⁹. De
hiȷ̈s mihi dicas exempla. ¶
Monachus. De p̄mis ꝗ ſecūdis
qꝛ tētatio eorū ſatis eſt viſita
ta nō eſt neceſſe tibi dicere exē
pla. De nouiſſimis vero tibi di
cā qđ audiui. ¶ Ca. lv.

MOnach⁹ quidā de Ottur
burg teſte domino Phi
lippo abbe eius q̄ hec retulit tē
tacōnes incurrit vt redire ꝓpo
neret ad ſeculū. Nocte q̄dam
cū ſtaret in choro ꝗ mēte tracta
ret qn̄ vel quō de monaſterio
exiret p̄ tedio cantare nō potu
it. In laudib⁹ vero dū canticū
ſancti Abacuc pſallerēt eo ꝙ
eſſet ſexta feria iā dictus abbas
ad excitandū fratres circuiuit
Qui cū veniſſꝫ ad monachū illū
fluctuantē et nō cātarꝫ putās
eū dormiē ſe ad illū inclinauit
et verſiculū q̄ eadē hora pſallē
dus erat in aurē vigilātis forti
ter clamauit dicēs. Egredieť
diabol⁹ an̄ pedes eius. Qua vo
ce audita ſatis territus ē ille pu
tās abbatē ꝑ aliquā reuelatio
nem cogitacōes ſuas peruerſas
ſcire q̄bꝫ tā manifeſte ſentētia
ꝓphetica viſus eſt rn̄dere. Nec
aliť intelligēs verba ꝓphete ꝙ
de ſe facta timuit maledictōnē
eius ſi abiret incurrē ꝗ dyabo
lū itineris ſui ducē habere. Sic
qꝫ virtute diuina reuocat⁹ a ma
lo ꝓpoſito ſtabilis fact⁹ eſt ꝗ
mirat⁹ eſt abb vt intellexit.

SAnctimonia ¶ Ca. lvi.
lis q̄dam circa p̄ncipiū
ꝯūſionis ſue ſicut ipſa mihi re
tulit tā grauiť temtata fuit vt
doleret ſe veniſſe ad religionē.
Reduxit ei an̄ corđ oculos dy
bol⁹ delicias ſecli q̄s dimiſeāt ꝓ
nuria mōſteriȷ̈ quā ſuſtiebat
ꝗ cepit ex hoc grauiter tētai ꝗ cō
triſtai. Que cū tētationes diu
tius ſuſtinere nō poſſꝫ nocte q̄
dā voti ſui immemor de lecto ſur
gēs ꝗ de mōſteio egredi volēs
ad oſtiū quoddā qđ ad cimi
teriū ducit venit vt trāſilito mu
ro ad ſeculū iret. Nutu dei ſem
ēvt in ſupiori limie tam fortiť
capite impingeret vt cōcuſſo ce
rebro retroꝛſū caderꝫ ꝗ diu q̄ſi
exaīs iacēt. Tandē ad ſe reuſa
ait. Quo vis ire miſeā? Rđ dia
bolo debuiſti h⁹ exſoluiſti. Re
uerteren c in clauſtꝛ tuū qꝛ n̄
eſt volūtas dei vt vlꝙ vadas.

Vides: q̄ miſericorditer deus
ſuos ɔſeruet· nūc p ſomnia· nc
p quedā preſagia· nūc per fla
gella· Ex hijs ſatis poteris col
ligere q̄ quedā; nouitioꝝ tē
tacōnes necnō ⁊ monachorū
nō verbis hūanis ⁊ exemplis
poſſint curari ſ; ſola dīna virtu
te· Hec tibi dicta ſufficiāt de tē
tacōibus accidie vel triſtitie·
Vis nūc aliqua audire exem
pla de auaritia? ¶ Nouitius·
Volo ⁊ deſidero ⁊ hoc vitio nō
ſolū ſeculares ſ; clauſtrales ſa
tis tētantur· vn̄ peto vt idē; vi
tium mihi deſcribēs filias eius
enumeres ⁊ ſic exempla ſubiū
gas· ¶ Ca· lvij· ¶ Mōchus
Auaritia ē glorie ſeu q̄ſtuli
bet reꝝ inſatiabil' ⁊ inho
neſta cupido· Hoc vitiū alio
nomine vocat' philargia· Vi
detur tamē int' hec duo aliqua
eſſe differētia q: auaritia eſt im
moderatus appetit⁹ habēdi om
niū reꝝ· philargia vero p quā
ſingulari appetitu pecunie col
ligēde frena laxātur· Auaritie
aūt filie ſūt fallatia· proditio·
piuria· inq̄etudo· violētia ⁊ ɔtra
miſericordiā obduracōnes cor
dis· Auaritia in duob⁹ ɔſiſtit
in acq̄rendo ſcilicet ⁊ retinēdo
De cui⁹ malitia p Salomonē
dicitur· Conturbat domū ſuā

q̄ ſectatur auaritiā· Dn̄s volēs
Zacharie oñdere vnde maxi
me procederēt mala mūdi oñ
dit ei amphorā p cuius amplū
os intelligeret cupiditatē Ip
ſa in eodē ꝯplexta dicta eſt ocu
lus in vniūſa terra· Scd; apo
ſtolū· Radix omniū maloꝝ
eſt auaritia· Per cā non ſolū tē
tantur pſone ſecul ares ſ; etiā
ſpūales Jacob regredientē ad
terrā natiuitatis ſue· ſecut⁹ eſt
Laban· volēs eū retinere· Quē
cū retinere nō poſſ; ait· Ad tu
os ire volebas cur furat⁹ es de
os meos· Jacob q̄ interp̄tatur
luctator vel ſupplantator ſigt
virū monaſticū qui eſſe debet
ſupplātator vitioꝝ Laban ve
ro q̄ ſonat candidus deſignat
mundū· Contigit freq̄nter vt
aliq̄s mundū p ɔuerſionē de
ſerat nec tamē cōnūſus ab aua
ritia cor ſuum cohibeat· huic iu
ſte mūdus inſeq̄tur ⁊ dicit· De
ſiderio erat tibi dom⁹ patris tui
id eſt pr̄ia celeſtis cur furatus
es deos meos? Ac ſi dicat Cur
ſectaris auaritiā? De auro ⁊ ar
gēto q̄d relgioſi ſatis appetūt
ydola ſūt· Nō ergo ſine cauſa
auaritiā ydoloꝝ ſeruitutē vo
cat ap̄ls· Rachel que interp̄ta
tur vidēs deū· aīa eſt religioſi
que dū mūdi huius diuitias

cõcupiſcit quaſi ꝑ̃cola ſb̃ ſtrã
mẽtis abſcõdit. Omnia ei cor
pis neceſſaria q̃ mõachis regu
la concedit quia vilia ſũt ſtra
mẽta dici poſſunt. ¶ Nouiti9
Sepe ordo noſter a ſecularib;
de auaritia iudicat. ¶ Mona
chus. Quod illi auaritiã hoc noſ
dicim9 eſſe ꝓuidentiã. Omnes
ei hoſpites ſupueniẽtes ex mã
dato regule tenem̃ ſicut Chri
ſtũ ſuſcipere. Quib; ſi negaret
hoſpitalitas q̃ mõ ordĩe iudi
cãt de auaritia tũc forte ampli
us eundẽ iudicarẽt de impieta
te ꝛ imiſericordia. Pene nulla
dom9 eſt ordis que nõ ſit ob
ligata debitis tum ꝓpter hoſpi
tes ꝛ paupes tũ ꝓpter eos qui
quotidie ouertũtur ꝛ ſine ſcã
dalo repelli non pñt vt enĩ di
ſpenſatores noſtros excuſem.
non de toto ſ; de tãto ſepe hac
neceſſitate oportz illos velint
nolint auere. Quãta pena vitiũ
auaitie in p̃ſenti ſiue in futuro
plectatur vel q̃ta gloria ꝛ fru
ctu diuitiarũ contẽptus in pñ
ti etiã remunẽtur q̃buſdã tibi
oñdam exẽplis. Magna erit
eius gloria in futuro.

¶ Capitulũ. lviij.

Miles q̃dam Ceſarius no
mine de prima villa win
tere ouĩidus frẽm habuit car
nalẽ noĩe Wirinmoldũ Bun
neñſis ecc̃e decanũ. Iſte eidẽ Ce
ſario accõmodauerat de pecu
nia eccleſie. xx. marcas Colon
enſ monete. Mortuo decano
p̃poſitus et frẽs militẽ qr pecu
niã ſibi commodatã reddere recu
ſauit ymo qd̃ deteri9 erat om
no negauit qr illũ teſtibus cõ
uincere nõ potuerũt iurare cõ
pulerunt. Miles vero ſtimula
tus auaitia iurauit ꝛ piurauit
equũ aſcendit ꝛ abijt ſ; manũ
dñi effugere nõ potuit. Cũ aũt
cõpleſſ; mediũ vie ire volens
ad domũ ſuam ꝓcedere nõ po
tuit. Nã ꝓpter auaritiã q̃ radix
eſt omniũ malorꝫ dñs greſſu;
illius in terra fixit ꝛ qr mẽtitus
fueãt lingue cũ offitio p̃uauit
Senciens ſe ille iuſto dei iudi
tio nõ poſſe loqui neq; ꝓcede
re vel ſaltẽ Bunnam redire ſan
ctum Abrahã patriarchã qui
tũc ei in mentem venit ſatis de
uote inuocauit dicẽs. Sancte
Abrahã ſi tuis meritis cũ offi
tio ligue greſſũ recepero mor
Bunnam reuẽtar ꝛ fratrib; ſuã
pecuniã reſtituã. Statĩ vt hec vo
uit loq̃ cepit greſſũq; recepit
pecuniã reddidit ꝛ de periurio
pñiam egit. Hec idẽ Ceſarius
retulit abbi nr̃o vir q̃dem ſim
plex ꝛ ſatis bñ morigeratus.

obijtq; nouiciꝰ in domo nr̄a.
¶ Nouiciꝰ. Si deus sic dure
punit auariciā in psonis secula
ribꝰ puto ꝙ multo acrius illā
puniat in claustralibꝰ. ¶ Mo
nachus. Verū est. Marie vbi
filie assunt. fallacia sc; et fraus
violētia et contra misericordiā
induratio cordis. ¶ Ca. lix.
Cellerariꝰ quidā ordinis
nostri tētatus auaricia:
Viduā quandā defraudauit
immemor pabole salomonis. Cō
turbat domū suam q̄ sectatur
auariciā. Dn̄s vero non imme
mor vindicte āno eodē totū pe
ne vinū qđ monasterio creue
rat ita deteriorauit vt nullius
esset saporis vel coloris. Sēti
ens abb̄ tantā plagā non eē
sine causa. Virginem Christi
Azelinā q̄ tempibus meis Co
lonie fuit vt sibi a dn̄o causā
illius flagelli peteret reuelari
humiliter exorauit. Qđ cū fecisset
rn̄sum est ei ꝙ propt' fraudē
eius cellerarij sui quā in talē vi
duā exercueāt. Et adiecit dn̄s
Adhuc eū tangā vna plaga
maiore. Qđ factū est ita. Eodē
enī anno miles q̄dam omnē
pene annonā monasterij incē
dit in horreis sicq; plaga cessa
uit. ¶ Nouiciꝰ. Cū deus valde
sit misericors q̄d est ꝙ propt'
vnius hominis fraudē omnē pu
niat congregationē? ¶ Mona
chus. Sicut legit' in Josue ꝓp
ter auariciā Achor qui de ana
themate iericho tulit in omnē po
pulū ira dei deseuit. Nā sicut de
us misericors est ita et iustꝰ est.
Si ꝓpter vniꝰ meritū sepe mul
titudini parcit q̄d mirāis si di
ctāte eius eq̄tate aliq̄n prop
ter vniꝰ delictū multos punit?
¶ Nouitius. Si hec ita se ha
bet videtur mihi vtile subiectis
et necessariū platis vt frequen
ter offitiales suos moneāt ne
alicui fraudē inferāt ne forte p
hoc flagellū ɔtra se iudici por
rigāt. ¶ Monachꝰ. Verū di
cis ꝙ modicū fermentū totā
massam corrūpit. Non solū de
us punit si instictu auaricie dā
na alijs inferāmꝰ ymo etiam si
nostr̄ auare retinēdo egentibꝰ
nō impiamur vel exhibita in
misericordit' ante tempus sub
trahamꝰ. ¶ Ca. lx.
IN Brabātia domus est ordis
nostri que vilariū dicitur in q̄
hospitibꝰ et egenis mlta bona
sepe exhibita sūt et adhuc q̄ti
die exhibētur. Hoc āno cū es
sent in eadē prouintia tēpa ca
ra fratres eiusdē cenobij sum
mā annone sue taxātes et sicut
mos ē humane infirmitati defectū

timētes ex diabolica vt patuit temtatiōe ſubſidiū qḋ paupibus ſatis largit' impēdere ↄſueuerāt vſqȝ ad meſſem ſbtrahere cōſiliati ſūt. Eadem nocte ſicut retulit nobis q̄dam mōachus de eadem domo veniēs piſcina que eāt vltra clauſtrum erupit et p diuſas ſe diffūdens officinas gr̄uit' illos dāmificauit. Qḋ fratres vt pote viri iuſtitie timorati peccatis ſuis et maxime ↄcepte auaritie in paupres deputātes mutato cōſilio ſicut an̄ beneficia illis ſolita impenderūt. ¶ Nouitius. Vellē nūc aliqua audiē exempla de pena auaitie in vita futura.

Mōachus. Hoc differendū eſt vſqȝ ad diſtinctōnē duodecimā in qua tr̄ctandū eſt de pena et gloria mortuorū. Interī tibi dicā quedaȝ exempla con̄ auaritiā vt cognoſcas q̄tū boni q̄tū ve glorie conſequātur hij q ab auaritia tētati ſupati nō fuerit. ¶ Ca. lxi.

Abbas q̄dam nigri ordinis ſic retulit mihi q̄daȝ abb de ordine noſtro venit ad abbatē quēdam Clareuallis dicēs illi. Dn̄e abba. Date m̄ falcē et ego dabo curuū vobis baculū. Ille q̄d facere vellȝ ſtati intelligēs. Virū ſuſcepit habitū mutauit et q hoiem prudentē eundē eſſe ↄſiderauit non multo poſt domui cuidā ordis nri abbem eū pfecit. Eode tpe dom9 illius fres p q̄buſdaȝ poſſeſſionibȝ cū q̄buſdā pſonis ſecularibȝ ↄtenderūt ventilata ē cauſa corā iudicibȝ et data eſt ſentētia p abbate et fratribus Poſtea cellerarius abbi ſecrete dicebat Dn̄e bn̄ hodie placitauim9. Sciatis tn̄ cauſā nrām non ex ōni pte fuiſſe iuſtā. Audito hoc vbo abb ſatis turbatus ē tacuit tn̄. Seq̄nti die capitulū intrauit cellerariū pclamauit et depoſuit eo q auaitie ſue ↄſulēs ſuppreſſiſſȝ veritatē Et miſſo p aduerſarijs nūtio ait illis boni hoies bona veſtra vr̄a ſint ego a die hodierna n̄ repetā illa. Qui cū gaudio recedētes. Ita in abbis ſimplicitate et iuſtitia edificati ſūt vt cōpūcti ocius rediret et bona pro q̄bus diu ↄtēderāt grato animo mōaſterio libere ↄferrēt. Que cū non conſentiret abbas recipere rn̄derunt. Dn̄e quicq̄d veſtri iuris fuit i hijs bois remittim9 qḋ ad nos ptinebat deo in elemoſinā ↄferimus. Tunc primū abbas acq̄euit ſua recipere magis clauſtrū ſuum edificans ſua ſimplici iuſtitia q̄

cellerarius ſua aſtuta auaritia. Simile pene audies de domino Petro abbate clareuallis in diſtinctione ſexta capitulo vndecīo. Viri iuſti multū deteſtātur auaritiā ſicut audies in ſeq̄nti caplo. ¶Ca. lxij.

Apud monaſteriū ſancti Criſancij ſcolaſtic9 quīdā vocat9 fuit vir magne prudētie atq3 ſciētie nacōe gallic9 nomine Vlric9. Cui cū redditus ſcolaſtrie nō ſufficerēt neceſſe erat vt debitis obligaret. Quidā ex fratrib3 Stemueldēſis monaſterij ordis premonſtratēſ eo q2 virū magne litterature illū oſpiceret frequēter monuit vt ad domū ſuam gratia cōuerſiōis ſe trāſferret Tā de ille diuitus inſpiratus in hec verba rn̄dit. Pecuniā aliq̄ntulā debeo ſoluite illā τ veniā ad vos. Q8 cū intellexiſſet prepoſitus p̄dicti mōſterij pecuniā3 libentiſſīe ſoluit et ſcolaſticus ſtatī habitū ſuſcepit. Qui nō multo poſt eiuſdē3 cenobij factus eſt p̄poſitus. Nondū enī in ordine p̄monſtratēſi erāt abbates. Sciēs ille cū offitio aīmas ſe regēdas ſuſcepiſſe. nō pecora vel poſſeſſiōes. opera dabat extirpādis vicijs. non pecunijs cōgregādis. ſciens auaritiā radicē eſſe omniū malorū τ vitiorum. Habebat aūt vnū cōuerſū3 in adminiſtracōne exteriorū ita ſciolū τ circūſpectū3 ita ſolicitū τ pfectū vt omnia p man9 eius tranſirēt τ curtibus eccleſie q̄ neceſſaria erāt tam in aratris q2 in pecorib3 ſiue expēſis ipſe q̄ſi ſolus vniuerſa ꝓuideret. Omnia ipſe erat ōnia diſponens nihil negligēs agrū3 agro copulās τ vineā vinee cōiungēs. Prepoſitus iſta cōſiderās τ in ſcr̄ptis legēs nihil auaro eē ſceleſtius die quadā cōſū eundē ad ſe vocans ait. Noſti Barbate q̄re veneris ad ordinē? Quia nō bene exp̄mere potuit theutonicū p ydeoma habere nō potuit verba ornata τ ideo quicq̄d loq̄batur cōuerſus videbatur eſſe puerſū atq3 diſtortū. Reſpondit cōuerſus Nō noui dn̄e. Tūc ille. Ego dicā tibi. Ad hoc ei veni vt peccata mea in hoc loco defleam. Quare ergo tu veniſti? Rn̄dente eo dn̄e ſimili de cā: ait prepoſitus. Si veniſti peccata deflē formā debueras penitētis tenere hoc eſt vt freq̄nter ſis in oratorio vt vigiles vt ieiunes deūq3 p pctīs tuis iugiter exores Nō enim penitētis eſt vt tu facias vicinos ſuos exheredita τ

deñſū lucū contra ſe cōgregare
Ad hec ꝯuerſus rñdit· Dñe bo
na illa q̄ cōparo agriſ vel vine
is eccleſie nr̄e cōtinuant̄· Et p̄
poſitus· Bene· Cū illa fuerit
empta neceſſe eſt vt emas etiā
illa que emptis cōiunguntur·
Noſti q̄d dicat yſaias· Ve in
quit q̄ iūgitis domū ad domū
⁊ agrum agro copulatis· Nū
q̄d habitabitis vos ſoli in me
dio terre· Tu vero auaritie tue
nullū t̄minū ponis· Cū omnia
que in hac prouītia ſūt a te ſu
erūt cōparata flumē rheni ptī
ſibis pede· Deinde procedes vſq̄
ad montana nec ſic q̄ſces do
nec puenias ad mare· Puto q̄
ibi gradū ſiſtes eo q̄ pelagus
ſit latū ⁊ ſpacioſū greſſus aūt
tuus ſtrict⁹· Mane ergo i clau
ſtro tuo freq̄nta oratoriū tuū
vt die noctuq̄ poſſis peccata
tua deplangere· Expecta paū
liſp et habebis ſatis terre ſub
tus te ⁊ ſupr̄ te ⁊ intra te quia
puluis es ⁊ in puluerē reuerte
ris· Hec audiētes q̄dā ex fra
tribus ſenioꝛib⁹ dixerunt· Do
mine dñe ſi conuerſus iſte fue
rit amotus domus noſtr̄ ſubſi
ſtere nō poterit· Ad q̄d ille re
ſpōdit· Melius eſt vt dom⁹ pe
reat q̄ aīa ⁊ nō acquieuit pe
ticiōi eoꝝ· ¶ Nouitius· Iſte
fuit verus paſtor ſciēs oues ſi
bi cōmiſſas nō corruptibilib; au
ri ⁊ argēti fuiſſe redēptas ſꝫ ptio
ſo ſāguine agni imaculati· ¶
Monachus· Hoc ſatis in ei⁹ ver
bis ⁊ actib⁹ claruit· Nā tempē
illo quo Reynold⁹ factus eſt
archieps ⁊ eſſent epiſcopi red
ditus obligati curteſq̄ deſola
te ſuaſum eſt ei vt ex diuerſis
domib; ordis Ciſterciēſis dyo
ceſis ſue cōuerſos fideles atq̄
puidos accōmodaret q̄ ⁊ cur
tib; p̄eſſent ⁊ ānuos redditus
ſua īduſtria reformarēt· Qui
cū conſilio tali acq̄euiſſꝫ ⁊ tam
ex campo q̄ ex mōte domibus
religioſis ꝯuerſos aliquos col
legiſſet ſuaſū eſt ei vt etiā pre
dictū conuerſū aſſumere· Pro
quo cū honeſtū miſiſſꝫ nuntiū
⁊ ille ex pte epi ſalutaſſet pre
poſitū adiecit· Dñs meus mo
dicam peticōnem petit a vobis
quā ei negare nō debetis· Cui
cū prepoſitus rñdiſſet nō eſt
dñi mei rogare me ſꝫ precipere
ſubiunxit ille· Petit obnixe vt
talem cōuerſum ad tales vſus
ei accōmodatis· Ad q̄d verbū
prepoſit⁹ ſatis humilit̄ conſtā
ter ac manſuete rñdit· Habeo
ducētas oues in tali grāgia in
alijs vero tot ⁊ tot ſimiliter bo
ues ⁊ equos dñs meus tollat

ex illis q̄ꝫ tū voluerit: ꝯuerſū ve
ro anime mee cōmiſſum ad ta
les vſus nō habebit. Ego aūt
nō de ouibus ⁊ bobꝰ ſꝫ de omī
ſis mihi animabꝰ ſūmo paſto
ri in die iudicij rationē reddi
turus ſū. Et non cōceſſit ei. Re
liq̄t ⁊ aliud liberalitatis ſue in
ditū contra auaritiā religioſo
rū vtile ſatis exēpluꝫ. ¶ Die q̄
dam anteq̄ amotus eſſet p̄fa
to mō ſupradictus conuerſus
ab adminiſtratiōe ſua ꝓpoſitꝰ
ad vnā grangiaꝝ ſuarū venit
in qua pullū equinū pulchꝝ
ſatis vidit de quo iā dictuꝫ fra
trē cuius eſſet vel vn̄ veniret in
terrogauit. Cui cū conuerſus
r̄nderet talis homo bonꝰ ⁊ fide
lis amicꝰ noſter moriēs eū no
bis legauit. Ait p̄poſitꝰ Vtꝝ
ex deuocōe vel ex aliquo iure le
gauit eū? R̄ndit cōuerſus. Ex
deceſſu illius emerſit. Nā vxor
eius eo q̄ eſſ; de familia noſtr̄
iure cu rmeidie illum optulit.
Tūc ille mouēs caput. Reſpō
dit piū verbum. Quia bonus
homo et amicus noſter fidelis
erat idcirco vxorē eius ſpolia
ſti? Redde ergo femine deſtitu
te equū q̄ rapina eſt aliena ra
pere vel retinere Tuus enī an
tea nō fuit. Quia idē prepoſi
tus vir prudēs erat p̄ negocijs
monaſterij egrediēs ſecū iuue
nes minꝰ libent̄ ducebat. No
uerat enī hoc eis non expedire
ꝓpter temtatiōes dyabolicas.
Die quadā cum vnuꝫ ex adole
ſcentibus ſecuꝫ adduxiſſet ⁊ ſi
mul eq̄tantes neſcio q̄d vel vn̄
conferrēt obuiā habuerūt iu
uenculā formoſam. Quā cum
ex induſtria equū ſuū retrahen
do prepoſitꝰ ſalutaſſet offitio
ſiſſime ſtetit illa ⁊ inclinato ca
pite reſalutauit eū. Cum pau
lulū ꝓceſſiſſent volēs prepoſi
tus tētare iuuenē ait. Puella
iſta videbat̄ mihi multum for
moſa fuiſſe. Cui cū ille diceret
credite mihi dn̄e ⁊ hoc ipſum
viſū eſt mihi r̄ndit prepoſitꝰ
Vnū tm̄ deformat eā ſcilicet
q̄ monocula eſt reſpōdit iuue
nis. Vere dn̄e vtrūq; oculum
habet ego enī ſatis diligēter
conſideraui eā. Tunc motus p̄
poſitus ait. Et ego conſiderabo
dorſū tuū. Tante debucás eſſe
ſimplicitatis vt vtrū eſſ; mas
vel femina ſcire nō poſſes Reū
ſus vero ad monaſteriū dixit
ſenioribꝰ. Vos dn̄i quādoq;
arguitis me q̄ mecuꝫ non edu
cā minores ⁊ exponēs eis cau
ſam: predictū iuuenē durius
arguit atq; caſtigauit. Tāte
enī erat litterature vt tempore

quodā pro negotio ordis ſui
Cyſtertiū ꝑgens in caplo ge
neāli faceret ſermonē. Hec mi
hi retulit q̄dam ex ſenioribus
dom⁹ illius. ¶ Nouiti⁹. Con
tingit frequēter vt potētes viri
pecunias ſiue poſſeſſiōes titulo
min⁹ iuſto a ſuis ſbditis opti
neant et ex eis dom⁹ religioſas
edificēt licet ne religioſis reci
pere huiuſmōi elemoſinas ſci
enter. ¶ Mōchus. Quicq̄d
cōſcientiā remordet conſciētiā
polluit. Scias tamē hoc q̄n̄do
q3 fieri iuſto dei iudicio ſic ſub
iecto docebris exēplo.

¶ Capitulū. lxiij.

Vir q̄dam potēs et nobil
in terra ſua domū ordis
noſtri oſtruere deſiderās cū lo
cū religioni ogruū inueniſſ3 hbi
tores ei⁹ ꝑtī ꝑcio ꝑtī inuiſ eie
cit. Abbas vero q̄ ad eundē lo
cū miſſurus erat ouentū timēs
deo nō placere tali modo pau
pes a ſuis poſſeſſionib⁹ aliena
re orauit deū vt ſibi ſuꝑ hoc ſu
am dignaret voluntatē reue
lare et non eſt ꝑmiſſus vir ille
iuſtus de hac re diu turbari.
Nam die q̄dam cū eſſet in ora
tione huiuſmōi vocē audiuit.
Dediſti hereditatē timētibus
nomē tuum dn̄e. Qui ſurgēs
mox intellexit ꝑ vocē prophetī
eam celit⁹ demiſſam volūtatis
eſſe diuine. Vt homīes indeuoti
de eiſdē poſſeſſionib3 eijcerent
et viri timorati deūq3 laudātes
ibidem locarētur. Sic legitur
dn̄s terram Chananeorū et re
liquarū immūdarū gentiū de
diſſe filijs iſrahel. Nō tam iſta
trahēda ſunt in exemplū quia
ōmis auaritia ōmiſq3 iniuſtitia
a religioſis deteſtāda eſt. ¶
Nouiti⁹. Tāto amplius in ta
libus ſcandalū vitandum eſt
q2 ſeculares nō libent clauſtra
les hn̄t vicinos. ¶ Ca. lxiiij.

Cum cōuentus noſter a
dn̄o Philippo archiepō
ſuꝑ montē Stromberg voca
retur q̄dam homīes prouinti
ales heredib⁹ ſuis timētes illū
arguerūt. Quibus ipſe rn̄dit
verbū bonum verbū ſanctum.
Vtinā inq̄t eſſ3 in qualibet vil
la dyoceſ mee conuētus iuſto
rū qui et deū iugiter laudarēt
et tā pro me q̄ ꝓ mihi omiſſis
orarēt. Puto q2 tūc melior mi
to eſſ3 ſtatus eccl̄e mee q̄ modo
ſit. Nulli nocerēt cū multis ꝓ
deſſent. Aliena n̄ rapiūt cū ſua
ōmb3 impertiant. ¶ Ca. lxv.

Eo tempe quo fames il
la validiſſima que āno
dominice incarnacōis. M. c.
xcvij. fuit et plurimos extīxit

domus noſtrā licet tūc tempis
paup fuerit ac nouella multis
ſubuenit. Sicut dixerūt hij q̄
numerū inopū ante portā con
ſiderauerūt. Aliquādo vna die
mille quingētis elemoſine da
te ſūt. Dn̄s Heuardus tūc ab
bas ſingul' dieb9 ante meſſe3
in quib9 carnib3 vti licebat bo
ue3 vnū in tribus caldarijs cū
oleribus circūquaq3 collectis
coqui iuſſit et cū pane p ſingu
los paupes diuiſit Simile fa
ctū eſt de omnibus alijſq3 pul
mētarijs. Sicq3 per gratiā dei
oēs pauperes ſupuenientes
vſq3 ad meſſem ſuſtētati ſunt
Et ſicut audiui de ore ia3 dicti
Heuardi abbatis cū timēt ne
forte ānona pauperu3 ante tē
pus deficeret et piſtorē pro eo
q2 panes nimis magnos face
ret argueret rn̄dit ille. Credi
te mihi dn̄e in paſta valde pui
ſūt et in fornace creſcūt. Parui
immittūtur 7 magni extrahun
tur Retulit mihi idē piſtor frat'
ſcilic3 cōradus rufus q̄ adhuc
viuit. q2 nō ſolū panes in for
nace ymo etiā farina creuit in
ſaccis et in vaſis ita vt piſtores
oēs mirarētur nec nō et paupe
res qui inde nutriebātur. Dice
bāt enim. Dn̄e deus vnde venit
ōnis annona iſta. Eo dē anno
diues dn̄s caritatē ſeruore3 ſu
or etiā in hac vita p centuplū
remunerauit Nā magiſter An
dreas ſpirenſis p pecunias q̄s
in curia Frederici impatoris nec
nō et in Bretia congregauerat
mgnū allodiū in Slitirſdorp
emit nobiſq3 in elemoſinā de
dit Unde talis voluntas niſi a
deo?

¶ Capitu. lxvi.

Ode3 tempe dom9 in He
mērode mater noſtra nō
minorē caritatem ymo tanto
maiorē q̄to ditior fuit paupi
bus exhibuit. Tanta enim fa
mes paupes pmebat vt muli
eres pregnantes ante portā in
nemore piendi tēpa implerēt
Chriſt9 vero nō immemor p
miſſi. Date et dabit' vobis. q2
largi erāt in dādo. Largā illis
miſit elemoſinā. Berard9 enī
ppoſitus ſancti Symeonis in
treueri moriēs circa ducentas li
bras argenti illis legauit. ex q̄
bus cētū ad portā in vſus pau
perū ſequeſtrauit. Portari9 ve
ro centū libras ſuas recipiens
nō ex eis vineas vel agros ſ3 do
tide3 maldra ſiliginis apud cō
fluentiā cōparauit quib9 ſatis
ſuffitiēter vſq3 ad meſſe3 pau
peres ſuſtētauit. ¶ Ca. lxvij.

Etulit mihi frater Bode
ſcalch9 de Pulmūſteine

mõachus noſter poſt eadē ca
ra tempa cellerariū quēdā3 or
dis noſtri de weſtfalia occur
riſſe ſibi. Quē cū interrogaſſ3
quo feſtinar3. Rñdit ille. Ad
ocambiū Añ meſſem ob neceſ
ſitatē pauperum pecora noſtr̄
occidim9 calices et libros no
ſtros ĩpignorauim9 mõ dñs
miſit nobis hoiem qui tm̃ no
bis auri dedit. vt ei9 q̃titas in
duplo erogatis rñdeat. Unde
vado illud cābire pro argēto
vt ex eo pignora noſtra poſſū
redimē ⁊ greges repare. Tria
hec exēpla dicta ſint con̄ illoſ
q̃ viros clauſtrales iudicāt de
auaritia. ¶ Nouiti9. Nūc pri
mū intelligo q̃d ſit Date ⁊ da
bit̃ vobis. ¶ Mõchus. Non
intelliges pfecte niſi in futura
vita qñdo pro terrena ſubſtā
tia quā pro Chriſto dimiſiſti
ſiue paupib9 in illius noīe de
diſti recipies regnū qđ patum
eſt electis añ cõſtitutionē mū
di. In illa die filius hoīs tibi
cū ceteris electis tuū enumera
bit datū ⁊ tu eius recipies pro
miſſum. Quid eñ dicet: Eſuri
ui ⁊ dediſtis mihi mãducaē ⁊
cetēaque ibi ſequūtur Viri tñ
pfecti cum dño iudicabūt. ¶
Nouiti9. Si tñta bona ſequū
tur elemoſinā ve illis q̃ in hoc
breui tpe ſectātur auaritiā. ¶
Mõchus. Duo illa verba dñi
ſcilicet Date ⁊ dabitur vobis
reuocant memoīe mee rem ge
ſta3: hijs qui hoſpitalitatē ex
ēcent pro exemplo ſatis neceſ
ſariam. .:.

¶ Capitulū. lxviij.

Abbas q̃dam vt puto de
ordie nigro ſicut ex rela
tione cuiuſdā abbis ordis no
ſtri didici hoſpitalis eāt valde
⁊ cir̃ paupes multū miſeicors
Et q2 in opibus miſericordie
feruēs fuit tales diſpenſatores
domui ſue ordinare ſtuduit q̃
nō eius feruorē ĩpediret ſ3 ma
gis incēderet. Qñto plures ho
ſpites ſuſcepit q̃to plus carita
tis paupib9 exhibuit tñto illi
⁊ domui ei9 dñs amplius bñ
dixit. Pt9 cui9 mortē ſucceſſor
eius ſtimulat9 auaritia pieta
tis officialib9 amotis ⁊ eis q̃s
tenaciores noueāt iſtitutis ait
Predeceſſor me9 nimis eāt dap
ſilis ⁊ in diſcretus eius officia
les nimis prodigi ſic ordinaē
debem9 expenſas mõaſterij at
q3 tēpare vt ſi forte ſeges nr̃a
grādinata fuerit ⁊ tempa cara
emerſerit habeam9 vñ paupi
bus ſbueniam9. Huiuſmodi
verbis auaritiā ſuam palliās
hoſpitalitatē prorſus excluſit

⁊ conſueta bñfitia paupꝑibus
ſubtraxit. Caritate ſubtracta ꝓ
ficere non potuit mõſterij ſub
ſtantia ꝑmo in breui ad tantã
deuenerũt pauptatẽ vt vix ha
berent qđ fratres mãducarẽt.
Die quadã vir q̃dam venerã
de caniciei venit ad portariũ q̄
fuit hoſpitiũ quẽ ille quidem
clanculo ⁊ cũ timore collegit
atq; hoſpitalitatis offitia pro
poſſe ⁊ tempe illi exhibẽs adie
cit. Nõ te ſcandaliſare debet ho
ne vir ꝙ tã negligẽter te pro
curo ꝗ neceſſitas in cauſa eſt.
Aliq̄n vidi talẽ ſtatum huius
monaſterij vt ſi veniſſ; epiſco
pus cũ magna caritate ⁊ abũ
dantia fuiſſ; ſuſceptus. Rñdit
ille. Duo fratres expulſi ſũt de
mõſterio iſto niſi illi duo fue
rint reuſi nunq̃ bonus erit ſta
tus eius vn⁹ eoꝝ vocatur. Da
te: ⁊ dabit' vobis alter Sicq;
ab oculis eius receſſit. ¶ No
uitius. Puto aliq̃ fuiſſe pſonã
angelicã p quã dñs prima fra
trũ illoꝝ reuocare voluit cari
tatẽ. ¶ Mõchus. Portarius
cum eẽt laicus nomia eadẽ reti
nuit abbi ⁊ fratrib⁹ audita re
citauit Reſũpta ẽ hoſpitalitas
et cepit eis mox dñs benedice
re vt prius. ¶ Nouiti⁹. Quid
ſentiendũ eſt de illis q̃ hoſpites
colligũt ⁊ elemoſinas tm̄ fati
unt propter gloriam inanez ⁊c̄.
¶ Mõchus. Tales dãdo ſua
perdũt ⁊ nihil aliud recipiunt
niſi qđ querũt ſcilicet laudẽ hu
manã. Alij ſua Chriſto dant
tm̄ ꝓpt' vitã eternam ⁊ hos
dñs non deſerit in p̄ſenti. Qui
dã vero ꝓpter vtrũq; videlicet
vt in p̄ſenti ditiores fiãt ⁊ in fu
turo habeãt vitã eternam. Et
iſtos dñs ſepe duplici mercede
remunerãt. Hic p bona tempa
lia in futuro p bona etña. No
nulli vero ſũt qui etiã paupes
ſua Chriſto largiũtur ⁊ dũ ce
perint ab ipſo ditari tũc ex dy
abolica tẽtacõne amplius tem
tati manũ ſuam retrahũt ege
ſtatẽ timẽtes. ¶ Nouiti⁹. De
hoc dicas exemplũ. ¶ Ca. lxix.

NOn eſt diu ꝙ femina que
dã adhuc forte viuens
et in q̄dam ciuitate manẽs in
qua abbates noſtri eũtes ad
generale capitulũ hoſpitari ſo
lẽt plures ex eis lucri ſui cauſa
hoſpicõ ſuſcepit Sentiẽs ſibi
illa ad ingreſſum illoꝝ benedi
ci fenũ illis gratis dedit deinde
pabulũ. Quãto plus dabat tã
to plus habuit. Et cũ hoſpitiũ
ſuoꝝ meritis ⁊ orõne iã diues
facta eſſ; domiſq; omnib⁹ abũ
daret cepit defectũ timẽ ⁊ dicẽ

intra se. Nō potes diu ſuſtiere tātas expenſas modo contrahe manū ne forte paupertatē incurras. Mira res. Mox vt hoſpitibus ſtipēdia cōſueta negauit et dn̄s illi manū ſubtraxit. Nō enī in domo illa frat' dabit' habitare poterat de q̄ germanus eius date expulſus erat. Eadē ad ſe reūſa cū ſe egere oſpiceret de omiſſione pniam egit et priora reſumēs opera iterū ditari cepit. ❡ Capi. lxx.

NOſſe vellē quomō intelligēdum ſit qd Chriſtus ait Omni habēti dabit' ei autē qui nō habet etiam qd habet aufferet' ab eo. ❡ Monachus. Ei qui habet gratiā hoſpitalitatis et caritatiue bonoque animo et hilari vultu hoſpites ſuſcipit atque libent' paupes introducit dn̄o procurāte dabitur ei in p̄ſenti tm̄ et nonnunq̄ vt ſupra dictū eſt centuplū et abundabit et in futuro vita et'na. Qui autē gratiā hoſpitalitatis et elemoſine nō habet ita vt inuit9 paupes hoſpitesque videat et recipiat atque cū malo aio et murmure hoc ipm qd negare non poteſt impēdat huic iuſto dei iudicio hoc ipz qd habet in ſbſtantia tēpali vel in ſeipſo deficit vel ab aliis rapitur atque diſtrabit' nec fideliū elemoſinis augetur. ❡ Nouitius. Satis placet expoſitio iſta et hoc ꝓpter exempla p̄cedentia ❡ Monach9. Licet frequēter contingat vt clauſtrales propt' Chriſtū largi locupletētur et cōtra ipſi9 mandatū tenaces depauperētur. De vtroque tamen ſbiungā exemplū.

❡ Capitulū. lxxi.

IN Meineuelt puintia dyoceſis Treuerenſis ſitū eſt quoddā cenobiū nigri ordinis qd Lacus dicitur nomē habēs a repſonis poſſeſſionib9 que pollēs a in religiōe ceteris terre noſtre cenobiis ampli9 florens. Ad hoc die quadā ſaxo q̄dam hoſpitādi gratia diuertit q̄ multū caritatiue illic ſuſceptus edificatus receſſit. Nō multo poſt diues quidā in Saxonia amicus eius in extremis agens cū teſtamētum ſuū illo preſente faceret ait. Vellē aliqua legare pro aīa mea ſi ſcirē in quo loco optime eſſet locatū. Cui ille reſpōdit. Juxta Coloniam clauſtrū quoddā eſt valde religioſū in quo vera cit' ſunt homies dei et in hoſpitalitate me teſte p̄cipui nuſq̄ poteritis elemoſinā veſtrā melius et aie veſtre locare vtili9 q̄ in eodē loco

Ad eius ꝯſiliū ſaxo vt puto q̄
dragita marcas argēti legauit
⁊ deceſſit. Miſſa eſt ꝑ ſeruū pe
cunia Coloniā ⁊ ꝗ ſtatus dy
oceſ. Coloniens̄ ꝓpter ſciſma
qd̄ erat inter Ottonē ⁊ Philip
pū reges malus fuit. Pecuniā
ibi reliq̄t ⁊ ad lacū pedes veni
ens abbati rē ꝑ ordinē retulit
q̄ miſſo cellerario pecuniā ibidē
recepit. Hec mihi ſūt relata a
quodā religioſo conuíſo ordi
nis noſtri. ¶ Ca. lxxij.

Euſdē ordinis cella que
dā in epatu Coloniēſi ſi
ta ē quā noīare nolo ꝓpter tē
pus quā prepoſitus tā tenax
regit vt neminē ſponte ſua ho
ſpitio ſed regulā ſuſcipiat cū
tamē ſatis abūdet. Epūs vero
q̄ ⁊ aduocatus eiuſdē celle eſt
ſciens hominē pecunioſū eſſe ⁊
inhoſpitalē ſemel vel bis in an
no cū plurimis eq̄taturis ⁊ mł
titudine militū hoſpitat̄ apd̄
ipſū in quoꝝ receptōne tm̄ ex
pēdit ꝑpoſitus q̄tum ſufficere
poſſet ad ſuſceptionē hoſpitū
totius āni. Alijs vero mōaſte
rijs mł'to ditioribꝰ idem epūs
pcit ⁊ ſua largit̄ vt impleatur
ꝑdicta ſnīā ſaluatoris Omni
habēti dabitur ⁊ abūdabit ei
autē q̄ nō habet etiā qd̄ habꝫ
auferetur ab eo. ¶ Nouitius.
Satis mihi dictū fateor tā ver
bis q̄ȝ exemplis cōtra auaritiā
nūc precor. vt idē facere nō pi
griteris cōtra gulā. ¶ Mona
chus. Prius expedire te debeo
de gula q̄d ſit que ſint eiꝰ filie
⁊ q̄ȝ piculoſa ſit illius tētatio
ſi eius cōſenſus adhibeat̄ cor
pori ⁊ aīe ⁊ q̄buſdā tibi hō oñ
dere teſtioniis. ¶ Ca. lxxiij.

Gula eſt ſolius corpis cā
imoderatꝰ ⁊ illecebroſus
comedēdi bibēdiq; appetitus.
Huius filie ſūt imūditia ſcur
rilitas. inepta leticia multilo q̄
um ebetacō ſenſus circa intelli
gentiā. In gula ſunt q̄nq; gra
dus peccādi primus eſt cibos
ꝑtioſos ⁊ delicatos exq̄rere. ſe
cūdus curioſe preparare. tertiꝰ
ante tēpus ſumere. Quartus
nimis auide. q̄tus in nimia q̄
titate. Gula primus hō victꝰ
in paradiſo ſuccubuit. hec eſau ꝑ
mogenita ſurripuit. Gula ſo
domitas ad peccatū maximū
incitauit. ipſa filios iſrł in deſ
to ꝓſtrauit. Adhuc eſce eoꝝ
erāt in ore ipſoꝝ ⁊ ira dei aſcen
dit ſuper eos. Iniq̄tas ſodome
fuit ſaturitas panis ⁊ abūdātia
Homo dei Abdo ſcilicet miſſus
i bethel propt̄ cōmeſtionē a le
one occiditur Diues q̄ epula
bat̄ q̄tidie ſplēdide in inferno

ſepelitur. Nabuzardā pncepſ
coquorū. id eſt gula Iheruſalē
deſtruxit vides q̄nta ſint picula
in illa. Accedāt et teſtimonia.
Ait enī Salomō. Ve terre cu
ius pncipes mane comedūt.
Itē. Omnis labor hōis in ore
eius et aīa eius nō replebitur
Et in euāgelio dn̄s. Videte ne
corda veſtr̄ grauētur in crapu
la et ebrietate. ¶ Itē apl's. Ho
neſte ambulemus nō in comeſſa
tionibus et cetera. Prima Chriſti
tētatio a diabolo p gulā facta
eſt. Vnde Iheronim⁹ dicit. In
pugna xpi prius agit̄ contra gu
lā ieiunando p quā victus eſt
pimus homo. Quā valida et im
portuna ſit nobis vicij hui⁹ tēta
tio quibuſdā recētiori tpe geſtis
pandā exēplis. Ordine etiā in
q̄ntū potero necnō et modū ſu
prdictarū tētationū. Ade ſcilic;
Eſau et reliquorū q̄ illic enūati
ſūt ſeruare ſtudebo. ¶ Ca. lxxiiij.

Colonie i maiore eccleſia
decan⁹ q̄dam erāt natiōe
Sueu⁹ vir diues prudēs et ho
neſt⁹ in ↄſilio Frederici ipatoris
ſatis accept⁹. Hic cū in pome
rio ſuo pomū nouellam plan
tā haberet et iā flores ei⁹ in po
ma pfeciſſent pcepit oīm fami
lie ſue ſub interminacōe gratie
ſue necnō et pene ne aliq̄s ali
q̄d ex eiſdē pomis que pauca
erāt ante maturitatē carperet p
bare volēs eius pmicias. Cūq;
omnes preceptū illius cuſtodi
rēt ſcolaris q̄dam noīe Conra
dus ↄgnat⁹ eius et p ipm in ec
cleſia ſancti Andree i canonicū
pmot⁹ poma eadē vidēs et deſi
derans patrui pceptū neglexit
vnū tm̄ vt puto de pomis tulit
et comedit. Qd̄ cū decan⁹ intel
lexit tāta ira et odio exarſit in
illū vt dilectū eijceret nec ab ali
q̄ poſſet induci vt culpā ei igno
ſceret. Et quē multū cogitaue
rat diuſis ſtipēdijs ditare ab il
lo die inq̄ntum potuit depreſſit
Ego eundē Conradū bn̄ noui et
erāt cantor pfate eccleſie. Satis
vt vides tētationis pueri hui⁹
pena ↄcordat cū pena Adā. Il
le ppt pomū eiect⁹ eſt de padi
ſi delicijs iſte de domo auuculi
ſui atq; diuicijs. ¶ Nouici⁹.
Cū Adam in ptāte haberet om
nes fructus padiſi mirū q̄ ab vna
ſe arbore ↄtinere nō potuit. ¶
Monachus. Multi temere Adam
iudicāt de inobediētia pomi vi
litatē attendētes et vim tētatio
nis nō conſiderantes ſicut ſub
iecto pbabit̄ exemplo.

Quidā pat ¶ Ca. lxxv.
familias ſeruū habebat
fidelē et vtilem omniū rerū ſuarū

diſpenſatorē. Cōtigit vt die q̄
dā hmo eſſꝫ de inobediētia. Ade
int' eos de eſu pomi cōtra p̄cep
tū dn̄i et huius indignādo illi9
incōſtantie diceret. Vt taceaꝫ
de deo ſi mihi tā diſtricte aliq̄d
a vobis p̄ciperetur nunq̄ trāſ
greſſor efficerer. Tacuit tunc
dn̄s ⁊ poſt dies aliq̄t cum ille
min9 ſibi caueret nec ſermonē
ꝯtra Adā prolatū in memoria
haberet pixidē ei clauſā ſꝫ non
firmatā porrexit dicēs. Pixideꝫ
iſtā cuſtodie tue cōmēdo ꝙ ſi
apueris illā totius laboris tui
mercede p̄uaberis: ⁊ gr̄tie mee
ꝑpetuo carebis. Hoc cū crebri
us ei inculcaſſet ⁊ ille in ꝯclaui
ſuo ſe recepiſſꝫ ſtatim diuerſiſ
cogitacōibus cepit fluctuarē
tētationibus eſtuare q̄d eſſet
in pixide ſcire deſiderās. Et ſepi
us illaꝫ vertens atqꝫ circūſpiti
ens ait intra ſe. Quid ſi apue
ro illā: ſolus ſū nemo videt In
terrogat9 negabo. n̄ eſt teſtis
q̄ me ꝯuincere poſſit victus tā
dem tētatione pixideꝫ apuit ⁊
auicula q̄ intus erāt clauſa euo
lauit. Tūc triſtis effectus val
de miſteriū intellexit ⁊ ad dn̄i
pedes pixidē req̄rentis ſe ꝓſter
nens veniā poſtulauit. ſꝫ nō in
uenit. Ad quē dn̄s. Serue ne
q̄ꝫ ⁊ cōtumax tu primū p̄ntem
noſtrū de inobediētia iudicās
tuāqꝫ conſtantiā apud me cō
mendās teipſū ꝯdemnaſti. Re
cede ego a me facie mea de cete
ro nō videas. Hec mihi retulit
canonicus q̄daꝫ ſancti Seue
rini in Colonia vir ſenex etate
verax in v̄bis ⁊ vita religioſus
Simile ex pte cōtigit in Sax
onia. ¶ Ca. lxxvi.

Henric9 de wida miles fu
it diues valde. Potens ⁊
nomiatus miniſterialis Heri
ci ducis Saxonū. Adhuc plu
res viuūt qui illū nouerūt ⁊ rei
quā recitatur ꝯſū forte recordā
tur habebat enī vxorē nobilē
ac dilectā. Die quadā cum ſer
mo inter eos haberet' de culpa
Eue cepit illa vt mos ē mulie
bus eidē maledicere ⁊ de incon
ſtantia iudicare animi eo ꝙ ꝓ
modico pomo gule ſue ſatiſfa
ciēs tātis penis ac miſeriis ōne
genus humanū ſubdidiſſet.
Cui maritus rn̄dit. Noli illaꝫ
iudicare. Tu forte in tali tem
tacōe feciſſes ſimile. Ego volo
tibi aliq̄d precipe q̄d min9 eſt
⁊ propt' amorē meuꝫ minime
poteris cuſtodire illd. Rn̄den
te illa q̄d eſt mādatū: ſubiūx
it miles. vt die illa q̄ balneata
fueris paludeꝫ curie nr̄e nudis
pedib9 non ingrediaris. Aliis

dieb9 ſi libet intres· Erat enim
aqua putēs ⁊ fimoſa ex toti9
curie ſordib9 collecta· Illa ſB
ridēte ⁊ precepti trāſgreſſionē
abhorreſcēte ſubiunxit Henri
cus· Volo vt penā addamus
ſi tu fueris obediēs quadragi
ta marcas argēti a me recipies
ſin autē totidē mihi ſoluas· Et
bn̄ placuit ei· Ille vero ipſa ig
norāte ſecretos cuſtodes palu
di adhibuit Mira res Ab illa
hora matrona tā honeſta ⁊ tā
verecūda nunq̄ p curiā tranſi
re poterat niſi ad pdictā palu
dem reſpiceret· Et quotiēs bal
neabatur totiens de eadē palu
de temtabatur· Die quadā exi
ēs de balneo dixit pediſſeq̄ ſue
Niſi ingreſſa fuero paludē illā
moriar· Statimq3 ſuccingēs ſe
cum circūſpexiſſet ⁊ neminē vi
dere putaret comitāte ancilla
aquā illam fetidā vſq3 ad ge
nu intrauit ⁊ huc illucq3 deam
bulando bn̄ concupiſcētie ſue ſa
tiſfecit· Qd ſtatim nūciatū eſt
marito eius· Ille gaudēs mox
vt eā vidit ait· Quid eſt dn̄a
fuiſtisne hodie bn̄ balneata?
Rn̄dente illa fui· Adiecit In do
lio vel palude? Ad qd verbum
cōfuſa tacuit ſciens eū ſuum ex
ceſſū nō latere· Tūc ille· Vbi
eſt dn̄a mea cōſtantia vr̄a obe

dientia veſtr̄ iactantia vr̄a Eua
vilius tētata fuiſtis tepidius
reſtitiſtis· turpius cecidiſtis?
Reddite ergo qd debetis· Et cū
nō haberet illa qd ſoluerēt om
nia veſtimenta eius pcioſa tulit
⁊ p diuerſas pſonas diſtribu
it ſinens eā p aliqd temp9 bn̄
torqueri· Nouici9. Valde
miſerabile ē q̄ ſic mens hoīs
ſemp mittit̄ in vetitū· Mona
chus· Anteq̄ ſermo dei audia
tur non eſt tribulatio vel tēta
tio ſʒ vbi ſignū belli pdicatio
nis tuba ondit tribulatiōum
pugna inſurgit· Verba ſunt
origenis ſup locū illum Ex quo
locutus ſū Pharaoni afflixiſti
populū tuum· Qm̄ valida ſit
qn̄doq3 pugna tētacōnis pt9
ꝓhibitionē exemplū tibi ꝓpo
nā militē quendā qui magis
elegit mori q̄ in tētatione ſua
ſupari· Ca·lxxvij·

Miles q̄dam ſic audiui a
quodā viro religioſo mul
ta ſcelera omiſerat· Tādem du
ct9 pnia venit ad ſacerdotē de
omiſſis fec̄ ofeſſionē ſatiſfcōe;
ſuſcepit ſʒ ſuſceptā ſeruare nō
potuit· Cūq3 hoc ſepi9 actitaſ
ſet die q̄dam dixit illi ſacerdos·
Nihil ſic pficim9 Dic ergo m̄
Eſt ne aliqd qd p peccatis tu
is poſſis cuſtodiē? Rn̄dit ille

Eſt pomus in poſſeſſione mea
tali cui⁹ fructus tā amarus ⁊
peſſim⁹ eſt vt nunq̄ ex eo come
dere poſſē. Si videt̄ vobis bo
nū: penitētia mea ſit vt quoad
vſq̄ viuā de eiſdem pomis nō
guſtē. Sciens ſacerdos maxi
me poſt ꝓhibitionē excitante
carne vel dyabolo ſiue vtroq̄
cōſurgere tētationem. Reſpō
dit. Pro omībus peccatis tuis
tibi iniūgo vt nunq̄ de fructu
eiuſdē arboris ſcient̄ comedas.
Abijt miles. Penitētiā iniūctā
q̄ſi pro nihilo reputans. Sic
ſita erat ipſa arbor vt q̄tiens cu
riā ſuam exiret vel intraret ean
dem arborē reſpicere poſſꝫ. Re
ſpiciendo ſemp ꝓhibicōis recor
dabatur ⁊ recordādo mox gra
uiſſime tētabatur. Die quadā
ante arborē eandē tranſiens ⁊
poma in ea cōſiderās ab eo quā
primū hoiem p lignū prohibi
tū temptauit ⁊ ꝓſtrauit: tā va
lide tētatus eſt vt ad arborem
quidē veniret ⁊ ad pomuꝫ nūc
manū extēdendo nūc extenſaꝫ
retrahēdo: totū pene diē contra
rijs niſib⁹ ꝯtinuaret. Tandem
adiuuāte gratia triūphans in
tm̄ concupiſcētie reſtitit vt cor
de coanguſtato ſub arbore ia
cēs ſpūm exalarꝫ. ¶ Nouitius
Si tētatio Ade tā dura fuit nō
mirū ſi cecidit. ¶ Monach⁹.
Grauit̄ cecidit tētationi ꝯſen
tiendo quia ſicut foris habuit cau
ſam impellentē ſic intus grām
adiuuantē. Hec dicta ſint oc
caſione pomi propt̄ qḋ eiecti
ſūt de paradiſo prothoplaſti.
¶ Nouici⁹. Nō minus miror
q̄ Eſau eſuriēs propt̄ lenticu
le decoctiōem p̄mogenita ſua
pdidit corā deo: q̄ q̄ illi prop
ter pomū inobedientes eiecti
ſunt de padiſo. ¶ Monachus
Nō eſuriendo nō lenticulaꝫ co
medēdo primogenitura ſuaꝫ p
didit. ſꝫ p contemtū quo rē tā
precioſā tam indigno p̄cio in
citāte gula vendidit. Nec no
bis hoc debet eſſe terrori q̄ fre
q̄nter tali cibo veſcimꝰ ⁊ arden
ter ſumim⁹ quia magnū dei donū
eſt quando viris delicatis poſt
q̄ conuſi fuerint ad xp̄m incō
dita pulmētaria leguminū ver
tūtur in conuiuiū. ¶ Audi de
hoc verbum ſatis iocūdum.

¶ Capitulū. lxxviij.

EO tempe quo milites il
li honeſti ⁊ in ſeculo no
minati videlicet Vlric⁹ cogno
mēto Flaſſe. Et Berard⁹ ꝯgno
mento waſchart. Karolus ⁊
Marcmānus Colonienſes alij
q̄ tā ex clericis q̄ ex laycis viri
diuites in Hēmenrode conuſi

fuiſſent ⁊ in ꝯdie ꝯfoꝛtati: q̄
dā ex ſecularib⁹ ⁊ dictoꝝ mili
tū notus ⁊ amic⁹ ait beate me
moꝛie dn̄o Biſilb[er]to eoꝝ abbi
Nō ſuffitio mirari ꝙ tales viri
i ſeculo tā delicati olerib⁹ incō
ditis piſa ⁊ lēte p̄nt vti. Cui il
le rn̄dit. Ego tria gr̄na pipis
appono: q̄bus eadē groſſa pul
mēta conduntur. vt pene nihil
in ſuis ſcutellis ꝯmedētes reli
quāt. Mirāte illo ⁊ nō intelli
gente qđ audiceāt abbas ſub
iunxit dicēs. Ego tibi exponā.
Primū granū pipis ſunt lōge
vigilie matutinaꝝ ſecundū la
boꝛ manuū. Tertiū granū eſt
de ſpatio ferculi lautioꝛis. Ecce
iſta ſūt tria grana: q̄bus appo
ſitis optimi ſapoꝛis ſiūt pulmē
taia noſtra. Et puto vehemēter
ꝙ mōchus magis precet piſā
ſuam ſiue lenticulā propt̄ toꝛ
cōes vel humoꝛes melācolicos
vitādo ꝙ̄ nimis ex illis ſumēdo
Si appoſita ſumere noluerit
neceſſe eſt vt lautioꝛa vel appe
tat vel req̄rat. Si ea data fue
rint ex cōſuetudine: puſillani
mes ſcādaliſat ſi negata ante
tēpus deficiet. Mōachus va
cuo vētre nō poteſt bn̄ ieiuna
re: vigilare: laboꝛare. Hinc eſt
ꝙ ſanct⁹ Bernard⁹ tales in q̄
dā ſermōe ſatis acriter rephen
dit. Cibaria nr̄a nō ſūt multū
ꝯfoꝛtatiua: ⁊ iō opoꝛtꝫ nos ex
eis ſumē vſqꝫ ad ſacietatē. ¶
Nouiti⁹ Quid ſaciendū eſt de
illis q̄ p occaſionē freq̄nter in
ſeculo ſūt ⁊ pene q̄tidie cibis de
licatis veſcuntur? Erūt ne eq̄les
fratrib; ſuis in merito: q̄ cibis
regularib; toꝛmētant? ¶ Mō
chus Nō eſt meū illos iudica
re vnuſq̄ſqꝫ ſcd̄m ſuum laboꝛē
recipiet. Dicā tibi tn̄ de hoc cu
iuſdā layci ſententiā ſatis dele
ctabilē cōtra quendā cardinalē
iocularit̄ platā. ¶ Ca. lxxix.

SAncte recoꝛdacōis dn̄s
Heric⁹ Albanēſis ep̄s ⁊
cardinal' anno. M. c. lxxxviii
dn̄i miſſus a Clemēte papa tē
pib; Frederici ipatoꝛis p̄dicaē
crucē in Alemania cōtra ſarrace
nos q̄ſdā ſibi fr̄e nr̄e mōchos
oꝛdis ciſtercieſ aſſūpſit Die q̄
dā cū ſil' eq̄taret ⁊ ipſe dicēt in
gn̄ali q̄s vr̄m dicit nob aliq̄d
boni? Rn̄dit vn⁹ Ille: demōſtr̄
to q̄dā ꝯuſo mōcho laico cui⁹
nomen excidit ⁊ p̄ceptū eſt ei
ſtatī a cardinale vt verbū ꝓpo
neret exhoꝛtacōis. Ille p̄mū ſe
excuſās dicēs laycū nō debere
litteratis aliq̄d loqui tandē ſic
exoꝛſus ē. Qn̄ moꝛtui fuerim⁹ ⁊
deducti ad paradiſū occurrꝫ no
bis ſcūs pat̄ noſter Bn̄dict⁹.

Viſis nobis mōchis cū cucullatis: cū gaudio introducet. Viſo vero Henrico epiſcopo ⁊ cardinali: mirabit̄ inſulatū eū ⁊ dicet. Quis enī es tu? Et ille. Pater ego ſū monach⁹ ciſterciensis. Rūdebit ſanct⁹. Nequaꝗ̄. monach⁹ corniculatus nō eſt. Tūc Henrico ſatis ꝓ ſe allegāte: tandē huiuſmodi data ſentētia: dicet oſtiariis ſanct⁹ Bndictus. Ponite eū ſupmū: ⁊ ſtomachū eius ſcindete ſ apite. Si inueneritis olera incōdita. fabā. piſa. lentē. pultes. cibosq̄ regulares: cū monachiſ intromittat̄. Sin aūt ſꝫ piſces groſſos ⁊ cibos ſeculares atq̄ delicatos: foris maneat. Deīn de ouerſus ad cardinalē ſubiciat. qd illa hora dictur⁹ es pauper Henrice? Ad qd verbū cardinalis ſubridens: ſermonē cōmēdauit. Ego eundē venerabilē epiſcopū ⁊ monachū in eccleſia ſancti Petri Colonie adhuc puer audiui crucē predicantē: ⁊ plurimos ibidē vidi ſignantē. eratq̄ iuſtus et ſanctus man⁹ ſuas ab omi mūnē excutiēs: ⁊ tā verbo ꝗ̄ exemplo multos edificās. ¶ Nouici⁹. Recordor ſupius te dixiſſe iniq̄tatē ſodome: fuiſſe ſaturitatē panis et abūdantiā. ¶ Monachus. Verba ſunt Ezechielis ꝓphete. Vt ait Moyſes: ātequā ſubūteret dn̄s ſodomā. omnis eius regio irrigabat̄ ſicut paradiſus dei: ⁊ ſicut Egyptus. eratq̄ nimie fertilitatis. Vn̄ quia ſodomite comeſſatiōibus vacabāt. ꝑ libidinē effluebāt. Gula luxuriā plurimū accendit. ¶ Nouici⁹. Quid ergo? Eſt ne piculoſū: ſi monachus pane ſaturaret̄? ¶ Monachus. Quod ſupius dixi de lenticula hoc mō dico de pane. In pane ſodomorū eo ꝙ panis cib⁹ ſit pn̄cipalis: intelligit̄ copia omniū cibariorū quo illi abūdabāt. Panis vō noſter q̄a groſſus eſt ⁊ niger: magis eſt neceſſitatiſ ꝗ̄ ſupfluitatiſ ⁊ puto magis mōachū peccare ſi illū abhorreat vel delicatū requirat ꝗ̄ ſi eo ſaciet̄. Maxima quoq̄ in pane ſolet eē tētatio. ¶ Ca. lxxx.

Diu ē ꝙ ad clarāuallē cōuerſiōis gratia: clericus venit delicatus valde. Cūq̄ panē conuentus q̄ tunc tempis valde groſſus erat et piſa abhorreret. atq̄ ex ipō timore nō ſolū famis ſꝫ ⁊ future refectiōis tabeſceret: nocte quadā ſaluator ei in viſu apparuit: quo frēs veſcebātur fruſtū panis in manu tenēs: quē ei porrexit ⁊ ait.

Comede panē hūc. Cui cū no
uitius r̄nderz. Dn̄e nequaq̄ȝ ve
scī potui pāe ordeaceo xp̄s vul
neri lateris sui panē eundē intīx
ita porrectū omedere iussit. De
quo cū gustasset factus est sic
mel dulcis in ore ei⁹. Ab illo ei
tempe panē siue cibos regula
res quos p̄us vix tāgere potu
it cū multa delectacōe omedit
Hoc scias q̄ dyabol⁹ eos quos
decipe neq̄t p gulā: deijcere per
indiscretā et indebitā conat᷑ ab
stinentiā. ¶ Ca. lxxxi.

Sicut referre solēt nr̄i seni
ores in Hemmenrode sub
spetie angeli demō cuidā mōa
cho min⁹ circūspecto p aliquot
dies in mēsa formam dimidij
panis ondit et ne pl⁹ simul su
meret psuasit. Obediuit ille de
mōi et post breue tēpus tantā
debilitatē corpis incurrit vt in
sensu deficeret et piret. ¶ No
uiti⁹. Dixisti supius gulā pro
struisse filios israhel in deserto.
Nō ergo incitamentū gule vi
detur tibi maxie fuisse cā illius
plage? ¶ Mōchus. Desideri
um carniū. Cum enī dn̄s dedis
set eis manna panē angelorū
omne hn̄s in se delectamentū:
ingrati tāto bn̄ficio murmura
bāt corā Moysē dicētes. Quis
dabit nob ad comedendū car
nes? Recordamī piscium q̄s co
medebam⁹ in Egipto g̃tis. In
mentē nobis veniūt cucumēs
et pepones et cepe et allia anima
nostra arida est. Nihil aliud
respiciūt oculi nostri n̄ māna
Et i alio loco Anīa nostrā nau
seat sup cibo isto leuissio. Vi
des q̄ta ingratitudo et cū q̄to
iurgio? Culpā mox pena subse
quēs denudat. Adhuc inquit
erāt carnes in ore et detib; eoꝝ
nec defeceāt huiusmodi cibus
et ecce furor dn̄i ocitatus in po
pulū pcussit eū plaga magna
nimis. Sepe dyabol⁹ religio
sos p carnes tētat nunc dormi
tantes nūc vigilantes: nūc vi
sibiliter: nūc inuisibilit᷑ Quos
dam vicit: a q̄busdam vincit᷑.
¶ Nouiti⁹. De hijs audire de
lectet exempla. ¶ Mōachus.
Exempla satis vera et maifesta
tibi dicam.

¶ Capitulū. lxxxij.

Non ē diu q̄ mōachus q̄
dā apud nos defūctus ē
Arnold⁹ noie. Colonie i ecclā
scōꝝ aplōꝝ canonic⁹. Fuerat
enī an̄ oūsionē vir diues et deli
catus valde. Iste mihi referre so
lebat: q̄ p gulā multū temtare
tur a diabolo: etiam cū leuiter
dormitaret in choro. Quāq; cū
ꝓpter lassitudinē i choro stās

oculos clauderet: ſcutellā carnibus plenā ante os ſuū ſenſit de qua etiā more canino vt ſibi videbat° omedit Cumq3 ſic beſtialiter comedere erubeſceret: caput qnq3 retraxit a ſatis duriter pieti illiſit. Ca. lxxxiij.

Monuſus qdam ſicut ab eius ore audiui· cū die qdam auditor eſſ3 cuiuſdā priuate miſſe: in canone modicū qd dormitās: ex illuſiōe diaboli ipſū ſup qd proſtratus iacebat lignū dentib3 rodere cepit ac ſi aliqd maſticaret: et erat ſtridor dentiū eius vt ſon9 muris: teſta3 nucis detibus ſuis pforantis. frat Richwinus cellerarius noſter: q ad miſſa3 eādem miniſtrbat: hec audiēs· in orōnibus ſuis impediebat°. Et cū poſſ3 conuſo loq interrogabat eū: qd in miſſa inter detes habēret dicēs. nō potui propter vos orare. Rndit ille. Credite mihi: ego comedi bonas carnes Vn habuiſtis illas ſm qt. Reſpondit couerſus. dyabolus infra illū canonē prepauerat ori meo ſcutellā carniū bene refertā. Si nō creditis notate lignum: in quo iacui veſtigia dentiū meo2 bene ibi repietis a narrauit ei qliter a diabolo dormitās fuiſſet illuſus lignū vero ex dentibus eius fuerat coroſū. Sic inimic9 viros religioſos quos decipe per gulā nō poteſt vigilādo: ad min9 illis illudere conat° dormitando. Audi nūc de quada3 virgine. quā p carnes nō dormitantē ſ3 vigilantem viſibit° temtauit. nec tn̄ pualuit. Ca. lxxxiiij.

Virgo queda3 de Niuella nata. domū pris a pntes amore Chriſti deſerēs. quibuſdā feminis religioſis illi9 puītie ſe ſotiauit. cū quib9 de ope manuū ſuar victitans. orōnibus ieiunijſq3 vacauit. Cuiuſ virtutib9 dyabolus inuidens. anſerē de domo patris eius tulit a in triclinio in quo cū ceteris feminis ſedebat depoſuit dicēs. Quid te miſera fame cruciās? Accipe a manduca. Cui cū illa diceret. nō licet mihi ex eo omedere. q2 de furto eſt. Reſpōdit dyabolus. Nequaq̄ de domo em̄ patris tui tuli illum Tūc virgo. Nō poteris negare qui rapina ſit. Tolle anſerē velotius a rſtitue vbi rapuiſti Vidēs ille nihil ſe pficere femīnis videtibus auē leuauit: a tuguriolo vnde eā rapuerat reſtituit Teſtata eſt familia dom9 patris eius magnū ſe int° reliqs anſeres audiuiſſe clamorēs

ſtrepitũ ⁊ tũ prefatum anſerẽ
tolleret: ⁊ tũ eundẽ loco ſuo re
ſtitueret. Dicã tibi adhuc duo
exẽpla: p que ſcies qualit̃ dya
boluſ eos quos p deſideriũ car
niũ ſupet: terreat ⁊ cõfundat.

¶ Capitulũ. lxxxv.

Conuerſus quidam ſicut au
diui a quodã viro religi
oſo carniũ deſiderio tẽtatus at
q; ſupatus cũ illas reqrere eru
beſceret ſic nec licuit: die quadã
aſſaturã ſibi prepatã cellario i
tulit ⁊ comedit. Erat enĩ offitio
cellerarius ⁊ de ordine pmon
ſtr̃tenſi. Permiſſione dei dyabo
lus qꝛ aliud facere nõ potuit:
guloſũ illum rapuit ⁊ in tecto
campanilis in modũ veſtimen
ti ſparſit. Vbi cũ hereret vel po
cius a dyabolo ſuſtẽtaret cui
datus fuit ad terrendũ potius
q̃ ad occidendũ: clamauit va
lide fratrũ auxilium implorãs
Que ibi herere cernẽtes cauſã
q; ignorãtes ſatis mirati ſunt
et turrim cũ feſtinacõne aſcen
dentes p foramẽ illum retraxe
rũt. ¶ Capi. lxxxvi.

Non eſt diu qꝛ quidã ex
monachis Prumẽſibus
feria tertia añ cineres in domo
cuiuſdã ſecularis ſacerdotis cõ
uiuãtes: diuerſas carnes cũ vi
no exq̃ſito vſq; ad mediam pe
ne noctẽ comederunt. Et cũ ſa
turati eſſent nimis: in ipſo gal
li cantu ſacerdoſ vocãs ſcolarẽ
adultũ nomie Johannẽ: quẽ
ego bene noui: dixit. Certe ad
huc omedem⁹. Vade affer no
bis gallinã: quã inuenies in p
tica iuxta gallũ ſedentẽ: qꝛ cete
ris pinguior eſſe ꝯſueuit ⁊ pre
para nobis. Quã cũ ſtrangu
laſſ; ⁊ ventre apto manuq; im
poſita cũ ſe õnia inteſtina eius
ſimul eijcere putaret maximũ
bufonẽ extraxit. Cuius motũ
cũ in manu ſenſiſſ; ⁊ proiecíſſ;
vidiſſetq; quid eſſet repẽtino
ſuo clamore oĩes aduocauit
Videntes galline inteſtia in bu
fonẽ verſa: confuſi a loco cõui
uij receſſerũt intelligẽtes op⁹
eſſe dyaboli. Hec mihi vn⁹ fra
trũ illorũ qui interfuit ⁊ vidit
recitauit. ¶ Nouici⁹. Magis
me temtãt piſces q̃ carnes: qꝛ
iſtis mihi veſci licet illis non.
¶ Monachus. Puto te recor
dari cum filijs iſrahel piſcium:
quos comedebas in Egypto.
id eſt ſeculo. ¶ Nouici⁹. No
poſſum quãdo q; nõ recordari
¶ Monachus. Ad memoriã
mihi reuocant piſces iſti: mag
nam quandã neqciam cuidã
incluſo a dyabolo factã.

¶ Capitulũ. lxxxvij.

Retulit mihi frater Bode-
ſchalcꝰ de Volmūſteine
ꝙ die quadā dyabolus fratri
Hermāno incluſo de armiſbg
in ſpecie hoīs ſibi noti ſcutellā
attulit cū piſcibꝫ. Ille eo ꝙ ad
huc mane eſſet dixit. vt ponēt
et recederet. Tpe quo erāt pre
pandi: in diſco in quo priꝰ ni
hil eſſe videbatᷣ niſi piſces ſter
cora repta ſunt eq̄na. Noui
tius. Puto eundē viꝝ religioſū
piſces deſideraſſe et penā eiuſdē
peccati illuſionē fuiſſe diaboli.
Monachus. Hoc ſatis ꝓba
le eſt. Per hoc etiaꝫ ꝙ filij iſrl
cuꝫ carnibus et piſcibꝫ deſidera
uerīt cepas et allia: recordor cu
iuſdaꝫ periculoſe tētacōnis. in q̄
quidā penitēs ꝑ allia cecidit.

Capitulū. lxxxviij.

Due cognatiōes militū in
epatu ſunt Colonieñ. tā
multitudine ꝙ diuicijs et ꝓbi
tate fortes ſatis atqꝫ magna
nimes. Ex q̄bus vna illaruꝫ de
villa Bachem origine ducit.
Alterā de villa q̄ Burzenich vo
catur. Erāt aūt inter eas q̄n qꝫ
tā valide et tā mortales inimici
cie vt tunc tempis a nullo ho
minū. ſiue epiſcopo ipſoruꝫ do
mino poſſent ſopiri. ſꝫ q̄tidie
rapinis incēdijs et homicidijs
renouarētur. At illi de Burze
nich in terminis ſuis fecerūt ſibi
domū munitā in nemore. nō q̄
de timore inimicoruꝫ. ſed vt ibi
poſſent cōfluere quieſcere: et ſi
mul ꝓcedēdo illos acrius ipug
nare. Habētes autē ſeruū quē
dā originariū Steinbarduꝫ
nomīe fidei eius claues muniti
onis cōmiſerūt. Ille vero inſtin
ctu dyaboli clāculo nuntiū ad
uerſarijs direxit ꝓmittēs ꝙ tā
dños ſuos q̄ municōem pote
ſtati eoꝝ trāderꝫ; neſcio q̄d cau
ſe cōtra illos ꝑtendēs. At mili
tes de Bachem tradicōnem ti
mētes. verbis eius minus attē
derūt. Quibꝫ cum ſecūdo tertio
eundē nuntiū deſtinaſſꝫ illi die
ꝓfixo ſe armātes: et cū multitu
dine timore inſidiaꝝ venientes.
in loco domui ſatis vicino ſer
uū preſtolati ſūt. Ad quos ꝓ
ditor exiēs cū adhuc heſitarēt
allatis omniū dñoꝝ ſuoruꝫ in
caſtellulo meridiano tpe dor
mientiuꝫ gladijs: certos illos
effecit. Ad quos armati intrā
tes oms occiderūt. ſeruū ſcdm
qd illi iurauerūt in ſua recipiē
tes. Poſtea miſer ille de tā exec̄
bili facinore tritus et ꝯpūctus
ſedē apl'icaꝫ adijt. Vbi culpā
ꝯfitēs penitentiā ſatis duraꝫ ſu
ſcepit. ſꝫ temtationi ſuccūbens
ſuſceptā minime cuſtodiuit.

Qui mox recurrēs ad papā re
nouauit penitētiā ſ; nō pſeueā
uit in obediētia. Cūq; hoc cre
brius actitaſſ;: dn̄s penitētial
tedio affect9 ſe ab illo liberare
volēs conſiderās nihil eū profi
cere dixit. Noſti aliq̄d qđ poſ
ſis pro penitētia ſuſcipere ⁊ cu
ſtodire? Rn̄dit ille. Nequaq̄
allia comedere potui. Certū eſt
mihi q illorū carentiā ſi p pec
catis meis ſuſceperō nūq̄ trāſ
grediar. Ad qđ confeſſor Rn̄
dit Vade ⁊ de cetero p peccatiſ
tuis allia nō comedas. Egreſſ9
homo vrbē in orto q̊dam allia
cōſpexit: q̄ ex immiſſiōe dyabo
li mox concupiſcere cepit. Stās
vero ⁊ allia attēdens tētabat.
Concupiſcētia invaleſcēs nō ſi
nebat miſerū abire: nec tamen
allia prohibita auſus erāt attī
gere. Quid verbis immorer?
Tandē gula vicit obedientiā:
ortū intrauit ⁊ comedit. Mira
res. Allia de q̄bus nūq̄ guſta
re potuit cū eēnt cocta ⁊ accu
rate p̄parata ad comedendū
ſibi licita: contra vetitū cruda
mādu cauit ⁊ immatura. Sic
vilit' in temtatione vict9 cum
multa cōfuſione ad curiam re
diit ⁊ q̄d egerit recitauit. Quē
penitētialis cū indignatiōe re
pellens ne ſibi de cetero mole
ſtus eſſ; p̄cepit. Quid pt9 hoc
miſer ille fecerit nō audiui. ¶
Nouiti9. Miſera eſt conditio
hominis: que ſic pna eſt ad trāſ
greſſiōez. Sed dic queſo in q̊
genē gule peccauit homo dei q̄
comedēdo in Bethel a leone oc
ciſus eſt? ¶ Monachus. Nō co
medēdo: ſ; cōtra diuinū precep
tum etiā in tali loco comedēdo:
talē penam incurrit. Quāta ſit
culpa illicita ſiue etiā licita cō
tra p̄ceptū comedere aut bibere
nōnullis tibi oſtendam exēplis.

Magiſter ¶ Ca. lxxxix.

Abſolō vir honeſt9 ⁊ lit
terat9 in eccā ſancti Victoris pa
riſi9 canonic9 an hos annos in
Sprēkarſbach abbas eſt ele
ctus. Eſt ei idē mōſteriū in epa
tu Treuerēſi. Anq̄ idē Abſolō
in locū electōis ſue veniret, vn9
ex fratrib; in viſu noctis vidit
q candela ardēs prefatū mona
ſteriū intrare. Que ſuo lumine
ōīū fratrū candelas extinctas:
q̄s in manu tenebāt reaccēderet.
Interp̄tatio viſus talis erat q
iſe adueniret q̄ diſciplinā diſſo
lutā repararet. Fact9 vero abbas
honeſtas cōſuetudies quas in
ſuo monaſterio didicerat in
duxit: inter cetera precipiens.
vt tam ſue congregatiōis fra
tres q̄ ſubiecte ſorores necnō

a prepoſiti eaꝝ ab eſcis carniū
oīs abſtineret. Cōtigit poſt
hoc quandā ſecularē matronā
religiōis habitū in inſula ſan
cti Nycolai ſuſcipe. Pertinꝫ aū
teꝫ idē monaſteriū ad Spren
kirſbach. In die recluſionis
ſupr̄dicte femine: amicis eius
cū prepoſito ſanctimonialiūꝫ
noīe Floꝛino viro pinguiſſiō
ꝛ bene mihi noto couiuātibus:
cuꝫ ipſi carnes veſcerētur: ꝛ ip
ſe piſcibꝰ propt̄ mandatū ab
batis ſui Abſalōis vidēs in ſcu
tella clerici iuxta ſedētis carniū
aſſaturā cōcupiuit. immiſſaqꝫ
manu Moꝛſellū rapuit: ꝛ cuꝫ
quadā iocunditate in os ſuū
miſit Mox iuſto dei iuditio idē
Moꝛſellꝰ in guttur inobedien
tis integer deſcēdit: ita vt mea
tū eius obſtruens. nullo cona
tu poſſꝫ in os reuocari. Quē de
menſa trahētes cum iā euerſis
oculis putaret̄ ſuffocandus:
Henricꝰ monachꝰ et camera
rius noſter tūc decanus mōa
ſteriēſis ſicut ex eius oꝛe audi
ui. pugno tā valide collū illiꝰ
percuſſit. vt Moꝛſellꝰ infixus
exiliret. Et ognouert̄ ꝙ doloꝛ
ille atꝫ cōfuſio. pena peccati fo
ret inobediēti pꝑpoſito. Et hoc
ꝓ certo ſcias: ꝙ ſicut dyabolꝰ
plures vt dictū eſt tētat deſide
rio carniū. ita ꝛ vini. ¶ Ca. xc.

Monachꝰ quidā oꝛdinis
noſtri offitio cellerariꝰ
die quadā poſt opletoꝛiū ope
vt patuit poſtea diaboli into
lerabiliter ſitire cepit. Tētatꝰ
igit̄ tam valide cū fluctuarꝫ ꝛ
cogitaret vtrū ſibi cōtra regu
lā eſſet bibendū vel cū piculo
vite abſtinendū. tandē victus
ꝯpoſuit intrare cellarium ꝛ bi
bere. Interī intrans oꝛatoꝛiūꝫ
cuꝫ ante altare quoddā trāſirꝫ
ꝛ mltū tepide de potu cogitās
inclinaret in ſe cū paululū ꝓfe
ciſſꝫ erubeſcens ad idē altare re
dijt ſtetit ꝛ cū multa reuerētia
inclinauit. Leuās autē caput
demonē in ſpetie mōchi nigerr
rimi iuxta ſe ſtare cōſpicat̄ hu
iuſmodi v̄ba proferentē. Pro
certo tibi dico ſi nō fuiſſes reū
ſus ad inclinacōnē ego tibi ta
lem potū in cellario propinaſ
ſem quē degerere vix poſſes ꝙ̄
diu viueres. Hoꝛa eadē diabo
lus diſpuit ꝛ omis tētatio im
miſſa ſitiꝰ ceſſauit Hec mihi re
tulit dn̄s Euſtachiꝰ abbas de
Hemmērode aſſerens ante an
nos ſeptē otigiſſe. ¶ Nouiciꝰ
De cetero ſtudioſioꝛ ero ad i
clinandū ꝓfunde. ¶ Mōchꝰ
Dyabolꝰ omnē odit humilati
onē. illā maxime p quā homo

deũ cognoſcit ſuum creatorẽ ſe
creaturã. Quãdo hoc vidit homi
nẽ deuote exhibere deo qđ ipe
facere contẽpſit volẽs illi ſimi
lia ſuſtinere nõ poteſt fugitqȝ
cõfuſus. Vnde abbas Philippus
de Ottirburg cuius ſupra memi
ni vir prudẽs et litteratus ſoro
res de inſula ſancti Nycolai ſic
mihi retulerat docuit dicẽs. Quã
temtat vos dyabolus proſunde in
clinate in locis debitis et ſtatim
fugiet a vobis. Loca inclinationi
debita ſũt altaria et vbicũqȝ ex
poſita eſt ymago crucifixi et re
liquie ſanctorũ. Ad gloria pa
tri etiã inclinamus necnon et ab
bati alijs qȝ in multis locis in q̃
bus ordo hoc pcipit. Vis nũc
audire de q̃dam quem gula et
marie appetitus vini de ordine
traxit. Nouitius. Volo quia mul
ti vini deſiderio affitiuntur. Vi
nũ apoſtotare facit etiã ſapiẽ
tes. Monachus. Dicã tibi vi
ſionẽ terribilem quã ab eius
ore audiui cui datũ eſt illã vi
dere. Capi. xci.

Quidã ex ſenioribus nris
Hermãnus noĩe cantor
offitio vir bonus et diſciplinatus
ãn paucos ãnos defunctus eſt.
Ipe plures habuit viſiões ex
q̃bus vnã pñti loco exẽpli cau
ſa inſerã. Cũ nup monachus fa
ctus fuiſſet in Hemenrode aliũ
quendã monachũ tã in choro
q̃ȝ in refectorio primũ habebat
ãn huius ora qñdo qȝ in choro
infra pſalmodiã amphoras cũ
vino vidit. Amphoras vt dixi
oculis vigilantibus vidit vini
odorẽ ſenſit ſȝ manus tenẽtes vi
dere nõ potuit. In q̃bus ille co
gitãdo delectabatur. Hec ãn eius
oculos ope dyaboli formabã
tur. Vidit etiã et vrſũ cũ dormi
taret nocte q̃dã ãn illũ erectũ
ſtantẽ. brachia ſup pectus eius
ponentẽ cuius os dormitãtis au
ri oũgebatur. Non multo poſt
ſcđm quod ei ſuaſũ fuerat a dyabo
lo apoſtatauit ſicqȝ ſine cauſa
dyabolus illũ per vrſum extrax
it. Vrſus dicitur quaſi orſus eo
quod ore fetũ ſuum formet et dya
bolus ita informauit illũ ſcurri
litate verborum vt ob loquacita
tem oris ſui tã regibus q̃ȝ prĩ
cipibus ſit multum acceptus.
Vocatur enĩ Henricus cogna
mento ſig. Suſceptus a dño
Giſilberto abbate in nouitiũ
mox vt eũ per confeſſionẽ cogno
uerat nigrum monachũ fuiſſe cap
pã illi mutauit in cucullã fertur
etiã fuiſſe in ordine pmõſtratẽ
ſi Prius tñ vt audiui feminã ſe
ſimilans per femina in clauſtro q̃
dam ſanctimonialiũ ſuſceptus

quaſdã corrupit et nõnullas impgnauit. Nã vſqʒ hodie hi ſtrionis offitio fugitur et forte hijs priora opat̃. Hec de gula ſufficiãt quia ad vitiũ luxurie feſtino. ¶ Ca. xcij.

Luxuria eſt ex immũdis deſiderijs lubrica et effrenata mẽtis et carnis pſtitutio. Huiꝰ filie ſunt amor ſui. odiũ dei affectus pñtis ſeculi. horror vel deſpatio futuri p̃cipitacõ in conſtãtia incõſideratio cecitas mẽtis. Gradus luxurie ſũt fornicatio ſtuprũ adulteriũ inceſtus: cõtra naturaʒ Luxuria ſiẽ et gula mala plurima opata ẽ in mũdo. luxuia diluuij pmaxima cauſa fuit. ipſa Pẽthapoli ſulphure et igne oſũpſit. luxuria Joſeph ſanctũ incarcerauit Ipſa multos filios iſrl̃ in deſerto pſtrauit. Hoc factũ eſt qñ peccãtes cũ madianitis initiati ſunt beelfegor. Luxuria Sãpſonem fortiſſimũ ligauit infirmauit exoculauit Jpa et filios Hely gloria ſacdocij ſimulqʒ vita p̃uauit. Dormiebãt enim cũ mulierib9 que cubabãt ad oſtiũ tabnaculi. Luxuia dauid electũ dñi adulteruʒ fecit et homicidã Jpſa Salomonẽ infatuãs ſapientiſſimũ pduxit ad ydolatriã. Luxuria Suſannã ordenauit Johannẽ baptiſtaʒ decollauit. De luxuria dicit dominꝰ p Ozee. Omes neq̃tie eorũ in galgal. id eſt in volupta tibus ibi exoſos habui eos Dicit et Johel de illa. Cõputruerũt iumẽta in ſtercore ſuo. id eſt i fetore luxurie Behemoth ſcḋʒ Job dormit in locis humẽtibꝰ id eſt in luxurioſis. In euangelio duobꝰ ſe excuſantibus is q̃ vxorẽ duxit ſupbe rñdit dicẽs Vxorẽ duxi venire nõ poſſum.

¶ Nouitiꝰ. Quid ẽ q꞉ dñs in euãgelio ãpte ꝓhibet gulaʒ et figuratiue luxuriã. De illa dicit Videte ne corda veſtra grauẽtur in crapula et ebrietate. De iſta vero Sint lũbi veſtri p̃cincti. ¶ Mõchus. Nouerat creator totiꝰ nature de gula luxuriã oriri illiuſqʒ fomẽtis nutriri. Genitalia ventri oiunguntᷣ Ac ſi diceret dñs. Ne fias luxurioſus: gule indulge pciꝰ. Sine cerere et bacho friget venuſ Tria ſunt q̃ fomẽta luxurie inflãmant. victus imoderãtus veſtitus p̃tioſus otioſitas. Hec tria ꝯplexta fuiſſe dicit iniq̃tatẽ ſodome videlicet ſaturitatẽ panis. id eſt gulã ſupbiã vite ſcʒ ſupfluitatẽ veſtiũ p quã libido ꝓuocatur et otiũ ipſius et filiorũ et filiaꝝ eius. Multa mala

vt dicit ſalomõ: docuit ocioſi
tas. Dauid ꝓpt̃ otiũ peccauit
cũ berſabee: vnde quidam ait.
Ocia ſi tollas periere cupidinis
arcus. Mala beſtia eſt luxuria
caſtitatis impatiẽs: nulli ſexui
parcit: vix aliquẽ quieſcere ſinit
Excitat dormiẽtes: cõcitat vigi
lantes: nũc per motus natura
les: nũc p cogitationes: nũc p
formas oculis ſubiectas. Tẽ
tat icipientes temtat pfitiẽtes
temtat pfectos. ¶ Nouitius.
Satis audiui luxurie picula.
audiui ⁊ cõtra illã medicamẽta
nũc precor vt ſubiũgas exem
pla. ¶ Monachus. Non de illis
dicere volo q̃ luxurie cõſentien
tes ceciderunt: ſed q̃ ab ea tem
tati ⁊ cõquaſſati dei gratia con
ſeruati ſunt.

¶ Capitulũ. xcij.

Miles q̃dam diues ⁊ hone
ſt9 more ecc̃aſtico ab vx
ore ſua ſepatus: ad quãdã do
mũ ordis noſtri gratia cõũſi
onis venit. Cui õia ſua contu
lit tali pacto. vt dom9 eadẽ vx
ori quoad uiueret certã aſſig
nar3 penſionẽ: que in loco reli
gioſo vitã ꝑmiſerat ducere reli
gioſã Nolo noĩare domũ ſiue
militẽ. ne forte aliquã ex hijs
q̃ dictur9 ſum: q2 adhuc viuit
ſuſtineat verecũdiã. Fcõ eo no
uitio in tm̃ dyabol9 illã ſtimu
lauit vt a ꝓpoſito reſiliret: ma
ritũq3 iam in frẽm ouerſũ repe
tet. Dũ ſic nihil pficere3: cũ ami
cis ad mõſteriũ inſidioſe veni
ens vt ſibi cũ illo ex ſepta mõ
ſterij loq̃ liceret petiuit et opti
nuit. Quẽ milites rapiẽtes ⁊ vi
ſup equũ trahẽtes abducere co
nabant. Ille vero in ꝗ̃tum ex
vna pte leuabat: in tm̃ ex alte
ra pte deorſũ labebat. Tũc ni
hil videtes ſe pficere: cũ matro
na reuerſi ſunt Tũc illa ſiluit
toto ãno illo. Finito anno pro
bationis: exigẽte neceſſitate aſ
ſumpto ſecũ mõacho venit in
domũ ſuam: in qua ſuprdictã
repit matronã Illa ſimulans
ſe velle ei loqui ſecreti9 in came
ram duxit clauſoq3 poſt illum
oſtio clanculo amplecti ac de
oſculari cepit. Sprabat enim
quia ſi illũ ad peccandũ indu
cere poſſet: q9 diſcreto ordine
ad ipſã rediret. Sed filius in
tegritatis Chriſt9 qui innocẽ
tem puerũ Joſeph liberauit de
manibus adultere: eripuit et
hunc militẽ ſuum ab amplexi
bus illicitis ſue legitime Nam
de brachijs eius ſe excuciens il
leſus exiuit: ⁊ in igne non ar
ſit. Rediẽs hic in domũ ſuam
dicere potuit cũ Salomone.

Inueni amariorē ē morte mulie
rē: que laq̄us venatorꝫ eſt et ſa
gena cor eius. vincula ſūt ma
nus eius. Cui merito cōgruit
qđ ſubiūgitur. Qui placꝫ deo
effugiet illā. ¶ Nouiti9. Grā
dis tētatio hec. ¶ Monachus
Grādior iſta fuit q̄ ſequitur.
¶ Capitulū. xciiij.

Puenis q̄dam Colonienſis
Richwin9 nomine: nouiti9 fa
ctus eſt i domo noſtra. Hic cū
ſatis deuote ac q̄ete p aliqđ tē
pus in pbacōe ageret. ordinē
qꝫ ſuū diſceret Dyabolus paci
ac ſaluti eius inuidēs: per quā
dāꝫ ſanctimonialē beate Ceci
lie iā dicte ciuitatis tantā guer
raꝫ in ei9 corde mouit: tantis li
bidinū ſtimulꝰ carnē eius vul
nerauit vt q̄eſcere nō poſſꝫ. Lit
teras reuocacōis ipſa dictauit
et ſcripſit in q̄bus eū arguit de
cōuerſione. hortabatꝰ ad redi
tū. Dicens ſeipſā domuꝫ prebē
dā vel ſi quā haberet in eius de
bere eſſe poteſtate q̄ad uiuerꝫ.
ſi redire vellꝫ. Has litteras cuꝫ
miſiſſꝫ p puerꝫ et ille q̄reret no
uitiū: Hericus nouicij eiuſdē
german9. q̄ hodie cellerarius
noſter eſt ſeruo occurrens et
hoc ipſuꝫ qđ poſtea euenit for
midās. n pmiſit vt ei loquere
tur p̄cipiens vt ꝑtius exiret de
curia. Qui tn̄ nouitiuꝫ in ora
torio p̄ſtolans: litterās porrex
it et abijt. Quas vt legit mox
totus incādiuit: ac ſi teluꝫ igni
tū cordi eius infixū fuiſſet. Ab
illa hora cū temtaretꝰ nimis ita
vt ſingulꝰ horis ad ſeculū redi
re ꝓponeret. ſemp tamē pia fra
trū oratione atqꝫ exhortacōne
detētus eſt. Die quadā cuꝫ eſſꝫ
ſolus in pbacōne: et valde flu
ctuarꝫ ſup terrā ſe pronus pro
ſtrauit. pedes ſuper limē celle ex
tēdit: voce ſatis alta clamanſ
et dicens. Dyabole niſi vi pedi
bus hinc me extrꝰhas. nō te ſe
quar. Tandeꝫ p dei gratiā triū
phās factus eſt monach9 Re
q̄ſitus a me ſi adhuc aliq̄s de
ſup̄rdictis cogitacōnibus ſen
tiret reliq̄as: rn̄dit. Vere fratꝰ
Ceſari: tētationes que tūc tē
pis ſciderūt cor meū. mō vix ve
ſtimēta mea attingūt. Poſtea
maior cellerari9 apud nos fa
ctus in eodem offitio defunct9
eſt. Ecce ſic dyabolus q̄nqꝫ p
carnis incētina tētat icipiētes
tētat et pfitientes. ¶ Ca. xcv.

Retulit mihi abbꝰ Hermā
nus eo tēpe quo p̄or fue
rat in Hemenrode: iuuenē quē
dā monachū ibidē p carnis in
centina grauitꝰ fuiſſe temtatū.
Cui cum idem iuuenis eādem

tẽtationẽ qua nimis afficieba
tur: cũ lacrimis ↄfeſſus fuiſſet
cõſolat⁹ eſt eũ prior ⁊ ait. Cũ
ſtimul⁹ carnis te ĩpugnat: ſic
dyabolo voce ſatis alta dicere
debes. Diabole cõfeſſor meus p̃
cepit tibi: vt ceſſes me temtaꝛe.
Poſtea cũ idem tẽtaretur: ⁊ tẽ
tatio eadẽ maxime inardeſceret
ſimpliciť ⁊ valde confidẽter vo
ce ſatis clara ſicut fueꝛat edoct⁹
contra demonẽ clamauit dicens.
Dyabole cõfeſſor meus p̃cepit
tibi vt ceſſes me temtaꝛe. Mira
virtus ↄfeſſionis. Ad hãc vocẽ
dyabol⁹ ſpiritus videlicʒ forni
catiõis confuſus fuit: ⁊ tẽtatio
a iuuene ceſſauit. ¶ Nouiti⁹.
Vnde habes ꝙ tẽtatio talꝭ ſit
a dyabolo? ¶ Mõchus. Apo
ſtolus ſtimulũ carnis appellat
angelũ ſathane: eo ꝙ ipm̃ ex
citet ⁊ inflãmat. ¶ Nouiti⁹.
Vt audio cõfeſſio contra carnis
tẽtamẽta multũ eſt neceſſaria.
¶ Monachus. De hoc ſatis in
precedẽtibus dictũ eſt: ĩ diſtin
ctione ipſi⁹ confeſſionis. In cõ
feſſione enim peccati fomes debi
litatur: tẽtatio ceſſat vel tẽpa
tur gratia augmẽtatur ↄfitẽs
conſilijs armatur: dyabol⁹ con
funditur ⁊ eneruatur. Cũ alio
q̊dem tempe ſup̃dict⁹ mona
chus dure ſatis eadẽ temtatio
ne vexaretꝛ: ſup̃dictis verbis
ex ↄſilio ſui ſacerdotis etiã hoc
adiecit. Quid me vexas o dya
bole? Nõ poteris me plus tẽta
re ꝙ̃ te pmiſerit dñs. Ipſe eſt a
dñs tuus. Cui ſtati leui⁹ ſen
ſit: ꝙ ſpũs ille ſupbus pond⁹
verbi ſuã elationẽ deprimẽtis
portare nõ potuit.

¶ Capitulũ. xcvi.

Alter q̃dã monachus iſto
de quo iã dictũ eſt etate
maturior ⁊ in obſeruãtia religi
onis feruẽtior a ſpiritu luxurie
mltipharie multiſqʒ modis ⁊
duris ĩpugnabatꝛ. Tempe q̊
dã cũ eſſet in oratorio ⁊ dictis
matutis in ãgulo clauſtri ſtãs
veniã peteret cũ angelica ſalu
tatione. Dyabol⁹ poſt tergum
eius veniẽs ſagittam ignitam
poſt eũ direxit: ita vt illam mo
nach⁹ videret iuxta oculos ſu
os volitare: fulgurare: ⁊ ex rep
cuſſiõe parietis ſcĩtillare. Quẽ
cũ ſic terrere nõ poſſet neqʒ fu
gare a loco oratõnis: tñ circa
illum ſtrepitũ excitauit. vt ſu
pficies toci⁹ pauimẽti in quo
ſtabat coturnis monachorum
diſcurrentiũ atteri videretur.
Qui cũ de tali fantaſmate nihil
curaret: ⁊ cõpletis orationib⁹
abiret: quaſi mltitudinẽ mau
rorũ poſt ſe veniẽtum vidit.

¶Alio tp̄e ſpiritus fornicatiō
nis cuius anhelitus prunas ar
dere facit: corp9 eius igne libi
dinis intolerabilit̄ ſuccendit
Cui9 importunitatē venerabil̄
vir ille conſiderās. in hec verba
alta voce prupit. Quid me tā
crudeliter crucias o dyabole?
Nō eni amplius facere poteris
q̄ a deo pmiſſus fueris. dn̄s me
us ipſe eſt etiā ⁊ dn̄s tuus. Do
ctrina eſt predicti cōfeſſoris.
ad quā voce tali ordine ab eo
tētator diſceſſit. Verbis q̄dē
platis mox cepit in v̄tice eius
quaſi aliq̄d motabile ſerpe ⁊
paulatī per vtraſq3 aures vſq3
ad collū deſcendere cū ſudore.
Deinde p ſcapulas ⁊ latera. per
coxas ⁊ crura ſenſim ſe trahēs.
p talos exiuit. Et ſicut mihi cō
feſſus eſt idē monach9 ita ſpi
ritus ille vt iā dictū eſt grada
tim deſcēdit. vt ſentiret in vno
loco ⁊ nō in alio. Qui mox vt
p pedes exiēs fugit: ignis ab eo
excitatus refriguit ⁊ temtatio
oīs ceſſauit. ¶ Nouiti9. Mi
ror ſi aliq̄ occaſiōē prebuerit
ſpiritui fornicacōis ſic terribi
liter ſe cruciātis. ¶ Mōchus.
Sicut ab eius ore audiui. die
quadā cū viſitaret cū abbate
in q̊dam clauſtro ſāctimonia
liū. matrona quedā eiuſdē cō

gregacōnis quā an̄ conuerſio
nem bn̄ nouerat: brachiū ſuū
ſuper collū eius poſuit oculos
in eū defigens. Rō cū conſide
raſſz pluſq̄ oporteret. tūc qui
dē nihil ex hoc tētationis ſēſit.
ſz poſtea qn̄ dyabol9 illaꝝ ocu
loꝝ defixionē menti eius r̄dux
it: Ita tētatus eſt. ab illa hora
⁊ poſtea. p annos aliq̄t. vt eū
viuere tederet. Quāto eni q̄s
pfectior eſt. tanto plus ſenſus
ſuos reſtringere debet. tactum
maxime ⁊ viſū. Tactū: q2 ſicē
in vitaſpatrū legitur. Corp9
mulierū ignis eſt. Viſum. q2
mors ingredit̄ p feneſtr̄s ocu
loꝝ. Quantū ei monach9 iſte
in tētatione meruerit ſequēs ſ
mo declarabit. ¶ Cū eſſet p̊or
in clauſtro ſup̄dict9 Hermā
nus. nūc abbas loci ſācte Ma
rie. iā dictus monach9 nocte
quadā temtabat̄ grauiſſime
⁊ fuit eadē temtatio nō tm̄ va
lida. ſz ⁊ piculoſa ⁊ ſicut ex ei9
relatiōe cognoui: talis erat ſta
tus eiuſdē temtatiōis. vt in tā
breui morula ſicē q̄s manū poſ
ſet vertere. ei ſatiſfeciſſet ſi vo
lūtas peccati affuiſſet. Puto tn̄
q̄ fuerit de inceſtino carnis. Im
pugnabat̄ fortiter. reſtitit vi
rilit̄. vicit feliciter. In eadē eb
domada venit ad eū cōuerſus

q̃dã ſimplex de grãgia dicẽs
ſe velle ei loqui ſecretiꝰ ⁊ cũ de
diſſet ei copiã ait. Dñe in hac
ſeptiana viſũ eſt mihi in ſom
nis quo corã me ſtaret colum
na fortis ⁊ ferrũ infixũ erat eidẽ
columne pẽdebatq; in clauo il
lo ferreo corona pulcherrima
q̃ſi corona impatoris ⁊ affuit
q̃dam pulcherrimꝰ dñs q̃ am
babus manibꝰ tollẽs de clauo
coronã ponẽſq; illam in mani
bus meis ſic dixit. Accipe coro
nam iſtã ⁊ defer eã illi mõcho
deſig̃ns eum ex nomie: qꝛ hac
nocte meruit eã. Mox prior q̃
temtationẽ monachi nouẽat:
viſũ intellexit ⁊ interp̃tatꝰ eſt
columnã fortẽ: monachũ fuiſ
ſe in tẽtatione ſua inſupabilẽ.
clauũ qui etiã de calibe videba
tur fuiſſe: duram quã paciebã
tur tẽtationẽ: coronã de laborẽ
mercedẽ. Qui vicerit inq̃t dñs
faciã illum columnã in templo
meo. Qꝛ corona appẽſa ſit colũ
ne. id eſt ꝙ merces debeat' vi
ctorie: teſtis eſt apl's qui ait.
Bonũ certamẽ certaui. curſũ
conſũmaui. fidẽ ſeruaui. de reli
quo repoſita ẽ mihi corona iu
ſticie. Nouiciꝰ. De q̃ certami
ne loq̃tur hic apl's? Monã
chus. De eo q̃d fit cõtra hoſtẽ tri
plicẽ: carnẽ ſcʒ mũdum ⁊ dya
bolũ. Tñ deo placʒ fidelem ꝓp
ter cõſeruationẽ innocẽtie pa
cis tempe ſemꝑ dimicare cũ vi
ciis ⁊ cõcupiſcẽciis: q̃tum illi
placʒ ſi tẽpe pſecutionis ſemel
exponat corpꝰ gladiis atq; tor
mẽtis. Vñ eccleſia pſallit. Plꝰ
currit in certamie cõfeſſor iſte
ſufferẽs: q̃ martir ictum ſuffe
rẽs mucrone fundẽs ſanguinẽ
Nouiciꝰ. Mirari nõ deſino
ꝙ deus q̃ eſt ſũma mũdicia vi
ros religioſos ſanctos atq; ꝑ
fectos: tã immũdis temtacõi
bus ⁊ q̃ñdoq; diu vexari pmit
tit. Monachus. Hoc fieri cre
dit' ex diſpẽſatione diuine pie
tatis duabꝰ de cauſis. videlicet
ad cuſtodiã humilitatis ⁊ vt he
ant materiã exercẽde virtutis.
Quis in hoc mũdo maior apo
ſtolo? Ipſe eſt q̃ dicit. Ne mg̃
nitudo reuelationũ extollat me
datus eſt mihi ſtimulꝰ carnis
mee: angelꝰ ſathane q̃ me co
laphiſet ꝓpter q̃d ⁊ cetera. Si
cut dicit ſcriptura. Relicte ſũt
reliq̃e immũdarum gentiũ in t'ra
ꝓmiſſionis: vt experiretur in eis
iſrahel. Nam cũ dño placuerit
vna hora tẽtacões nobis for
tiſſimas cõpeſcit.

Capitulũ. xcvij.

In Claraualle ſacerdos q̃dam re
ligioſus eſt: ſi tñ adhuc viuit

genere nobilis. ſ; virtutib9 no
bilior noīe Bernard9. Iſte tē
pe quodā a ſathana p ſtimu
lū carnis ita eſt vexatus ita tur
batus vt iā ꝓponer; tētationi
omnino cedere. atq; poſt plui
mos ſudores ad ſeculū redire.
ↄfeſſus fuerat paſſionē eandē;
ſemel ſecūdo ⁊ multociēs. ſ; nō
ceſſauit. Tandē quaſi vict9 ac
ceſſit ad p̄orē. petēs ſibi cappā
dari. dicens ſe velle redire ad
ſeculū eo ꝙ nō poſſ; carere mu
liere Multis p̄cib; vir p̄or op
tinuit. vt expectar; illa nocte.
Expectauit: ⁊ dn̄s q̄ ſaluat ſpe
rātes in ſe. cōſolatus eſt eū; no
cte illa in ſomnis. ſic̄ ⁊ beatos
illos magos q̄bus p̄cepit. ne
redirēt ad herodē. Vix tenuit
obdormierat ⁊ ecce ↄſpexit emi
nus virū horribilē. i effigie car
nificis ad ſe ꝓperantē; ⁊ cultel
lū longū in manu tenentē. ſeq
baturq; eū canis magn9 ⁊ ni
ger. Quo viſo cōtremuit. Nec
mir̄. Ille vero multū impetuo
ſe. arreptis ei9 genitalib9 abſci
dit: caniq; piecit. Que mox il
le deuorauit. Euigilās autē ex
horrore viſiōis. putabat ſe fu
iſſe eunuchizatū. Q̄d reuera
ita erat: ⁊ ſi nō vt viſio oñdit
cultro materiali. gratia tā ſpiri
tuali. Mane veniēs ad priorē
dicebāt ſe liberatū; a tētatione
viſionē illi p ordinē exponēs.
Et glorificauit p̄or dn̄m. q̄ tā
mirabilit̄ ⁊ tā celerit̄ liberauit
ſeruū ſuū; Bernardū. Adhuc
virgo dicit̄ eſſe carne. Et eſt
hec hiſtoīa ſatis celebris in or
dine noſtro. ¶ Nouitius. Si
ſancti viri ſic turpit̄ temtātur
nō animo verecūdabor tm̄. vt
habten9 confiteri meas immū
das tētationes Timui ne ↄfeſ
ſores me deſpicerēt: turpia ↄſi
tentē. ¶ Mōchus. Si ſūt cō
feſſores diſcreti nō debēt accu
ſantes ſe ſpnere. ſ; conſolai ne
ſimilē tētationē incurrāt. Hoc
cuidā ſacdoti ſācto ⁊ decrepito
ↄtigiſſe ↄgnoui. ¶ Ca. xcviij.
Colonie prochiā ſācti Ja
cobi apl̄i ſacerdos q̄dā;
ſanctus ⁊ religioſus regebat
quē ſplendor multaꝝ virtutū
illuſtrē fecerat. Erat aūt littera
tus hūilis caſtus affabil̄ pau
perū pater. religioſoꝝ ſuſcep
tor. toti9 Chriſtiane religiōis
amator. Deo car9 toti ciuitati
accept9 Ipſe eſt dn̄s Euerhar
dus p̄dicte eccleſie plebanus
q̄ ↄuſione abbatis noſtri De
uardi p̄uidit ſicut dictū eſt in
p̄ma diſtinctiōe capitulo ſe p
tio. Ea q̄ de ſe b tūs Job enūat
bona. huic iuſto copioſe ſatis

gratia cōtulerat diuina. ¶ Tē
pe q̄dragesimali cū ciuiū filij
iuuenes ac delicati cōfiterētur
peccata ſua maxie carnis incēti
ua: que fomitare multū ſolent
cibaria delicata. q2 tales min9
in ſe expiebatur paſſiones du
rius q̄n̄do q3 illos q̄ expediret
arguit dicēs. Turpe eſt q2 ho
mies Chriſtiani motibus tam
turpib3 agitātur. Et ſcandali
sauit puſillos aliquā ill' inge
rens deſpatione. Sed iuſtus
et miſericors deus: q̄ Petrū ob
gregis ſalutē cadere pmiſit ſer
uum ſibi dilectū flagello tēta
tionis erudiuit et vt ſubditis
ſciret cōpati paſſiōe corripuit
cōſimili. Ita vt dicere poſſet cū
apoſtolo. Ne magnitudo reue
lacōnū extollat me. Datus eſt
mihi ſtimul9 carnis mee ange
lus ſathane q̄ me colaphizet.
Ex hoc i ſeipō didicit quomō
alijs deberet mederi. Tpe quo
dā cū abb Hermānus de quo
ſupradixi: nouiti9 mōchus fa
ctus ſtimulo carnis plus q̄ ei
placeret tētaretur et audita fa
ma ſctītatis eius ipſū adiſſet
ſperans ſe meritis p̄cibuſq3 illi
us aliq̄d poſſe reuelari ad miſ
ſas p̄pante ipſū inuenit. Cui
ꝑpter tēpus confeſſionē facere
ſicut ꝑpoſuerat nō poſſ3: in au
re ei ſecreti9 dixit. Pater grauit'
patior ſtimulū carnis orate de
um vt liberet me. Quē cū ille
reſpexiſſ3 quaſi ex abrupto cla
moſa voce r̄ndit. Certe ego ſi
mile patior q̄d ego pro vobis
orare potero? Et ſicut mihi re
tulit idē Hermānus: ex hoc ip
ſo edificat9 receſſit: q2 hominē
ſanctū et ſenē ſibi ſimilia pati
cognouerat. De quo narrauit
mihi ſacerdos q̄da3 religioſus
qui ſatis de vita eius nouerat
q2 quotiēs oſculū pacis alicui
clericorū in miſſa porrigebat:
magis illum timore tētationis
ore in aliqua parte faciei tāge
ret: quā oſcularetur. Quia vir
tus in infirmitate perficit' tem
pore quodā domin9 dilectum
ſuū tam valido dolore capitis
quē etiam gloſa vna i apoſto
lo vocat ſtimulū carnis: temta
uit et afflixit: vt illū viuere te
deret. Qui cū minus orare poſ
ſet aut legere: adijt quendam
medicū peritū rogans ſibi ꝑp
ter Chriſtū cōtra dolorem tam
continnū aliq̄d dari conſiliū.
Ille magis appetēs pecuniam
q̄ mercede diuinā. R̄ndit. Si
dederitis mihi tres marcas bene
curabo vos. Cui cū diceret vir
ſanct9 tres marcas nō habeo:
dimidiā aūt libens impendā.

Rñdit Phiſicus. Pro tantillo
nolo laborare. Tūc ille. Si ha
berē tres marcas p̄us darē eaſ
paupibus q̄ vobis. infirmita
tē meam deo cōmitto. Iuſtū dei
iudiciū. Hoc cū dixiſſ; vir bea
tus ꝛ receder; in ipa hora dolor
capitis totalit' eū deſeruit ꝛ im
piū medicū inuaſit. Nihil de i
firmitatis q̄titate minuebat'
nihil de mō et qualitate muta
batur. Ex tūc poterat ei verbo
euāgelico exprobrare. Medi
ce cura teipſū. Hoc miraculū;
cuidā canonico ſancti Seueri
in noīe Rudolpho arte medico
a quo in eiuſdē ꝯfeſſoris feſto
fuerat inuitatus me audiēte re
citauit. ¶ Nouiti⁹. Quia hu
ius venerabil' ſacerdotis fama
valde celebris eſt in vrbe Co
lonia: peto vt ſi aliq̄ de illo no
ſti edificatoria dicere mihi nō
pigriteris. ¶ Mōachus. Ex
opibus eius pauca pcepi que
tecū cōmunicabo. ¶ Cū die q̄
da; corpus dn̄i deferret in pixi
de ad infirmū ꝯmunicādū ꝛ de
ueniſſ; in ſtratā altam ꝛ angu
ſtam quā ego ſepius ambula
ui. eētq; platea ei⁹ nimis luto
ſa atq; pfunda obuios habu
it aſinos frumento oneratos.
Sacci enī pietē ex pte vna cō
tingebāt ex altera de ſtrata de

pendebāt. Scolaris vero q̄ pre
cedebat cū laterna magno cū
labore nūc impellēs aſinos nūc
ab ipſis impulſus ptranſiuit.
Sacerdos hec vidēs ꝛ q̄ vir ſe
nex eēt ac debilis ꝯſiderās pal
lere cepit ac tremē. timens ab
aſinis impelli ꝛ in luti illius p
funditatē cu; ſacramento p̄ci
pitari. Neceſſe eāt vt temtatio
talis iuſtū probaret q̄tinus fi
des eius āplius clareſcer; Cer
nens humanū deeſſe auxilium
ab eo quē portabat inſpiātus
in hec verba prupit. Quid eſt
qđ agitis o aſini? Nunq̄d nō
ꝯſideratis quē geſtem in mani
bus meis? State deſcēdite da
te honorē creatori vrō. In eius
ſiq̄de; noīe vobis p̄cipio. Mi
ra obediētia animaliū brutoꝝ
Ad vocē ſacerdotis ſimul oīs
ſteterūt ſimul deſcenderūt. Ac
ceſſit miraculū miraculo. Cu;
eſſ; deſcēſus laborioſus nō ſūt
lapſi ſacci de dorſis aſinorum.
Quoꝝ obedientiā vir ſanctus
admirās. deūq; glorificans. ſi
ne piculo ad infirmu; puenit.
Hoc factu; ſatis celebre eſt vſ
q; hodie in ciuitate Colonia.
Quāte fuerit hūilitatis lectio
ſeq̄ns declarabit. ¶ Solebat
ex ꝯſuetudine paupes ad pn̄
diū ſuū vocare. Inducti ſūt die

quadam duo ex quibus vnus ita erat infirmus ipso quoque aspectu tam horridus vt alter cum illo manducare recusaret. fuerat eius mensula ex opposito sacerdotis preparata. Quod cum vir dei considerasset pauperem despectum vocans: et in paupere Christum honorans sellam illi contra se ponere iussit et ex vna scutella vnoque cypho cum eo comedere et bibere non contempsit. Dicitur etiam fuisse consuetudo ei: delicata cibaria tum propter socios et hospites: tum propter infirmos pauperes: quos in domibus lectis decubare nouerat: sepius preparasse. Cumque illi apposita fuissent diligentius illa conspexit odorem hausit manu vertit vt sic appetitu prouocato amplius temptaretur et eis propter Christum non vtendo plus mereretur. Deinde dixit puero vade defer scutellam istam vidue illi vel tali pauperi siue infirmo que magis indiget quam ego. Dum huiusmodi opibus lucerna illa ardens luceret in domo dei placuit deo vt per talem occasionem amplius adhuc claresceret. Dominus Philippus Coloniensis archiepiscopus dum propter castra que emerat beato Petro multis debitis esset obligatus dictum est ei a quibusdam quod plebanus supradictus multam haberet pecuniam repositam. Missi sunt qui pecuniam accommodaret. Negante sacerdote quod pecuniam non haberet; datis archie sue clauibus nihil in eis inuentum est nisi calciamenta bouina et vncta que ad vsus pauperum comparauerat. Reuersi cum erubescentia qui missi fuerant nuntiauerunt hec episcopo. Qui sibi timens sicut audiui a quodam sacerdote per eodem sacerdote venerabili misit ad pedes illius se prostrauit de illata iniuria veniam postulans Ordinem nostrum specialiter dilexit et cum vellet in eo conuenti a quibusdam abbatibus eiusdem ordinis est ausus vt intellexi scientes vitam eius esse sanctissimam et personis secularibus valde necessariam Cum esset decrepite etatis virtutibus consummatus migrauit ad dominum sepultus quoque est in ecclesia beati Georgii martiris. Nouitius. Si virum tam sanctum et tam senem luxuria temptauit non mirabor si iuuenes inuadit. Monachus. Sicut dixi luxuria vix alicui parcit etati. Luxuria coluber est in via cerastes in semita mordens vngulas equi vt cadat ascensor eius retro. Ecce exempla. Ca. xcix.

Non est diu quod in Susatia clericus quidam fuit peregrinus Hermannus nomine etate iuuenis corpore preceterus pulcher aspectu

Jn hũc femina quedã eiuſdẽ
c̄itatis ciuis oculos iniec̃. adeo
ab illa inflãmata vt dicẽt. Si
volueris meis ãplexib; vti. om
nia mea tua erũt. Cui⁹ verba
vel ꝑmiſſa cũ iuuenis memor
ſancti Joſeph deſpiceret et illa
nihil ſe ꝑficere cerneret. de op
preſſiõe illũ coram iudicibus
accuſauit. Qui cũ negar; nec
ei crederetur. miſſus eſt in clau
ſtrũ murorũ. locũ ſcilicet dãp
natorꝝ. Jlla ſtimulãte luxuria
a clerico ſe dementatã ſimulãs.
murꝝ cũ ſcala aſcẽdit deorſũ ſe
p̃cipitauit. iuuenẽ amplexat᷑
ad cõmixtionẽ illũ ſolicitans.
Nec ſic ꝑfecit. Hoc cognito iu
dices extrahẽtes innocentẽ. tã
q̃ maleficũ et magũ miſerũt in
ignẽ. Qui cũ arderet ita vt pa
tentib⁹ coſtis pulmo eius vide
retur. ſalutationẽ angelicã. id
eſt Aue maria et cetera. cunctis
audientib⁹ decantauit. Mox
vnus de circũſtantib⁹ mulieris
cognat⁹. ticionem ardentẽ ar
ripiẽs oriq; eius immittẽs ait
Ego auferã tibi oratiões iſtas
et ſuffocauit eũ. Quid plura?
Mortu⁹ eſt et in cãpo oſſa ei⁹
ſepulta. Ad cuius tũbam ſepi
us viſa ſunt luminaria et diuer
ſa ↄtingũt miracula. Territi ve
ro parentes p̃dicte adultere. corã
canonicis ſancti Patrocli ſe ꝓ
ſtrauerũt. veniã poſtulantes et
ꝓ nece iuſti penitentiã ſuſcipi
entes. Sup cuius tumulũ ec
cleſia fabricata ẽ. Juuenẽ hũc
luxuria ꝑ feminã. vt coluber in
via. id ẽ manifeſte ꝓuauit. cor
pus ei⁹ incinerauit. ſ; nõ ſupauit
Alteri cuidã facta ẽ ceraſtes in
ſemita hoc mõ. ¶ Ca. c.

COnuſus q̃dam vir bon⁹
ac deuotus. que; ego bñ
noui cũ ante ãnos paucos na
uem portantẽ vinũ monaſterij
ſui deduxiſſ; in flandriã. nocte
q̃dam ancilla hoſpitis ſui. dũ
ſcdm̃ conſuetudinem lectũ illi
in ſolario dom⁹ preparaſſet ſibi
aliũ ad pedes ↄuſi ſtrauit. Cõ
uerſus cũ dicto cõpletorio iſſ;
cubitũ. eſſetq; lucerna extincta
illa ſilẽter veſtes exuit. in lectũ
preparatũ ſe r̃clinauit. nudis pe
dibus conuſi plantas pulſãs
et q̃ ipſa foret tuſciẽdo ſe ꝓdẽs
Nõ has ceraſtis inſidias ouer
ſus obſeruauerat. eſtimãs ali
cui virorũ eundem lectũ fuiſſe
preparatum. Mordebat illa vn
gulas eq̃. id eſt cõuerſi. ſ; aſcẽ
ſor eius ſc; ſpũs ꝑ ↄſenſũ non
cecidit retro. q̃ mox vt vocem
muliebrẽ audiuit ilico ſurrex
it. veſtes induit et ad feneſtrãs
ſolarij vadens oracões ſuas

dicendo:mane illic exſpectauit· Illa diutina exſpectatione ſuſpē ſa tandē confuſa deſcēdit ¶ Nouitius Quid ē ceraſtes? ¶ Mōchus· Serpēs habēs cornua ōni ferro duriora ad iſtar gladij ex vtraqꝫ pte īciſiua· Vñ greci ceraſta vocāt cornua· luxuriā ceraſtes eſt:qꝛ nō ſolū aīam interficit·ſꝫ ꝛ corpꝰ irreparabiliter corrūpit· Omne enī peccatū extr̄ corpꝰ eſt· Teſte apoſtolo· Qui autē fornicatur:in corpꝰ ſuū peccat· ¶ Ca·ci·

Recordor cuiuſdā ſacerdotis in ordine regulariū p̄poſiti:quem nimis inſidioſe nimiſqꝫ periculoſe luxuria p feminam cornibꝰ ſuis ventilauit· Cum enī grauiter infirmaret̄ dictū eſt ei a medico:ymo per medicū a dyabolo:qꝛ euualeſcere nō poſſet niſi vteret̄ muliere Ille ſpe vite p̄ſentis immemor future feminā cognouit: nec tamē ei pfuit ymo magis obfuit:qꝛ poſt paucos dies defunctus eſt· Sicqꝫ ſuaſu antiq̄ ſerpentis tēpus pmie factū eſt illi tēpus luxurie· Judiciū aūt me deo cōmitto Hec in eadē domo i qua p̄poſitus fuit a quodam ſacerdote eiuſdē ordinis mihi relata ſunt:que ꝛ ego facie ꝛ noīe noui· ¶ Nouicius·

Eſt ne p̄dicta ſentēcia ſancti Job:tētatio eſt vita hoīs ſuper terrā:de vtroqꝫ ſexu intelligēda? ¶ Mōachus· Eſt qꝛ hoc nomē homo vtrūqꝫ ſexum cōprehēdit ꝛ eiſdē morib; vterqꝫ ſexus ſbiacet· Sicut enī diabolus p feminā viros deijcit ꝛ eneruat:ita per viros mulierū mltitudinē lucratur· Vñ de illo ad Job a dño dicitur· Virtus eius in lūbis eius ꝛ fortitudo illiꝰ in vmbilico vētris eius Sup quē locum dicit ſanctꝰ Gregoriꝰ· viris eſſe luxuriā in lūbis:feminis in vmbilico q̄ q̄tum qñqꝫ temtētur exemplis tibi pandā· ¶ Ca·cij·

Matrona quedā nobil' ſicut mihi retulit ſacdoſq̄dam religioſus:die quadā cū in caſtro in q̄ manebat ſola eſſet et neſcio q̄d ageret vel cogitaret ſpūs fornicatiōis ſolam illam eſſe nō pmiſit· Nā ſubito tā valide eſt inflāmata vt huc illucqꝫ diſcurrēs ſtare vel ſedere nō poſſꝫ ac ſi ferrū candēs i ſuo femore excepiſſꝫ· Cumqꝫ ignē amoris tolerare ñ poſſꝫ ad portariū caſtri caſtitatis oblita deſcēdit:ꝛ vt ſibi ōmiſceri vellet cū multa inſtātia ſupplicauit· Cui ille ſicut vir bonus rñdit· Quid eſt qd loqueris dña?

Ubi eſt ſenſus tuus? Reſpice
deū attēde honorem tuū Illa ni
hil horꝫ curās. cū a portario re
pulſā pateretur. nutu dei de ca
ſtro exiens ad flumen p̄terflu
ens cucurrit aq̄s gelidis ſe im
merſit. in q̄bus tā diu ſedit. do
nec fomitē ardentis libidīs re
ſtringeret. Tunc ad portariū
rediēs ⁊ de repulſa grās agēs
ait. Si dares mihi mille mar
cas auri. modo nō paterer qđ
paulo an̄ te facere rogaui. Et
reuerſa eſt in locū ſuū. Facitqꝫ
pius dn̄s vt mat̄ pia. q̄ infan
tē dilectū circa ignē reptantē
bene ignis calorem ſentire per
mittit. ſꝫ intrare volentē cū mul
ta feſtinatione retrahit. Hoc
plenius auditur9 es in capitu
lo ſeq̄nti. ¶ Ca. ciij.

In Anglia vir q̄daꝫ r̄ligioſus
mōaſterio p̄fuit ſanctimonia
liū. Erat autē ſtature p̄cere. de
corus aſpectu genas hn̄s rubi
cūdas oculos letos. Ita vt vix
aliq̄s aliquid in eo religioſita
tis eſſe crederet. q̄ virtutes ani
mi illius ignorarꝫ. In cui9 con
tēplatione iuuēcula q̄dam illi
us ꝯgregacōnis adeo cepit tē
tari ⁊ tā grauiſſime ſtimul̄ car
nis agitari. vt verecūdia poſt
poſita paſſionē ſuam illi apirꝫ
Expauit vir ſanct9 ⁊ q̄ timor

dei an̄ oculos eius fuit. cepit v̄
ginem inq̄tū potuit auertere
dicēs Chriſti ſpōſa es: ⁊ ſi dn̄i
mei ſponſā corrupo nō patiet̄
impune trāſire. neqꝫ hoīes diu
poterit latere. Dicēte illa. ſi nō
cōſenſeris mihi moriar. Rn̄dit
ille. Ex quo alit̄ eſſe nō poteſt
fiat vt vis. In quo ergo loco cō
ueniem9? Rn̄dit illa. Ubicū
qꝫ tibi placuerit. Ego in hac
nocte veniā ad te. Ad qđ ille.
Oportet vt in die fiat. Rn̄dit
qꝫ v̄gini domū in pomerio. mo
nens ⁊ p̄cipiens vt nemine ſci
ente. nemine vidēte tali hora il
luc veniret. Que cū veniſſꝫ dix
it ad eā. Dignū eſt ⁊ vobis ex
pedit. vt corpus meū qđ tā ar
denter cōcupiſcitis p̄us inſpiti
atis ⁊ ſi tūc placuerit deſiderio
veſtro p illđ ſatiſfatiatis Hoc
dicto illa tacēte veſtimēta ſua
exuit. ciliciū aſperrimū quo in
dutus erat ad carneꝫ depoſuit.
corpuſqꝫ nudū vermib9 corro
ſū cilitio attritū ſcabioſū atqꝫ
nigerrimū illi oſtēdens ait. En
qđ amas exple nūc ſi placꝫ vo
luptatē tuaꝫ. Videns hec illa
expauit: ⁊ nūc in palloē nūc
in ruborē verſa ad pedes eius ru
ens. veniā poſtulauit. Cui ille
Reuertere ſecrete in monaſtei
um tuū: ⁊ vide ne me viuente

pꝛodas ſecretū meum. Ab illa
hoꝛa temtatio quā viſus incau
tus in virgīe excitauerāt coquī
euit. Hec exēpli cauſa de tētati
one luxurie ſint dicta. ¶ Noui
tius. Quib9 armis reſiſtendū
eſt hijs ſeptē vicijs q̄bus iam
ſermo in longū ꝓtractus eſt?
¶ Mōchus. Virtutibus eis
oppoſitis. ¶ Nouici9. Quid
ſūt virtutes vel vnde dicūtur?
¶ Mōachus. Virtutes ſūt q̄
litates mētis q̄bus recte viuit᷑
Dicūtur aūt virtutes quaſi cō
tra vitia ſtantes. Stare debet
cont̄ ſupbiam hūilitas contra
irā lenitas contra inuidiā cari
tas contr̄ triſticiā ſpiritalis io
cūditas contra auariciā largi
tas contra gulā potus cibiq3 p
citas contra luxuriam caſtitas
Qꝫ ſi in pugna temtationū vir
tutes vicijs effecte fuerit ſupi
ores victoꝛiā meritum: et meri
tū pmium ſeq̄tur eternū. Rē
pſeuerāti ſe daturū pollicitus ē
dn̄s noſter Jheſus Chriſt9. q̄
eſt via in exēplo veritas in pꝛo
miſſo vita in pmio. Jpſi cū pa
tre et ſpiritu ſācto honoꝛ et im
periū in ſecula ſeculoꝛū Amē.

¶ Explicit q̄rta diſtinctio.
¶ Incipiūt capitula quīte di
ſtinctōis.

DE eo q̄ demōes ſint ꝙ
multi ſint ꝙ mali ſint
et hoīb3 infeſti. ca. p.
De Herico milite q̄ demones
eſſe nō credēs p nigromanticā
illos vidit. ca. ij.
De ſacdote q̄ p dyabolū a cir
culo extract9 et ofractus tertio
die moꝛtu9 eſt. ca. iij.
Itē de clerico qui apud tole
tū dolo diaboli extract9 et ad in
feros ductus et reduct9 factus
eſt mōchus. ca. iiij
De Hermāno abbe loci ſan
cte Marie q̄ in diuerſis formiſ
demōes vidit. ca. v.
De Chriſtiano mōacho q̄ de
mones vidit. ca. vi.
De demonib9 qui viſi ſūt Ma
guntie in ſupba veſte femine.
capitulū. vij.
De ſacerdote de Deytkirchin
q̄ in obitu ſuo multitudinē vi
dit demonioꝛū. Itē pꝛobatio
ꝙ plures ſint homies q̄ demo
nes. ca. viij.
De demōe q̄ dixit ſe malle cū
vna anima a ſe decepta deſcēde
re in infernū: q̄ redire ad celū.
capitulū. ix.
De alio demone qui cōtraria
dicebat. ca. x.
De demone qui confeſſus eſt
ſe intraſſe feminā: eo ꝙ ſibi tra
dita fuiſſ3 a marito. ca. xi.

Itē de puero quē dyabolꝰ in
uaſit. cū ei pater diceret. vade
dyabolo. ca. xij.
De obſeſſa q̄ dixit dyabolū li
gatū tribus verbis ſacri cano
nis. ca. xiij.
De obſeſſa que in inſula ſancti
Nycolai prodidit reliquias.
capitulū. xiiij.
Quomō demōes ſint in homi
nibus. ca. xv.
De cōuerſo cāpenſe q̄ p̄miſ
ſione epātus Halverſtadēſis
deceptꝰ ſuſpēſus eſt. ca. xvi.
Itē de ɔuerſo q̄ voce cuculi de
ceptus. in apoſtaſia mortuus
eſt. ca. xvij.
De duobꝰ hereticis q̄ apud Bi
zūciū miracul' fantaſticis mł
tis deceptis ibidem exuſti ſunt.
capitulū. xviij.
De hereticis Colonie combu
ſtis. ca. xix.
De hereſi Waldoſiana in ciuita
te Metenſi. ca. xx.
De hereſi Albienſiū. ca. xxi.
De hereticis Pariſius exuſtis.
capitulū. xxij.
De heretico apud trecas exuſto
qui ſe dicebat eſſe ſpirituz ſan
ctū. ca. xxiij.
De hereticis Veronenſibus.
capitulū. xxiiij.
De heretico q̄ dicebat dyabo
lū eſſe principē huiꝰ mūdi eo
q̄ mūdū creaſſz. ca. xxv
De puella quā dyabolꝰ intra
uit cū eēt q̄nquēnis. ca. xxvi.
De Theoderico ɔuerſo. quē dy
abolꝰ trāſtulit vltra ciuitatem
Lubech. ca. xxvij.
De Albone conuerſo q̄ dya
bolū videndo infirmatus eſt: et
que ſit ratio eiuſdē defectus.
capitulū. xxviij.
De abbe ſancte Agathe mōa
cho et cōuerſo eius. q̄ videntes
dyabolū defecerūt. ca. xxix.
De duobꝰ iuuenibus q̄ diabo
lū in ſpetie mulieris vidētes in
firmati ſūt. ca. xxx.
Itē de femina q̄ a dyabolo in
ſpetie viri ſibi noti p̄ſſa mortua
eſt. ca. xxxi.
Itē de muliere in Are q̄ a dya
bolo āplexata poſt paucos di
es defūcta eſt. ca. xxxij.
Itē de ɔuerſo quē dyabolus
in ſpetie monial' meridie dormi
entē oplexꝰ. infra triduū extīx
it. ca. xxxiij.
De Thimone milite. cuz quo
dyabolꝰ nocte teſſeribꝰ ludēs
viſcera eiꝰ excuſſit. ca. xxxiiij.
De homine q̄ in ſuſatia ſpe dy
aboli de turri ſaltās diſruptus
eſt. ca. xxxv.
De demone q̄ in ſpetie hominis
militi fidelit' ſeruiuit. ca. xxxvi.
De demone qui Euerhardū

militē tranſtulit Iheruſalem. capitulū .xxxvij.
De demone q̄ non miſit homi nem a ſe obſeſſum de rapina in qn̄ta generatione guſtare. ca pitulū .xxxviij.
De diabolo q̄ viſus eſt ſciare diſcordiā int̄ duos pegrinos amicos. ca .xxxix.
Itē de demone q̄ in ſpētie ſac̄ dotis militē p ſpineta ducēs ini micos illos effecit. ca .xl.
De demone q̄ dixit ſe ſeminaſ ſe diſcordiā inter militē ⁊ ceno biū. ca .xli.
De milite meingoſo que; dia bolus p pauimentū traxit. ca pitulū .xlij.
De demōe q̄ vineā pro merce de cuſtodiuit. ca .xliij.
De eufemia ſanctiomali quā diabol9 infeſtauit. ca .xliiij.
De infeſtacōib; Elizabet ſan ctimonial a demōe. ca .xlv.
De incluſa q̄ p bn̄dicite libā ta eſt a demōe. ca .xlvi.
De bertrade incluſa. ca .xlvij.
De cōuerſo q̄ vidit demonem fantaſmata minari in choꝛū. capitulū .xlviij.
De viſiomb; Hermāni canto ris. capi .xlix.
De incluſa q̄ demōes vidit ſu per ſcapulas mōachoꝛū de poꝛ ceto. ca .l.
De mōacho a laboꝛe cauſiū re cedēte ⁊ a dyabolo p ſpētie mu lieris mox tētato. li.
De diabolo ſimili leoni ad ſti pitē ligato. ca .lij.
De canonico Bunenſe ab eo tētato. capi .liij.
Q̄d ouentū mōtis ſancte wal burgis irriſit. liiij.
De ſac̄dote quē cum gladio eunte ad eccleſiā dyabol9 ter ruit. ca .lv.
De cāpanario quē dyabolus tranſtulit in pinnā Yſenburg capitulū .lvi.

Incipit diſtinctio qn̄ta de demomb9 ꝙ mali ſint ⁊ ml'ti. ∴ Ca. p̄.

Recte poſt tētati onē tractandū videt' eē de tem tatoꝛib9 Demo nes antonomā tice dicūtur tētatoꝛes ꝙ maxie temtatio mentē impellens ad peccandū. vel ipſis fit auctoꝛi bus vel incētoꝛib9. Si dyabo lus primum hominē temtauit in padiſo: ſi Chriſtū temtare preſūpſit in deſerto: quē homi nem temtare nō audebit in h° mūdo? Duo ſiquidem angeli cui libet hoī ſunt deputati bon9 ad cuſtodiā: malus ad exercitiū

Nouitiꝰ. De angel' ſanctiſ
mihi nulla ineſt dubietas. q̄ñ
ſint ꝙ ꝯplexa ſcripta de illis
ſepe loquūtur. Qꝛ vero demōes
ſint. ꝙ multi ſint. ꝙ mali ſint.
et ꝙ incēdijs eternis deputati
ſint. ex ſcp̄turis vtriuſqꝫ teſta
menti vellē mihi demonſtrari.
Monachus. Plurima ad hec
ꝓbanda extāt teſtimonia. De
lucifero. id ē dyabolo ꝓpter de
corē ſue creacōnis ſic dicto eiꝰ
qꝫ caſu ait yſaias. Quō occi
diſti lucifer. q̄ mane oriebaris ⁊c
⁊ cetera. Qꝛ factus ſit diabolus
⁊ ꝙ de celo ceciderit teſtis eſt.
Saluator q̄ ait. Vidi ſathā
tāꝙ̄ fulgur de celo cadētē. De
q̊ Job. Quadā die cū veniſſēt
filij dei vt aſſiſterēt coram dn̄o
Affuit inter eos etiā ⁊ ſathan
Et in pſalmo David loquēs
de iuda ꝓditore. Diabolꝰ inq̄t
ſtetit a dextris eiꝰ. Itē Abacuc
de Chriſto. Egredietᷣ diabolꝰ
ān pedes eius. Et in alijs mltis
locis diabolū ſcp̄tura ꝯmemo
rat. Qꝛ autē non ſolus fuerit.
nec ſolus ceciderit teſtatur Jo
hānes i apocalipſi dicēs Factū
eſt preliū magnū in celo. Mi
chael ⁊ āgeli eius pugnabāt
cū dracone ⁊ draco pugnabat
⁊ angeli eius: ⁊ nō valuerunt
neqꝫ locus eoꝝ inuentus ē am
plius in celo. Factus eſt ꝑ ma
litiā ſuam draco lucifer glorio
ſus. de cuius decore ac pulchri
tudine ꝑ Ezechielē dicitᷣ. Tu
ſignaculū ſimilitudīs dei. ple
nus ſapiētia atqꝫ decore in deli
cijs paradiſi dei fuiſti. Omnis la
pis precioſus opimentū tuū ⁊
cetera. Decima ps angeloꝝ cre
ditur cecidiſſe Vn̄ ob multitu
dinē apoſtolus vocat eos aere
as poteſtates. Cadendo enī ae
rē impleuerūt. De quoꝝ mali
cia ꝯplexa Chriſto dicit ī pſal
mo. Suꝑbia eoꝝ qui te ode
runt. aſcendit ſemꝑ. Et dn̄s in
euangelio iudeis. Vos facitis
oꝑa patris veſtri diaboli. Ille
mēdax fuit ab initio: et pater
eius. Qꝛ hominibꝰ ſit infeſtus
teſtis ē Job q̄ ait. Abſorbebit
fluuiū ⁊ nō mirabitur. id ē in
fideles paganos ſcilicet iudeos
⁊ hereticos ⁊ habet fiduciā ꝙ
influat iordanis in os eius ſci
licet fideles baptiſati. Vn̄ apo
ſtolꝰ Petrus nos admonet di
cens. Frēs vigilate. ſobrij eſto
te ꝙ aduerſariꝰ veſter diabo
lus tanꝙ̄ leo rugiēs circuit. q̄
rens quē deuoret cui reſiſtite
fortes in fide. Nō de vno dicitᷣ
De ceteris intelligendū eſt. ꝙ
ſepe nūs ſingularis ꝑ plurali po
nitur Qꝛ eternalitᷣ dampnādi

ſint: habet̃ ex verbis dñi qui
in iuditio reprobis dicturꝰ eſt
Ite maledicti in ignẽ eternũ:
qui ꝑpatus eſt dyabolo ⁊ an
gelis eius Hñ autẽ in q̃nta di
ſtinctiõe loquẽdũ arbitror de
demonib; ꝙ q̃narius a philo
ſopho apoſtaticꝰ vocat̃. eo ꝙ
ceteris numeris inparibus cõiun
ctus ⁊ p ſeipſũ multiplicatus:
ſemꝑ ſeipſũ vel in capite vel in
fine oñdit Sic dyabolus a q̃
ternario ꝑpetue firmitatis rece
dens ꝑmus cũ hominibus malis
q̃ſi numeris ineq̃libus ſociat̃:
ſemp in pñcipio vel in fine ope
ris ſiue ſmõis illius neq̃cia de
mõſtratur. ¶ Nouiciꝰ Satiſ
mihi fateor ꝓbatũ eſſe vñ heſi
taui. õme ſcrpture teſtioniis.
neq; mihi ſatiſfcm fateor: niſi
eadẽ viuacib; declares exẽplis
¶ Mõchus Demões eẽ: mul
tos eẽ: malos eẽ: plurimis tibi
exemplis potero ꝓbare.

¶ Capitulũ. ij.

Miles q̃dã Hericus noie
de caſtro Falkinſtin oriũ
dus pincerna fuit Ceſarij mona
chi nr̃i tunc abbis Prumie ⁊ ſi
cut eodẽ Ceſario recitãte didici
cũ iã dictus miles demões eſſe
dubitar; ⁊ q̃cquid de illis au
diret vel audiſſ; quaſi friuolũ
reputãs q̃ndã clericũ Philip
pũ noĩe in nigromãtia famoſiſ
ſimũ accerſiuit ⁊ vt demões ſi
bi oñder; cũ multa inſtãtia pe
tiuit. Cui cũ ille rñderet viſio
demonũ horribil' eſt piculoſa
ẽ neq; hoĩbus oĩb; expedit vidẽ
⁊ miles nimis iportune inſtar;
adiecit Si ſecurũ me feceris ꝙ
neq; a ↄgnatis ſiue ab amicis
tuis nihil mĩ ex hoc mali euene
rit ſi forte a demonib; deceptꝰ vł
territus leſus fueris acq̃eſcã tibi
Et fecit eũ ſecurũ. Die q̃dã tpe
meridiano eo ꝙ tũc maiores
hẽat vires demoniũ meridianũ
Philippꝰ militẽ in q̃ddã biuiũ
duxit gladio illum circũcircia
uit circuli legẽ infra circulũ po
ſito ꝑdixit ⁊ ait. Si aliq̃d mẽ
broꝝ tuoꝝ extra hunc circulũ
añ meũ reditũ extẽderis morie
ris ꝙ mox a demonib; extractuſ
pibis. Monuit etiã vt nihil pe
tẽtib; daret nil ꝓmitter; nec ſe
ſigret. Et adiecit. Multis mo
dis te demões temtabũt ⁊ ter
rebũt nec tamẽ tibi nocere po
terũt ſi mãdata mea cuſtodie
ris. Diſceſſitq; ab eo. Solo ſe
dẽte illo in circulo ecce vidit cõ
tra ſe veniẽtes inundatiões aq̃
rũ deinde audit grũnitꝰ porco
rũ. flatus ventorũ ⁊ alia fanta
ſmata hijs ſimilia multa q̃buſ
illũ demões terere moliebant̃.

Ac q2 iacula pⁿuiſa minus feri
unt cõtra hec a ſemetipſo cõfoꝛ
tatur. Nouiſſime vero ɔtẽplá
batur in nemore vicino q̄i vm
brā humanā tetram ſūmitatē
arboꝛū aſcendentē que ad ip
ſū ꝓpinq̄bat Et itellexit ſta
ti q2 diabolꝰ eſſet vt fuit. Qui
vt circulū attigit ſtetit ⁊ q̄d ſi
bi vellꝫ militē īterrogauit. Erat
autē q̄ſi magnꝰ vir imo maxi
mus ⁊ nigerrimꝰ. veſte ſubni
gra indutus et tātē defoꝛmita
tis vt in euꝫ miles reſpicere nō
poſſꝫ. Cui ſic ait. Bñ feciſti ve
niēdo ego em̄ videre te deſidera
ui Ad q̄d inquit? Et ille Mul
ta de te audiui. Rñdēte diabo
lo q̄d de me audiuiſti? Sbiec
miles pauca bona ⁊ mlta ma
la. Ad qđ diabolus Sepe me
iudicāt ⁊ condēnant homines
ſine cauſa. Ego neminē nocui
neminē ledo niſi ꝓuōtus. Phi
lippꝰ magiſter tuꝰ bonus ami
cus meus eſt ⁊ ego illius q̄re
ſi vnq̄ illum offenderi Ego fa
tio qđ illi placet ⁊ ipſe mihi ī
ōmibus obtꝑat. Vocatus ab
illo mō huc veni ad te Tūc mi
les. Vbi fuiſti q̄n te vocauit?
Rñdit demon. Tm̄ ex illa ꝑte
maris fui q̄tuꝫ ab hoc loco di
ſtat vſqꝫ ad mare ⁊ ideo iuſtū
eſt vt in aliquo munere laboꝛ
ribus meis rñdeas. Cui miles
Quid vis? Rñdit ille Volo ⁊
rogo vt des mihi palliū tuum
Dicēte milite nō tibi dabo. po
poſcit cingulū deinde oue vnaꝫ
de grege. Que cū ōmia negarꝫ
nouiſſiē gallūꝫ domus eius pe
tiuit. Cui cū diceret q̄d opus
hēs gallo meo? Rñdit demon
Vt cantet mihi. Et ille. Quo
capes eū? Rñdit iterū demon
Nō ſoliciteris de hoc in tm̄ da
mihi illū. Tunc miles. Ego ni
hil dabo tibi ⁊ adiecit. Dic mi
hi vñ eſt tibi tāta ſcientia? Dix
it demon. Nihil fit mali in mū
do qđ me lateat Et vt hoc ſcias
verū eſſe. Ecce in tali villa ⁊ in
tali domo virginitatē tuā ꝑdi
diſti ibi ⁊ ibi peccata illa ⁊ illa
cōmiſiſti. Et nō potuit contra
dicere miles qui verū diceret.
¶ Nouitiꝰ Nō puto q̄n miles
aliq̄n eadē ɔfeſſus fuerit pecca
ta. Quo ergo ſcire potuit dya
bolus cōfeſſa? ¶ Monachus.
Quia cū volūtate iterū peccan
di miles cōfeſſus fuit dyaboli
ſciētiā in nullo minuit. ¶ No
uitius. Placet qđ dicis q2 ideꝫ
dixiſſe te recolo diſtinctōe ter
tia caplo ſexto. ¶ Monachus.
Cumqꝫ rurſū dyabolus neſcio
q̄d poſtularet ⁊ ille dare renu
eret q̄i eū rape vellꝫ ⁊ extrahere

manū contr̄ eū extēdit atq; in
tm̄ terruit vt retrorſū cadens
clamar; Audita eius voce Phi
lippus accurrit in cui9 aduen
tu fantaſma mox diſpuit. Ab
illa hora miles idē ſp̄ pallidus
fuit natiuū colorē nūq̄ recupe
rauit emēdatus viuēs ⁊ demo
nes eſſe credens. Nō eſt diu q̄
defunct9 eſt. ¶ Ca. iij.

Eo dē tēpe ſacerdos q̄daȝ
ſtolid9 eundē Philippū
rogauit atq; remunerauit vt
ſibi demones oñderet. A quo
cū fuiſſet modo ſupradicto in
circulo poſit9 ⁊ inſtruct9 a dy
abolo territus ⁊ extrāct9 eſt at
q; ita anteq̄ adueniret Philip
pus ↄfractus vt tertia die mo
reretur. Cui9 domū walram9
comes de Lutzelmburg cōfiſca
uit. Ego eundē Philippū vidi
qui an̄ paucos ānos procurā
te vt credit̄ magiſtro ⁊ amico
ſuo diabolo occiſus eſt.

¶ Capitulū. iiij.

Retulit mihi bone memo
rie mōchus noſter Bo
deſcal9 de Volmūſteine qd̄ ſi
lere nō debeo. Cū die q̄dam ro
garet p̄dictū philippū vt aliq̄
ſibi recitar; de arte ſua mirabi
lia. Rn̄dit ille. Dicā vobis rē
ſatis mirabilē tempibus meis
apud toletū veraciter geſtā.

Cū plures ex diuerſis regioni
bus ſcolares in eadē ciuitate ſtu
derent in arte nigromātica. Iu
uenes aliqui de Sweuia atq;
Baioaria ſtupenda quedā ⁊
icredibilia a magiſtro ſuo au
diētes ⁊ vtrū nā vera eſſent p̄
bare volētes dixerūt illi. Ma
giſter volum9 vt ea que nos
doces oculotenus oñdas quati
nus aliquē ex ſtudio nr̄o fru
ctū capiam9. Quos cū auerte
ret ⁊ nō acq̄eſceret; eo q̄ natio
illa gēs ſit mirabilis hora p̄do
nea i campum illos duxit gla
dio circa illos circulū fecit mo
nēs ſub interminatiōe mortis
vt infra circulū ſe cohiberēt et
ne aliq̄d rogātib; darēt vel ab
offerētib; reciperent p̄cepit ſece
dēs ab eis paululū demones car
minib; ſuis aduocauit. Mox aſ
ſūt illi in formis militū decent
armatoꝝ militie ludos circa iu
uenes exercētes. Nūc lapſū ſi
mulabāt nūc lanceas ⁊ enſes cō
tra eos extēdebant omibus mo
dis ſatagētes vt illos extr̄ cir
culū extraherēt. Qui cū ſic ni
hil proficerēt i puellas ſpecio
ſiſſimas ſe trāſformātes choreas
circa illos ducebāt varijs au
fractib9 iuuenes inuitātes. Ex
quib9 vnus forma ceteris p̄re
ſtātior vnū ex ſcolarib9 elegit

Ad quē quotiēs venīſſet chori
zādo totiens anulū aureū porri
gebat. itus ſuggerēdo ⁊ foris
motu corpis ad amorē ſuū il
luiſlāmādo Que cū p mltas vi
ces hoc actitaſſet. victus iuue
nis digituz cū anulū extra cir
culū porrexit quē illa mox p cū
de extrahens nuſq̄ cōparuit. Cap
ta pda conuētus malignātiū
i turbinē reſoluit̃ fit clamor ⁊
ſtrepitus diſcipulorū accurrit
magiſter de raptu ꝯſocij omes
cōquerūtur. Quib3 ille rn̄dit.
Ego ſine cā ſum vos me coegi
ſtis ego vobis p̄dixerā non eū
amnō videbitis Ad qd̄ illi. Ni
ſi nob̃ reſtituas interfitiem9 te
Timens tn̄ vite ſue ſciens Ba
ioarios eſſe furioſos reſpōdit
Ego tētabo ſi ſpes aliqua ſit de
illo. Vocanſq3 principē demo
niorū fidele ſuū miniſteriuz illi
ad memoriā rūocans dixit di
ſciplie eius multū eſſe derogā
dū. ſeq3 a diſcipulis occidēduz
niſi iuuenis reſtitueret̃. Cui di
abolus ꝯpaſſus rn̄dit. Craſti
no cōciliū propter te in tali lo
co celebrabo. tu eſto p̄ſens ⁊ ſi
aliquo mō illū p ſententiā op
tinere poteris gratum habebo.
Quid plura? Ad impiū princi
pis cōciliū malignantiū cogit̃
de violētia in diſcipulū facta a
magiſtro cōqueritur. ab adū
ſario rn̄detur. Dn̄e mgr̄ non il
li feci iniuriā. nō violentiā ma
giſtro ſuo inobediēs fuit legē
circuli nō cuſtodiuit. In huc
modū illis contēdentibus dia
bolus demonē quēdā ſibi col
lateralē de ſnīa interogauit di
cēs. Oliuere ſemp curial̃ fuiſti
cū iuſtitiā pſonaz nō accipis
ſolue q̄ſtionē huius litis. Rn̄
dit ille. Ego iuuenē reſtituen
duz eſſe iudico magiſtro ſuo
Morq3 ad aduerſariū ꝯuſuſ
ait. Redde illū q2 nimis ei ipor
tun9 fuiſti. Ceteris ſētētie eiuſ
aſſenſū prebētibus ad manda
tum iudicis eadē hora ſcolaris
ab inferis rducitur magiſtro
ſuo reſtituit̃ conciliū ſoluitur
ad diſcipulos reducta preda
magiſter letus recipitur Cui9
vultus ita erat mac̃ ⁊ pallid9
color tā immutatus vt hora ea
dē a ſepulchro videret̃ reſuſci
tatus. Qui ſocijs apd̄ inferos
viſa recitās q̄ deo ꝯtraria ⁊ ex
ecrabil̃ foret illa diſciplia ma
gis exēplo q̄ verbo oſ̄ndit ⁊ a
loco recedēs in quodā ordinis
noſtri mōſterio monachū ſe
fecit. ¶ Nouiti9. Recordor nc̄
illorū duor̄ iuuenū videlicet
q̄ apud toletū defūcti ſocij ad
monicōe ꝯuſus eſt ⁊ alterius

clericū cuiviſa pena. Lātgrauiꝫ
conuerſiōis cauſa fuit ſicut di
ctū eſt in diſtinctiōe prima ca
pitulo triceſiō tertio et capitu
lo. xxxiiij. ¶ Mōchus. Con
radus ſenex monachus noſter
retulit mihi ſe an̄ cōuerſiōem
nocte quadā in plenilunio de
monſtrāte ſibi quodā clerico
nigromātico in diuerſ formiſ
demōes vidiſſe. vn̄ dubiū nō
eſt qn̄ ſint qui ſic ab hōīb9
videri audiri et ſentiri pn̄t. ¶
Nouiti9. Licet ſatis mihi pro
batū ſit demōes eſſe magis tn̄
delcārer de hijs teſtiōnia rligi
oſorū q̄ ſecularium audire. ¶
Mōchus. Qꝫ demones ſint et
multi ſint non dubijs ſꝫ veriſſi
mis nō ſecularium ſꝫ clauſtraliū
pſonarū tibi oſ̄dam exēplis.
De quibus nihil ōnino dubi
tabis. ¶ Capi. v.

Dominꝰ Hermānus nūc
abb loci ſācte Marie qn̄
te ſit vir religioſitatis q̄te ve
rāuitatis bn̄ noſti. Iſte an̄ con
uerſionē ecc̄e Bunenſ erat ca
nonic9 vir nobilꝭ et de alto ſan
guine nat9. Factus vero mōch9
in Hemenrode nō multo poſt
cū emittētur ouētus nr̄ de eodē
clauſtro p̄museī9 abb efficit̄
et p9 paucos ānos p electōnē
ablat9 eidē in abbem pmotuſ
reſtituit. Erāt tūc tpis illic ou̇
ſus q̄dam noīe Hēricus mgr̄
cuiuſdā grāgie q̄ Hartwcat̄
vir bon9 et iuſtus matur9 eta
te et corpe vgo. Iſte inter reliq̄
dona q̄ acceperat a dn̄o ſepe no
cturnis horiſ in choro maxie in
diuerſ formis demōes currere
vidit. Hec cū in ofeſſiōe iā di
cto retuliſſꝫ Hermāno illi9 exē
plo vidēdi demōes deſiderio ac
ceſus intētiſſiē deū orauit vt ſi
bi hāc grām donaē dignaret̄
Statiqꝫ exauditus ē. In pria
vero ſolēnitate ſci Martini cū
ſtarꝫ in matutinis otēplatus ē de
monē vnū i forma ruſtici q̄ ꝑ
ti inferius iux̄ pſbiteriū intraē
Hēbat ei pectus latū ſcaplas
acutas collū breue capillum i
frōte ſatis ſupte oſuratū ēnes
reliq̄s ſicut ariſtas depēdenteſ
Aſcēdens venit ad q̄ndā noui
ciū ſtans corā illo Quē cū dn̄s
Hermānus q̄ tunc tēpis non
erāt abb intuitus fuiſſꝫ oculos
qꝫ parū auertiſſet ac denuo
illū videre voluiſſet diſparue
rat. ¶ Alio tēpe transformās
ſe demō in caudam vituli a ſu
per formā cadens cui idem no
uiti9 appodiabat. motu leuiſ
ſimo trahebat ſe ad nouitiū.
Cuius ſcapulas cū eadem cau
da tāgerꝫ mox in pſalmodia

fallebatᷣ nouiti9· Qui cū ſup
articulos ſe dimittēt · regulari
ter ſatiſfatiēs·demō quaſi tur
bine impulſus ad lōgitudinē
cubiti vni9 receſſit ab eo · ſicqꝫ
diſpuit· Nō enīꝫ ſpūs ille ſup
bie q̇ blādimēto caude ſue ter
tiam ptē ſtellaꝝ poſt ſe trahit
ad vnius hūilitatis ſignū ſta
re potuit· Nouiti9 iſte nōnus
Alexāder fuit nūc prior in clau
ſtro· Veriſimile eſt tūc euꝫ ali
quid leuitatis cogitaſſe qn̄ p
motū leuē temtat9 eſt ꝛ impe
ditus· ¶ Nouiti9 Placꝫ qd̄ di
cis· ¶ Mōchus· In nocte ve
ro ſancti Cumberti cū ſtaret in
choro abbis tūc ſimplex mōa
chꝰ vidit iuxta pſbiterū du
os demones intrare ꝛ paulatī
aſcēdere ad ſtallū abbatis int̄
chorū monachoꝝ atqꝫ nouiti
orū· Qui cū veniſſent cōtra an
gulū vbi pietes ouenīūt exiliȷ̄t
demō tertius duob9 ſe ſotiās:
ꝛ cum illis exiēs· Tam ꝓpe em̄
trāſeuntes venerūt ei vt manu
illos tangere poſſꝫ Quos dili
gentius intuēs oſiderāuit ꝙ pe
dibus terrā nō tangerēt vt po
te aeree poteſtates· Habebat
em̄ vnus ex duobꝫ p̊oribus fe
mineū vultū in capite vero vela
men nigruꝫ· nigro circūdatus
pallio ꝛ ſicut mihi retulit mō
chus ille· q̇ tertiū demonē iux
ta ſe fouerat ſatis erat murmu
rioſus ꝛ nō paꝝ accidioſus in
choro libēter dormiēs ꝛ inuit9
pſallēs hylarior ad potandū
ꝙ ad cantandū· Breuiores vi
gilie videbātur ei ſemp longiſ
ſime· ¶ Alio itidē tempe in vi
gilia vt puto ſācti Colūbani
tūc eo exiſtente p̊ore cū chor9
abbis incipet primū matutina
rū pſalmū ſcilicet· Dn̄e qd̄ mł
tiplicati ſūt q̇ tribulāt me? De
mones in choro adeo multipli
cati ſūt vt ex illorū concurſu ꝛ
diſcurſu mox in eodēꝫ pſalmo
frēs fallerēt· Quos cū chorus
oppoſit9 conaretᷣ corrigere de
mōes tn̄ ſuolauerīt ꝛ ſe illis im
ſcētes ita turbauerūt vt prius
neſcirēt q̇d pſallerēt · Clama
uit chorus contra chorū· Dn̄s
abbas Euſtachi9 ꝛ prior Her
mānus q̇ hec vidit a ſtallis ſu
is ſemoti· cū ſatis ad hoc cona
rentᷣ non poterāt illos ad viā
pſalmodie reducere neqꝫ vocū
diſſonātias vnire· Tandē pſal
mo illo modico ꝛ valde vſita
to cū labore piter atqꝫ cōfuſio
ne qualicūqꝫ mō expleto dya
bolus totius cōfuſionis caput
cum ſuis ſatellitib9 abceſſit ꝛ
pax turbata pſallētibus acceſ
ſit· Quē eadem hora p̄dictus

p̄oꝛ i forma drācōis haſte hn̄
tem longitudīnē euolaēvidit
⁊ hoc iux̄ lāpadem in choꝛo ar
dentē ne eius abceſſus latere
poſſꝫ contēplantē. Reliqui de
mōes vmbroſa habebant coꝛ
pa infantib9 maioꝛa quoꝝ fa
cies ferro igne extracto erāt ſi
milime. ¶ Nouicius. Ex q̄ tot
demōes ↄgregati fuerant in lo
co vno ad impedimētū vnius
ↄgregatiōis nō dubito qn̄ in
numeābiles ſint in orbe t̄raꝝ.
¶ Monachus. Teſte euāgelio
legio intrauerat hoīem vnū vn
de ꝙ multi ſūt ⁊ mali ⁊ ad ipe
dimentū ſalutis noſtre vt pre
dictū eſt heu nimis pati conſu
lo vt dū ſtamus ad ↄpſallē
dum circūſpecti ſimus ⁊ intēti:
feruētes ⁊ hūiles ne meritum
ſancti feruoꝛis extiguat viciū
ſupbe vociferatiōis. Inq̄tū em̄
maligni ſpūs turbātur in coꝛ
dis noſtri deuotiōe in tm̄ letifi
cantur in ſupba vocū exaltatio
ne. Cum nocte q̄daꝫ ebdome
darius inuitatoꝛij antiphonā
incipet ⁊ mōchus ei p̱xim9 vo
ce mediocri pſalmū intonaret
Herewic9 tunc p̄oꝛ cū ceteris
ſenioꝛib9 eadē voce qua ille in
cepat pſallere cepit. Stabat
iuuenis q̄dam min9 ſapiēs in
inferioꝛi pene p̱te choꝛi q̄ indig
ne ferēs pſalmū tam ſubmiſſe
inceptū fere q̄nqꝫ tonis illum
exaltauit. Sb p̱ioꝛe ei reſiſtē
te ille cedere cōtempſit ⁊ cum
multa p̱tiacia victoꝛiam opti
nuit. Cui9 partes in p̱ximo
verſiculo q̄dā ex oppoſito cho
ro adiuuerūt p̱pter ſcanda
lū ⁊ diſſonātie viciū ceteri ceſ
ſerūt. Moꝛ is q̄ ſupra vidit de
monē de mōacho ſic triūphā
te quaſi candēs ferꝝ p̱ſilien
tem ⁊ in oppoſitū choꝝ in eū q̄
eius p̱tē roboꝛaueāt tranſferētē
Ex quo colligit̄ ꝙ magis pla
cet deo hūilis cātus cū coꝛdis
deuocōne q̄ꝫ voces in celū arro
gāter exaltare. ¶ Alia q̄dam
nocte cum p̱ueniſſet fratres
ad vigilias ⁊ ſtās in loco ſuo
p̱pter aeris claritatē conſiderā
dam oculos direxiſſet ad fene
ſtram que eſt in frōte eccleſie.
obiecit ſe viſui eius demō q̄dā
in ethyopis effigie magn9 ⁊
nigerrim9 ac ſi hora eadem ab
igne infernali fuiſſꝫ extractus.
Qui ad eū per choꝛū ſupioꝛē
veniēs ipſūqꝫ p̱tranſiēs egreſ
ſus eſt. ¶ Alio itidē tempe cū
modicū ſe mouiſſꝫ a ſtallo ſuo
ad ↄmouēdū fratres. cōſpexit
demonē inter ſtallū abbis at
qꝫ p̱ioꝛis intrare cū impetu ip
ſo aſpectu hoꝛribilem nimis.

Qui cū in chorꝝ prioris neq̄t
reſpexiſſꝫ ⁊ vidiſſet ſibi ingreſ
ſum nō patere propt' ipſū eo
ꝙ viā occupaſſet raptim ſe in
chorū nouitiorꝝ depoſuit ⁊ cui
dam mōcho ſeniori illic ſedenti
ſe ōiūxit. Iſte ſupradicto mōa
cho q̄ demonē iuxta ſe fouerat
diſſimilis in moribus nō erat.
Sibul9 ſcilicet accidioſus ⁊ li
bent' murmurans. Ecce iſta de
bent eſſe terrori mōachis acci
dioſis. ¶ Nouiti9. Tā iſta ꝙ̄
illa que de in diſtictōe ſupiori
de vitio accidie dixiſſe recolo.
oēs q̄ in choro libēter dormi
unt ⁊ inuiti pſallūt merito ter
rere debēt. ¶ Mōachus. Se
piuſ demōes in formis minutiſ
ſimis p chorꝝ diſcurrere ſepi9
in diuerſis locis eoſdē ōtēpla
tus ē terribilit' ſcintillare. Sē
tiens aſpectū illorū oculis eſſe
nociuū nec ignorās nequitiā
illorꝝ die quadā miſſa dcā de
ſpiritu ſācto orabat dn̄m vt ſe
ab huiuſmōi viſionib9 libera
ret. Statī affuit inimic9 in for
ma lucidiſſimi oculi habentiſ
q̄titatem pugni in quo q̄cq̄d
eāt viuere putabat. Ac ſi dice
ret. Modo diligēter conſidera
me ꝙ de cetero nō videbis me
Poſtea tamē eū vidit ſꝫ nō tā
manifeſte ⁊ tam ſepe vt prius.

¶ Fact9 abbas in loco ſancte
Marie cū nobil' femina Alex
dis nomine comitiſſa de Froiz
berch. tāꝙ̄ loci fūdatrix in ſepe
liret' ⁊ adhuc corpuſ eius iace
ret in feretro vidit demonē ip
ſū feretrū circūgirantē ⁊ qua
ſi aliq̄d ſui iuris perdidiſſꝫ ita
oēs eius angulos oculorū
indagine luſtrauit. Nondū eſt
annus ꝙ p̄or noſter dū poſt
ſepulturā cuiuſdā ōūſi noſtri
ad horā canonicā chorū intra
ret ⁊ neſcio q̄d de ſecularibus
foris tractaſſꝫ dyabolū tanꝙ̄
ducē vie ante illū ingredi con
ſpexit. Erat aūt forma aſſump
ti corpis ad modū ſubtilis ad
inſtar nubiſ. Deinde dieb; pau
cis elapſis nocte quadā infra
matutinas ī ſimili illū ſpetie co
ram iā dicto p̄ore ſtare oſpexit
¶ Nouitius. Quid ē ꝙ pſonā
huius venerādi abbis cū ſcri
bēs de īfantia ſaluatoris Ome
lyas morales ⁊ pene oīs pre
dictas viſiōes ibi poneres. Ita
perſonā eius celaē ſtuduiſti.
¶ Mōchus. Ipſe ex multa ca
ritate ſecreta ſua mihi reuelās
tūc tempis ne eū proderē ꝓhi
buit qđ poſtea tn̄ iportunita
te mea victus ōceſſit. Sciebā
enī pſone illius grauitatē poſ
ſe nō modicā ſcribēdis pbere

auctoritatē. Cuiuſdā venerabi
lis magnarūq3 virtutū viri cu
ius tā nota fuit ſanctitas ⁊ tā
probata auctoritas vt nemo
de illius dictis merito dubitare
debeat nunc recordor quorū vi
ſiones tā pn̄tib3 q̄ꝫ futuris po
tuerūt eſſe exemplū terroris.

¶ Capitulū. vi. :

IN Hemenrode ſacerdos q̄dā
venerabilis ad cōuerſionē ve
nit nomīe ⁊ ope Chriſtian9.
Huic demōes multū importu
ni fuerūt ⁊ ſepe illos vidit tam
ante ꝯuerſionē q̄ꝫ poſt. Hui9
tempe alter quidā ſcolaris ſa
cerdos nomine Karol9 in eodē
cenobio fact9 eſt nouitius et
erāt eius in probatiōe ſotius p̄
re noſter Yſenbard9. Hic in
ſtinctu dyaboli cui9 conſilio
vtebat̄ gule ⁊ carnis ſue omo
dis nimis ꝯſentiēs īfirmitates
ſepi9 ſimulauit. Qui cū poſit9
in infirmitorio tm̄ carnē nutri
ret ⁊ ſpiritū negligeret vadēs
vel rediēs de priuata cū claudi
caret ⁊ in coquinā reſpitiēdo q̄
ibi ꝑpararētur infirmis cōſiderā
ret predictū dyabolū eum ſeq̄
vidit qui eo mō quo ille clau
dicauerat ⁊ ipē claudicauit ⁊
ſic intro ſpexeāt itro ſpexit i nul
lo ab eius geſtib9 diſcrepās.
Tandē infra annū ꝓbationis
deficiēs reuerſus ē ad ollas egip
ti ⁊ ſequuta eſt caro carnē. ¶
Fratrib9 ad laborē poſt capi
tulū ꝑpatis cū ſtarent circa
auditoriū ⁊ exſpectarēt tabule
ꝑcuſſionē eſſentq3 aliqui ex eiſ
remiſſi ꝑ ocioſā ſignoꝝ cōſig
nificationē. vidit vir ille btūs
cattos feda quadā aduſtōne
maculatos ymo ſꝫ eoꝝ ſpētie
demones caudarū ſcaluarum
motib9 eiſdē blādiri ⁊ cōtinu
atis vicib9 corpum ſuorum cō
preſſionib9 in ſignū familiari
tatis illos demulcē. Eos vero
qui grauitatē ſuam ſeruabāt
nec reſpicere quidē audebant.

¶ Die q̄dam cū oratiōis gra
tia an̄ quoddā ſe altare ꝓſtra
uiſſet dyabol9 in bufonē maxi
mū ad inſtar galline ſe trāſfor
mās an̄ eius ora reſedit. Quo
viſo territus ilico ſurrexit ⁊ fu
git hora eadē dolos diaboli mi
nus obſeruās. Videntur mihi
tres iſte viſiones cōtra tria vi
cia ſatis eſſe neceſſarie p̄ma cō
tra viciū guloſitatis ſcd̄a cō
tra vitiū vanitatis tertia cōtra
tedium orandi. licet nō videa
mus dyabol9 ſepe ꝑ huiuſmo
di fantaſmatū horrores dulce
dinē in nobis extīguit orōnis
Hec mihi dicta ſūt a ſupra me
morato Hermāno abbē neccñ

ꝛ waltero mōacho de Hirbec
q̄ illi familiares fuerūt. Reliq̄
eius acta ꝛ viſiōes audies in
diſtinctōe ſeptiā. ¶ Ca. vij.

Retulit mihi q̄dam ciuis
honeſtꝰ aſſerēs ſuis tem
poꝛibꝫ Maguītie ſi bn̄ memini
hoc qđ dicturus ſuꝫ contigiſſe
veraciter. Die quadā dn̄ica cū
ſacdos in eccleſia cuius eāt ple
banus circuiret et aqua bn̄di
cta populū aſpgeret ad oſtiū
eccleſie vidēs matronā quan
dam pōpatice venientē ꝛ ad ſi
militudinē pauonis varijs oꝛ
namētis pictā obuiā habuit
in cuiꝰ cauda veſtimētoꝝ quā
habebat poſt ſe lōgiſſimā mł
titudinē demonuꝫ reſidere con
ſpexit. Erāt enī puī vt glires ni
gri vt ethyopes. oꝛe cachinā
tes manibꝰ plaudētes ꝛ ſicut
piſces intra ſagenā ɔcluſi ſal
tantes. Reuerā ornatus mulie
bris ſagena diaboli ē. Quos
vt vidit demonū quadrigam
foꝛis exſpectare fecit plebē ad
uocauit demōes ne fugerent
adiurauit. Territa illa ſtetit ꝛ
vt viſiōes populus videre me
reret̄ qꝛ vir bonus ac iuſtꝰ fu
it oꝛōibus optinuit. Intelli
gēs mulier ob veſtimētoꝝ ſu
pbiā ſic ſe a demonibꝰ eſſe deri
ſaꝫ. domū rediit veſtimēta mu
tauit ꝛ tā ipſi q̄ ceteris feminis
eadē viſio occaſio facta eſt hu
militatis. ¶ Nouiciꝰ. Si tot ſūt
demones q̄ nos miſeros hoīes
inſtigāt ad culpā puto qꝛ mł
ti erūt q̄ ɔſentiētes trahent ad
penaꝫ. ¶ Monachus. De hoc te
magis inſtruā exemplis q̄ ver
bis. ¶ Ca. viij.

In Deytkirchin ſanctimonialiū
monaſterio qđ in opido Bun
nenſi ſitū eſt ſacerdos q̄daꝫ de
functus eſt Adolphꝰ noīe vir
valde ſecularis ꝛ lubricꝰ iā di
cti mōſterij plebanus. hic ſic
mī retulit q̄dā ſacerdos q̄ fuerat
Bunnenſ canōicus cū die q̄dā
cuꝫ ſuo cognato q̊dā luderꝫ in
aleis q̄dam ex pꝛochianis eiꝰ
ſtēs ſupuenit ꝛ vt matris ſue
cōfeſſionē audire eāq; ɔmuni
care dignaret̄ humiliter ꝛ cū
lacrimis ſupplicauit Rn̄dente
ſacerdote nō niſi expleto ludo
ꝛ ille inſtaret aſſerēs infirmaꝫ
exſpectare nō poſſe ɔmotus ſa
cerdos ſecū ludenti dixit. Cog
nate ego conq̄roꝛ vobꝭ de dn̄o
iſto q̄ me q̄ieſcere nō ſinit. Vi
dens ſe ille nihil pficere triſtis
ac gemēs diſceſſit ꝛ infirma ſi
ne confeſſione atq; viatico ab
hac luce migrauit. Die aūt ter
tio is q̄ cuꝫ ſacerdote luſerat de
functe filio occurrit ꝛ ſacerdotis

q̄rimonie recordatus illū ſine cauſa occidit. Poſt hec et alia peccata pluria ſacerdos idē per emptoriā incidit infirmitatē. Qui cū eſſet in deſpatione que dā ognata eius ſedēs corā illo cū ſignū contritionis vidit in eo nullū triſtis ſic ait. Dn̄e. de bilis eſtis valde p̄parate vos ꝓpter deū. Inuocate illū vt pec cata vr̄a vobis dimittat et ſpa ciū adhuc fructuoſe pn̄ie con cedat. Ad qđ ille deſpatus rn̄ dit. Vides horreū illud mag nū ex oppoſito noſtri? Nō ſūt in eius tecto tot calami q̄t ſūt circa me demōes ogregati. Et hoc dicto mox agoniſās expi rauit eos vidēs adeſſe moitur9 quorū conſilio vixerat ſanus. Multa tibi de mltitudie demo nū dicere poſſem ſȝ vſqȝ ad du odecimā diſtinctionē illud reſ uo. ¶ Nouiti9. Cū mali male viuēdo multos habeant demo nes incētores multoſ in morte accuſatores miror ſi tot i penis habituri ſint ſinguli tortores Mōchus. Supra diſtinctōe p̄ma capitulo. xxxij. dictū eſt de abbe moimūdenſe ꝙ demo nes animā ad loca penarū por tātes cruciauerūt. Similit' di ſtinctione ſecūda capitulo ſex to Hildebrādus latro Bertold plus poſt mortē apparens mul ta milia demōum dicebat ani mā ſuam ſoīs p̄ſtolari. ¶ No uici9. Si hec ita ſe habēt certū eſt plures eſſe demones ꝙ ho mines malos. ¶ Mōachus. Quātum ad p̄ſens tēpus que ſtiōis hui9 ſolutiōem ſcire nō poſſum9. ſȝ certū habem9 ꝙ in fine mūdi qn̄do opletus fuerit reprobouū numer9 multo plu res erūt mali homines ꝙ demo nes. ¶ Nouiti9. Vn̄ hoc pro batur? ¶ Mōachus Decima ps angelorꝫ cecidit ex q̄bus de mōes facti ſūt. Teſte btō Gre gorio. Tot aſcēſuri ſunt ex ele ctis hominū q̄t ibi angeli rmā ſerit. Secundū hoc nouē ptibꝫ numer9 hominū electorū trāſcē det numerū demoniorū. Quis ergo dubitat qn̄ incōpabilit' plures ſint hoies mali ꝙ demo. Nec in hoc mali hoies aliquā recipiēt oſolationē ꝙ nūo lon ge plures erūt demonibꝫ ꝙ tā ta eſt illorū naturalis potētia. tā ta cōtracta malitia. tāta tor q̄ndi induſtria vt vn9 multis milibꝫ hoim i penis adhibēdis ſufficere poſſit. Hec de multitu die malignorū ſpūū dcā ſūt Qꝫ aūt incōpabiliter mali ſint et imiſeicordes variis tibi pan dā exēplis. ¶ Ca. ix.

Demō quidā cū hominez
a ſe obſeſſū horribiliter
torqret et diuerſ p os ei9 gar
riendo diuerſa rn̄deret dictū ē
ei a quodā ex circūſtātib9 Dic
dyabole ſi poſſes ad gratiaz in
qua fuiſti redire q̄d velles ꝓp
ter hoc laboris ſuſtine? Reſpō
dit ille Si hoc eſſz in meo arbi
trio Mallē cū vna aīa decepta
deſcēdere in infernū ꝙ redire in
celuz. Miratib; ōibus cur ita
diceret iterū hoc verbū rn̄dit.
Quid de hoc miramini? Tāta
ē malitia mea ⁊ tā obſtinatus
ſum in illa vt nō poſſim aliq̄d
velle boni. Huic verbo alteri9
cuiſdaz demonis ſermo diſcor
dat. Ca. x.

In eccleſia beati Petri in Colo
nia cū femina quedā a demōe
obſeſſa miſerabilit' tormētaret
cōtigit vt alia obſeſſa ſupueni
ret. Mox vna contra alterā ce
pit inſurgere clamorib; ⁊ con
tumelijs ſic ſemitice affice. vt
oēs mirarem. Demō demoni
dicebat. Miſer vt q̄d conſenti
endo lucifero ſic de gloria eter
na ruim9? Ad qd alter rn̄dit.
Quare feciſti? Cumq; adhuc
quaſi penitudīs verba pferret
Alter ſubiūxit. Tace. Peniten
tia iſta nimis eſt ſera. rdire nō
poteris. Vides q̄nta ſit in illis

obſtinatia? Ide ſpūs malign9
de rditu ad gloriā ſicut ſupior
īterogatus verbū ſermoni ei9
valde otrariū audiente me rn̄
dit. Si eſſet inq̄t columna fer
rea ⁊ ignita raſorijs ⁊ calamis
acutiſſimis armata a t'ra vſq;
ad celū ercā vſq; ad diez iudi
cij etiā ſi carnez haberē in qua
pati poſſez me p illā trahere vel
lem nūc aſcendēdo nūc deſcen
dendo dūmodo redire poſſem
ad gloriā in qua fui. Noui
tius. Quid eſt ꝙ tā contraria
ſenſerūt? Mōchus. Demō
ſupior ſciēs ꝓpoſicionē ſibi fa
ctā prorſus ipoſſibilē malitiā
ſuā oñdit. iſte q̄ntum boni pdi
derit verbis q̄bus valuit decla
rauit. Nouiti9 Timēt ne de
mones penā ſibi preparataz?
Mōchus. Sētiūt ⁊ timēt
Hinc eſt ꝙ oēs exorciſmi q̄
ad illoꝝ neq̄tiam enuandā ſi
unt p ignē ⁊ extremū iudiciuz
cōcluduntur. Qm̄ pati ſint
ad nocēdū hoībus alijs tibi
oñdā exemplis. Ca. xi.

Qm abbs noſter āno p
terito in mōte ſancti ſal
uatoris iux aq̄ſgrani miſſam
celebraret. finita miſſa oblata
eſt mulier obſeſſa. Sup cui9
caput cū legiſſz lectōnē euāge
licā de aſcēſione ⁊ ad illa vba

ſup egros man9 imponēt ⁊ bn̄
habebūt manū capiti eius im
poſuiſſȝ. demō vocem emiſit tā
horribilē vt omnes terrerēt.
Adiurat9 vt exiret: rn̄dit. Non
dū vult altiſſimus. Interroga
tus quō intraſſȝ nec ipſe rn̄dit
nec mulierē rn̄dere pmiſit. Po
ſtea cōfeſſa eſt ad vocē mariti
ſui in omotione animi ſui dicē
tis. Vade dyabolo ꝙ intrare il
lū ſenſerit p auriculā. Erat au
tem eadē femia de Aquēſi pro
uintia ⁊ ſatis nota. ¶ Ca. xij.

Homo q̄dam iratus ſicut
audiui a quodā abbate
dixit filio ſuo vade dyabolo.
Quē mox diabol9 rapuit ⁊ nuſ
ꝙ̄ cōparuit. ¶ Nouiti9 Quid
eſt ꝙ filius puītus eſt ob pec
catū patris cū ſcriptura dicat.
Filius nō portabit iniq̄tatem
patris? ¶ Mōchus Eadē quē
de ſupradicta muliē dixi ⁊ hic
dico Vtrūqȝ fieri permiſit deus
ꝓpter exemplū vt dum iracūdi
in vexatiōe vxoris mariti audi
erint cruciat9 cordis: ⁊ in rap
tu filij pr̄is dolores animi ſui fu
rorē cohibeāt ⁊ a ſtultiloquio
linguas opeſcant. ¶ Nouiti9
Placet qḋ dicis. ¶ Mōchus
Qui demōes eſſe dubitat euer
guminos attēdat ꝙ dū p illo
rū ora dyabol9 loq̄tur ⁊ in cor

pibus tā crudelit̄ debacchatur.
manifeſtū pſencie ſue inditū
ill̄ demōſtrat. ¶ Nouiti9. Ve
rū diceres ſi nō eſſet ibi ſimula
tio. ¶ Mōchus. Obſeſſos ſu
iſſe ſepe ꝓdit euangeliū ꝓdūt
⁊ actus apoſtolorū ⁊ in mltis
locis vite vel poſſeſſiōes ſacto
rum. Qȝ autē q̄dam ꝓpter que
ſtū ſe obſeſſos ſimulēt non ne
go ꝙ vero in q̄buſdā nulla ſit
fictio ſbiecto ꝓbabit̄ exēplo.

Retulit mihi ¶ Ca. xiij.
Berard9 ꝑpoſitus pleiſē
ſis mulierē obſeſſam mltis bn̄
notā Sygeberg veniſſe gr̄tia
curatiōis. Que cū in oratorio
ſancti Mychael archāgeli de
diuerſis interrogaret̄ ⁊ incide
ret mētio de lucifero apud infe
ros ligato. Rn̄dit per os eius
dyabolus. Stulti q̄bus cathe
nis putatis magiſtrū meū liga
tū in inferno? Ferreis? Nequa
ꝙ̄. Tria verba poſita ſunt in ſi
lentio miſſe q̄bus ligatus eſt.
Req̄rentibus quibuſdā ex fra
tribus que ſūt illa verba dice
re noluit vel poti9 auſa non fu
it ſed ait. Afferte mihi librū ⁊
ego vobis oſtendā illa. Alla[tus]
eſt ei liber miſſalis et clauſus
porrectus. Quē illa aperiens
pmo ictu canonē inuenit ⁊ di
gitum ponēs ſuper illum locū

p ipſuꝫ ⁊ cū ipſo ⁊ ī ipſo ī q̄
bus memoria ſit ſūme trinita
tis ait Ecce iſta ſunt tria illa v̄
ba q̄bus ligatus eſt magiſter
me9. Hoc audiētes ex mona
chis plures qui aderāt ſciētes
mulierē illitteratā eſſe. edifica
ti ſūt valde. Vim verboꝝ intel
ligētes. Per patrē enim ⁊ cū fi
lio ⁊ in ſpūſancto quoꝝ opa
indiuiſa ſūt. fortis ille ligatus
eſt ⁊ vaſa eius direpta.

Capitulū. xiiij.

In feſto omnīū ſanctoꝝ hoc ā
no cū eēm cuꝫ priore meo in in
ſula ſācti Nicolai q̄ vulgo ſtu
pawcat ⁊ eſt monaſteriū ſā
ctimonialiū vidimus ibi puel
lam an̄ aduentū noſtrū obſeſ
ſam ſꝫ tūc tā beneſitio reliq̄aꝝ
ꝙ ſororū orationib9 liberataꝫ.
De qua retulit nob̄ eiuſdeꝫ ce
nobij magiſtr̄ femīa religioſa
ꝙ die q̄dam cū crudeliter ab i
mūdo ſpiritu diſcerpetur. Vo
lens q̄dam clericus honeſtus
illū probare ſacellū ſpinaruꝫ
dn̄ice corone de tabula aurea
ea neſciēte tollēs ⁊ manu clau
ſa ſuper caput obſeſſe tenens
maxios ei clamores excitauit.
Cui cuꝫ dicerent circūſtantes
cauſaꝫ furoris eius ignorātes
q̄d clamaſ diabole q̄d habes ꝛ
R̄ndit. Hoc qđ fuit in capite
altiſſimi caput meuꝫ dep̄mit ⁊
pūgit ⁊ dicitis mī q̄d clamas.
Et edificati ſūt valde circūſtan
tes marie ſorores duplicis rei
habētes verū expimentū vide
licet ꝙ ſpine eſſent vere ⁊ ꝙ fe
mīa vere eēt obſeſſa eſſꝫ a demo
ne. Quod ſi min9 hec duo tibi ſuffi
ciūt exempla recordare triuꝫ il
loꝝ demoniacoꝝ in capi° p̄mo
et ſcđo atꝫ tertio diſtinctōnis
tertie. Ca. xv. Nouiti9.

Vm de hijs mihi ſatiſfa
ctū ſit eſt adhuc qđ mo
uet. Quidā aſſerūt demones
nō eē in hominib9 ſꝫ extra eoꝝ
caſtrū non intus ſꝫ extra dicat̄
obſideri. Alij cōtrariuꝫ ſentiūt
innitētes verbis ſaluatoris di
centis. Exi ab eo ſpūs immūde
Mōchus. Improprie dici
tur exire niſi qđ intus eſt. Vtri
qꝫ enī verum dicūt ſm aliquid
ſcilicet ꝙ in hoīe poſſit eē ⁊ nō
eſſe. Nō poteſt eē dyabolus in
aīa humana ſcđm ꝙ Benna
dius in diſtinctōne eccleſiaſti
coꝝ dogmatū diffinit dicens.
Demonē p energiā. id eſt opa
tionē non credim9 ſubſtantia
liter illabi aīe ſꝫ applicacōne
⁊ oppreſſione muri. Illabi au
tē menti illi ſoli poſſibile eſt q̄
creauit. q̄ natura ſubſiſtens in
corpe9 capabilis ē ſue facture.

Mentē hoīs iuxta ſubſtantiā
nihil implē poteſt niſi creatrix
trinitas· ¶ Nouiciꝰ Quid er
go eſt qḋ dyabolꝰ cor hoīs di
citur intrare tētare vel immitte
re? ¶ Monachus Nō aliṫ intrat
vel implet vel immittit niſi qȝ aī
mā decipiēdo in affectū malitie
trahit· Et hec eſt dr̄a inter ad
uētū ſpūſſancti et ſpūs malig
ni qḋ ille ꝓprie diciṫ illabi iſte
immitti· Spūſſanctꝰ exiſtēs in
tus in aīa peccatrice p eſſenti
am ꝛ potentiā ꝛ ſapiētiā quaſi
de ꝓpe illabiṫ p gratiā· Spūs
vero malignꝰ cū extra ſit vt di
ctū eſt p ſubſtanciā mala ſug
gerēdo ꝛ viciis mentē affitien
do quaſi ſagittā ſuā immittit
maliciā· Vn̄ habes immiſſio
nem p angelos malos· Hinc
eſt qḋ homo poſt aduentū ſpi
ritusſancti plꝰ ꝛ forcius pt di
ligere bonū qȝ ante dilexit ma
lū· quaſi de remoto immiſſum·
Cū dyabolus diciṫ eſſe in hoīe
nō intelligendū eſt de aīa· ſȝ
de corpe qr̄ in eōcauitatibȝ eiꝰ
ꝛ in viſceribȝ vbi ſtercora otinē
tur ꝛ ipſe eſſe pt· ¶ Nouicius
Satis expeditus ſū de q̄ſtiōe
hac ſed q̄ro ſi adhuc aliq̄ vie
ſint alie q̄bus demōes hoībus
ſoleāt nocere? ¶ Monachus·
Sunt demōes mille nocēdi ar
tes ex q̄bus q̄tuor tibi pandā
Quibuſdā nocēt falſa ꝓmitten
do· aliis nocēt p ſuos miniſtros
in fide ſubruēdo· nōnullis no
cēt in corpe eos ledēdo aliis qḋ
piculoſiꝰ eſt in peccatis occidē
do Iſta oīa iuſto dei fiūt iudi
cio et de ſingulis tibi ſubiūgā
exempla· ¶ Ca·xvi·

In cāpo domo ordis Cyſterciē
ſis que ſita eſt in epatu Colo
niēſi ſicut audiui a q̄dam ſac
dote ordīs noſtri homie veri
dico quē res non latuit cōuer
ſus q̄dam fuit q̄ a monachis
cū q̄bus loquebaṫ in tm̄ litte
ras didicerāt· Ita vt textū lege
re ſciret· Huiuſmōi occaſione ille
ctus ꝛ deceptꝰ libellos ſibi ad
hoc ydoneos occulte fecit oſcri
bi cepitqȝ in vitio ꝓphetatis
delectari· Cūqȝ huiuſmōi ſtu
diū eidē cōuerſo ad hoc nimis
cōuerſo ꝓhiberet amore diſcē
di apoſtaſiā incurrit· modicū
tamē ꝓpter etatē profecit· De
inde ad mōaſterium pmā du
ctus rediēs ꝛ hoc vſqȝ ṫtio acti
tās nūc ad ſcolas ſeculares ex
eūdo nūc redeūdo· diabolo co
pioſā in ſe pbuit materiā deci
piēdi· Viſibiliṫ ei illi apparēs
in ſpecie āgeli ait· Diſce fortiṫ
qȝ futurū eſt ꝛ a deo diffinitū
vt Halberſtadēſis fias epūs·

Stult9 ille dyaboli dolos nō
obſeruās ſpabat in ſe antiqua
rnouāda fore miracula. Quid
plura? Die quadā ſeductor cō
uerſo ſe ingerens clara voce et
hylai facie dicebat. Hodie epi
ſcopus Halberſtadēſ defūctus
eſt. feſtina venire ad ciuitata
tē cui a deo antiſtes deſtinat9
es. Ipſius eniʒ conſiliū mutari
nō poteſt. Statiʒ miſer de mō
ſterio ſilēter exiēs nocte eadēʒ
in domo cuiuſdā honeſti ſacer
dotis iuxta opidū Xantēſe ho
ſpitatus eſt. Vt aūt glorioſe
ad ſedē ſuam veniret nocte an
te lucē ſurgens equū hoſpitis
valde bonū ſtrauit cappaʒ eiuſ
dē induit aſcēdit et abijt. Ma
ne familia domus damno cog
nito apoſtatā inſeqns apprehē
dit ad iuditiū ſeculaē cū furto
tēctus et p ſententiā damnat9
nō cathedrā vt eps ſʒ ſicut fur
patibulū aſcendit. Vides ad
quē finem pmiſſio dyaboli tē
dat? Aliū ouerſū et ſi nō tā ma
niſeſte nō min9 tamē piculoſe
decepit. ¶ Ca. xvij.

Narrauit nob anno pteri
to beate memorie Theo
bald9 abbas Eberbacēſ qp quē
dam ouerſus cū neſcio quo tē
deret et auē que cuculus dicit
a voce nomē habens crebrius
cātantē audiret vices interrup
tionis enūauit et viginti duaſ
inueniēs eaſqʒ quaſi p omine
accipiēs pro ānis totidēʒ vices
eaſdē ſibi oputauit. Eya inqt
certe. xxij. ānis adhuc viuam.
Vt quid tanto tempe mortificē
me in ordie? Redibo ad ſeculū
et ſeculo dedit9. xx. annis fruar
delicijs eius duobʒ ānis q ſup
ſūt penitebo. Haud dubiuʒ qn
dyabolus q ſupradictū cōuer
ſuʒ vt epūs fieret ad credendū
induxeāt apto ſmone et huic
ſuaſeit vt tali augurio fidē ad
hiberet occulta ſuggeſtiōe. Sʒ
dns q auguriuʒ odit aliter qp
ille ordinauerat diſpoſuit. Nā
duos qs pritētie deputauerat
annos eū in ſeculo viuere pmi
ſit et ānos vigiti delicijs ordia
tos iuſto ſuo iudītio ſbtraxit.
Ecce tales ſūt pmiſſiōes dya
bolice. Qʒ auteʒ nōnullos pmo
plurimos p miniſtros ſuos in
fide ſubuertat ſequētia declara
būt. ¶ Ca. xviij.

Duo homines nō mēte ſʒ
hitu ſimplices nō oues
ſʒ lupi rapaces biʒunʒiuʒ vene
rūt ſummā ſimulātes religio
ſitatē. Erāt autē pallidi et ma
cilēti nudis pedib9 incedentes
et qtidie ieiunātes matutinis
ſolēnibus ecce maioris nulla

nocte defuerunt nec aliq̄d ab
aliquo preter victū tenuē rece
perūt. Cūqꝫ tali ypocriſi tociꝰ
populi i ſe ꝓuocaſſent affectū
tūc primū ceperunt latēs virus
euomere ⁊ nouas atqꝫ inaudi
tas hereſes rudibꝰ predicare.
Ut autē eorū doctrine popu
lus crederet Farinā in pauimē
to cribari iuſſerunt ⁊ ſine veſti
gij impꝛeſſione ſup illā ambula
uerunt. Similiter ſup aquas
gradiētes non poterāt mergi
tuguria etiā ſup ſe facientes in
cendi poſtq̄ in cinerē ſunt re
dacta egreſſi ſunt illeſi. Poſt
hec dixerūt turbis. Si nō cre
ditis verbis noſtris credite mira
culis. Audiēs talia epūs ⁊ cle
rus turbati ſūt valde. Et cū eis
vellent reſiſtere hereticos ⁊ de
ceptores. Diaboliqꝫ miniſtros
illos affirmātes vix euaſerūt.
vt nō a populo lapidarētur.
Erat enī idem epūs vir bonus
et litteratꝰ atqꝫ de noſtra pro
uincia natꝰ. Bene illū nouit
ſenex mōchus noſter q̄ mihi
iſta retulit et qui eodē tempe
in eadē ciuitate fuit. Vidēs epi
ſcopus nihil ſe verbis proficē
re ⁊ p miniſtros dyaboli ſibi cō
miſſum populū in fide ſubuerti
clericū quendā ſibi notū ⁊ in
nigromācia peritiſſimū ad ſe vo
cās ait. Sic ⁊ ſic ꝑ tales actū
eſt i ciuitate mea. Rogo te vt
inueſtiges a dyabolo per artē
tuā qui ſint vñ veniāt vel qua
virtute tanta ac ſtupēda open
tur miracula. Impoſſibile ē enī
vt ſigna faciāt virtute diuina
quorū doctrina deo nimis eſt
contraria. Dicēte clerico. Domine
diu eſt q̄ arti huic renūtiaui.
Rñdit epiſcopꝰ. Bene cernis
q̄ntū arter. Uel oportebit me
doctrine illorū conſentiē. vel a
populo lapidari. Iniungo er
go tibi in remiſſiōem omīū pec
catorū tuorum vt mihi in hac
parte acq̄eſcas. Obediēs cleri
cus epiſcopo dyabolū vocauit
cauſā ſue vocationis ſciſcitāti
reſpōdit. Penitet me receſſiſſe
a te. Et q̄ de cetero magis ob
ſeq̄oſus tibi eſſe deſidero q̄ fu
erim rogo vt dicas mihi qui
ſint homines iſti que doctrine
eorū vel qua virtute tanta ope
rētur mirabilia. Rñdit dyabo
lus. Mei ſunt ⁊ a me miſſi ⁊ q̄
in ore illoꝝ poſui illa pdicant
Rñdit clericus. Quid ē q̄ ledi
nō pñt nec in aq̄s mergi neqꝫ
igne oburi? Rñdit iterū demō
Cyrographa mea in q̄bus ho
minia mihi ab eis facta ſūt cō
ſcripta ſub aſcellis ſuis inter pel
lem ⁊ carnē conſuta cōſeruant

quorū; bñficio talia opantur
nec ab aliq̊ ledi potuert. Tūc
clericus. Quid ſi ab eis tollerē
tur? Rñdit demō. Tūc infirmi
eēnt ſicut ceteri homīes. Audi
ens iſta cleric9 regratiabat᷑ de
moni dicēs. Modo recede ⁊ cū
vocatus fueris a me iterū veni
as. Reuſus ad epm̄ hec ei p or
dinē recitauit. Qui magno re
pletus gaudio toti9 ciuitatis
populū in locū ad hoc ydoneū
cōuocauit dicēs. Ego paſtor
veſter ſū; vos oues. Si hoīes
iſti vt dicitis doctrinā ſuā; ſig
nis cōfirmant volo illos vobi
ſcū imitari. Sin autē. dignū ē
vt illis puniātis vos ad fidem pa
trū veſtrorū; mecū penitentes
reuocamini. Rñdit ꝑplus. Nos
plurima ab eis vidim9 ſigna.
Quib9 eps̄. Sed ego illa nō
vidi Quid multa? Placuit po
pulo cōſiliū. vocati ſūt heretici
Affuit epūs accenſus ē focus
in medio ciuitatis. Prius tam̄
ꝙ̄ intrarent ad epm̄ ſecreto vo
cati ſūt. Quib9 ipſe ait. Volo
vidē ſi aliqua circa vos habea
tis maleficia Quo audito mox
exſpoliātes ſe cū magna ſecuri
tate dixerūt. Querite diligēter
tā in corpibus ꝙ̄ in veſtimētis
noſtris. Milites vero ſicut ab
epo fuerāt pmoniti brachia il

lorū leuātes ⁊ ſub aſcell' cicatri
ces obductas notātes. cuttell'
illas rupūt cartulas inſutas in
de extrahentes. Quib9 acceptis
epūs cum hereticis ad populū
exiēs facto ſilētio clamauit va
lide. Modo ꝓphete veſtri ingre
diātur ignē ⁊ ſi leſi nō fuerint
credā eis. Miſeris trepidātib;
⁊ dicētib9 non poſſum9 modo
intrare. epo recitāte malitia eo
rū detecta ē populo ⁊ oſſa cy
rographa. Tunc ymuſi furen
tes dyaboli miniſtros cū dya
bolo in ignibus eternis cruciā
dos in ignē prepatū proiecerūt
Sicq; p dei gratiā ⁊ epiſcopi
induſtriā; hereſis inualeſcēs ē
extincta ⁊ plebs ſeducta atq;
corrupta per penitētiam mun
data. ¶ Ca. xix.

Circa illa tpa ſb archiepi
ſcopo Reynaldo Colonie
plures ſūt heretici ophenſi q̃ a
litteratis viris examinati ⁊ victi p
iudiciū ſeculare dānati ſūt. Da
ta ſentētia cū ducendi eēnt ad
ignē vnus illorū Arnold9 no
mine quē ceteri magiſtrū ſuū
fatebant᷑ ſicut narrauerūt q̃ in
terfuerūt panē ⁊ pelui cum aq̄
ſibi dari petiuit. Quibuſdā vo
lētibus vt hoc fieret viri prudē
tes diſſuaſerūt dicētes. Aliq̃d
hic fieri poſſet ope dyabolico

qđ infirmis eſſꝫ in ſcandalū et
in ruinam. ¶ Nouiti9 Miror
q̄d de pane et de aqua facē vo
luerit. ¶ Mōchus. Sicut cō
ſſtio ex vbis cuiuſdā alterius
heretici q̄ añ hoc triēniū a rege
Hyſpanie oppreſſus eſt et cō
buſt9 ſacrilegā ex eis facere vo
lebat cōmunionē vt ſuis fieret
viaticū ad eternā dampnacōnē
Nam q̄daꝫ abb Hyſpan9 or
dis noſtri p nos trāſiens qui
cū epiſcopo et eccāꝛum p̄latis
eiuſdē heretici errores dampna
uit. cū dixiſſe rferebat q̄ q̄libꝫ
in mēſa ſua et de pane ſuo quo
veſceret̄ conficere poſſꝫ corp9
Chriſti. Erat enī idem maledi
ctus faber ferrari9. ¶ Nouiti9
Quid ergo actū eſt de hereti
cis Colonieñſibꝫ. ¶ Mōchus
Ducti ſunt extra ciuitatē et iux
ta cimiteriū iudeoꝛū ſimł in ig
nē miſſi. Qui cū fortit̄ arderēt
multis videntibus et audiētib9
Arnold9 ſemiuſtis diſcipulo
rū capitibus manū imponēs
ait. Conſtātes eſtote in fide ve
ſtra q̄ hodie eritis cū Lauren
tio cū tamē nimis diſcordarēt
a fide Laurēcij. Cum eſſꝫ inter
eos virgo quedā ſpecioſa ſꝫ he
retica et quoꝛūdā cōpaſſiōe ab
igne ſbtracta promittētium
vel q̄ eā viro traderēt vel ſi hoc
magis placeret in mōaſterio
virginū locarēt cū verbotenus
cōſenſiſſet iā extinctis hereticis
tenētibus ſe dixit. Dicite mihi
vbi iacet ſeductor ille. Cūqꝫ ei
demōſtrāſſent magiſtꝝ Arnol
dū ex manib9 illoꝛū elapſa fa
cie veſte tecta ſup extīcti corp9
ruit et cū illo in infernū ppetuo
arſura deſcēdit.

¶ Capitulū. xx.

Paucis ānis elapſ ſb epi
ſcopo Bertrāmo viro val
de litterāto orta eſt hereſ valde
ſiana i ciuitate metēſi hoc mō
Cum idē antiſtes in feſtiuitate
q̄dam populo in eccleſia p̄di
caſſet duos homies miniſtros
dyaboli in turba ſtare cōſpici
ens ait. Video inter vos duos
nūtios dyaboli. Ecce illi ſūt di
gito eos oſtēdens qui me pre
ſente in mōtepeſſulano ꝓpter
hereſes dampnati ſunt et eiecti.
Qui epiſcopo durius reſpon
derunt habentes in comitatu
ſuo ſcolarem qui moē camino
contr̄ eū latrabat iniurijs eum
laceſſiens. Egreſſi vero de ec
cleſia multitudinē populi cir
ca ſe congregantes errores ſu
os illis predicauerūt. Quib9
cū q̄daꝫ ex clericis diceret. vos
domini. None apl's dicit quo
modo p̄dicabūt niſi mittātur.

volumus ſcire q̄s vos miſerit
huc p̄dicare. Reſpōderūt illi.
Spūs. Non enī poterat illis
ep̄s vim inferre ꝓpter quoſdā
potētes ciuitatis q̄ eos in odi
um epi fouebant eo ꝙ quēdā
vſurariū defunctū ipſoꝝ ſigna
tū de atrio eccleſie eieciſſet. Re
uera miſſi fuerāt a ſpū erroris
p quoꝝ ora hereſes valdoſia
ne ab vno eoꝝ ſic dicte in eadē
ciuitate fūt ſeminate et necdū
pꝛſus extincte. ¶ Nouiti9. Heu
ꝙ tot hodie hereſes ſunt in ec
cleſia ¶ Mōchus. Hoc furor
et malitia dyaboli effecit.

¶ Capitulū. xxi.

Tempibus Innocētij pa
pe predeceſſoris huius q̄
nūc papatū tenet honorij du
rāte adhuc ſciſmate qd̄ erāt int̄
Philippū et Ottonē r̄ges roma
norū. dyaboli inuidia hereſes
albienſiū cepūt pullulare vel
vt veri9 dicā matureſcere. Cu
ius vires erāt tā valide vt om̄e
triticū fidei gētis illius verſum
videret̄ in loliū erroris. Miſſi
ſunt abbes noſtri ordinis cū q̄
buſdā epis qui zizania raſtro
catholice p̄dicacōis eradica
rēt. Sed obſiſtēte homine ini
mico q̄ illa ſeminauerat modi
cum ibi pfecerūt. ¶ Nouiti9.
Quis fuit error illoꝝ? ¶ Mō
chus. Quedā hereſiarche eoꝝ
collegerāt puncta ex dogmate
Manichei. quedā ex erroribꝫ
que in piarchon ſcripſiſſe fert̄
Origenes plurima etiā que de
ſuo corde finxerāt adijcientes.
Duo credūt cū Manicheo pn̄
cipia deū bonū et deū malū. id
eſt diabolū quē dicunt om̄ia
creaſſe corpa ſicut deū bonū om
nes aīas. ¶ Nouiti9. Moyſes
et corpa et aīas cōfirmat deū
creaſſe dicēs. Formauit de9 ho
minē. id eſt corp9 de limo terre
et inſpirauit in faciē eius ſpira
culū vite. id eſt aīam. ¶ Mō
chus. Si Moyſen et ꝓphetas
recipent heretici nō ēent. Cor
porū reſurrectionē negant q̄c
q̄d bn̄ficij mortuis a viuis im
pendit̄ irridēt ire ad eccleſias
vel in eis orare nihil dicūt pro
deſſe. In hijs deteriores ſūt iu
deis et paganis q̄ illa credunt
Baptiſmū abiecerūt ſacramē
tū corporis et ſanguinis Chriſti
blaſphemāt. ¶ Nouiti9. Vt
q̄d tātas a fidelibꝫ pſecucōes
ſuſtinēt ſi nihil ex hoc i futuro
retributiōis exſpectāt? ¶ Mō
chus. Gloriā ſpūs dicūt ſe ex
ſpectare. Quidā ſupradictoꝝ
abbatū monach9 cernēs quē
dā militē in equo ſedentē loq̄
cū oratore ſuo. hereticum illū

eſtimās ſic fuit ꝓpius accedēs
ait. Dicite mihi ꝓbe vir cuius
eſt ager iſte. Rn̄dente illo me
us eſt ſbiecit. Et q̄d de fructu
illius facitis? Ego inq̄t et fami
lia mea de eo viuim9 aliq̄d eti
am erogo paupibus. Dicente
mōacho q̄d boni ſperatis de ele
moſina illa? Rn̄dit miles hoc
verbū. Vt ſpūs meus glorio
ſe pgat poſt mortē. Tunc mō
chus. Quo pget? Ait miles.
Scdm meritū ſuum. Si bene
vixit ⁊ hoc apd deū meruit exi
ens de corpe meo intrabit cor
pus alicuius futuri pn̄cipis ſi
ue regis ſiue alteri9 cuiuſlibet
illuſtris pſone in quo deliciet.
Si autē male corpus intr̄bit
miſei paupiſq3 in quo tribule
tur. Credidit ſtult9 ſicut et ce
teri albiēſes q anima ſcdm me
ritū p diuerſa tn̄ſeat corpa eti
am animaliū atq3 ſerpentiū. ¶
Nouiti9. Feda hereſis ¶ Mō
chus. In tm̄ eni albiēſiū error
inualuit vt breui interuallo tē
poris infecerit vſq3 ad mille ci
uitates ⁊ ſi nō fuiſſet gladiis
fideliū repreſſus puto q tota
europā corrupiſſet. Anno dn̄i
M.cc.x. pdicata eſt con̄ albi
enſes in tota Alemania ⁊ Fran
cia crux ⁊ aſcenderūt cōtra eos
anno ſequēti de Alemania Lut
poldus dux Auſtrie Adolph9
comes de monte wilhelmus co
mes Iuliacenſ ⁊ alii multi diu̇
ſe cōditionis atq3 dignitatis.
Simile actū eſt in Fracia Nor
mānia atq3 Pictauia. Horū om
niū predicator ⁊ caput erat Ar
noldus abbas Cyſterciēſis po
ſtea archiepūs Narbonenſis.
Veniētes ad ciuitatē magnā
que Biders vocat᷑ in qua plus
q centum milia hominū fuiſſe
dicebātur obſederūt illam. In
quorū aſpectu heretici ſuper vo
lumē ſacri euāgelii mingētes
de muro illō con̄ Chriſtianos
proiecerūt ⁊ ſagittis poſt illō
miſſis clamauerūt. Ecce lex ve
ſtra miſeri Chriſt9 vero euāge
lii ſator iniuriā ſibi illatā non
reliquit inultā. Zelam q̄dam
ſatellites zelo fidei accenſi leo
nibus ſilēs exemplo illorū de
quib9 legitur i libro Macha
beorū. ſcalis appoſitis muros
intrepide aſcenderunt. Hereti
cisq3 diuinitus territis ⁊ decli
nantibus ſequentibus portas
aperientes ciuitatem optinue
runt. Cognoſcētes ex confeſſi
onibus illorū catholicos cum
hēticis eſſe permixtos dixerūt
abbati. Quid faciemus domi
ne? Non poſſumus diſcerne
re inter bonos viros ⁊ malos.

Timēs tamē abbas ꝙ reliq̄ ne
tm̄ timore mortis ſe catholicos
ſimularēt ⁊ poſt illoꝝ abceſſuꝫ
iterū ad pfidiā redirēt fertur
dixiſſe. Cedite eos. Nouit em̄
dn̄s q̄ ſunt eius Sicqꝫ innūa
biles occiſi ſunt in ciuitate illa.
Aliā itidem ciuitatē magnā
a re pulchraꝫ vallē vocatā que
ſita eſt iuxta toloſā virtute di
uina optinuerūt In qua popu
lo examiato cum omnes pmitte
rent ſe velle redire ad fidē qua
dringēti quinquaginta in ſua p
tinatia indurati a dyabolo per
manſert. ex q̄bus quadringē
ti cōbuſti ſunt in igne ceteri pa
tibul appenſi. Idē actum eſt in
ceteris ciuitatib9 atqꝫ caſtellis
miſeris ſe vltro mortibꝫ ingerē
tibꝫ. Toloſani vero artati om
nem pmiſerūt ſatiſfactōem. ſꝫ
vt poſtea patuit in dolo. Nā p
fidus comes ſancti Egidij prin
ceps ⁊ caput omniū hereticoꝝ
omnibus ſibi in cōcilio Lateranē
ſi abiudicatis feudis videlicꝫ ⁊
allodijs ciuitatib9 ⁊ caſtris ⁊
ex maxima pte eiſdeꝫ a comite
Symōe de forti mōte viro ca
tholico iure belli occupatis in
Toloſam ſe trāſtulit de q̄ vſqꝫ
hodie fideles vexare ⁊ ipugna
re non ceſſat. Et ſicut hoc āno
dn̄s Cōradus epūs Portuenſ

et cardinal cōn albienſes miſſus
legatus ſcpſit capitulo ciſter
cienſi q̄daꝫ ex potētibus tolo
ſane ciuitatis quod dā taꝫ horrē
dū in odiū xpi ⁊ ad cōfuſionē
noſtre fidei egit. vt etiaꝫ ipſos
Chriſti inimicos moue merito
debeat Iuxta altare maioris ec
cleſie ventrē ſuuꝫ purgauit et
palla altaris ipas immūditias
deterſit. Ceteri vero furori furo
rē adijcientes ſcortū ſup ſacrū
altare poſuerūt in aſpectu cruci
fixi eo ibi abutētes. Poſtea ip
ſam ſacrā ymaginē detrahētes
brachia ei pciderūt multo mili
tibus herodis deteriores q̄ mor
tuo ne eius crura frāgerēt pep
cerūt. Nouit9. Quis nō ſtu
peat ad tantam patientiā deis
Mōchus. Altiſſim9 eſt em̄
patiens redditor: qui damia
tanos poſt victoriā eo ꝙ cruci
fixi collo fune alligato p plate
as illū traxerit in collo ⁊ in gut
ture tā mirabilit puniuit puto
ꝙ has blaſphemias minime diſ
ſimulabit Albienſes ante ꝙ veni
ret cōn eos exercitus dn̄i vt ſu
pradictuꝫ ē Miralmomelinū
regē de Marroch in auxiliū ſi
bi inuitauerāt. Qui de Affrica
in Hyſpanias cū taꝫ incredibi
li mltitudie venit vt totā euro
pam ſe optinere poſſe ſperaret.

Mandauit etiā innocētio pa
pe qȝ equos ſuos in porticu ec
cleſie btī Petri de berȝ ſtabula
re et ſup illā vexillū ſuum fige
re. Qd ex pte impletū eſt ⁊ ſi
ſecus q̄ꝫ ipſe cogitaſſz ⁊ qȝ deus
frangit ōne ſuperbū. eodem tē
pe ſcilicet anno gratie. M. cc.
xij. xvij. kal' Auguſti de exercí
tu eius. lx. milia pugnatoꝝ ce
ciderūt Ipſe vero ſe in Siciliā
tūſferēs ex dolore mortuꝰ eſt.
Cuiꝰ vexillū pncipale in bello
captū innocētio eſt tūſmiſſum
⁊ in eccā predicta ad Chriſti
gloriā erectū. Hec de albienſi
bus dicta ſint. Nouiciꝰ Si
fuiſſēt inter homies iſtos viri
litterati forte nō tm̄ erraſſent.
Mōchus. Litterati cū erra
re incipiūt eciam illitteatis in
ſtinctu dyabolico plus ⁊ gra
uius deſipiūt. Ca. xxij.

Eodem tpe quo maifeſta
te ſunt hereſes albienſiū
in Pariſieſi cīuitate in qua fons
eſt tocius ſciētie et puteꝰ diui
narū ſcripturarū quibuſdā vi
ris lr̄atis pſuaſio dyabolica p
uerſū inſtillauit itellectū Quo
rū noīa ſunt hec magiſter wil
helmꝰ pictauieſ ſubdyaconꝰ
q̄ legerat piſius de artibȝ et tri
bus āmis ſtudueāt i theologia
Bernardꝰ ſbdyaconꝰ wilhel
mus aurifex ꝓphēta eoꝝ Ste
phanꝰ ſacdos de veteri curbuel
Stephanꝰ de cella Johes ſac
dos de vnciinis. Iſti ōnes in the
ologia ſtuduerāt excepto Ber
nardo. Dudo ſpālis clericꝰ ma
giſtri Emelrici ſacdotis q̄ fere
decē ānis in theologia ſtudue
rat Elmādus acolitꝰ Dodo di
aconꝰ magiſter Barinꝰ q̄ duc
taueāt piſius de artibus ⁊ hic
ſacerdos audieāt theologiā a
mgr̄o Stephāo archiepō cā
tuarieſe Vlricꝰ ſacdos de luci
q̄ ſexagenariꝰ ſtuduerat in the
ologia tpe multo Petrꝰ de ſcō
Clodoualdo ſacerdos ⁊ ſexage
nariꝰ q̄ etiā audierat theologi
am Stephanꝰ dyaconꝰ de ve
teri curbuelo Iſti inſtictu dya
boli hereſes mltas ⁊ maxias ex
cogitauerunt et iā in pluris lo
cis diſſemiauerāt. Nouiciꝰ
Que fuerūt capl'a in q̄bus viri
ſciētia ⁊ etate tā magni errare
potuerūt. Mōachus. Dice
bant nō aliter eſſe corpus xp̄i
in pane altaīs q̄ꝫ in alio pane
et in q̄libet re. ſicqȝ deū locutū
fuiſſe in ouidio ſicut in Auguſti
no. Negabāt reſurrectōnem
corpum dicētes nihil eſſe para
diſū neqȝ īfernū ſed qui habe
ret cognicōnē dei in ſe quā ipſi
habebāt haberet in ſe padiſū.

q̃ vero mortale peccatū haberꝫ
infernū in ſe ſic̄ dentē putridū
in ore· Altaria ſāctis ſtatuiſ ſa
cras ymagīes thurificari y do
latriā eſſe dicebant eos q̃ oſſa
martirū deoſculabāt ſubſāna
bant· Maximā etiam blaſphe
miam auſi ſūt dicere in ſpiritū
ſanctuꝫ a quo ōmis mūditia ē
et ſanctitas· ſi aliq̃s eſt in ſpi
ritu aiebāt: et faciat fornicatio
nē et aliqua alia pollucōne pol
luatur nō eſt ei peccatū qꝛ ille
ſpūs q̃ eſt deus ōmino ſepatus
a carne nō poteſt peccaē: et ho
mo q̃ nihil eſt nō poteſt pecca
re· q̄ diu ille ſpūs qui eſt deus
eſt in eo· Ille opatur omnia in
ōmibus· Vn̄ ocedebāt q̄ vnuſ
quiſqꝫ eorū eſſꝫ Chriſt9 et ſpi
rituſſanctus· Impletūqꝫ eſt in
eis qđ dicit̃ in euāgelio· Sur
gēt pſeudo Chriſti et pſeudo p
phete et cetrā· Habebant etiaꝫ
miſerrimi illi argumēta ſua nul
lius pꝛſus valoris q̃bꝫ ſuos er
rores ofirmaē nitebant· Quo
rū pfidia hoc ordīe detecta eſt
Predictus wilhelm9 aurifaber
venit ad magiſtrū Rudolphū
de Nanuntico dicēs ſe eſſe miſ
ſuꝫ a dn̄o et hos infidelitatis ar
ticulos ei ꝯpoſuit· Pater ſub q̃
buſdā formis opatus eſt in ve
teri teſtamēto ſcilicet legalibꝫ

et filius ſimilit̃ ſub q̃buſdā for
mis vt in ſacramento altaris et
baptiſmi et alijs· Sicut cecide
rūt forme legales in p̄mo Chri
ſti aduētu· Ita nūc cadent oēs
forme q̃bus filius opatus eſt
et ceſſabūt ſacramēta qꝛ pſona
ſpūſſancti clare manifeſtabit
ſe in q̃bus incarnabitur et p̄nci
paliter per ſeptē viros loquet̃
quorū vnus ipſe wilhelm9 erāt
Ipſe ꝯphetabat q̄ infra quīqꝫ
annos iſte q̃tuor plage euenī
re deberent· Prima ſup populū
q̃ fame oſumet̃· Scđa erit gla
dius quo ſe p̄ncipes inſ̄ficient
Tertia in q̃ terra apietur et de
glutiet burgēſes In q̃rta deſcē
det ignis ſup p̄latos eccleſie q̃
ſunt mēbra antixp̄i Dicebat ei
qꝛ papa eſſꝫ antixp̄s et Roma
Babilō· Et ipſe ſedet in mōte
Oliueti·i· in pinguedie ptātis
Iāei tredecī elapſi ſunt anni et ni
hil horū contigit q̃ pſeudo ille
ꝯphetā futurā infra quinq̄nniū
p̄dixerāt· Et vt fauorē ſibi cap
taret Philippi regis frātie etiā
hoc adiecit· Regi francorū ſb̄ij
cient̃ omnia regna et filio eiuſ
q̃ erit in tpe ſpūſſancti et n̄ mori
etur et dabūtur duodecī paneſ
regi frācorū· id eſt ſciētia ſcrip
turarū et poteſtas His auditiſ
mgr̄ Rudolph9 interrogauit

ſi aliquos haberet ſocios quib9 iſta fuiſſent reuelata. Qui cū rn̄diſſet habeo multos ſupra dictos viros noīans p̄ꝑ̄dens vir prudēs imminēs piculū eccleſie ſe ſolū ad inueſtigādū eorū neqciam eos cōuincēdos non poſſe ſufficere ex q̄dam ſimulatiōe dicebat ſibi eſſe reuelatū a ſpū ſancto de quodā ſacerdote qui cū eo p̄dicare deberet ſectā eorum. Et vt famā ſuam ſeruaret illeſā nūtiauit hec ōnia abbi ſancti victois ⁊ magiſtro Rupto ⁊ fratri Thome cū q̄bus adijt epūm Pariſienſem ⁊ tres magiſtros legētes de theologia videl; decanū Saleburgiēſem ⁊ magiſtrū Rupdū de Roeē ⁊ mgr̄m Stephanū ōnia hec eis inſinuātes Qui territi valde inuixerūt ſepedcō Rudolpho in remiſſionē peccatoꝝ ſuoꝝ ⁊ alteri ſacerdoti vt ſe fingerēt eſſe de illoꝝ conſorcio donec ſciētias omniū audiuiſſent ⁊ plenius oīes articulos icredulitatis eoꝝ exploraſſēt. Magiſter vero Rudolph9 ⁊ ſu9 ſocius ſacerdos in executione hui9 laboris cū ipſis hereticis circuierūt epatum Pariſienſē Lingonēſem Trecēſem et archiepātū ſenonenſem in tribus mēſib; ⁊ q̄ plurios de eorū ſecta inuenerūt Vt itaq; ipſi heretici plene de ip̄o magiſtro Rudolpho ɔfiderent q̄nq; vultu eleuato ſe ſpiritu in celū raptū ſimulabat et poſtea aliqua q̄ ſe vidiſſe dicebat que in ɔuēticulis eoꝝ narrabat et publice eoꝝ fidē de die in diē ſe p̄dicaturū ſpopōdit. Tandē reuerſi ad epm̄ viſa et audita enarrauerūt. Quo audito eps̄ predictus per ꝓuīntiā ꝓ eis miſit eo q̄ nō eēnt in ciuitate excepto vno Bernardo. Qui cū eēnt in cuſtodia epi ɔgregati ſunt ad eoꝝ examiationē vicini epi ⁊ magiſtri theologi ꝓpoſita ſūt eis ſup̄dicta capl'a que q̄da; ex eis in p̄ſentia omniū ꝓteſtabātur q̄dam vero cū reſilire vellēt ⁊ ſe ɔuīci viderēt cū ceteris ſtabāt in eadē ptinacia nec negabāt. Tāta audita ꝓſitate ɔſilio epoꝝ ⁊ theologoꝝ ducti ſūt in campū ⁊ corā vniūſo clero ⁊ ꝑplo degdati ⁊ in aduētu regis qui tūc preſens nō erat exuſti. Qui mente obſtinata nullū ad īterogata dabāt rn̄ſum. in q̄bus in ipſo mortis articulo nullū perpēdi poteāt penitētie inditiū. Cum ducerent ad tormēta tāta exorta ē aeris inclemētia vt nemo dubitaret q̄n ab eis aer fuiſſet cōcitatus

a q̄bus tātus errorē morientib9
fuerat pſuaſus· In ipſa nocte
is q̄ inter eos potior habebat
ad oſtiū cuiuſdā incluſe pul
ſans ſero ſuū errorē confeſſus
eſt aſſerens ſe magnū hoſpitē
eē in inferno ⁊ eternis incēdijs
deputatū· Quatuor ex eis fue
rāt examiati ſ; nō ſunt cōbuſti
videlic; magiſter Barin9 Vl
ricus ſacˀdos Stephan9 dya
conus q̄ ppetuo recluſi ſūt car
cere· Petrus vero anq̄ capetur
p̄ timore mōchus effectus eſt
Magiſter Almericus q̄ p̄dicte
p̄uitatis magiſter eāt eiectus
eſt de cimiterio ⁊ in cāpo ſepul
tus· Eodē tempe preceptū eſt
Pariſi9 ne q̄s infra triennīu le
ger; libros naturales· libri ma
giſtri Dd ⁊ magiſtri gallici de
theologia ppetuo dāpnati ſūt
⁊ exuſti· Sicq; p dei gratiā he
reſis exorta exciſa eſt·

Capitulū·xxiij·

Vix ſunt duo āni elapſi q̄
q̄dam dyabolo plenus
apd trecas ſe eſſe ſpūm ſanctū
publice p̄dicabat· Cuius inſa
niā populi nō ſufferētes in cra
te poſuerūt ⁊ copioſo igne cir
cūpoſito in carbonē redegerūt·
Nouici9· Puto vitā illoꝝ
multū execrabilē eſſe quoꝝ tā
feda eſt doctrina· Monach9·
Vt ampli9 deteſteris heretico
rū ſectas vnū tibi de illoꝝ vita
ſubiūgā exēplū· Ca·xxiiij·

Tempe Frederici īpatoris
cū Lucius papa feciſſet
Verone ciuitate Lōbardie mo
ram multis tā eccleſiaꝝ prela
tis q̄ regni pncipib9 ibidē con
gregatis ⁊ eſſ; ibi Godeſcalc9
mōachus noſter tūc maioris
eccleſie in Colonia canonicus
cū fratre ſuo Euerhardo cano
nico ſācti Bereonis hoſpes illo
rū pene ſingulis noctib9 cū vx
ore ⁊ filia de domo ꝓpria egreſ
ſus eſt· Rō cū ꝯſideraſſ; Euer
hard9 interrogauit neſcio quē;
illoꝝ quo iret vel q̄d ageret·
Cui cū rnſum eſſet veni ⁊ vide
ſecutus eſt illos in domū quā
dam ſubterraneā amplā ſatis
in q̄ multis ex vtroq; ſexu con
gregatis q̄dā hereſiarchis ſer
monē blaſphemijs plenū cun
ctis tacentib9 fecit p quē; vitā
⁊ mores illoꝝ inſtituit· Deīn
de extincta candela vnuſquiſq;
ſibi proximā inuaſit nullā habē
tes differētiā inter legitimā ⁊
abſolutā inter viduā; ⁊ virgi
nē; inter dn̄am ⁊ ancillā ⁊ qd
horribili9 eſt inter ſororē ⁊ fili
am· Euerhard9 vero hec vidēs
vtpote iuuenis luxurioſus at;
vanus· ſimulans ſe diſcipulū

hoſpitis fui filie vel alteri cuili
bet puelle in ſermone ſe oīūxit
cū qua extincta cādela peccauit
Cūq3 hec actitaſſet pene annū
dimidiū magiſter cunctis au
dientib9 ait. Juuenis iſte tam
ſtudioſe frequētat auditoriū
noſtrū cito abiliserit ad docē
dū alios. Hoc verbo audito n̄
ampli9 intrauit. Et ſicut mihi
retulit p̄dictus Godeſcalc9 cū
illū de hoc argueret r̄ndit. Sci
atis fratͬ me non frequētare cō
uēticulas hereticoꝝ ꝓpter here
ſes ſ3 ꝓpter puellas. Ecce talis
eſt vita ꝛ lex hereticorū. Nec mi
rū. Quia nō credūt reſurrectiō
nem vl̕ gehennā ſiue penā ma
lorū. impune enī trāſire putāt
quecūq3 agūt. Nouiti9 Au
diui q multi heretici ſint in Lō
gobardia. Monchus. Hoc
mirū non eſt. Habēt enī ſuos
magiſtros i diuerſ ciuitatib9
apte legentes ꝛ ſacrā paginā
puerſe exponētes. Ca. xxv.
EO tpe quo Otto rex pro
fect9 eſt Romā coronari
in impatorē ꝛ iſſent cum eo Jo
hānes epūs Cameācenſ Hen
ricus ſcolaſtic9 ſācti Gereōis
magiſter Hermānus canonī
cus Būnenſ ſimul ingreſſi ſūt
cuiuſdā3 hereſiarche locū quē
tūc legebat Js erat. Jā iudiciū
mūdi venit. Jā pn̄ceps mūndi
huius eijcietͬ foras. Que lociū
ita gloſauit. Ecce xp̄s dyabo
lū pn̄cipem huius mūdi voca
uit q huc mundū creauit Cū
quo p̄dictus Hermānus ſatiſ
dure diſputauit et ſic mihi re
tulit q de9 creaſſet oīa viſibi
lia ꝛ inuiſibilia corpalia ꝛ ſpi
ritualia nō ſolū ex ſcripturis ſ3
ex rōne mōſtrauit. Hec dicta
ſint de hereticis q̄ mēbra ſūt dy
aboli hoc enī noueris q mlto
intētius ſuā dyabolus malitiā
exercet in hereticis q̄ in energu
minis. Nouiti9. Pn̄t energu
mini. id eſt obſeſſi a dyabolo
habere caritatē? Monach9
Etiā ſicut ſupius dictū eſt nō
in animab9 ſ3 in corpibus eſt.
MUlier q̄dā3 Ca. xxvi.
in Briſeke ſatis crudelit̕
hoc āno vexabatͬ. Hāc dyabo
lus cū eſſ3 q̄nquēnis hoc ordi
ne intrūit. Die q̄dā3 cū lac mā
ducar3 pr̄ eius irat9 dixit. Dia
bolū comedas in ventrē tuum.
Mox puellula ſēſit eius igreſ
ſū et vſq3 ad maturā etatē ab
illo vexata. Hoc āno p̄mū me
ritis aploꝝ Petri ꝛ Pauli q̄rū
limina viſitauit liberata ē. Quis
dicē audeat q̄nq3 ānorū infan
tulā baptiſatā nō habere cari
tatē? De qua idē demō dicebat

Me egreſſo nūq̄ aliud poſt
hanc vitā ſentiet purgatoriū
Obſeſſi peccata ſua cōfitentur
orant ⁊ cōmunicant. Qz dyabo
lus quoſdā dei pmiſſiōe in cor
pibus ſuis ledat quibuſdaz ti
bi ondā exempl'. ¶ Ca. xxvij.

Theodericꝰ Suſacienſis
ouerſus noſter ſicut ab
eius ore audiui cū eſſz iuuenis
puellā quandā in ciuitate Lu
becb: alter q̃dam Juuenis ei p
cabat' ſcōm q̊d illi promiſeāt
femina cōſentiente cū Theode
ricus ſe eiꝰ concubitu vti ſperaſ
ſet ſotius ei illudēs acceſſit ad
illā. Quo cognito iratus dixit.
Dyabolus q̄ me huc adduxit
poterit me etiā hinc reducere.
Mox inuitatꝰ affuit hoiem ra
puit ⁊ in aera leuauit ⁊ vltr̄ ci
uitatē tranſferēs iuxta ripā cu
iuſdā lacus in cōmode ſatis de
poſuit. Ad quē ſic ait. Si nō
quocūqz mō te ſignaſſes mo
do occidiſſē te. Tenuiter enī ⁊
impfecte in ipſo raptu ſignū ſi
bi crucis impreſſeāt. Dimiſſus
a demōe tā grauiter cecidit vt
in terra ſine ſenſu iacēs ſangui
nē vomeret. Tandez aliquātu
lū viriū reſumēs manibꝰ pedi
buſqz reptādo ad aquā venit.
Faciē lauit atqz ex ea bibēs cū
multo labore ad hoſpitiū ſuuz
puenit. Ingreſſus domuz mox
vt lumē aſpexit ſcōo in terram
ruit. Vocatus eſt ſacerdos q̄ ini
tiū euāgelij Johānis ſup euz le
git. Alijſqz orōnibus cōtra im
petus diaboli illū muniuit. Po
ſtea p annū integrū ita corpus
eius totū erat tremulum vt cy
phū manu tenere nō poſſz ad
bibendū. Eccleſiā ſancti Nico
lai ōniaqz ciuitatis edifitia lu
na ſplendēte cū a dyabolo por
taret' ⁊ portādo cōprimeret' ſe
vidiſſe teſtatur. Simile pene
habes ſupra diſtinctiōe tertia
capitulo vndecīo de Herico ci
ue ſuſatiēſe quē dyabolus no
ctu in foro rapuit ⁊ vltra mōa
ſteriū ſancti Patrocli trāſlatū
in paſculo depoſuit. Tā mala
enī ⁊ tā venenata eſt demonū
natura vt ſolo illorū intuitu ſe
pe homies corrūpātur.

¶ Capitulū. xxviij.

A vero ouerſus noſter cū
nouitiꝰ eſſz ⁊ nocte qua
daz cū alio cōuerſo ꝓpter timo
res nocturnos in curia vigila
ret: ante ſigna matutīalia am
bitū clauſtri circuiens q̄ſi vm
brā humanā eminus iux̄ laua
toriū conſpexit. Eſtimās qz fra
ter Fredericꝰ eſſet mōchus no
ſter acceſſit propiꝰ volēs ei in
nuerēt vt iret dormitū. Et quia

nouerat eū non eſſe ſane men
tis pedem retraxit ab illo ledi ti
mens. Dū ſic ſtaret vmbra in
oculis eius vſq; ad tabulatū
domꝰ creuit. Mox ſignis ſonā
tibus in dormitorio piſtrinū in
trauit ⁊ q2 clybanꝰ coquēdis
panibꝰ ꝑparatus erat mox vt ig
nē quē quaſi ꝑ parietē vitreū
intueri viſus eſt aſpexit infirma
ri cepit. Statī exiens ⁊ ſub ar
bore ſe reclinās pene octo die
bus ab illa hora in tātā defecti
one fuit cordis ⁊ corporis vt nō
poſſz māducare neq; bibere ne
q; dormire. ¶ Nouitiꝰ. Vellē
rationē ſcire quare homo viſo
demone mox igne ↄſpecto extha
ſim incurrat. ¶ Monachus. Ig
nis lucis miniſter eſt dyabolꝰ
vero princeps ⁊ auctor tenebra
rū eſt lux ⁊ tenebre ſibimuicē
ↄtraria ſunt ſicut frigꝰ ⁊ calor
Si egreſſus fueris de tenebris
in radiū ſolis vel econuerſo ex re
pētinā mutacōe viſus tuus tur
bat̄ ⁊ deficit. Itē ſi manū nimiſ
frigidatā igni adhibueris ſiue
de igne extractam aque gelide
imerſeris ↄtrariū elementū am
plius te cruciabit. Quid ergo
mirū ſi ex viſione diaboli q̄ vt
dixi auctor eſt tenebrarū ⁊ ig
nis eterni hominis natura turba
tur ⁊ terret̄ contrahit̄ ⁊ deficit

cū ignem huius mūdi viderit
qui omnino ↄtrarius eſt igni ge
henne. Ille tenebroſus iſte lumi
noſus Multū ab eo diſcordat
tā in ſenſu q̄ꝫ in effectu. Viri ta
mē pfecti vt ſupradictū eſt ſe
pe demones ſine terrore ⁊ ſine
ſenſus defectōe vidēt ¶ Noui
tius. Si viſio dyaboli tā peri
loſa ⁊ tā nociua eſt in forma
ſubiecta q̄s illū videre poſſz in
ſua natura? ¶ Monachus Ocu
lus corporalis diabolū vt eſt vi
dere non poteſt. ¶ Nouitius.
Quare? ¶ Monachus Quia di
abolꝰ ſpūs eſt ⁊ ſpiritū vt eſt
opinio pene omniū magiſtrorū
nō niſi ſpiritus videre val; Vi
dent eū anime reproborū in in
ferno et ſicut ſūma btitudo ele
ctorū eſt videre deū ita maxia
dicit̄ eſſe pena malis cernē dy
abolū. Vis audire quondā
piculū illum in ſua ſbſtātia vi
dere volentiū? ¶ Nouitiꝰ Vo
lo et deſidero q̄a q̄to plus hor
roris ⁊ malicie de illo audiero
tāto āpliꝰ peccare ptimeſco ¶
Monachꝰ Audi ergo ¶ Ca. xxix.
Ante hos ānos duodecim
willhelmꝰ abb de ſancta
Agatha dyocēſ Leodienſis que
eſt domꝰ ordinis Cyſtercienſ
dū tpe q̄dam iturꝰ eſſet Eber
bachū ad quā pertinet domꝰ

illa venisset et que Coloniam dixit monacho ſuo atque couerſo Adol pho noie Opus ē miſericordie vt videā obſeſſam illā germanā ſcȝ talis couerſi noſtri de Eter bacho vt p nos eius ille ſtatū cognoſcat. Qd cū illis placuiſ ſet et domū in qua illa cuȝ mul tis a int mltos ſedēs erat intraſ ſent cū abbas neſcio vn̄ eā int rogarȝ a illa nihil omino rn̄de ret ſubrixit. Vis aliqd māda re fratri ſuo? Illa obmuteſcēte adiecit abb. Adiuro te p eum quē hodie in miſſa tractaui vt rn̄deas m. Mox dyabolo obe diēte p os femine ad interro gata rn̄dente. Rogatus eſt ab bas tā a couerſo q̄ a monacho vt illaȝ ſup ſolariū duceret q̄ti nus puato eius vti poſſent col loquio. Qd cum factū eſſȝ a de diuſis ab abbe dyabolus int rogaret a rn̄dendo nimis mēti ret ait. Adiuro te p altiſſimū vt n̄ niſi vera mihi rn̄deas. Qd cū promiſiſſȝ iuſſit monachū atque couuſum paululū ſecedē. Quē cum interrogaſſȝ de ſtatu quarūdā animaȝ fratrū vide licet tam apud Eterbachū q̄ apud ſanctā Agathaȝ nup de functorū ita pbabilit de ſingu lis quas tamē femina nūq̄ vi derat diſſeruit vt abb de verita

te nihil ābigerȝ. Dicebat taleſ a tales eſſe in gloria. alios ad huc in penis retineri. Pro qb9 dā abbas orōes inſtituit ſpeci ales. Inſtruxit eū a de aliis mlt tis ita vt vehemēter miraretur. Poſtea rogatus a couſo vt ſibi ſoli cū ſolo loq liceāt in hoc ab bas annuēs cū monacho pau lulū ſecederȝ. Ait couerſus Si cut pcepit tibi abb meus vide licet vt ei nō niſi vera ad inter rogata rn̄deres. Ita te moneo vt ſi aliqd noſti i me qd noci uū ſit aīe mee dicas in inſtan ti hora. Rn̄dit dyabolus. Noui. Heri abbe tuo ignorāte duo decī denarios apud traiectū ac cōmodaſti a tali femīa a in ta li loco miſiſtique illos panniculo inligatos in ſinū tuū ſatis p funde. Qd quidē verū fuerat. Nā idem couerſus ſicut ſtulit iſta cogitauit. Si abbas tuus alicubi te forte miſerit ſolidū iſtū ad expēſas habebis. Qui ait Noſti aliqd amplius? Dicē te dyabolo. Noui te furē eſſe. couerſus rn̄dit. Ex quo ad ore dinē veni nullius mihi furti cō ſcius ſui. Tūc ille. Ego tibi fur tū tuū oſtendā. Quando cara illa fuerūt tempa annonā a q dam alia q moſterii tui fuerūt a nō tua paupibus erogabas.

Rn̄dente conuerſo. nō putaui
huiuſmōi miſericordie opa pec
catū eſſe. Ait demō. Sunt per
meā veritatē q̄ ſine licentia fa
cta nec aliq̄n inde ſuſurraſti ſu
ſurriū confeſſionē appellans.
Mox cōuerſus ad abbatē de
ſcēdit in locū ſecretū illum trx
it et que ſibi fuerāt a dyabolo
obiecta p humilem confeſſionē
apiens condignā penitētiā ſu
ſcepit. Tūc ad obſeſſam redi
ens et ſi adhuc aliquod ſciret in
ſe peccatū obſidētem adintro
gans audire meruit. Per iudi
tium meū nihil mō de te noui.
q̄ mox vt genua tua ad ſuſur
riū inclinaſti ōnia mihi prius
ſcita ſb̄traxiſti. ¶ Nouitius. In
hoc facto ſatis oñſa ſunt tā p̄
ſentia demōis q̄ virtus cōfeſſi
onis. ¶ Monachus. Satis de
talibus in diſtinctōne confeſſio
nis dictum eſt. Poſt hec demō
adiuratus ab abbe vt exiret rn̄
dit. Quo ibo? Dicēte abbate
Ecce os meū aperio ſi potes in
gredere. Ait. Nō poſſum intra
re q̄ altiſſimus hodie intrauit.
Tūc abbas. Aſcēde ſuper hos
duos digitos pollicē et indicē
ei offerēs. Non valeo inquit q̄
altiſſimū hodie tractaſti. Dixe
rat enī abbas miſſam de mane
Inſiſtente eo vt exiret. Rn̄dit.
Nondū vult altiſſimus. Adhuc
duobus annis ero in ea poſt hoc
in via illius Jacobi liberabitur
Nō ita factū eſt. Deinde roga
tus eſt abb̄ tam a mōacho q̄
a cōuerſo vt dyabolo p̄ciperet
quatenus ſe eis in ſua forma na
turali oñderet. Rn̄dente abba
te non hoc mihi bonū videtur
ſufficiat vobis q̄ huc vſq; ei p̄
cipimus illis obſtinatius vt fi
eret inſiſtentibus tandē victus
ait Precipio tibi in vtute Chri
ſti vt in tua naturali ſpetie no
bis appareas. Reſpōdente illo
nō vultis carere niſi me videa
tis et abbate dicēte non cepit
mulier in oculis eorū turgeſce
re et ad inſtar turris aſcēdere.
Ita vt oculi eius ſcītillarēt atq;
ad ſimilitudinē fornacis fumi
garēt. Quibus viſis fritus ruit
in exthaſim mōachus factus eſt
extra ſenſū conuſus et niſi abb̄
qui eis cōſtantior erat dyabo
lo vt priſtinā formā reſumere
ocius precipiſſet ſimilē mentis
defectum incurriſſet. Si hijs
verbis meis minus credis inter
roga illos adhuc vt opinor
viuunt viri religioſi ſunt. nō
tibi dicent niſi meram veritatē
Dyabolus vero precipientī obe
diens et ad priorē ſpetiem vul
tū femine reducēs ait abbati.

Nunquam tam ſtultum preceptum iuſſiſti. Pro certo ſcias quod ſi hodie diuinis non communicaſſes miſteriis nullus veſtrum ulli hominum que hodie vobiſcum geſſiſſet diceret. Putas quod poſſit me hodie videre et viuere? Nequaquam. Homines qui erant inferius exſpectantes ſtrepitum ſupius audientes aſcendere/rurta conuerſum cum monacho ſe mimortuos recipientes aqua refocillauerunt et inter manus illos deportauerunt. Tunc dyabolus dixit abbati Quo itur? es monachus? Reſpondente abbate Eberbachum reſpondit ille. Ego etiam fui euerbaco fui et ſatis ibi truſaui: prome nomine alludens. Erat enim post illa tempa quo conuerſi ſe ordini oppoſuerant. Tam horrendus et tam venenatus eſt demonum aſpectus vt non ſolum ſanos infirmet ſed nunquam etiam inficiat. Ca. xxx.

Duo iuuenes ſeculares non dum milites ex quibus vnus erat dapifer abbatis Prumie qui mihi hec que dicturus ſum retulit. in quadam vigilia ſancti Johannis baptiſte poſt ſolis occaſum circa riuulum qui monaſterium preterfluit in dextrariis ſuis ſpatiabantur. Videntes ex altera parte riuuli quaſi ſpetiem mulieris in veſte linea. putantes quod maleſitia exerceret vt quibuſdam mos eſt in noctte illa: vt caperent eam aquam tranſferrent. Qui cum veſte leuata fugere videretur illi in equis velociſſimis inſequentes cum fugientem quam quaſi vmbram ante ſe videbant opprehendere non valerent deficientibus equis vnus dixit. Quid agimus? Dyabolus eſt enim. Et ſignantes ſe monſtrum vltra non videbant. Ab illa hora tam homines quam iumenta multo tempore languerunt vix mortem euadentes. Nouitius. Non iſta miror de dyabolo cum legam baſiliſcum ſolo viſu homines et aues et iumenta interficere. Monachus. Hoc ipſum agit dyabolus in pſalmo per baſiliſcum deſignatus ſicut tibi ſubiectis oſtendam exemplis. Ca. xxxi.

In Rinnirſkirchim ſic ſacerdos eiuſdem ville retulit Lamberto monacho noſtro matrona quedam honeſta dum nocte quadam cum alia quadam femina neſcio vnde veniens per villam eandem tranſiret dyabolus cuiuſdam ſerui ad modum ioco ſi formam aſſumens manum eius tenuit et modicum ſtrinxit. Cui cum diceret dimitte me mox illum non vidit. Que ſtatim male habere cepit femine ſequenti ſe dicens Seruus ille oppreſſit me et ecce ex hoc defectionem cordis inuaſit me Dicente illa Nequaquam hic fuit. Reſpondit matrona. Immo certiſſime

ſatis ēm̄ proterue reſpexit me
vadēſqȝ in domū ſuam lecto de
cubuit ⁊ poſt paucos dies de
ſuncta eſt. ¶ Capi. xxxij.
Mulieri cuidā iuxta caſtr
are omanēti hoc anno ſi
mile cōtigit. Hec cū maritū hē
ret ebrioſū nulla preſumebat
nocte ire dormitū donec ille a
taƀna rediret. Que dū vna no
ctiū paſta ad coq̄ndos panes
prepata añ fores domus ſue ſe
deret viri p̄ſtolās aduentū du
os in albis veſtib; ad ſe venire
vidit. In cui9 amplexus dum
vnus illorū rueret eāqȝ brachi
is ſtrigeret illa clamāte ambo
diſpuerūt. Que in domū fugiēs
mox vt lumē vidit amēs facta
ruit. filiāqȝ ꝓpriam in clamorē
ꝯūtit. Poſt paucos dies defun
cta eſt. Ecce q̄ dei iudicio talia
fiant ꝓfus ignoro ¶ Nouiti
us. Horrēda fūt iſta ¶ Mōa
chus. Audi aliud qđ ſatis ter
rere nos poterit q̄ dicam viri re
ligioſi. ¶ Ca. xxxiij.
Tempe q̄dam eſtiuo cū
ſis ordis noſtri in dormi
torio ſuo meridie q̄eſcētib; di
abol9 in ſpecie monial' nigri or
dis ſingulorū lectos circuiuit añ
q̄ſdā ſtetit añ q̄ſdā cū feſtina
tiōe p̄teriuit. Veniēs ad quē
dā ꝯuerſū añ illū ſe inclinauit
⁊ brachijs collū eius ſtringēs
tactuqȝ meretricio demulcens
oſcula ſua in ei9 ora defixit. Qđ cū
q̄dam frat' religioſus vidiſſʒ
⁊ illa diſpuiſſet ſatis tā de pſo
na q̄ʒ opere in tali loco ſtupēs
ſurrexit ⁊ diuiſi lectū adijt quē
q̄dez dormientē ſʒ incōpoſite ⁊
īpudice nudatūqȝ iacētem in
uenit. Ceteris ad ſignū none
ſurgētib; ille grauē ſe ſentiens
ſurgere nō potuit ⁊ ad veſperā
in infirītorio duct9 infra tridu
um vitā finiuit. Hec apđ nos
eiuſdē vt puto loci grāgiari9
recitauit aſſerēs ſibi dictū ab
eo de conuerſo q̄ vidit viſionē
ſub typo ꝯfeſſionis. ¶ Noui
ti9. Cū deus ſūme ſit miſericors
⁊ dormiēs modicū differat a
mortuo q̄d eſt q2 idē ꝯuerſus
protātillo puitus eſt? ¶ Mō
ch9. Forte nimis cāt negligēs
circa vſū verecūdie. Verecūdia
ſiue pudicicia q̄ oīm ornamē
tū eſt virtutū nō ſolū eſſe deb;
in hitu ſʒ etiā in actu frequēter
otigit vt ſicē homo interior libē
ter ea que de die cogitat nocte
p ymaginationē retractat ita
exterior illa que vigilās facti
tat dormiēs freq̄nter repn̄tat.
¶ Nouitius. In hoc ꝯſentio
q2 noui quoſdā raptores qui
ſepe noctib9 dormiēdo ſurgūt

arma īduūt exerūt gladios
ferīūt pietes ⁊ poſtq̄ laſſati fu
erit ſingl'a in loca ſua reponūt
ſicq; cubitū redeūt nec aliq̄d ho
rū recordātur. ¶ Mōch⁹ Foe
te idē conuerſus nimis īdulſe
rat vino. Inebriatiōem libēter
ſeq̄tur denudacō. Si Noe nō
fuiſſ; inebriatus nec fuiſſ; denu
datus. Et q2 denudatus ideo
a filio ſubſānatus. Nō ſolum
angeli ſācti ſ; et mali noctib⁹
nos luſtrāt ⁊ ſi p negligentiā
ſiue diſſolucōem cōtigerit nos
in lectis noſtris iacere irreuerē
ter bonos a nobis fugamus ⁊
malos ad nr̄am irriſionē inui
tamus. Quāta gratia ſic dormiē
tes q̄nq; ſe priuent: audies in
diſtinctōe ſeptima caplo tertio
decīo ⁊ capitulo q̄rto decīo in
q̄bus beata dei geītrix p ſe dor
miētes viſitauit. ¶ Nouitius.
Habuit ne ōuſus p̄dictus ca
ritatē? ¶ Mōchus Nō mihi
hoc cōſtat ſicut ⁊ de p̄dictis fe
minis q̄s dyabolicus extinxit
aſpectus. Quo vero diabol⁹ quoſ
dā peccatores in peccatis inter
ficiat ſubſequētia declarabūt ex
empla. ¶ Ca. xxxiiij.

In Suſatia q̄ ciuitas eſt dyoceſ
Coloniēſis miles q̄dā Thye
mo noīe habitabat q̄ ſic tot⁹
deditus erat ludo teſſerū vt nō
die nō nocte q̄eſceret ſemp ſac
culum cū nūmis ſecū portabat
vt ſecū ludere volētibus obuia
ret. Ita in ludis expedit⁹ ⁊ for
tunatus erat vt vix aliq̄s ab il
lo ſine dāno recederet. Vt autē
poſteris oſtenderetur q̄tū deo ta
les ludi in q̄bus ire inuidia rixe
⁊ dāna ſuſcitātur: Peccatiq; v
ba rotātur cōtrarij forēt. pmiſ
ſū eſt dyabolo vt cū eo luderet
q̄ multis illuſerat atq; euiſcera
ret q̄ multorꝝ marſubia euacu
arat. Nocte q̄dam domū eius
in ſpetie cuiuſdā ludere volētis
intrās ſacellūq; nummis refer
tū ſub aſcella portās ad tabu
lā ſedit denarios liberalit' appo
ſuit teſſeris iactauit ⁊ acq̄ſiuit
Cui cū pſpere ſuccederet ⁊ mi
liti iā pecunia quā apponēt de
fuiſſ; iratus ait. Nunq̄d nō di
abolus es tu? Et ille Nūc ſatis
eſt appropinq̄t enī temp⁹ ma
tutinale oportet nos ire. Tol
lēſq; illū per tectū traxit cuius
viſcerā tegul' retrahētibus miſe
rabiliter excuſſit ⁊ q̄d de eius
corpe factū ſit vel in quē locū il
lud piecerit vſq; hodie taz a fi
lio eius q̄ a ceteris q̄ illuc no
uerant ignoratur. Mane vero
viſcerū eius reliq̄e tegul' inhe
rentes repte ſūt ⁊ in cimiterio
ſepulte. Bene dyabolus ſuos

miniſtros in hoc mūdo ſimit ꝑ
ſpꝛari quos ſemper in fine deci
pit. ¶ Capi. xxxv.

IN eandē ciuitatē ſicut mihi re
tulit magiſter Bozmarus vir
religioſus ⁊ ſācti Patrocli ca
nonic⁹ homo q̄dam ignotus
venit dicēs ſe velle ſaltare de tur
ri ſācti Juliani q̄ multū eſt ſub
limis ſi tñ aliq̄d ex hoc ꝯſequi
poſſet honoꝛis. Rñdentib; ciui
bus ſicut viris prudētib; nihil
tibi ꝓpter hoc dabimus vt teip
ſū interficias ait ꝓpter honoꝛē ci
tatis ſaltabo. Cōgregata mł
titudie ꝓpli circa foꝝ cui turris
eadē ꝯtigua erat et de feneſtris
domoꝝ alijs ꝓſpectātib; turri
aſcēdit. Quē alius q̄dā a ter
go clamās ait. Dic mihi o hō
cū quo demōe agis talia? Cui
cū ille neſcio quē demōem no
minaſſ; rñdit. Scias ꝑ certo
q2 decipiet te Nequā eſt ei Si
fidei oliueri te omittēs nō te de
cipet q2 curialis eſt ⁊ fid⁹ Rñ
dit ille. Nequaq̄ me decipiet:
q2 in multis ſū eius fidē exptus
Puto hūc oliuerū fuiſſe eundē
de quo ſupꝛ dictū eſt capitulo
q̄rto Quid plura? Aſcēdit tur
ri ⁊ ſaltauit ſ; poſt ſaltū ſurge
re nō valuit. Miratib; turbis
q̄re nō ſurgeret ⁊ ignoratib⁹
cām mortis ei⁹ ꝓpt ampla quā
induerat cappā ad capiēdum
ventū ꝓpius accedētes hoiemq;
de terra leuātes inuenerūt oīa
viſcera ei⁹ effuſa. Ecce ſic dya
bolus miſtros ſuos remūerat
corpa q̄dem occidēdo ⁊ aīas in
penas eťnas detrudēdo De quoꝝ
cruciatib; i diſtictōe duodcīa
audies ſufficiēter ¶ Nouici⁹
Quātū ꝯſidero ex iā dicto oliue
ro nō oms demōes eq̄liter ſūt
mali ¶ Mōchus In q̄b; in ce
lo āplius extēſa fuerat cont cre
atorē ſupbia at; inuidia i hijs
vſq; hodie magis viget ad no
cēdū malitia. Quidā vt dicit
alijs cū lucifero cont deū ſe extol
lētib; ſimpliciť ꝯſenſerūt ⁊ hij
q̄dē cū ceteris ruerūt ſ; ceteris mi
n⁹ mali ſūt hoieſq; min⁹ ledūt
ſic exēpla ſbiecta explanabūt

DEmō q̄dā ¶ Ca. xxxvi.
adoleſcētis venuſti ſpēm
induēs ad q̄ndā militē venit ob
ſequiū ſuū illi offerēs. Cui cū
multū placeret tā in decore q̄ȝ in
ſmōe gratāter ab eo ſuſcept⁹
eſt Qui mox militi ſeruire cepit
tā diligenter ⁊ tam timide tā fi
deliter ⁊ tā iocunde vt ſatis il
le miraret. Nunq̄ equū ſuum
aſcēdit nūq̄ deſcendit qn ille
ꝑpatus eſſet ⁊ genu flexo ſtre
pam teneret. Diſcretū proui
dū ⁊ hylarē ſemp ſe exhibuit.

Die quadā dū ſimul eq̄tarent ꝛ veniſſent ad fluuiū quendā magnū miles reſpitiēs ꝛ plures ex inimicis ſuis mortalibus poſt eos venire ɔſiderās ait ſeruo. Mortui ſum9 Ecce inimici mei poſt me feſtināt. fluuius ex oppoſito ē nullus ſup eſt loc9 refugij. Aut occidēt me aut capiēt. Tūc ille. Ne timeas dn̄e vadū fluminis huius bn̄ noui ſeq̄re tm̄ me bn̄ euademus. Rn̄dente milite. Nūq̄ȝ homo fluuium iſtū in hoc loco tranſuadauit. ſpe tn̄ euaſiōis ſeruū dūce; ſequut9 ſine piculo venit ad littus. Et ecce eis tranſpoſitis hoſtes ex oppoſito littore ɔſiſtētes mirati ſūt dicētes. Quis vnq̄ȝ audiuit vadū in fluuio iſto? Non ali9 niſi dyabolus illū trāſuexit. Timētesq̄ȝ reuerſi ſunt Proceſſu vero tpis accidit vt militis vxor infirmaret vſq̄ȝ ad mortē. In qua dū omes medicoȝ artes defeciſſent. Ait iteȝ demō dn̄o ſuo. Si dn̄a mea īungeret lacte leonino ſtati ſanaretur Dicēte milite vn̄ haberetur lac tale? Rn̄dit ille Ego afferā. Qui vadēs ꝛ poſt ſpatiū vnius hore rediēs vas plenū ſecū attulit. A quo cū fuiſſ& puncta mox meliorata p̄ſtinū recupauit vigorē. Cui cū diceret miles vnde habuiſti tā cito lac iſtud? Rn̄dit De montibus attuli arabie. Recedens a te in Arabiā iui leene ſpeluncā intrāui catulos abegi ꝛ ipſā mulſi ſic q̄ȝ reuerſus ſum ad te. Stupēte milite ad verba iſta ꝛ dicēte. Quis ergo es tu? Rn̄dit ille. Nō ſoliciteris de hoc ſeru9 enī tuus ſū; ego. Inſtāte milite tādem cōfeſſus eſt dicēs. Demō ego ſū vnus ex illis q̄ cū luciferō ceciderūt Tūc magis milite ſtupēte ſubiūxit. Si natura diabolus es q̄d eſt q̄ tā fideliter ſeruis homini? Reſpōdit demō Magna eſt mihi cōſolatio eſſe cū filijs hominū. Dicēte milite nō audeo de cetero vti ſeruitio tuo iteȝ ille reſpōdit. Hoc ꝓ certo ſcias q̄a ſi me tenueris nūq̄ȝ a me vel ꝓpter me aliq̄d mali tibi eueniet. Nō audeo inq̄t ſ; quicq̄d pro mercede tua poſtulaueris licet dimidiū bonoȝ meorū libens tradā; tibi. Nūq̄ȝ homo homini ſeruiuit tā fideliter ꝛ tā vtiliter. Per tuā ꝓuidentiā iux̄ fluuiū morte euāſi p te vxor mea recepit ſanitatē. Tunc demō Ex quo tecū eē nō potero nil p ſeruitio meo niſi q̄nq̄ȝ ſolidos req̄ro. Quos cum recepiſſet militi illi reddidit dicēs. Peto vt ex eis nolā;

cōpares ⁊ ſup tectū pauperis
illius eccleſie ac deſolate ſuſpē
das vt p eam ſaltē dn̄icis die
bus fideles ad diuinū ouocen
tur offitium· Sicqꝫ ab oculis
eius diſpuit· Nouitiꝰ Quis
vnq̄ tale aliquid de dyabolo
ſparet? Monachus Dicam ti
bi aliud vt ſic dicā dyabolice
bonitatis exemplū qd̄ nō minꝰ
iſto mireris. Ca· xxxvij·
Eodē āno quo rex Philip
pus primū aſcendit con
Ottonē poſtea īpatorē miles
q̄dam honeſtꝰ Euerhardꝰ no
mie de villa que Ambula voca
tur natus grauit̄ infirmabat̄·
Cui cum rapta fuiſſet materia
in cerebrū ita cepit furere vt ꝓ
priā coniugē ante infirmitatē
multū dilectam in tm̄ haberet
exoſā vt illā neqꝫ videre neqꝫ
audire poſſꝫ· Die quadā dya
bolꝰ in forma hoīs infirmo ap
parens ait· Euerharde vis ab
vxore tua ſeparari? Rn̄dente illo
Hoc omībꝫ modis deſidero ſub
iūxit dyabolꝰ· Ego te in equo
meo ducā romā bene optinebi
mus a papa vt diuortiū faciat
int̄ te ⁊ illā· Quid plura? Vi
ſū eſt militi vt equū inuitatis
aſcēderet vt romā cū illo poſt
tergū eius ſedēs ꝑgeret vt illo
pro ſe allegāte papa eū ab vx
ore corā cardinalibꝰ ſolemnit̄
ſeparet ipſūqꝫ diuortiū litteris
pōtificalibꝫ atqꝫ bullatis cōfir
marꝫ· Mira res· Ab eadē ho
ra q̄ ſic mirabilit̄ infirmi ſps a
dyabolo raptꝰ eſt ita corpꝰ ia
cebat exſangue vt tm̄ modicū
caloris in eius pectore ſentiret̄
ꝓpter qd̄ a ſepultura dilatus
eſt· Milite vt ſibi videbat̄ in
mis gaudēte diuorcij cā· ait di
abolꝰ· Vis mō vt ducā te Ihe
roſolimā vbi dn̄s tuus crucifix
us eſt· atqꝫ ſepultus· necnō ⁊
ad reliq̄ ſacra loca que xpiani
videre deſiderāt? Ex hijs verbis
marie poſtea intellexit illū demo
nē fuiſſe· Rn̄dēte illo· volo ⁊ de
ſidero· ſpūs ſpūm repētē ꝑ ma
re trāſtulit ⁊ in baſilica dn̄ici ſe
pulchri depoſuit· Deīn oſtndit
ei loca reliq̄ in q̄bꝫ oroēs ſuas
fecit· Ad quē iterū ait· Vis eti
am videre ſephadinū inimicū
vr̄m eiuſqꝫ exercitū? Cui cū di
ceret volo ductꝰ eſt in momēto
ad loca caſtrorū viditqꝫ illo
demirante regē ⁊ pn̄cipes eius
milites arma vexilla tentoria
atqꝫ exercitū vniuerſum Poſt
hec ait demō· Vis modo redi
re ad patriā tuā? Et ille· Tēps
eſt vt reuertar· Quē ſtatī ſpūs le
uauit ⁊ in Logobardiā trāſtu
lit· Qui ait Vides hoc nemꝰ?

Jam homo quidā de villa tua
mercimōia ſua ad has ꝑuītia
as in azino venalia portans ip
ſū intrabit et a latronib9 inter
ficietur Vis eū p̄muniē? Rn̄de
te eo libent' ſtati homini occur
rit et q latrōes in nemore eēnt
p̄dixit. Quē ſicut ſuū ꝓrochia
nū valdeq3 notiſſimū hilariter
reſalutauit et gratias agēs alia
via diuertit. Venientibuſq3 eis
frākinuort rurſum ait demō.
Cognoſcis walramū filiū du
cis de Limburg? Bn̄ inqt illuz
noui et frequēter cū eo milita
ui. Dicēte demone vis nūc euz
videre? et miles rn̄derz in ptibz
e trāſmarinis ille ſbiecit. Neq
q̄ ſ3 iā in tali loco regi Philip
po cōfederatur et p ipſū terra ve
ſtra rapinis et incēdijs vaſtabi
tur. Hoc impletuz vidim9 qn̄
ipſo duce Andernachū Rema
gē Bunna alieq3 ville plurime
exuſte ſūt Rn̄te milite de hoc ſa
tis doleo: poſt q̄ regē cū princi
pibus et walramo viderat ad
lcm̄ et ad corp9 ſine oi leſione
ſpūs ei9 reductus eſt. Mox in
cipiēs ſpirare et conualeſcere: vxo
rē an̄ raptū exoſā amore p̄ſtino
dilexit: et nō ſine mltorum am
miratione q̄ videāt vl' audieāt
ſepius recitauit. Quicq̄d enīz
viderat Rome et in Jheroſolia
in Longobardia et Alemania
tā in locis q̄ in pſonis plenius
vtiq3 vidit melius viſa cogno
ſcere et recitare potuit q̄ ſi ocu
lis corpeis illa pſp̄exiſſz. Stru
cturā vrbis rome necnō et effi
giē dn̄i Innocēcij tūc pape car
dinaliū et eccleſiaz et in ptibus
Jheroſolimitāis formā ſepha
dini et exercitus eius ſimlit' mō
tes flumia caſtra vniu'ſaq3 lo
ca p que trāſierat tā proprie in
ſuis formis atq3 nominib9 exp̄ſ
ſit ut hij q̄ ocul' corpeis illa vi
derant q̄ otradicere nō inueni
rēt. Interi ruſticus cū mercib3
ſuis de Lōgobardia redijt et q
illū ibidem vidiſſz atq3 p eius
cautelā latronuz pīculū euaſiſ
ſet corā multis teſtificatus eſt
¶ Nouici9. Audiui q̄ q̄dam
demōes talis nature ſint ut be
ne a ſe obſeſſos torqueāt ſ3 eoſ
de criminalit' peccare nō ſināt.
¶ Monachus. De hoc ſatis cui
dens audiuiſſe me recordor ex
emplū. ¶ Ca. xxxviij.

Diues q̄dam ſub typo ele
moſine paupib3 coniuiū
fecit. Inter quos cū quidā ob
ſeſſus eſſz et ceteris māducan
tibus carnes ipſe q̄dem cei ap
plicaret ſ3 eiſdē veſci nō poſſet
ex circūſtantibus hoc vidētes
dixerit. Iniq cur nō ſinis hoiez

mādūcare. Quibus illē rn̄dit
Nolo vt pecaet eo q̄ eleēosina
ista de rapina sit. Dicētibus eis
mentiris q̄ is q̄ fecit eā bonus
homo ē. Rn̄dit. Nequaq̄ mēti
or. Vitul9 iste q̄ hijs pauperi
bus diuis9 est in q̄nta geneāti
one fuit ab illa vacca que p ra
pinā habebat. Et satis mirati
sunt q̄ aderāt. Nouiti9. Si
demōes q̄ntā generatiōem iu
dicāt rapinam puto q̄ multū
acriter in penis vindicabūt pri
mā. Monachus. De hoc non
dubites. Recordare vacce illi
us p quā ⁊ qua pūitus est Be
lyas miles sicut dictū est in di
stinctōne secūda caplo septīo
Reuocat mihi etiā ad memori
am vacca hec v̄ba obsesse mu
lieris illi9 in Briseke cui9 supi
us mētionem feci caplo. xxvi.
Hec cum die q̄dam Johannē
burgrauiū de Rineke vidisset
sic mihi retulit q̄ audiuit mul
tis p̄ntibus cō̄ eum clamauit
dicēs Vitulū illum quē tali vi
due abstulisti flāmis infernali
bus a nobis liq̄tum guttatī mit
tem9 in oculos tuos et p oīme
corpus stillabim9 pīguedinē
eius. Vinū vero q̄d sub bāno
tuo in hac villa vendit feruēs
in os tuū fundem9. Quib9 ver
bis miles t̄ritus tabernā amo
uit ⁊ vitulū mulieri restituit.
Nouiti9. Satis mihi pba
tū iam fetere q̄ demōes sint q̄
mlti sint ⁊ q̄ mali sint nūc q̄
infesti nobis sint aliq̄d sb̄ exem
plis audire delectat. Monā
chus. Ita infesti sūt hoib; vt in
ter amicos discordias satiāt ⁊
inimicos recōciliari nō sināt p
pctō ⁊ p peccatis suis pegria
ri volētes retrahūt cōuerti desi
derātes auertūt ⁊ cōuersos mltis
mōis turbant ⁊ impediūt. Ec
ce exēpla. Ca. xxxix.

Duo ciues Colonien̄ viri
diuites ⁊ honestia spales
adinuicē aici ex q̄b; vn9 voca
bat sistapp9 alt' vo Godefrid9
ad scm̄ Jacobū aplm simul pfe
cti sūt. Die q̄dā; cū soli eq̄taret
ceteris frib; p̄cedētib; diabol9
inuidēs aicicie ⁊ ocordie illor
i ingr̄ssu cuiusdā nēmoris baculū
godefridi i dorso ipsi9 pendētē
satisq; fortē i duas ptes fregit
Qui cū neminē adesse ospiceret
turbat9 clamauit ad sociū Eia
fr q̄re fregisti baculū meū Illo
negāte etiam cū iuramto sicut
m iam dict9 godefrid9 retulit
Ita in eū exarsit ut vix manus
ab eius lesiōe cohiberet; Tandē
gr̄tia dei ⁊ meitis beati apostoli
ad mentē reduct9 apud sociū
vnice dilcm̄ p iniā; egit ⁊ toci9

diſcordie caput diabolus ofu
ſus aufugit. ¶ Ca.xl.

S Icut retulit m̄ q̄dā bone
ſt9 ſacdos nūc mōchus i
cordie noſtro pleban9 cui9 dā
ville prochianis ſuis placere
volēs ludos ſeculaēs cū illis ex
ercuit Tabnas frequētauit ꝛ
ingtū potuit morib9 illoꝝ ſu
os ɔformauit. Impletūqꝫ eſt
in eo illud ꝓphete. Et erit ſicut
ppls ſic ꝛ ſacerdos habebat āt
in villa militē cōpatrē vicijs
ſuis p oīa ɔcordantē. Et eāt
cis non in Chriſto ſꝫ in mūdo
cor vnū ꝛ aīa vna. Sepe alt
ab alteo ad ludos ꝛ ad ep̄las
inuitabat̄ ſepe ad tabnas tra
hebatur. Vides hec dyabol9 to
tius doli artifex ut amorē illoꝝ
viciosū in odiū verteret picu
loſū. Nocte quadā cū iſdē mi
les iſſet cubitū in forma ſacdo
tis ad lectū eius venit ꝛ ut ſe ſe
gretur tā vbo q̄ ſigno impor
tune ſatis inſtitit. ¶ Miles cū
territus pene nud9 ſurgeret ꝛ
nudipes ſequētur precedētem
p campū ſpinis ꝛ vepribꝫ ple
nū ductus eſt. A q̄bus dū plā
te eius vulnerarētur ꝛ ſāguinē
ſtillarēt iratus poſt eū clama
uit. Male ſacerdos malo tuo
huc me adduxiſti dyabolo ſp
clamāte ſequere ſequere miles

turbatus lignū qd caſu repit
ut ſibi videbat̄ caput ſacerdo
tis diuiſit. Sic illo pſtrato et
vultu eius ſanguine pfuſo mi
les cū multo labore ad domū
ſuā reuertit̄ qualit̄ ei ſacerdos
illuſerit vxori familie amiciſqꝫ
ɔquerit̄. Illis minus credētibꝫ
ſbiecit Ego caput eius ꝛ coro
nā nō modicū vulneraui. Ea
dē nocte ſacerdos horū prfus
inſcius cū ex necītate nature itu
rus eſſꝫ ad camerā cū tāto im
petu caput limini ſupiori illiſit
ut corona grauit̄ vulneāta ſā
guis erūpens totam eius faciē
cruētaret. Quo ad lectū reuer
tēte cū mane ppls pulſata miſ
ſata in eccleſia exſpectarꝫ ꝛ ille
mime ob vulneris dolorē veni
ret cognoſcēs miles cauſā a re
ferentibus ait Ecce hoc eſt qd
dixi vobis Quid plura? Inſamē
tibꝫ cognatis ꝛ amicis eius cū
ſacerdos obiecta fortit̄ negarꝫ
ꝛ illi nō crederēt p bienniū de
eccleſia ſua eliminatus vix tan
dē illis reconciliatus ē. Ex hijs
duob9 exempl̄ colligitur q̄ in
ter amicos ſiue ſpūales ſiue car
nales diſcordias ſeminent. Qꝫ
inimicos ingtū valēt cōcorda
re nō ſināt certū ē. ¶ Ca.xli.

M Iles q̄dā nup domū q̄n
dā cordinis nr̄i indebite

ſatis vexabat. Barriēte diabo
lo p os cuiuſdā feīe locut9 eſt
ad illū neſcio q̄s de aſtantib9
Dic im̄q quare nō ſuadis illi
militi vt cenobiū tale ſeruorū
dei ceſſꝫ inq̄etare? Cui demō ca
chinnādo r̄ndit Quid eſt qđ
loq̄ris o imprudēs? Meo cōſi
lio res agit̄ ꝛ tu mihi dicis vt
ſuadeam ea que ſunt pacis. Qꝫ
autē pro Chriſto peregrinari
volētes retrahant ꝛ impediāt
preſto eſt exemplū.

Capitulū. xlij.

Miles q̄dam Meingoꝫ no
mie cū adoleſcēs in Frātia
linguā diſceret gallicā grauit̄
infirmat9 ſpe cōualeſcētie ad ſā
ctū Remigiū remī s pegrinati
onis votū fecit ſꝫ nō ſoluit. Re
uſus vero in puīntiā ſuam voti
tñſgreſſor multis dieb9 elapſ
cū alter q̄dā miles Būdolph9
noīe vir nobil̄ de villa Selſe
lingin oriūd9 ſuſcepta carena
tpe capl̄i gñalis Cyſterciū ire
ꝓponerꝫ ꝛ hoc p̄dictus Mein
goꝫ ꝯgnoſcerꝫ rogauit illū vt
ſe ſuſcipe vellꝫ in comitē pegri
natiōis Qđ cū ille gratū hēret
ſimlr̄qꝫ ad villā que Tricaſtꝝ
vocat̄ iux̄ diuionē ſitā veniſſet
cū ad prādendū in terra more
pñuum ꝯſediſſent ſact9 Remi
gi9 Remenſis ep̄s pōtificalibꝫ
indut9 tñgreſſori ſuo apparēs
ait. Meingoꝫ q̄re nō ſoluis vo
tū tuū? Miles vero cū tā de viſi
one q̄ꝫ de voti iproꝑratiōe trē
ret̄ mox dyabol9 aduolās ver
bis admonitorijs v̄ba diſſua
ſiōis adiūxit dicēs. Nolo feſti
nare bñ votū ſoluēs qñ potris
Nihilqꝫ aliud dicēs hoiem pe
dib9 arripiēs p ventrē in paui
mēto tam imiſericordit̄ traxit.
vt facies ei9 in quatuor ptib9
vulnerata ſanguine erūpente
terrā infūderet. Quē cum Bun
dolph9 ſic trahi viderꝫ ꝛ trahē
tem nō aſpiceret ſicut ab eius
ore audiui. turbatus ilico ſur
rexit militemqꝫ brachijs ſtrin
gens cū fortis eſſet ꝛ ſic retine
re vir potuit. A quo cum cām
culpe ſimul ꝛ pene didiciſſꝫ ait
Cōſulo vt reddas votū tuum
Rñdente illo nō modo habeo
expēſas. dedit ei ſolidū ſterlin
gorum ꝛ ille ſoluit votū negle
ctum. Nouiti9. Vt video
nō multū a nobis demōes ſūt
remoti q̄ ad puniendū nos tā
ſunt parati. Monachus. Qꝫ
ſemp ſint iux̄ nos ꝛ circa nos
in ſbiecto ꝯgnoſces exemplo.

Capitulū. xliij.

Anno p̄terito tpe vindēie
cellerari9 de lacu cui9 dā
Curtis mōſterij vineā duob9

ſeruis cuſtodiēdā omiſit. No
cte quadā vnus ex illis vigili
as nocturnas ſibi temparē vo
lens dyabolū iocularit vo ca
uit dicēs Veni dyabole cuſto
di hanc vineā ⁊ ego tibi ꝑciuꝫ
dabo. Vix v̄ba cōpleuerat. Et
ecce dyabol9 affuit dicēs. Pre
ſto ſuꝫ. Quid ergo dabis mi
hi. ſi eā cuſtodiero? Et ille Co
phinū plenuꝫ vuis tali cōditi
one ut ſi quis intrauerit ab ea
hora qua dies ⁊ nox ſepantur
vſqꝫ ad ortū diei neqꝫ propri
am neqꝫ alienā excipiens pſo
nā collū ei frangas. Quod cū
dyabolus promiſiſſꝫ ⁊ ſeruus
ſero q̄ſi de vinea ſecurus domū
intraſſꝫ ait illi cellerari9. Qua
re nō es in vinea? Rn̄dente illo
ſociū meū ibi reliqui dyabolū
notās. Cellerari9 putās qꝫ de
cōſeruo ſuo diceret. Iratus ait
Vade cito qꝛ ſolus nō ſufficit
ille. Iuit huius ⁊ ſpeluncā que
erat extra vineā cū ſocio aſcen
dens circa mediū noctis motū
quaſi hominis inter vites trāſeū
tis audiētes ait is queꝫ predi
cta pactio latebat. Aliq̄s eſt
in vinea. Reſpōdit alter Sede
ego deſcendā ⁊ videbo. Deſcen
dit ⁊ vineā foris circuiēs cum
nulla hominis veſtigia in ſepe re
periſſet cuſtodē ſuū adeſſe cog
noſcit. Mane ſocio oīa aperi
ens cophinū vuis refertū dia
bolo pro ꝑcio dare volēs iuxta
vitē vnam fudit ⁊ diſcedēs at
qꝫ cuꝫ ſocio poſt paululū redi
ens nec vnū ibi granuꝫ repit.
Nouici9 Satis de hijs am
miror. ſꝫ dic queſo quomō cō
uerti volētes īpediant. Mō
chus Referā tibi qđ mihi ſācti
monial' quedā retulit coacta
a ſua abbatiſſa. Ca. xliiij.

Cum eſſet eadē ſanctimo
nial' puella puula in do
mo patris ſui dyabol9 illi ſepi
us in diuſis formis viſibiliter
apparuit ⁊ tenerā eius etatem
diuerſ modis terruit ac cōtri
ſtauit. Que cū in currere timu
iſſet amētiā ad ordinē noſtrū
cōuerti propoſuit verbis volū
tatē exprimēs. Nocte quadaꝫ
in ſpecie viri dyabol9 illi appa
rens cōuerſiōemqꝫ diſſuadēs
ait. Eufemia. noli cōuerti ſꝫ ac
cipe virū iuuenem pulchrūqꝫ
ut cū illo delicijs mūdi fruaris
veſtes eni precioſe ⁊ cibaria de
licata nō deerunt tibi. Si aūt
intraueris ordinē ſemp eris mi
ſeā ⁊ pānoſa famē ſitim frigus
qꝫ pacieris nec vnq̄ꝫ de cetero
bene tibi erit in hoc ſeculo. Ad
qđ illa rſpondit. Quid de me
tūc erit. ſi in illis delicijs quas

tu mihi pmittis mortua fuero
Ad qđ verbū dyabolus nullū
rn̄ſum dedit. ſ; puellā rapiēs ⁊
vſq; ad feneſtrā ſolarij in quo
iacebat deportās pcipitare eā
conabat᷑. Que cū angelicā ſa
lutatione dicer; inimicus eā di
miſit ⁊ ait. Si iciis ad clauſtꝝ
ſep tibi aduſabor. Q; ſi in hac
hora mulierē illam nō inuocaſ
ſes occidiſſem te. Et hoc dicto
valde virginē op̄mens in canē
maximū trāſmutat9 de feneſtra
exiliuit ⁊ nuſq̄ cōparuit. Sicq;
ad īuocationē dei genitricis ⁊
virgis virgo liberata eſt. Quā
infeſtus cōuerſis ſit dyabol9 ⁊
q̄ mltis q̄q; diuerſis modis
illos vexet ⁊ impediat ſequētia
declarabūt ⁋ Cū predicta pū
ella mōacha fuiſſ; effecta no
cte q̄dam cū in lecto iacer; ⁊ ia
cēdo vigilar; vidit circa ſe plu
res demōes in ſpetie virorū. Ex
q̄bus vnus aſpectu teterrim9
ſtabat ad caput ei9 duo ad pe
des q̄rtus ex latere cōtra eā. Qui
clara voce ad alios clamabat
Quid ſtatis᷑ Tollite illā tota
lit᷑ ſicut iacet ⁊ venite. Rn̄dert
illi. Nō poſſum9 inuocauit enī
mulierē illā. ⁋ Nouiti9 Quid
ē q̄ demōes matrē ſui creatoīs
noiare preſūſerūt noīe tn̄o di
cōis ⁊ nō honoris. Mulier no
mē ē corruptiōis ⁊ nature vgō
vel Maria ſiue dei gēitrix noīa
ſunt glorie᷑ ⁋ Mōchus Nō
ſunt auſi q̄ indigni ore pollu
to nomē integritatis vel glorie
noiare. Idem tamē demō poſt
verba angelice ſalutacōis pu
ellā brachio dextro traxit ⁊ tra
hendo in tm̄ compſſit vt opreſ
ſionē tumor ⁊ tumorē liuor ſe
quētur. Que cū haberet ſini
ſtram liberā ex nimia ſimplici
tate nō eſt auſa ſe ſignare per
illam putās ſignum man9 ſi
niſtre nihil ſibi pdeſſe. Cogē
te tamē neceſſitate per eandem
manū crucem ſibi impreſſit et
demōes fugauit. liberata ab il
lis pene exanimis ad lectum cu
iuſdā ſororis cucurrit ⁊ fracto
ſilentio quid viderit vel quid
paſſa ſit illi intimauit. Quā
ſicut mihi retulit beate memo
rie dn̄a Eliſabet eiuſdem ceno
bij abbatiſſa ſorores in lecto
ſuo ponētes ⁊ principiū euan
gelij Johannis ſuper eā legen
tes. mane regiratā inuenerūt.
⁋ Anno vero ſequenti intem
peſta nocte cum eadem ſancti
monialis in ſtratu ſuo iacens
vigilaret vidit eminus duos
demōes in ſpetie duarum ſoro
rum plurimū ſibi dilectarum.
Cui cum dicerent ille. Soror

Euſemia ſurge veni nobiſcū in
cellariū: dimittere ceruiſiam
cōuentui. Illa habens eas ſuſpe
ctas. tū propter tempus intē
peſtiuū. tum propter fractū ſi
lentiū horrere cepit opimento
caput inuoluēs nihilq; reſpō
dens. Statim vnus ſpirituū
malignorū propius accedens
et manū pectori eius imponēs
ita illud cōpreſſit. ut ſanguis
cōcitatus per os et nares eius
largit' efflueret. Sicq; demo
nes illi formas caninas aſſum
tes de feneſtra exilierunt. So
rores ad matutinas ſurgētes
cū illam in defectu cernerēt ut
pote pallidā et exſāguem cau
ſā; p ſigna ſciſcitate ſūt. Quā
cum ex eius relacōne cognouiſ
ſent ſatis turbate ſunt tā de de
monū crudelitate q̄ de virgis
vexacōe. Ante hoc bienniū
cum cōuentui nouū factum fu
iſſet dormitoriū et lecta in ea de
poſita vidit ea dē ſanctimonia
lis demonē in ſpetie homuncōis
deformis ſatis et inueterati oē
dormitoriū circuire et lecta ſin
gula tāgere quaſi diceret. Lo
ca ſingula diligēter notabo q̄
non erūt abſq; viſitacōe mea.
Nouiti9. Quid eſt q̄ pius
dn̄s puellas tam teneras et tā
mūdas a duris et immūdis ſpi
ritibus tā crudelit' vexari ſinit?
Mōchus. Amaro poculo
ut noſti prelibato dulce plus
dulceſcit et colore nigro ſubtrā
cto albus āplius clareſcit. Le
ge viſiones witim̄ Godeſchal
chi et aliorū quibus conceſſum
eſt videre penas malorū et glo
riam electorū: pene vbiq; viſio
penalis p̄cedit. Volens dn̄s
ſponſe ſue ſecreta deliciarū ſua
rū oſtendere bene eā prius per
miſit aliq̄bus viſionib9 horrē
dis temtari ut poſtmoduz am
plius mereretur letificari ſciret
q; diſtantiā inter dulce et ama
rum lucē et tenebras.

Capitulū. xlv.

In eodē monaſterio qd̄ Houe
ne vocatur ſanctimonial' que
daz eſt Eliſabet nomie quā ſe
pe dyabolus infeſtat. Die qua
dam in dormitorio illū videns
et q̄ ipſe eſſet nō ignorās ala
pam illi dedit. Cui cuz diceret
ut quid tā dure me cedis? Rn̄
dit illa. Quia ſepe me turbas.
Ad qd̄ dyabolus. Multo am
plius heſterna die turbaui ſo
rorē tuam cantricez non tn̄ me
pcuſſit. Satis quidez illa die
turbata fuerat. Ex quo colligi
tur q̄ ira rancor impatientia et
alia huiuſmōi vitia ſepe ex im
miſſione ſint dyaboli. Alia

vice cū eadē Eliſabet matutinīſ
nimis tardatis ope vt poſt ap
paruit diaboli ad campanā ſe
ſtinarȝ candelāq3 ardentem in
manu portaret Iā intratura fo
res oratorij demonē in ſpecie vi
ri tunica indutū cultellata con̄
ſe ſtare cōſpexit· Putās aliquē
intraſſe virorū territa retrorſū
p gradꝰ dormitorij cecidit Ita
vt p aliquot dies tā ex repenti
no terrore q̄ ex lapſu lāguerȝ
Nam et abbatiſſa ex eodē caſu
ſtupefacta infirmitatē cōcepit
Que dū cauſam illiꝰ lapſus
atq3 clamoris ab ea ſciſcitata
fuiſſet et illa viſionē expoſuiſſȝ
adiecit Si ſciuiſſem q̄ fuiſſet
dyabolꝰ et non homo bonā illi
alapam dediſſem· Iam enī ac
cinxerāt fortitudine lūbos ſuoſ
et contra dyabolū roborauerat
brachiū ſuū· Capi·xlvi·

Alteri cuidā femine prop
ter Chriſtū incluſe ita in
feſtus fuit dyabolꝰ vt etiam le
ctum illius violēter et impudē
ter aſcenderȝ· A quo cū nullo
poſſet remedio ſpūali liberari:
non oratiōe non ꝯfeſſione nō
ſigno crucis dyaboli importūi
tatē propriāq3 vexacōnem cui
dam viro religioſo cōqueſta
eſt Cui ille tale conſiliū dedit
Cū tibi inquit propiꝰ acceſſe
rit dicas benedicite· Quod cū illa
feciſſȝ malignꝰ ſpiritus quaſi
turbine impulſus ſe in ſaltꝰ de
dit nec vlteriꝰ ad illam accede
re auſus fuit· Nouiciꝰ Gau
deo q̄ tantā virtutē audio in
verbo noſtre ſalutationis·
Monachus· Tanta eſt demonū
malicia vt quos terroribus ſedu
cere vel frangere nō preualēt
fantaſticis viſionibꝰ ſeducant
Verbi gratia· Ca·xlvij·

Iuxta caſtrum Volminſteine
quod ſitū eſt in weſtfalia quedā
habitat incluſa Gertrūdis no
mine femina ſācta et religioſa
et propter reuelatiōes dei qui
bus illuſtratur notiſſiā hec mul
to tempore qꝛ minus circūſpecta
fuit ſicut audiui p angelo lu
cis angelū tenebrarū ſuſcepit
Solebat enī diabolꝰ fantaſti
ca circūfuſus claritate p quan
dā cellule feneſtrā intrare ad il
lā futura p̄dicere et de interroga
tis inſtruerē Ad quā ſi veniſſȝ q̄s
volens cognoſcere ſtatum ali
cuius amici ſui defuncti ſiue de
alia re occulta certitudinē illa
inducias vſq3 in craſtinum pe
petiuit angelū ſuum cōſuluit
a quo ſepiꝰ decepta falſa pro
veris reſpōdit· Quod cum operiſ
ſet frater Hermānus incluſus
de Arnſberg cuiꝰ in ſuperiori

diſtinctiōe capitulo.lxxxviij.
memini demonū nequitias nō
ignorās iam dicte incluſe mā
dauit in hūc modum. Cauta
eſto ſoror quia ſepe āgelus ſa
thane in angelū lucis ſe trāſfi
gurās mltos ſeducit a viris ſā
ctiſſimis nōnūꝗ̄ illudit. Sic
ergo facias. Crucē de cera bene
dicta feneſtre ꝑ quā intrare cō
ſueuit imprime et ſi intūs illaꝫ
nō vitauerit: Angelus dn̄i eſt
ſin autē angelus tenebrarum.
Quod cū illa feciſſet et dyabo
lus nocturno tempe cū ſolito
fulgore veniſſet ad feneſtrā et
lumīe immiſſo nō intraret ait
femina. Quare nō intras? Rn̄
dente illo. nō poſſum intrare ni
ſi cerā de feneſtr̄ proijcias. Illa
diu ſe deceptā intelligens con
tra eū ſpuit et in otumelias eru
pit et ne de cetero talia p̄ſume
ret ſub inuocacōe ſumme trini
tatis illū adiurauit. Vides nūc
qualit̄ deus ōnipotens contra
diuerſas demonū infeſtacōes
diuerſas creauerit mediciās?
Alios a nobis cōpeſcit anthi
doto cōfeſſionis alios verbo do
minice ānunciacōnis quoſdaꝫ
ꝑ verbū benedicite. multos ꝑ
ſignuꝫ crucis. De hijs ōnibus
exempla habes in ſupioribus.
Nouiti9. Peccauitne inclu
ſa hec angelū tenebraruꝫ pro
āgelo lucis recipiēdo? Mō
chus. Legit̄ in ſcripturis ma
iorū ꝙ homo ſic a dyabolo de
ceptus ei credēdo mereat̄ et hoc
ꝙ̄ diu bona ei ſuadet. Non enī
omnibus data eſt diſcretio ſpi
rituū. Vnde apoſtol9. Proba
te ſpūs ſi ex deo ſunt. Nec hoc
ſilendū ꝙ ipſe angelus ſatha
ne nō ſolū in claritate quā aſſu
mit trāſfigurat ſe in angelū lu
cis ſ; et i vili effigie quibuſdā
ſolet apparere. Nā modo in ſpe
tie porci vel canis mō in forma
catti vel cuiuſdā alterius aīa
lis ſe hominib9 ad deceptionē
ſolꝫ exhibere. Ca.xlviij.
Viſus eſt tempe q̊dam in
Hēmērode quaſi gregē
porcoꝝ in eccleſiā minare et ea
dē via qua intrauerāt denuo ex
ire. Alio tēpe cōuerſus q̊dam
qui nomē ſuū vult ſupprimi de
moneꝫ vidit in forma p̊coris et
geſtabat in collo quaſi factuꝫ
de ſtramīe leguminis circuluꝫ.
Precedebat eū vnus de cōplici
bus eius eūqꝫ eodeꝫ circulo q̄ſi
caneꝫ ducēs. Interea cū in tali
fantaſia choꝝ trāſiret: Accidit
ut prior eundē chorū ingredere
tur cōuerſos ſi quos dormien
tes inueniſſꝫ excitaturus. Quo
intrāte viſio illa fantaſtica ab

oculis cōuerſi mox ſubtracta
eſt. ¶ Capi. xlix.

TEmpe q̄daȝ bone memo
rie Hermānꝰ cantor no
ſter ſtās in choro cum tpe eſti
uo laudes die clara decātarent̄
⁊ oculos ex laſſitudīe clauſoſ
apiret poſteiora quaſi vrſi de
choro exeūtis cōſpexit. De qua
viſione cū ſatis miraret̄ eundē
vrſū vidit redire ⁊ ſtare ante
p̄ſbiteriū in loco vbi mōachi
in viam exeūtes ⁊ redeuntes ſo
lent proſterni. Qui dū caput
retorquēt ⁊ huc illucq; cōſpi
ceret in vocem humanā erupit
dicens. Nō curetis licet modo
ſint firmi ego egrediar ⁊ iterū
poſt modicū reuertar Sicq;
eo intuēte egreſſꝰ eſt Huiꝰ vi
ſionis frater Richardꝰ teſtis
eſt q̄ eam ab eius ore audiuit
Iſte eſt Hermānus qui vidit
corā Henrico fikone āplioras
cum vino ⁊ vrſū ſicut dictū eſt
diſtinctōne quarta caplo nō
geſimo p̄mo. ¶ Nouitiꝰ. Cū
dyabolꝰ huiuſmōi beſtiarum
formas ad noſtrā infeſtacōe;
aſſumat puto q turpit̄ ⁊ſenti
entibꝰ illudat. ¶ Mōachus.
Hoc certū eſt. ¶ Ca. l.

INcluſa q̄dā admodū religioſa
Aq̄ſgrāni manȝ ſatis m̄ nō cuiꝰ
nomē ſupprimo ne ei cā ſiā p̄ſe
cutiōis. Hec an̄ recluſionē cū
adhuc eſſet in etate puellai ⁊
in habitu ſeculari religioſa ta
mē in hūeris ⁊ in ſcapulis mo
nachoꝝ de porceto deābulanti
um in oratorio demōes in for
mis ſymearū atq; cattorū reſi
dere cōſpexit. Et quia quoſdā
ex illis iā p conſenſus viciorū
captiuos tenebāt ad quēcūq;
locū ſiue pſonam fantaſmata
reſpiciebāt monachorū oculi
ſequebantur ⁊ ſcd̄m leuitates
illorū geſtus iſtorū formabā
tur. Vidit adhuc qđ horribi
lius erat. Quoſdā ex ill̄ canes
magni ⁊ tetri antecedebant.
Ita vt cathene que eorū collis
videbātur etiam colla mōcho
rum ambirēt quibꝰ ad ſua lu
dibria illos trahebant. ¶ No
uitiꝰ. Heu q homīes ad yma
ginē ⁊ ſimilitudinē dei creati ⁊
dignitate ordis etiam homini
bus maiores effecti qui ſpiriti
bus inmūdis imperare debue
rant ab ipſis propter mala vi
tā tam vilit̄ illudūtur. ¶ Mō
chꝰ Hoc eſt qđ pſalmiſta cō
queritur dicēs. Homo cū in ho
nore eſſꝫ nō intellexit cōpatus
eſt iumētis inſipiētib; ⁊ ſimil̄
factꝰ eſt illis ¶ Nouitiꝰ Vide
tur m̄ ex ſupdictis q q̄nq; ho
dyabolo det materiā temtādi.

¶Mōch9. Hoc vez eſſe vno
tibi oñdā exēplo. ¶Ca. li.
STabat aliquādo ouētuſ
de Hēmēro de in certo plā
tarium caulium terre īfigēs.
Stabat ⁊ mōachus vnus cū
ceteris Thomas noīe cui talis
cepit cogitatio ſuboriri. Si
mō eſſes ī domo patris tui an
cilla tua nō dignaētur tā vilīſ
ſimū opus facere. Exiuit ergo
de medio fratruz cū indignati
one illuc eū ducente ſpiritu ſu
pbie vbi forti9 eū poſſꝫ impug
nare. Cū ego in ſilua ſolus eēt
temtator affuit ⁊ q̄ prius ſola
cogitacōne pulſaueāt nūc ap
ta impugnacōne ⁊ viſibiliter
aggredit̄. In ſpetie nāqꝫ muli
eris apparēs cepit alloq̄ eum.
At ille digituz ſupponens ori
ſuo ſignificauit nō licere loq̄
ſibi. Sed mendaciorū omniū
caput ⁊ pater ilico ꝑ mulierē
illaz fantaſticaz quā effigiaue
rat ad deceptionē rn̄dit. Quid
hoc ſit inq̄t neſcio ego venio de
ouētu ⁊ prior dedit mihi licen
tiam vt loq̄rer tecū. Credidit
ille ⁊ locutus eſt. Tunc illa aſ
ſeruit pn̄tes ipſius miſiſſe pro
eo ⁊ oportere eū Treueri ire ſe
cum ad emendū equū ⁊ ſic tn̄
ſire in terrā ſuaz. Precedēdo igi
tur miſera miſeruz ducebat ip
ſa quidē frutectorꝫ omniū con
denſa ſine impedimēto trāſiēs
ille vero cuz magna difficulta
te ſequebat̄. Tandez aſꝑitate
itineris ⁊ laboris turbatus in
nomie inquit patris quomō
ſic im9? Quo dicto maligna
illa mulier cici9 euanuit. Et cū
celi eſſꝫ ſerenitas magna eadē
hora circa eū facta eſt tēpeſtas
⁊ pluuia. ipſūqꝫ madefactū ex
terius īterius ɔfuſū remiſit ad
ouētū. Cōfeſſus poſtea ē ꝙ q̄
diu cuz muliere illa deambula
bat maximā carnis titillatiōez
habueāt. ¶Nouici9. Puto ꝙ
fuerit ſpiritus fornicacōis. ¶
Mōchus. Iuſte moueris. Se
pe enī peccatū peccato punit̄ ⁊
ꝑ lapſū carnis ſupbia mentis
in multis humiliatur. Inde habeſ
plurima exēpla in vitaſpatrꝫ.
¶Nouici9. Poteſt dyabolus
ledē aliquē ꝑut vult? ¶Mō
chus. Nequaq̄ ſine dei ꝑmiſſi
one ⁊ hoc in corpe ſicut Job.
Nūq̄ vero in anima hominē le
dere poteſt. id eſt vt eū peccare
cogat niſi mēte conſentiat.

¶Capitulū. lij.

Dyabol9 ſimilis eſt vrſo
ſiue leoni ad ſtipitē liga
to qui licꝫ in cathena ſua rugi
at circuiēs nemineꝫ tn̄ ledit ni
ſi quē infra ſuū circulū rapuerit

dyaboli ptās cathena diuina
cohibicōis ſic artata eſt vt ne
minem cogere poſſit ad peccā
dum niſi ad eū ingrediatur p
peccati cōſenſum. Scdm apo
ſtolū Petr. Tanq̄ leo rugiēs
circuit in ſua cathena querenſ
quē deuoret. Sepe ſanctos vi
ros terret et impedit ſʒ nocere
nō poteſt. Ca. liij.

In Bunenſi eccā ſicut audiui
ab eius ſcanōicis vir q̄daʒ ex
titit caſt9 multūqʒ religioſus
cui dyabol9 ita infeſtus eſt vt
ſepe noctibus cū lecturus eſſet
lectionē ad matutinas litterā
tegeret vel foliū verteret et qn̄
qʒ lumē exſufflarʒ. Hoc iō egit
vt virū ſanctū coram fratrib9
ſfūderʒ et cōfundēdo ad impati
entiā prouocarʒ cuius neq̄cia
tāta eſt vt cū religioſos irrita
re vel impedire nō valet ſaltē
eos impediat et ſbſannet.

Capitulū. liiij.

Retulit mihi q̄dam religi
oſa ſāctimonial ordinis
nri Petriſſa noīe q cū ſtaret in
q̄dam ſolēnitate ad matutīas
a ceteris ſororib; ſemota et alijſ
valide pſallētib; in grat actio
nē erūperʒ dicēs Bndictus ſis
dne q iſte dilect9 ſuētus tam
deuote te laudat tu ill retribu
as mox audiuit ſtrepitū horri

dū q̄ alicuius de retro ad ſuē
tum ſperātis claraqʒ voce dicē
tis. Hoc fiet p deo ordēm eiuſ
ſbſannās. Et inhorruerūt cōti
nuo ōnes capilli capitis eius.

Nouiti9. Sepe ſubitus hor
ror inuadit me tā in choro q̄ i
reliq̄s locis. Que tibi videtur
hui9 horripilatiōis eſſe ratio?

Monchus. Ex pñcia demo
nū eſt. Natura canis q̄ lupū in
ſeq̄ ſſueuit talis eſt vt cū ex q̄
dā vi nature iux ſe ſētiat cū tn̄
oculis illū nō videat. Et q īnt
eos odiū naturale eſt ſtatī tur
bat et latrat Sic eſt int homi
nē et dyabolū. Inimicicias po
ſuit inter eos dns. Vnde ho
mini qui cū illo pacificat ſem
p calcaneo eius diabol9 inſidi
atur. Et licet cū homo extrior
nō videat interior. id eſt ſpūs
ſpūs illius maligni iuxta ſe p
ſentiā bn̄ ſentit. Quid ēgo mi
rū ſi tūc turbat ſi horrorē pati
tur. Hoc verū eſſe ſb exēplo ti
bi demōſtrabo. Ca. lv.

Iuxta Coloniā ſacerdos q̄daʒ
fuit Michael nomie ſatis reli
gioſus in genere ſuo. Duarū
villarū eccleſias rexit ex q̄buſ
vna burge altera rode vocatur
Tempe quodā paſcehe cū in
vna eccleſia ſero matutīas dix
iſſʒ et añ diē ſeruo ſuo abſente

ſolus ad alterā ꝑperaret timo
re vie gladiū ſecum portauit.
Qui cū ad quoddā nemus ve
niſſ; tātus timor ⁊ horror eū in
uaſit vt oēs pili capitis eius
ſicut dici ſolet ſurſū erigerent̄
⁊ gelido ſudore oēs eius ar
tus ꝑfunderētur. Quē tamen
tāti horroris cauſa latere non
potuit q: mox vt oculos ad ne
mus vertit hominē teterrimu;
iuxta ārborē ſatis alta; ſtare cō
ſpexit. Qui eo intuēte in momē
to adeo creſcēdo aſcēdit vt eidē
arbori equaretur circa quē fra
gor arborū ⁊ nimij fremitus vē
torū excitabātur. Territus ſu
pra modū ſacerdos fugit quē
dyabolus cū turbine a tergo ī
ſeq̄ns vſq; ad villā Rode non
deſeruit. Poſtea cu; idem ſacer
dos viſionē ſimul ⁊ timorē con
uerſo nr̄o Richardo recitaret
ille ſicut vir eſt religioſus reli
gioſū ei verbū rn̄dit. Domine
inq̄t eccleſiaſtice ſi ad diuina
eundo pſalmū in os veſtru; aſ
ſūpſiſſetis nō vobis hec in via
eueniſſent. Terror ille pena pec
cati fuit. Dyabolus reuera tim;
pſalmū non gladiū. Corpus
eius vt ait Job: ꝑmo dn̄s ad
Job. q̄ſi ſcuta fuſilia ſquamis
ſeſe oprimētibus. Deputabit
quaſi paleas ferrū ⁊ quaſi lig

nū putridū es. Nō eſt ſup ter
ram poteſtas que cōparet̄ ei.
Nouici9. Sicut colligo ex
hijs verbis ſancti Job ſi diabo
li virtus ligata ⁊ limitata nō
eſſ; null9 hominū ſbſiſtere poſ
ſet. Monachus Q; autē homi
nem ledere nō poſſit niſi q̄tū a
deo fuerit ꝑmiſſus in fine hui9
diſtictōis ſatis manifeſto tibi
pandā exēplo. Ca. lvi.

In villa quadā ante paucos ā
nos dyoceſis Colomeñ q̄ am
bula vocatur cāpanarius fuit
⁊ forte adhuc viuit vetu; ha
bēs cuiuſdā ꝑegrinacōis. Hic
cū die quadā ꝯdixiſſet cū femi
na quadā ville ſue q: mane pi
ter ituri eſſent illa eū rogauit
vt maturius matutīas pulſa
ret ꝑpter ſol' feruore; ⁊ promi
ſit. Eadē nocte diabolus ad le
ctū eius veniēs tetigit eū ⁊ ait
Pulſa matutīas. Sicq; diſceſ
ſit. Qui mox ſurgēs ⁊ lumen
in eccleſia ardere cōſpiciens eū
ante primū galli cantū eſſe de
prehēdiſſet putans q: a predi
cta femīa fuiſſ; excitatus de ec
cleſia exiuit volēs illi dicere vt
iret dormitū eo q: nimis mane
eſſ;. Quā cū quereret nec inue
niret. bouē nigrum corā ſe ſtaē
vidit. Qui lingua emiſſa homi
nē tetigit eūq; ſup dorſum ſuū

per illā miſit ⁊ p aerē cum illo volitans ſuper pinnā turris caſtri qđ Yſenburg dicitur depoſuit. Cui cū diceret Times ne aliqđ modo? Rn̄dit ille. Dei p miſſione huc ductꝰ ſum. nihil cōtra me poteris niſi q̄tum ille p miſerit. Ad qđ diabolus fac mihi homagium ego te deponā daboq3 tibi diuicias multas. Qđ ſi non feceris vel fame in hoc loco morieris vel p̄cipitio interibis. Cui cāpanariꝰ ſpem habens in Chriſto reſpondit. Adiuro te p nomē Jheſu Chriſti ne me ledas ⁊ vt me ſine periculo corporis mei deponas. Mox dyabolus illum tollens i campo iuxta villā Beriſheim ſatis incōmode depoſuit ante lucem diei in dedicatione eccleſie eiuſdē ville. Diluculo homines ad matutinarū ſolemnia cū faculis properātes cum hominē in agro i magno defectu rpiſſent atq3 refocillaſſēt. Auditis hijs que ei cōtigerant ſatis mirati ſūt. Quarto vero die regreſſus in domū ſuam ſitum tam locorū q̄ edificiorum que nunq̄ ante viderat tam plene omnibus expoſuit vt de raptu eius nihil dubitarēt. Nouitius Jam mihi ſatis fateor probatū tam ſentēcijs q̄ exemplis demones eſſe multos eſſe malos eſſe et infeſtos eſſe hominibus. Monachus. Vnde cōſiliū eſt meū. vt cognitis hijs non illis conſenciamꝰ ne nos audire ɔtingat. Ite maledicti in ignem eternū qui preparatus eſt dyabolo ⁊ āgelis eius ſed reſiſtendo illis omnibuſq3 vicijs audire mereamur cum electis. Venite bn̄dicti patris mei pcipite regnum qđ vobis paratū eſt a patre meo.

Explicit q̄nta diſtinctō.

Incipiūt capitula ſexte diſtinctōis de virtute ſimplicitatis.

De virtute ſimplicitatis. capi. p̄.

De ſimplici mōcho q̄ carnes in caſtro comedēdo pecora monaſterij ſui reduxit. capitulū. ij.

De Chriſtiāo decano Bunenſe qui abbati piſam ſagimine conditā appoſuit in ſimplicitate. capi. iij.

De Godeſchalco mōcho qui in Syberg artocreas i ſagimine decoctas ſimplicit' manducauit. ca. iiij.

Vita dn̄i Enffridi decani ſancti Andree in Colonia. ca. v.

Item vita dn̄i Hermāni decani Hildenſemēſis eccleſie. ca. vi.

De ſimplicitate wermboldi canonici ſancti Gereōis in Colonia. ca. vij.
De ſimplicitate xpianī celle rarij in Bruwilre. ca. viij.
De mōcho de porceto. ca. ix.
Vita Engelberti ceci. ca. x.
De dn̄o petro abbe Clareuallis ī cui⁹ ſimplicitate aduerſarij eius cōpūcti bonis pro quibus contēderant renūtiauerūt capitulū. xi.
De Philippo rege Francorū q̄ in abbatis ſancti Victoris ſimplici taciturnitate edificat⁹ aduerſarios eius opeſcuit. ca. xij.
Itē de eodem q̄ Laudunēſes clericos om̄dauit ob ſimplicē electi ſui pn̄tacōem. ca. xiij.
Itē de eodē rege qui ſimplicē mōchū in abbatē ſancti Dyoniſij pmouit p̄latis ambitioſ prudēter amotis. ca. xiiij.
De ſimplici mōacho cui Fredericus impator cōtulit abbatiā ocaſiōe acus. ca. xv.
Itē de abbe quē Otto impator om̄dauit ꝑpter acū. ca. xvi.
De mōacho ſup quez morientem dyabolus acū ignitā proiecit eo ꝙ acū ſanus portare cōteneret. ca. xvij.
De abbate quē incluſa ſymoniace intraſſe dicebat eo ꝙ electionē ſuam ante procuraſſet capitulū. xviij.
De Mauritio ep̄o Pariſieñ q̄ ſeipſū ſimplicit̄ elegit. ca. xix.
De aſtuto p̄ore qui perſonaz ob infamiā elegit ne ſua ps infirmaret̄. ca. xx.
De homie q̄ ſub typo ſimplicitatis Būne plures decepit. xxi.
De homine q̄ p ſerpentē punitus eſt in collo qꝛ doloſe egeāt in matrē. ca. xxij.
De ꝑpoſito Pariſienſi quē rex Philipp⁹ viuū infodi iuſſit eo ꝙ mortuo doloſe vineā abſtuliſſet. ca. xxiij.
De fure a patibulo liberato et denuo ſuſpēſo dū ſuū libeātorē inīqz īpeteret. ca. xxiiij.
Itē de falſo pegrino iuſto dei iudicio ſuſpenſo dū vero peregrino furti crimen ipingeret. ca. xxv.
De Bertboldo palatino de wittelnbach cui diuinitus p̄ceptū eſt vt hominē p̄mo ſibi obuiantē ſuſpēderz. ca. xxvi.
De Theoderico de Ermportze q̄ reuoluto āno eodē die eadez via mortu⁹ eſt elat⁹ qua Philippus rex eius īduſtria fuerat introduct⁹. ca. xxvij.
De Herico ratione cuius prebendā optinuit is qui eius cōſilio a Petro cardiali fuerat intruſus. ca. xxviij.

De ſacerdote p deota qui ſim
plicitate verborũ ſuorum corã
Innocẽtio papa eccleſiã opti
nuit. ca. xxix.
De ſimplici orõne conuerſi q̃
minabat Chriſto q mat eiꝰ
cõqueſturꝰ eſſet de illo ſi nõ li
beraret eũ a tẽtatione. ca. xxx.
De incluſa que Chriſtũ que
ſiuit in foramie et inuenit. xxxi.
De ſimplici ſorore in Rumede
cui in orõe Chriſtus rñdit q
eſſꝫ in ſacello. ca. xxxii.
De paſſione ſimplicis marca
delli. ca. xxxiii.
De paſſiõe Margarete virgi
nis Louanienſis. ca. xxxiiii.
De ſimplici ocubiã ſacerdotiſ
q̃ue ſeipſã in fornace extinxit.
capitulũ. xxxv.
De morte Lodewici ſimplicis
mõchi. ca. xxxvi.
De morte ſimplicis monialis
que caprã putabat eẽ feminã
ſecularẽ. capi. xxxvii.

Incipit ſex diſtictõ de virtu
te ſimplicitatis. Ca. p.

Inter õnia virtutũ anthidota
contra temtationũ incõmoda
ipſoſqꝫ tẽtatores demões ma
ioris efficatie eſſe videt vſus
ſimplicitatis. Hec virtus felle
caret dolꝰ amaritudinis ire. in
uidie rãcoris caret et oculo ve
nenato ſuſpicõis denteqꝫ cani
no detractõnis. Simplicitas
eſt maxime neceſſaia nouiter
cõuerſis quia ſi voluerit noui
tius ordinẽ ſimplicitatis repre
hendere. facta et inſtituta ma
iorũ iudicare quare ſic vel ſic
illa et illa fiãt cũ magiſtro ſuo
diſputare nũq̃ quieſcetꝫ. Vn
de abbas Karolꝰ cum eſſem in
probatiõe mihi dicere conſue
uit. frat ſi vis q̃eſcere in ordie
ordis ſimplicitas ſufficiat tibi
Virtutẽ ſimplicitatis Yſayas
in electis admirans ait. Qui
ſũt iſti q̃ vt nubes volãt et qua
ſi colũbe ad feneſtr̃s ſuas fene
ſtre colũbarũ ſũt oculi ſimpli
ciũ monachoꝝ. Horũ volatus
ſblimitas eſt cõtemplatõnis
viſus colũbinus ſimplicitas in
tentiõis vterqꝫ oculus religio
ſoꝝ ſimplex eſſe debet exterior
videlicet et interior. Oculꝰ cor
pis vt procul ſit ſuſpicõ oculꝰ
cordis vt recta ſit intentio hec
opꝰ p ſe malũ facit bonũ et cõ
uerſo ſicut i ſeq̃nti caplo ſatis
apto tibi oñdã exẽplo. No
uiciꝰ. Hñ hoc cõcedo q ſalua
torẽ recolo dixiſſe Si oculꝰ tu
us fuerit ſimplex totũ corpus
tuũ lucidũ erit. Mõchꝰ Re
uera vbi ſimplex fuerit intẽtio
ibi neceſſe eſt vt lucida ſequat
actõ ſicut ecõtrario oculꝰ neq̃

id eſt intẽtio mala atq; puerſa
totũ corpus.i.op9 efficit tene
broſũ. Unde bñ in ſexta diſtin
ctiõe tractandũ videtur de ſim
plicitate qꝛ ſicut ſenarius nũs
naturalit̃ eſt pfectus ita hec v̓
tus ſcd̃m iam dictã ſententiaꝫ
ſaluatoris totũ hoiem lumino
ſũ facit atq; pfectuꝫ Jacob ſim
plex a p̃re bñdicitur filius ei9
Joſeph toti Egipto a pharao
ne pficit̃. Job ſimplex a dño
cõmẽdat̃ virtus ſimplicitatis
a Chriſto diſcipul' predicat̃
Eſtote inq̃t prudẽtes ſicut ſer
pẽtes et ſimplices ſic̃ columbe.
Simplicitati cõiugit prudẽtiã
ꝓpter miſericordiaꝫ. Itẽ dicit.
Niſi cõuerſi fueritis et effitiam
ini ſic̃ pueri.id eſt humiles et ſim
plices nõ intrabitis in regnũ ce
lorũ. Simplicitas via eſt ad
deũ grata angelis hominibꝫ de
lectabil'. vnde ceteris v̓tutibus
omiſſis q̃nte ſit efficatie ſacta
ſimplicitas paucis explicabo
exẽplis. ¶ Ca.ij.

Dominꝰ wido abb̃ ciſter
cienſ poſtea cardinal' cũ
miſſus fuiſſet Coloniã ad ele
ctõnem cõfirmandã que facta
fuerat cont̃ Philippũ in Ottonẽ
retulit ibidẽ q̃ndã ſancte ſim
plicitatis hiſtoriã ſatis iocun
dam ſatiſq; mirabilẽ. Dicebat
domũ quandã ordinis noſtri
in terra cuiuſdã nobilis viri at
q; potẽtis fuiſſe ſitã. Quã idē
tyrãnus eo q deũ non timeret
neq; hominẽ reuerẽtur multis
modis ſepe moleſtauit. De an
nona vino et pecorib9 quotiẽs
et q̃ntũ voluit tulit q̃ntum volu
it fratrib9 dimiſit. Cumq; hoc
ex cõſuetudine et q̃ſi pro lege
habẽs actitaret et cõuentus q̃
rimonijs multis inutilit̃ tedia
ti gemẽtes tacerẽt Die quadã
maximã ptem rapuit armenti
p̃cipiẽs illam ad caſtrũ ſuum
minari. Quo cognito abbas et fra
tres ſatis turbabãtur in quorũ
concilio q̃d facto opus eſſꝫ ſa
tis tractabat̃. Viſũ eſt eis ali
quẽ ire debere ad caſtrũ p quẽ
ſaltẽ res ei innoteſceret maxie
abbatem. Qui r̃ndit. Ego nõ
ibo qꝛ monẽdo illuꝫ nihil profi
timus ſꝫ aereꝫ tm̃modo verbera
mus. Simili mõ excuſãte ſe p̃
ore et cellerario ſubiũxit abbas
Eſt ne hic aliq̃s qui adhuc ſe
mel ire velit? Tacẽtibus cũctis
vnus diuinit9 inſpiratus pro
mte r̃ndit. Monachus ille va
dat hominẽ ſenem ac ſimplicẽ
ſimuꝫ nominãs. Vocatus eſt
mõchus ſi ire vellet ad caſtrũ
inq̃ritur obedit mittit̃. Qui cũ
ab abbe recederet ex mlta cord'

ſui ſimplicitate verbū hoc pro
tulit. Patꝫ inquit ſi aliqua por
cio mihi fuerit reſtituta recipiā
an nō? Rn̄dit. Quicq̄d reba
bere poteris accipias in nomie
dn̄i. Melius eſt aliquid q̄ꝫ ni
hil. Abiit ille venit ad caſtrum
nuntiū abb̄is ⁊ fratrū cū orati
one deferēs tyrāno. Et qꝛ ſim
plicitas iuſti ſꝫm Job lampas
eſt cōtempta in oculꝫ mal orū
tyrānus ſeermōs eius puipen
dens ⁊ irridēs ait. Domine ex
ſpectate donec pranſus fueritis
tunc enim reſpōdebitur vobis
Hora pr̄ndii ad mēſam cōmu
nē poſitus eſt et cibaria cōmu
nia carnes ſcilicet in bona q̄ꝫti
tate ei ſicut ceteris ſunt apposi
te. Vir ſanct9 verbi abbatis
ſui remiſcen' ⁊ carnes que lau
te miniſtrabātur de pecoribus
mōſterii ſui eſſe nō dubitans
q̄ꝫtum ex carnib9 ſumere potu
it cū ceteris ne inobediēs eſſet
mādūcauit. Domin9 caſtri ex
oppoſito cū vxore reſidēs ⁊ qꝛ
mōachus mādūcaret carnes
ſatis cōſiderans. finito prādio
hominē vocauit ſeorſum ⁊ ait.
Dicite mihi bone dn̄e. ſolꝫ cōuē
tus veſter mādūcare carnes?
Rn̄dente illo. Nequaq̄ꝫ. Adie
cit. Quid cū exeunt? Nec int9
inq̄t nec extra carnes comedūt

Tūc tyrann9. Et quare vos co
mediſtis hodie illas? Reſpon
dit mōchus. Cū abbas meus
huc me mitteret p̄cepit mihi vt
quicq̄d ex pecoribus rehabere
poſſem accipe nō recuſarē. Et
quia mihi conſtabat carnes
appoſitas fuiſſe mōſterii mei
Itē qꝛ timui nil amplius mihi
fore reſtituendū niſi q̄ꝫtum den
tib9 cape poſſem comedi prop
ter obediētiā ne omnino vacu
us redirē. Et qꝛ deus ſimplicē
nō proiicit nec porrigit manū
impiis ſcilicet cōtra illum Audi
to eius verbo ⁊ in ſimplicitate
eius motus p̄mo a ſpiritu ſan
cto qui per os ſenis loqueba
tur ammonit9 reſpōdit vir no
bilis. Exſpectate me hic ego cō
filiū habebo cū vxore mea q̄d vo
bis faciā. Ad quā cum veniſſet
⁊ ſenis ei verba per ordinē reci
taſſet adiecit. Timeo celerem
dei ſup me vindictā ſi vir iſte
tam ſimplex et tam rectus ali
q̄ꝫ nunc a me paſſus fuerit re
pulſā. Similiter ⁊ illa reſpō
dit qꝛ eo de ſpiritu accenſa fuit
Reuerſus ad ſenē ait. Bone pa
ter propter ſanctā ſimplicitatē ve
ſtrā q̄ me ad iniuriam reflexit mō
ſterio veſtro q̄cquid adhuc de
pecoribus eſt reſtituā de illatis
a me iniuriis in q̄ꝫtum potero

ſatiſfactaꝫ et nunq̃ ab hac die
illud turbabo. Ad qđ verbū ſe
nex gratias illi referēs cuꝫ rapi
na ad monaſteriū letus redijt
et abbati et fratrib9 ſtupentibus
verba potētis retulit. Pacē ab
illo tempe habētes q̃nta eſſet
virtus ſimplicitatis exēplo di
dicerūt. Ecce hic exemplū ꝙ
opus aliq̄n p ſe malū: propt
oculū ſimplicē efficiat lucidū
et bonū. Reuera mōchus idem
comedendo carnes et hoc i caſtro
peccaſſet ſi ſimplicitas illū non
excuſaſſet. Qđ autē non ſolū nō
peccauit ymo etiā meruit rei
exitus oñdit. ¶ Nouici9. Pec
cant ne illi q̃ mōachis exeun
tib3 carnes ſagīmē vel ius car
nium apponūt et illos artificio
vt comedāt decipiūt? ¶ Mō
chus. Non videntur peccare ſi
eos impellit ncc̄itas hoſpitali
tatis vel qđ dignius eſt feruor
caritatis. Edentē excuſat a pec
cato ignorātia vel ſimplicitas
miniſtrantē vt dixi caritas. Ec
ce exemplū. ¶ Ca. iij.

Bone memorie xpian9 de
canus Bunenſ vir bone
vite et valde litteratus q̃ apud
nos nouici9 defunctus eſt cū
in virtute hoſpitalitatis pluri
mū ferueret die quadā Hermā
nū abbatē de Hemēro de quo
dam decanū ſanctorum apoſto
lorū in Colonia virū eque lit
teratū ac diſcretū ad menſam
ſuam inuitauit. Et cū nō eſſet
ibi pulmētū ſine carnib3 ſecre
te p̄cepit miniſtro vt lardū ex
traheret ſicq3 piſā abbati appo
neret. Comedēte illo ſimpliciť
apposita mōachus eius q̃ taꝫ
ſimplex non fuit pticulā lardi
in ſcutella ſua repiens abbati
mox oñdit. Quā viſa ſtati ſcu
tellā abb amouit ꝓpter cōſciē
tiam. Venientibus eis in viā ab
bas de curioſitate mōachū ar
guit dicēs. Male habeas q̄ ho
die abſtuliſti mihi pulmentū
meū. Si tacuiſſes ego ignorā
ter comedēs nō peccaſſem. ¶ Fa
cto huic otrariū recordor feciſſe
Danielē ſconauie. ¶ Ca. iiij.

Tempe quodā cū idem Da
niel tūc prior noſter pñ
deret in Sygeberg et eſſet cū eo
frater Godeſchalc9 de Volmū
ſteyne mōachus ſimplex et iu
ſtus appoſite ſūt eis a fratrib9
eiuſdem cenobij artocree i ſagi
mie decocte. Qđ prior mox o
ratu deprehendēs comedere nolu
it nō tamē monachū comedē
tem phibuit. Finito prādio cū
loq̃ poſſet dixit Godeſchalc9
priori. Dñe prior quare n̄ come
diſtis de artocreis? Non mirū

ſi valde erāt bone q valde bñ
erant ſagiminate Et quare inquit
hoc nō ſignaſtis mihi? Rñdit
prior. Ego nolui vobis aufer
re cibū veſtrū. Nolite cōtriſta
ri quia ignorātia excuſat vos.
Erat enī idem Danielvir litterā
tus ⁊ ante cōuerſionē ſcolaſti
cus ¶ Nouiti⁹. Non miror q
mōachi qñq₃ decipiūtur in ſa
ginine ⁊ carniū pinguedīe ſ₃
q tā ſimplices ſūt aliqui q in
groſſa ſubſtātia. id eſt in ipſis
carnib⁹ ſeduci pñt ſatis admi
ror. ¶ Monachus. Puto hoc
qñdoq₃ fieri propter caritatē
miniſtrantiū. Cū ſanct⁹ Theo
philus Alexādrinus epiſcop⁹
tempore quodā plures ex ſan
ctis patrib⁹ ad prandiū inui
taſſet eiſq₃ carnes ex auib⁹ ap
poſuiſſet putabāt ſe omēs ole
ra comedere donec ab ipo pro
ditum eſt qđ appoſitū fuerat.
Non enī erat illis viſus cū gu
ſtu ablat⁹ ſ₃ propter caritatē
miniſtrantis diuinit⁹ immuta
tus. Simile pene egit domin⁹
Enffridus decanus ſancti An
dree tempibus meis. Hoc eti
am noueris q ex diſſuetudine
ſciā diſcernendi inter cibos gu
ſtui minuatur. Non enī mirꝫ ſi
dñs Theobald⁹ abbas Eberba
cenſis qui in qñquaginta ſex

āniſ quib⁹ in ordine fuit nūq̄
carnes comedit ſub typo piſciū
illas comedēdo falli potuiſſet. Pre
dictus enī Enffrid⁹ pro riuu
lo mōchis carnes appoſuit ⁊
illi comederūt. ¶ Nouiti⁹ Ca
ſum huc plenius noſſe vellem
¶ Mōchus. Viri hui⁹ vene
rabil' vita miſericordie opib⁹
extitit ornata vt digna ſit po
ni ſuper candelabrū. Caſum de
quo queris ⁊ reliqua eius ope
ra que ex parte vidi ⁊ ex par
te alijs referētibus didici fida
tibi pandā relatione. In eadē
enī eccleſia in qua decanus fu
it litteras didici ⁊ penitet me
nūc de eius virtutib⁹ tam pau
ca inueſtigaſſe.

¶ Capitulū quintū.

Dītur Enffridus de epiſcopa
tu Colonienſi oriundus fuit
vir ſimplex ⁊ rect⁹ et in miſeri
cordie operib₃ precipu⁹ Qual'
eius vita ante ſacerdociū fuerit
vel quid in adoleſcencia egerit
neſcio. Quod autem cum illo
creuerit et coaluerit miſeracio.
ex actibus eius ſequentib⁹ col
ligo. Qꝫ autem docilis fuerit in
genio ſolicitus in diſcendo ef
fectus cōprobauit. Adeo enim
in puerilib⁹ fundatus erat vt
ſicut ab eo audiui iuuenis ſco
las regere₃ pueros ipōs erudire₃

ꝛ plurimos tā verbo q̄ exēplo
nō ſolū ad diſcendū ſ; q̄ plu
ris eāt ad bene viuendū infor
mar;· Ordinat⁹ ſacerdos eccle
ſia in Sygeberg ꝓchiā ſali
cet bonā: id eſt oblacōib; pin
guē regendā ſuſcepit i qua ſci
entiā in actu; ꝓduxit foris nō
māſit ꝑegrinus oſtiū eius pa
tuit viatori· Pater erat vidua
ru; cōſolator orphanorū ſima
peccator· Na; cū in domo ei⁹
plures nutrirētur ſcolares ꝛ eſ
ſet colūbine ſimplicitatis: tēpe
illo quo matura erāt ceraſa di
cebat cellerario ſuo· Bone licē
tia pueris vt aſcēdant arbores
ꝛ de ceraſis comedāt· q̄ tum vo
lunt ꝛ q̄tū poſſunt nec eſt ne
ceſſe te eis alia dare cibaria q̄
in nullo cibo tm̄ delectant̄· Nō
hoc dicebat ex aliq̄ tenacitate
ſ; ex multa cordis ſui ſimplici
tate· Vō cū p dies aliquot fa
ctū fuiſſ; ꝛ licentia pueris eſſet
cōceſſa ſicut eis placuit· Ait il
li cellerari⁹· Certe dn̄e niſi pu
eri alijs vtantur etiā cybarijs
cito deſitiēt. Et acq̄euit ſtatim
Poſt hec factus eſt Colonie in
eccleſia ſācti Andree canonic⁹
ꝛ nō multo poſt ob vite meri
tū in decanū ſublimatus· Qui
licet vite eſſet irrep̄henſibil̄ ꝛ
polleret in virtute caſtimonie
mayie tamē feruebat in opib;
miſericordie· In ꝓchia ſācti
Pauli q̄ attinet eccleſie ſancti
Andree paup vidua non fuit
cui⁹ lares ignoraret quā ſuis
elemoſinis nō viſitar;· Tm̄ pa
nis ex eius mēſa oſtiati; mēdi
cantib; dabat̄ tm̄ eis ex ei⁹ ma
nibus i gazophilatiū Chriſti
id eſt in man⁹ pauperu; mitte
batur vt multi q̄ eius annuos
redditus nouerāt mirarentur·
Habebat eni cognatū Frederi
cū nomie eius eccleſie canoni
cū offitio cellerariū· Iſte auun
culu; ſepius arguere cōſueuit
de indiſcreta liberalitate ꝛ ipſe
verſa vice increpabat̄ ab illo
de nimia ꝑcitate· Habebāt eni
omnēs expenſas ꝛ ideo ſatis
grauabat̄ Fredericus q̄ quic
q̄d rapere poterat decan⁹ occul
te dabat paūpib⁹· Tempe q̄
da; idē Fredericus de offitio ſuo
multos ꝛ magnos habēs por
cos occidit ꝛ in pernas forma
uit eaſq; in coquinā tempi cō
gruo reſeruandas ſuſpendit·
Quas decan⁹ frequēter intuēs
earūq; ſuſpendio ſatis inuidēs
cū nullā ex eis a cognato petē
poſſ; vel p̄ſumeret dolū ſanctū
dolū piu; dolū memoria digniſ
ſimū excogitauit· Quotiēs ne
minē ſenſit eſſe in coq̄na ipſa;

latētem intrans et nōnunq̄ nacta occasiōe pueros emittens scala suspēsorū ascendit et ex ea parte pnas qua muro dūigebantur oēs pene vsqȝ ad medietatē incidit. Anteriorē vero integrā reliquit vt aliaꝝ incisiōes celarentur. Ista faciebat p dies multos carnes abscisas viduis egenis atqȝ pupillis distribuēs. Quid plura? Tandē furtū rei familiaris cognoscitˀ fur queritur sed cicius inuenitˀ. Furit clericus. silet decan⁹ et cum ille fratrū prebendā et tocius anni subsidia se pdidisse cōquereretˀ vir sanctus verbis quib⁹ potuit eum lenire studuit dicēs. Bone ognate meli⁹ est vt modicū patiaris q̄ paupes moriātur. Bene tibi dn̄s restituet. Quib⁹ verbis placat⁹ tacuit. ¶ Alio tempe eunte eo ad sanctū Bereonē puto q̄ in solēnitate fueit eiusdē martiris paup eum īportunis clamorib⁹ sequebatˀ et cū nō haberet qd illi daē posset scolarē se sequentē paululū antecedere iussit. Secedēsqȝ in angulū iuxta ecclesiā beate dei genitricis Marie. Vbi episcopis in die palmarū ꝯsuetudis ē ppl'o facere indulgentiā qꝫ vestem aliā exuere n̄ potuit aspiciēte paupe femoralia sua soluta cadere dimisit. Que ille leuans gaudēs discessit. Quā virtutē cum vir sanct⁹ occultare vellet nutu dei tali occasiōe posita est sup cādelabrū vt posteris esset in exemplū. Reuersus a sancto Bereōe cū ad prunas sederet nec pellitiū se calefacturus scdm consuetudinē leuaret dixit ei prefat⁹ Fredericus. leuate pellitiū et calefacite vos. Erat em̄ frig⁹ et ipse senex homo erat Respōdente eo nō est necesse subiūxit ille. Satis puto q̄ nō habeatis bracas hoc ipm in rubore vultus eius considerans. Tandem ille confessus est sibi illas delapsas fuisse tacita virtute. Ad qd verbum clericus risit p os cuius hec publicata sunt. ¶ Nouitius. Tale aliquid non legitur in actis sancti Martini. Plus fuit bracas dare q̄ pallium diuidere. ¶ Monachus. Propter hec alia qꝫ ei⁹ facta etiā quidā dixerut nunq̄ se legisse de aliquo hoie q̄ tante fuerit circa paupes cōpassiōis tāte misericordie ac pietatis. Vestimēta sua paupib; pene sine discretiōe largiebatˀ et cū algeret aliaqȝ mitterētur de illis sil'e faciebat. Semp habebat in corde illd saluatoris.

date et dabitur vobis. Cōpaſ
ſus eſt ei venerabilis pleban⁹
ſancti Jacobi dn̄s Euerhard⁹
cui⁹ memini in diſtinctōne q̄r
ta capl'o nonageſimo octauo
q̄bus erat in dn̄o corvnū et am
mavna. Cum vellet ei veſtē ali
quā dare: vt illā diuti⁹ vteret̃
dixit. Ego vobis hāc veſte; ac
cōmodabo. ¶ Nouici⁹. Puto
q̄ multū liberal' fuerit circa ho
ſpites q̄ ſic pfuſus extitit circa
paupes. ¶ Mōchus. Quanta
illos caritate ſuſcepit ſequenſ
narratio declarabit. Cu; die q̄
dam viros r̄ligioſos nō mihi
conſtat vtrū fuerūt Ciſterciē
ſes vel p̄monſtratēſes in hoſpi
tio ſuſcepiſſet et cibi regulares
deeſſent piſces q; nō haber; di
cebat coco ſuo Piſces nō habe
mus. mōchi ſimplices ſunt et
eſuriūt. vade accipe oſitū et oſ
ſibus eiectis cū pipamentis p̄
para ſicq; appōes et dices. Cō
medite de bono rumbo. Qd cū
factū fuiſſet illi ſicut viri boni et
ſimplices boni ſui hoſpitis ac
ſimplicis piū dolū nō obſeruā
tes nihil etiā tum ꝓpter r̄gula
re ſilentiū. tum ꝓpter oſcientiā
interrogātes appoſita p piſce
omederūt. Scutella pene eua
cuata cū vnus auriculā; porci
nā repiſſet et ſotio vidente deca
no oñdiſſet aliq̄d indignatio
nis ſimulās intulit Cōmedite
ꝓ deo monachi nō debent eſſe
tā curioſi. Rubus etiā aures h;
Quāni generis inimic⁹ dyabo
lus tātis virtutib⁹ inuidēs illū
cq; turbare volēs viſibiliter tē
pore quodā ſe eius obtutibuſ
obiecit et verſibus hijs eū allo
quēs diſparuit.
Moces exemplificat q̄ lōgius
haud tibi reſtat
Vita: nec incolumis ampliuſ
Effrideris.
Vides q̄ta ſit verſuti dyaboli
ſtulticia? In quo virū ſanctū;
putabat ſe impedire i hoc illū
promouit. Nā poſtea circa an
nos triginta vixit tanto in opi
bus iuſtitie feruētior q̄to pro
phetatus ē morti fore vicinior
¶ In q̄dā; ſolēnitate: cū eum
dn̄s Adolphus maioris eccle
ſie decan⁹ poſtea Colonienſis
archiepus ad cōuiuiū; ſuū in
uitaſſ; rēnuit ille dicēs ſe mḡ
nos hoſpites habē. Dicta miſ
ſa cū ad domū; ſuā vir beatus
feſtinaret Godefrid⁹ eius oca
nomic⁹ maioris decani nōriuſ
q̄ mihi iſta r̄citauit de feneſtr̄
ſolarij porte clericorū reſpitiēs
vidit plures paupes illū ſeq̄n
tes ex q̄bus alij claudi alij ce
ci fuere. Et cū n̄ poſſent tn̄ſire

lapides qui plateas illic diui
dūt ipse cū esset etatis decrepi
te manū singulis porrigebat.
Stati clericus dn̄m suū ad fe
nestram vocans ait. Ecce dn̄e
isti sūt magni hospites quos
decan⁹ meus dicebat se habere
ꝛ nō modicū edificat⁹ est vter
qꝫ. ¶ Aliud quoddā pietatis
op⁹ simile huic ego de illo vi
di. In anniūsario dn̄i Bruno
nis Colonieñ archiepi ecclesi
is cōuentualib⁹ ad ecclesiam
sancti Panthaleōis mr̄is quā
idem Bruno cōstruxit conflue
tibus cū dicta pro aīa eius miſ
ſa pores ſcd̄m iſtitutū refecto
ctorīū pranſuri intraſſent dn̄m
Enfridū neſcio quot paupeſ
ſequebātur ad oſtiū refectorij
Quē cū refectorari⁹ introdu
cere vellet paupib⁹ excluſis cō
mot⁹ ille clamauit. Ego ſine
iſtis hodie nō intrabo. Nouerāt
vir prudentiſſim⁹ paupes eſſe
amicos dei camerarios celi bene
habēs in memoria cōſiliū illud
filij dei. Facite vobis amicos de
mamona iniq̄tatis vt cū defece
ritis recipiāt vos in eterna tab
nacula. Hic eſt q tpe quodā
cū poſit⁹ fuiſſet an reliq̄as mo
nere intrātes vt darēt elemoſi
nas ad edificia eccīe cui⁹ tunc
cuſtos erat huius vrbis ipſum
allocut⁹ eſt. Boni hoīes bn̄ vi
detis q grandia diſpoſita ſint
hic edificia bn̄ quidē facietis
dādo elemoſinas vr̄as ad illa
meli⁹ tn̄ ꝛ tucius in paupibus
eas locatis. Hanc p̄dicationē
bone memorie Frederic⁹ mona
chus noſter intn̄s cū militib⁹
eccleſiā ſancti Andree tūc au
diuit mihiqꝫ poſtea ſepi⁹ illā
recitauit. Perſonas deū timen
tes vt ꝛ ipſe illarū meritis eſſꝫ
pticeps de ſuo ſtipēdio paſce
re curauit. Vnde ꝛ venerabilē
illā incluſam ordis noſtri do
minā Heplekam ſcd̄m nomē
ſuū vere ſanctā cuius cella mo
naſterio ſancti Andree adhere
bat de ſua prebēda quoadui
it ſuſtētauit. Aliorum enī ele
moſinas beata illa recipere re
cuſauit. Solebat autem ino
pes appellarē theſauros celeſteſ
quos tinea non demolitur et
quos fures non effodiunt ne
qꝫ furātur. Vnde ſicut ſup̄di
ctū eſt multo illi amplior cura
fuit de cōſolacōne paupum q̄
de edificijs vel theſauris ꝛ orna
mētis picturis eccleſiarum. Pu
eros paupes man⁹ vl ceroſaſ
ꝛ valde neglectas habē tes q̄n
ſecretius epulabat ad menſā
ſuam poſuit ꝛ de ſcutella ſua
comedere p̄cepit. ¶ Nouiti⁹.

Satis ām̄irorꝫ decani huius
pietatē hūilitatē ſimplicitatē
¶ Mōchus. Audi vn̄ ampli
us mireis. Ciuis q̄dam Colo
nienſ nomie Lābertus famili
aris illi erat ⁊ in vicino mane
bat. Iſte cū die quadā cum ſu
pradicto Godefrido nōrio cō
naret ⁊ ofabularētur de elemo
ſinis dn̄i Enfridi. Ait me audi
ente. Dicā vobis qualit̄ me tra
ctauerit. Tempe quodā inui
tauerat me ⁊ vxorē meaꝫ ad cē
naꝫ ſuā. Sedētibꝫ nobis in mē
ſa cū illo diu eram⁹ ferculū ali
q̄d expectātes nil an̄ nos pre
ter ſolū panē habentes. Et q̄r
bn̄ nouerā ɔſuetudīes eius vo
caui ad me vnū de pueris in au
rē illi hec dicēs. Dic bone dabi
tur nob aliq̄d ad ɔmedendū?
Rn̄dente illo nihil habem⁹ ſuf
ficiēter eni vobis fuerat p̄para
tū. ſꝫ dn̄s meus an̄ horā refectō
nis coq̄nā intrauit ⁊ p̄pata eti
am nob reclamātibꝫ paupibꝫ
diuiſit. Tūc ego ſubridēs eun
dē puerꝫ ad domuꝫ meā miſi ⁊
tm̄ eſt de cibarijs allatū vt ōni
bus ɔuiuis nr̄is ſufficerꝫ. Die
q̄dam cuꝫ coquinā eius intraſ
ſem ⁊ āſeres neſcio quot verſa
rent̄ ad ignē dixi in corde meo
Certe pcurat bn̄ familiā ſuam
decan⁹ iſte. Aſſis vero anſeribꝫ
ipſe intrū̄it eiſq̄ꝫ exciſis ⁊ p ſcu
tellas ordiatis viduis atꝫ egē
tibꝫ totalit̄ miſit. Sepe ei mit
tebant̄ anſeres ⁊ pulli tum ex
officio decanie tū ex dono quia
multi eū venerabant̄ ɔgnoſcē
tes eius caritatē ⁊ q̄r multe ſu
erāt pietatis q̄cquid ex eis ſiue
fratrib⁹ ſiue alijs ſuis vicinis
mittē voluit vt ſtatī ɔmederēt
nō viuū ſꝫ occiſū trāſmiſit. Tn̄
te vt ſepe dixi circa paupes cō
paſſiōis fuerat vt q̄nq̄ꝫ facerꝫ
qḋ ſcd̄m hūanū iudiciū min⁹
rectū videbat̄. ¶ Ciuis q̄daꝫ
de Colonia ſic mihi r̄tulit qui
dā ex ſacerdotibꝫ ſacti Andree
vxoreꝫ ꝓpriā minus diligēs ſe
pe illā affligebat ꝓpter qḋ illa
furata ē ei pecuniaꝫ in bona q̄ti
tate. Cui cū maritus crimē im
poneret ⁊ ipſa fortit̄ negarꝫ ti
mēs ab illo deprēhendi pecuniā
ꝓiecit in cloacā. Poſtea dolēs
de facto ad decanū venit furtiq̄ꝫ
cauſā p ɔfeſſionē apuit ⁊ ſatiſ
puto virꝫ ſanctū illi ſuaſiſſe: vt
pecuniā marito p̄derꝫ. ſꝫ illa q̄r
cuꝫ iuramēto negauerat facere
nō audebat timēs ꝓpt̄ hoc am
plius affligi. Cui decan⁹ reſpō
dit. Si potero pecuniā habere
ſine nota vis vt det̄ paupibꝫ?
Dicēte illa. hoc ōnimodis deſi
dero poſt aliquot dies decan⁹

locutus eſt ciui· Vis mihi licē
ciā dare vt purgari faciaʒ clo
acā tuā ⁊ ſi aliquid īn domin⁹
ibi dederit i de tollā. Sciēs ille
eū virū ſanctū eſſe cogitās ꝙ
deus aliquid ei reuelaſſꝫ licēci
auit· Purgata eſt cloaca ⁊ inuē
ta eſt pecunia ⁊ infra dies pau
cos per man⁹ hominis pauperi
bus erogata· ¶ Nouicius In
hoc loco poſſꝫ detractor figere
dentē ¶ Monachus· Tria vi
dentur eū hic excuſare a pcō:
Primū ꝙ pecunia eadē ſicut ma
riti· Ita ⁊ ſeie fuit· Scōm ꝙ tn̄
pdita fuit quā ꝓpter ofeſſiōeʒ
ꝓdere non licuit· Tercium ꝙ
paupib⁹ eā diſtribuit nouiſſi
me caritas q̄ eū ad hoc iſtiga
uit· Solēt eni ſacdotes ſepe li
cēciare ſemis ut maritis ſuis a
uaris et imiſericordib⁹ rapiāt
et largiant. Fecit ⁊ aliud q̊d
dā qd magis huic diſputabi
le fuit· Dum nil haberet ad co
medendum piſtrinū fratrum i
trauit ⁊ cū eſſent panes ordia
ti ⁊ poſiti in tabula ad deportā
dum cuius eſſent illi vel illi pi
ſtorem interrogauit· Expedi
tus a ſingulis a piſtore panes
illorum quos nouerat ēē diui
tes in domum ſuam deportari
iuſſit dicens· Illi habundant
⁊ ego nil habeo qd comedam.

¶ Nouicius Quomō excuſa
bitur hoc factuʒ. ¶ Mōch⁹
Multa licēt ſanctis que hijs
qui ſancti nō ſunt non licent
Vbi ſpiritus dn̄i ibi libertas·
Vnde auctoritas Habe carita
tem ⁊ fac quicquid vis· Excu
ſauit eum caritas excuſauit eū
neceſſitas ·excuſauit eū auctoi
tas· excuſauit eum fraternitas
Caritas ꝙ cōſolacō pauperū
fecit illum egere· Neceſſitas ve
ro que legē non habet de qua
Rodolph⁹ maioris eccleſie in
Colonia ſcolaſtic⁹ ſic diſcipu
lis ſuis dicere cōſueuit· Ang̃
fame morēr ꝰ paib⁹ rapem ⁊u
ciſixi qd cōcedere· Excuſauit eū
q̊dāmō auctoritas ꝙ decan⁹
erat ⁊ pat̃ frm̄ Fraternitas ꝙ
iudicabat oīa oīb⁹ ēē debē oia
ſic ⁊ ſua oīb⁹ fecerat coia· Cū
iam ex defectu corpois etatiſqꝫ
ſenilis diem mortis ſue ſibi imi
nere ſentiret ne pauperē ſpiti
aliqua terrena poſſeſſio ipat̃
antem oneraret· domū ſuaʒ ve
didit· preciumqꝫ illius nō og
natis non amicis ſed Chriſti
pauperibus ꝓprijs manib⁹ di
miſit· Nouerat eni ocanoicos
manuſſideles p⁹ mortē minus
ēē fideles Cui cū dicēt is q̊ dom
emeāt q̊dā ecclīe illius ſacdos
atqꝫ ocanoic⁹ noīe Cōradus

dñe ego volo habẽ domũ me
am. Rñdit ille valde ſimpliciť
Bone Cõrade homo ſum decre
pitus ⁊ ſenex cito moriar exſpe
cta paululũ bene habebis eã.
Vbi vis vt maneã interim? Ille
vir bon⁹ de ncc̃itate faciens vir
tutẽ ſatis patienť obitu3 eius
exſpectauit. ¶ Tante igiť pie
tatis extitit vir beatus vt ſepe in
porticu eccleſie ſedẽs cũ paupe
res muſſoque de nemore colle
gerãt oneratos pterire cernẽt
emeret ipſe nõ vt eo in aliquo
indigeret. ſz vt paupes a labo
re liberaret. De quo etiã retulit
mihi Reimer⁹ mõchus noſter
qñq3 eiuſdem eccleſie ſcolaſti
cus q3 die q̃da3 cũ quidã pau
p plurima flabella portaret ve
nalia in ia3 dicta porticu nec vẽ
dere poſſet ſibi illũ dixiſſe. Rep
nere eme flabella iſta. Cui cũ
diceret: Dñe nõ eis indigeo. Re
ſpõdit. Eme ⁊ da amicis tuis.
Qui emit illa ſciẽs cpaſſionẽ
decani ſui tm̃ eſſe in eã. ¶ Miſe
ricordie viſceib⁹ ita abũdauit
vt ſuſtinere nõ poſſet inq̃tũ ve
tare potuit vt aliq̃s cederet vel
iniuriaret. Die q̃dam cũ in ſco
lis clamores cuiuſdã canonici
q̃ grauiter exceſſerat ⁊ a q̃tuor
ſcolarib3 ad verberandu3 tene
batur pteriens audiſſz ſcolas
anhelus intrauit ⁊ ſicut leo ac
currẽs baculũq3 cõtra ſcolaſti
cũ ⁊ ſuũ canonicũ leuans pue
rum de manib⁹ eius liberauit.
Quid agis inq̃t tyrãne? Poſi
tus es vt ſcolares doceas nõ vt
occidas. Ad qđ verbũ ille cõfu
ſus obmutuit. Quãte fuerit pa
ciẽtie lectio ſequẽs declarabit.
Die quadã ſedẽte eo ſcđm con
ſuetudinẽ in eccleſia ſic puto i
ter nonã ⁊ veſpam ſcotus qui
da3 homo miſeabiľ ⁊ freq̃nter
ebrius pſbiterijq3 honore pri
ſus indignus ad ſolũ ſolus ac
ceſſit ⁊ caputio illũ trahẽs extr̃
cto cultello minatus ẽ ei dicẽs.
Si nõ dederis mihi aliq̃d mõ
occidã te. Nutu dei canonicus
q̃dam iuuenis ⁊ fortis ſupue
niẽs ſcotũ dure ſatis abſtraxit.
quẽ cum cedere vellz. morte q3
dignũ iudicaret cõpeſcuit eu3
vir mitiſſim⁹ dicens. Ne turbe
ris frater vide ne ledas eũ. In io
co enim fecit hoc. Nemini reddi
dit malum p malo q3 ſimplici
tas colũbina regnabat in illo
Et cũ eſſz vt ſepedictũ eſt mire
miſeicordie feruebat tñ in zelo
iuſtitie. ¶ Tẽpe quodã obuiã
am habũit abbatiſſa3 ſancta
rũ virginũ vndecimiliũ. Prece
debant illam clerici mantellis
griſeis monialium circuamicti

ſequebant᷑ domicelle ⁊ pediſſe
q̄ verborū inutiliū ſtrepitu ae
rem replētes. Decanū vero in
opes ſequebātur elemoſinam
ab illo poſtulātes. Acceſſus ve
ro vir iuſtꝰ zelo diſcipline cun
ctis audiētibꝰ exclamauit. O
dn̄a abbiſſa magis deceret ve
ſtrā ꝓfeſſionē plus veſtra; de
coraret religionē vt vos ſicut
me ſequerent᷑ paupes nō hy
ſtriōes. Et erubuit illa valde
nihil ꝑſumens tāto viro rn̄de
re. ¶ Tantꝰ ei inerat amor iu
ſticie vt die quadā cum neſcio
quis ipſo audiēte loqueret᷑
de mala vita clericoꝝ quaſi ex
abrupto rn̄deret. vnū eſt qua
liter viuant. Ac ſi diceret. De
radice mala nō poteſt ſurgere
arbor bona. Nouerat enī pau
cos eſſe clericorū qui canonice
intraſſent. Ita vt nō eſſent ſan
guinite. id eſt a ꝯgnatis intro
ducti vel chorite. id eſt ꝑ potē
tiam magnorū intruſi ſiue ſy
moniaci pecunia ſcilicet vel ob
ſequijs intromiſſi. ¶ Nouiciꝰ
Hoc vitiū hijs tempibꝰ valde
regnat in clero. ¶ Mōchus.
Verū eſt maxie in illis eccl̄ijs
in q̄bus ꝑlati electōe ſtipēdia
porrigūt. Rudolphꝰ enī epūs
Leodiēſis ita in ſymōia glo
riabat᷑ vt tempe quodā pre
benda eccleſie ſue cuiuſdā a ſe
vendita pecuniā ipſam in gre
mio teneret ⁊ multis corā poſi
tis diceret. Ego valde eccleſiā
Leodiēſem ditaui ego redditꝰ
illiꝰ ampliaui. Prebendā enī
quā anteceſſores mei pro decē
marcis vendiderūt ego ad qua
dragita marcas ꝑduxi. Et qꝛ
vir ſanctꝰ paucos ꝯſiderauit
canōicos ſuos ſimplicit᷑ intra
re paucos iudicauit in eis ſim
pliciter viuere ¶ Habebat eti
am cū zelo iuſticie amorem et
ſtudiū regularis diſcipline.
Nam poſt eū vſqꝫ ad hec tem
pa nō ſurrexit decanꝰ in illa ec
cleſia ſb quo tm̄ vigeret diſci
plina. Etiam cum eſſet i etate
occidia vſqꝫ ad diem mortis
ſue non paciebatur ſe aliquā
ebdomadā diuini ſeruicij pre
terire. Sepe miſſam in ꝯuen
tu celebrans alienis brachijs
ne caderet ſuſtētabatur. Alle
luya feſtiuis diebus ſicut ce
teri ad gradum ipſe cantauit
Alijs exeuntibus de oratorijs
ipſe raro niſi ad prandendum
exiuit ⁊ ante altare ſancte cru
cis reſidens illic horam hore ꝯ
tinuauit. Publice penitentibꝰ
ita erat paratꝰ vt frequēter cū
illis in porticū ſedens cartulas
legeret conſolationē impēderꝫ

decanonũ ſuffragia ſcribi facerꝫ
Tãte erat hũilitatis vt cũ oĩ
um eſſꝫ ſupprem⁹ tam etate q̃
dignitate exceptis p̃cipuis ſo
lẽnitatibꝫ ſemꝑ pene locũ cho
ri nouiſſimũ tenerꝫ. Veſtimẽ
ta eius ſatis deſpecta erãt ⁊ hu
milima nõ griſea non varia. ſꝫ
vuina eiuſdẽ generis pallio
vtẽs. ¶ Nouiti⁹. Quid eſt q̃
de tanto viro nullũ refers mira
culũ? ¶ Monachus. Quis ma
ior Johãne baptiſta? Nullum
ſignũ feciſſe legit̃ qđ de iuda
ꝓditore euangeliũ ꝑdit. Vñ
quibuſdã nũc in Chriſti noĩe
miracula facientib⁹ ipſe in fine
dictur⁹ eſt. Neſcio vñ ſitis. Di
ſcedite a me om̃es opariĩ iniq̃
tatis. Miracula de ſubſtantia ſã
ctitatis nõ ſunt ſꝫ ſigna ſancti
tatis. ¶ Volẽs dñs militẽ ſu
um emeritũ remũerare poſt la
borẽ tali illũ ordie vocauit ad
gloriã. In vigilia dñice reſur
rectionis cũ exſpectaret̃ ad ſo
lẽne offitiũ eo q̃ ebdomadari
us eſſꝫ repẽte cepit viribꝫ deſti
tui. Vocatus ẽ ſuprãdict⁹ Rei
nerus q̃ ꝑ tactũ vene illius in
ianuis mortẽ ſentiẽs de ſacra
inunctõne eũ monuit. modi
cũ medicine ↄfortatiue ori ei⁹
imponẽs. Quã cũ ille exſpue
ret ⁊ diceret. ego miſſã in ouẽ
tũ celebrato rñdit. Miſſam in
hac vita nunq̃ celebrabitis.
Quo audito ſe inungi petiit
⁊ cũ fratribꝫ pſalmos ⁊ letanĩ
am decãtauit. Circ̃ horã nonã
Chriſto reddidit ſpũm ſotian
dus ſpiritib⁹ iuſtorũ. Sequẽ
ti die poſt ſanctũ paſcha cu tu
mularet̃: dñs Eũhardus ſan
cti Jacobi pleban⁹ cuius vitã
virtutibꝫ plenã in diſtinctiõe
q̃rta capitulo. xcviij. deſcripſi
in audiẽtia multorũ tale de il
lo teſtimoniũ dedit. Hodie in
q̃t hec terre ↄmẽdatur caro ſã
ctiſſima q̃ ſuper terrã vixit. Et
q̃ de miracul' queſtio fuit poſt
mortem ſignis non caruit. ¶
Sacerdos q̃dam et ſtipẽdiari⁹
eccleſie nomĩe Adã ſicut mihi
retulit ore ſuo cũ tempe q̃dã
vehẽtiſſimo capitis dolore tor
queretur ad ſepulchrũ eius ac
ceſſit ⁊ in hunc modũ orauit.
Dñe in q̃t ꝓpter merita ſãcti hu
ius viri mitiga dolorẽ capitis
mei. Qui mox exauditus ſan⁹
abceſſit q̃ infirmus acceſſeãt.
Multa adhuc alia fecit iuſt⁹
iſte opa memoria digna que
ſtudio breuitatis ſunt omiſſa.
¶ Nouitius. Vtinã eſſent ta
les om̃es decani tã ſimplices ⁊
tã ſancti. ¶ Monachus. Recor
dor nũc alterius cuiuſdã decani

viri ſimplicis ac deo digni de cu
ius virtutibꝰ quedā mihi nup
ꝛtulit magiſter Johānes deca
nus Aquenſis de eadē ciuitate
oriūdus in qua idē iuſtus fue
rat decanꝰ que tecū cōmunica
bo. Capi. vi.

Fuit tempibꝰ noſtris in
Hyldenſ'hemēſi eccleſia
vir bonꝰ deoqꝫ carus nomine
Hermānus varijs virtutibus
virtutūqꝫ opibus adornatꝰ.
Vigilijs ſanctis oracōibꝰ ie
iunijs et opibus miſericordie
deo ōipotēti ſtuduit placere.
Quibꝰ opibus hūani generis
inimicꝰ irritatꝰ cū illum ōibꝫ
mōis impedirꝫ dicere ei ſolitꝰ
erat. O multū male dyabole vt
q̄d tm̄ me vexas? Tpe quodā
cū arbuſculum in pomerio ſuo
plātaret et trūco illiꝰ duas vir
gas inſerēt vna aruit et alterā cō
ualuit. Mox ſignum petēs a
dn̄o ait. Rogo te oīps deus vt
ſi voluntas tua ſit vt ſacerdos
ſiā fac vt ſurculꝰ hic aridus re
uireſcat Mira clemētia Chriſti
Statī vga arida ſucco cepit
aīari et tempe ſuo fructificarē
Sicqꝫ virtꝰ diuina q̄ Aaron
primū ſacerdotē p virgā aridā
cōtra naturā florentē in ſacerdo
tio cōfirmauit hūc virū ſacer
dotio dignū eadē virtute pon

dit. Poſt cuiꝰ mortē cū quidā
ciuis clericꝰ Euerhardꝰ nomie
cui eccleſiā viuus cōtulerat vi
ſum pdidiſſet et q̄tidie ad illi
us tumbā in ſanctitate ac pie
tate eius ſpē habens oraret po
ſtulās ſe propt' merita dn̄i ſui
illuminari ſactus Hermānus
die quadā viſibiliter illi appa
rēs ait. Quid vis vt faciā tibi?
dicēte ceco. Dn̄e vt videā voce
euangelica ſanctus ille rn̄dit
Reſpice nam fides tua te ſaluū
fecit Eadē hora clericus lumen
recepit et quia dominus mirifi
caſſet ſanctū ſuum in ſeipſo ex
pertꝰ q̄ diu vixit gratias egit
Poſtea cū quidā egrotus ad
memoriā martirū fuiſſet depor
tatus nec ſanatꝰ conſilio cuiꝰ
dam iam dicto cōfeſſori votū
fecit et conualuit. Factū eſt vt
in āniuerſaria die domini Her
manni eccleſiā intraret et com
pulſantibꝫ cāpanis cū ille cau
ſā inquireret et q̄dam ei rn̄de
rēt. Hodie dies eſt anniuſaria
dn̄i Hermāni eccleſie huiꝰ q̄n
qꝫ decani viri boni et iuſti et di
cēda eſt miſſa in cōuentu pro
eo reſpondit homo. Rogo vt
oſtēdas mihi ſepulchrū eius.
Qd cum ille feciſſet et iſte ibidē
diutiſſiē ac deuote oraret can
tor ecc̄ie hoc cōſiderās hominē

ſolus cōuenit cauſam orōnis inquiſiuit et agnouit. Sicqȝ p os pegrini ondſa ſunt merita do meſticiet quem fratres habue rant decanū hactenus nūc inuo care cepert patronū. Nouici us. Rara ſunt iſta tempibȝ no ſtris. Monachus. Ego ſupra dicti decani opa pietatis huiꝰ decani pfero miracul'. Illa enim vt dixi ſanctū faciūt iſta ſactuȝ oſtendūt. Nouiciꝰ. Satis placet qd dicis. ſi adhuc aliq noſti de opibȝ ſimplicitatis re ferre ne pigriteris. Mona chus. Dicā tibi hyſtoriā homi nis ſimpliciſſimi p naturā: per quā ſatis cognoſces qntuȝ deo placeat ſācta et prudēs ſimpli citas que habet p gratiā.

Capitulū. vij.

In eccleſiā ſācti Hereōis mar tiris ciuitatis Colonien̄ noſtris tēpibus canonicus qdam ex titit wermboldꝰ nomīe gene re nobilis diues ſatis in ſtipen dijs eccaſticis. Hic tante ſim plicitatis fuerat vt nullius rei ſummā capet niſi qntum ex pa ritate numei vel impitate colli gere poſſet. Cū tempe quodā mltas habereȝ pnas in coqna ſua pendētes ne aliq ei ſbtrahi poſſet intrauit et in hūc modū eas nūauit. Ecce pna et eiꝰ ſo cia. ecce parna et eius ſotia. ſic qȝ de ceteris. Vna ex illis neq tia ſeruoꝝ ſubtracta cū iteruȝ intraſſȝ et pdicto modo ſuas p nas numeāſſȝ impares inuem ens exclamauit. Vnā ex pnis meis pdidi. Cui ſerui ſubridē tes rn̄derunt. Dn̄e bene inuem etur. Illo qȝ educto cū vna ite rū ſubtracta numerū parificaſ ſet et ſic inductꝰ ſcdo eas nūaſ ſet pareſ qȝ rpiſſȝ ſatis iocūde dicebat ill'. Ecce ꝑ deos dn̄i nimis diu poteram tacuiſſe. Cū ſerui ſibi cōuiuia facere voluert dix erūt ad illuȝ. Dn̄e quare nō p uidetis nob valde eni infirmuſ eſtis? Quibȝ cū diceret vn̄ hoc noſtis boni pueri? Reſpōderūt Bene cōſideramꝰ in capill' ve ſtris eo qꝫ inflati ſint. Queȝ in lecto reclinātes cibarijs delica tis quaſi eiꝰ infirmitati ppatiſ ſeipſos reſecerūt. Audiens tan tā ſimplicitatē ruſticus qdam neqꝫ et aſtutus et qꝫ huius eius eſſȝ origmariꝰ ab ōmibus ata uis ſuis cōfinxit Non potui in qt dn̄e vt res veſtre tali mō di ſtrahāt ſufferre vel qꝫ ſic neg ligātur ſeruus eni veſter ſuȝ iu ſtū eſt vt nobilitati veſtre ſer uiā et que veſtra ſunt fidelit' cu ſtodiā. Quid plura? Cōmiſſa ſunt ei ōnia. Qui noctibus cū

dn̄s eius iſſet dormitū ad pru
nas cū ſeruis ſedit ⁊ potacioni
bus vacauit· Cū vice quadā
ioculatorē introduxiſſet ⁊ ille
dulcedie ſiale dormiētē excitaſ
ſet ſurgenti ſeruus occurrit di
cens· Quo vultis ire dn̄e? Rn̄
dente illo melodyā audio dul
ciſſimā ſ; neſcio vbi ſit: ſeruus
ſubiunxit· Redite ad lectū ve
ſtrū· monachi tuicienſes in or
ganis cantāt· Nouitiꝰ· Pu
to ꝙ peccent qui ſic ſimplices
irrident· Monachus· Hoc
fixū teneas· Audi q̄d ſanctus
Job dicat· Deridet̃ ei iuſti ſim
plicitaſ ſuper quē locum dicit
Gregoriꝰ Juſtorū ſimplicitaſ
irridetur ꝙ ab huiꝰ mundi ſa
pientibꝰ puritatis virtus fatu
itas creditur· Omne enī q̄d in
nocenter agūt ab eis ꝓcul du
bio ſtulticia putat̃ ⁊ quicq̄d
in opere veritas approbat car
nali ſapiencie fatuū ſonat·
Nouiciꝰ· Videt̃ mihi vir iſte
magiſ fuiſſe ſtolidꝰ ꝙ ſimplex
ꝙ ſimplicitas prudētia carere
nō debet· Monachus· Prudē
tia in p̄cauendis malis ꝯſiſtit
cuiꝰ virtutis expers non fuit·
Igit̃ diuino nutu factū eſt vt
in eccleſia ſancti Bereonis cuiꝰ
redditꝰ multi ſunt ⁊ ampli cel
lerariꝰ efficeretur· Et ſicut legi
tur de ſancto Joſeph· cum nihil
noſſet niſi panē quo veſcebat̃
nec hoc ad plenum dn̄s cui ac
cepta eſt ſimplicitas defectū
eius ſuppleuit et ōnia ad que
ſuas manꝰ miſit benedixit Die
quadā intrans granariū eccle
ſie cū plures cattos in ānona
diſcurrē vidiſſet vir horā capi
tuli expectare potuit· Proſter
nens ſe an̄ pedes decani officij
ſui petiuit abſolucōnem claui
bus reſignatis· Dicēte decano
⁊ fratribꝫ bone dn̄e wermbolde
quid hētis cur iſta facitis? Rn̄
dit ꝙ nō poſſum vidē damnū
ecc̄ie· Quale inquiūt damnū?
Et ille· Hodie plures cattos
vidi in ḡnario q̄ totā annonā
veſtrā deuorabūt· Rogantibꝫ
illis ⁊ dicētibꝰ· Catti annonā
nō comedūt ſ; mundāt vt cla
ues reciperet vix optinuerūt· Ex
pimēto enī didicerat ꝙ bn̄dix
it eis dn̄s ꝓpter ſimplicitatē il
lius· Vice quadā cum diuerſe
monete ex diuerſis cenſibꝰ pe
cuniā haberet quidā ex ſeruis
eius partē furtiue tulit ⁊ fugit
Quo cognito cū grauit̃ lamen
taret̃ ꝯſolantibꝰ ſe rn̄dit· Ego
nō defleo damnū ſ; piculum de
narij datiui nō ſūt miſer capi
etur ⁊ ſi pro eis fuerit damna
tus ego reus mortis ero illius·

Nouiti9. Tales viri tempi
bus iſtis nō eligerētur in cel
lerarios. Mōchus. Sic mu
tant᷑ tempa. Ita ⁊ homies. Nā
vſqꝫ hodie freqnter cōtingit:
vt ſub p̄latis ⁊ offitialibꝫ ſim
plicibꝫ domus r̄ligioſe in extri
oribus ꝑfitiāt ⁊ ſub aſtutis ⁊
in ſcola mūdi exercitatis nō ꝓ
fitiant. Ca. viij.

Apud mōſteriū ſancti Ni
colai in villa Bruwilre
mōachus fuit ſimpliciſſimus
nomie Chriſtian9. Huic abbꝫ
cellerarij offitiuꝫ iniūxit. Deus
vero q̄ amator eſt recte ſimpli
citatis omnia opa eius dirige
bat. Ita vt tempe prouiſiōis
eius plus abūdaret domus in
ōmibus neceſſarijs ꝙ̄ ātea vel
poſt. Sepius ei ſerui mercēna
rij annonā vinū ⁊ alia ꝙ̄ plu
ra furati ſūt vxoribꝫ ⁊ libꝫis ſu
is ea deferētes. Et cū ſcirꝫ ⁊ qn̄
qꝫ videret ex multa cordis pie
tate videre ſe diſſiſlauit dicens
intra ſe. Iſti paupes ſūt ⁊ indi
gent fratribꝫ neceſſaria nō dee
rūt. Simplex qn̄qꝫ mimo vel
ioculatori cōpatur. Sic illius
v̄ba vel opa in eorū ore vel ma
nibꝫ q̄ ioculator nō eſt ſepe di
ſplicēt ⁊ pena digni ſūt apud
homies tamē que ab eis dicta
vel facta placēt. Ita ē de ſimpli
cibus. Vt ſic dicā ioculatores
dei ſunt ſanctorūqꝫ angelorū
ſimplices. Quorꝫ opa ſi hij q̄
ſimplices nō ſūt qn̄qꝫ facerēt
haud dubiū qn̄ deum offende
rent q̄ in eis dū p ſimplices ſi
unt delectat᷑. Ca. ix.

In porceto mōchus q̄dam fu
it tn̄te ſimplicitatis vt ſingul'
pene diebꝫ in balneis q̄ ibi an
te oſtiū monaſterij naturalit᷑
calēt int᷑ paupes ſederet ⁊ pau
perū dorſa fricarꝫ capita ablu
eret veſtimenta mūdaret. Pro
qua re cū taꝫ ab abbe ꝙ̄ a fra
tribꝫ crebrius ⁊ acrius argue
ret᷑ nō ꝓpter hoc dimiſit ſꝫ huiꝰ
verbis valde ſimplicit᷑ rn̄dit.
Si ego mō deſiſterēꝫ q̄s pau
pibꝫ iſta exhiberet? Qꝫ ſi alius
quem ſimplicitas excuſare nō
poſſet talia p̄ſumpſiſſꝫ contra
abbꝫis ſui impiū haud dubiū
qn̄ deū grauit᷑ offendiſſꝫ. Me
lior ē enī obedientia ꝙ̄ ſtulto
rū victime. Qꝫ autē p̄dicti ſim
plicis opa deo placuerīt ſeqns
miraculū declarabit. Tpe quo
dam cū orōnis cauſa iſſꝫ Colo
niā in domo cuiuſdā Abrꝫhe ho
ſpitatus ē. Nocte eadeꝫ cū ſig
nū matutinaruꝫ pulſaret᷑ in ec
cleſia beati Petri ſurrexit illuc
qꝫ feſtinās cū ſolarij feneſtrā
in q̄ dormiebat vidiſſet aptaꝫ

oſtiū eſſe putās p eam exiuit.
ſicq; mirabilit᷑ depoſitus ad ec
cleſiā peruenit. Finitis matutinis
rediens cū ad ianuam domus
pulſaret ⁊ interrogaret᷑ ab in
tromittētib; vn̄ veniret vel vbi
exiuiſſet ex eius rn̄ſione qȝ nō
per oſtiū ſȝ p feneſtrā egreſſus
fuerit cognouerūt. Ipſe ſibi tn̄
eiuſdē miraculi cōſcius nō fuit
Et cū eadē feneſtr̄ bn̄ mihi no
ta ſatis alta ſit haud dubium
qn̄ a ſanctis angelis depoſitus
ſit vt impleret᷑ in eo qđ de capi
te ſcriptū eſt. Qm̄ angelis ſu
is mādauit de te. vt cuſtodiāt
te in ōnibus vijs tuis. In mani
bus portabūt te ne vnq̄ offen
das ad lapidē pedem tuum ¶
Qm̄ fidus cuſtos ſimplicitū ſit
dn̄s ſequēs oſ̄ndit relatio.

¶ Capitulū. x.

Homo quidam ſimplex En
gilbert⁹ nomīe. de puin
tia tulpeti nat⁹ an̄ paucos an
nos defunct⁹ eſt. Iſte cū eēt ce
cus natus ꝑpter varia dona q̄
bus hominē eius interiorē illu
minauerat gr̄a diuina in diuſis
puincijs noſcebat᷑ ⁊ a multis
magnis q; pſonis ſexus vtriuſ
q; venerabat᷑. In cappa ſimpli
ci ⁊ tunica lanea nudiſq; pedi
bus tā eſtate q̄ hyeme incede
bat ⁊ puero ſe regēte ſic limina
ſanctorū ſatis remota ſepi⁹ vi
ſitauit. Carnib⁹ nūq̄ veſceba
tur nō lectiſternijs ſȝ modico
tm̄ ſtramis vel feni noctib; vte
bat᷑. Ego multa bona de eo vi
di ⁊ ipſe multos tā verbo q̄ ex
emplo edificauit. Hic tempe
adoleſcētie cū nocte quadā in
domo mat᷑tere ſue matrone di
uitis inter alios eius ſeruos ſe
cubitū locaſſet in ipſo oticinio
duo fures parietē ſuffodiētes
ingreſſi ſunt. Qui igne diſco
opto lumine incēſo ciſtis aper
tis intrepide colloquebātur.
Quos vt p̄dictus Engilbert⁹
audiuit ⁊ fures eos eſſe nō du
bitaret cū ſeruos ex vtroq; la
tere dormiētes excitare nō poſ
ſet ſb ſellio cultello ſuo pſoāto
collo iniecit et clauā manū ar
mauit. Et qr illos quaſi cecus
videre nō potuit duce auditu
ad illos tendēs ⁊ clauam vtra
q; manu vibrās ex omni parte
quicq̄d tangere potuit quaſi
furioſ⁹ feriēs de domo illos eie
cit. Quos vſq; ad foramē ſecu
tus dū aditū ſcala obſtrueret ⁊
illi ſtantes extr̄ domū nemīnē
preter ipm̄ ſolum vigilaſſe ſen
ſiſſent de tali expulſiōe cōfuſi
hito cōſilio denuo niſi ſūt intra
re. Quod vt ille ex motu ſcale
ſenſit vnam partem ſcale arce

mḡne in qua cōtinebātur gra
na ⁊ erat forami otinua ſuppo
ſuit alterāq; vtraq; māu ſerua
uit. Illos intrātes vſq; vmbili
cū Engilbertus dorſa eorū q
pmi iacebāt p ſcalā fortiter pſ
ſit ⁊ in tm̄ depreſſit vt nō ſolū
eis pgreſſum ymo etiā regreſ
ſum pꝛſus adimeret. Qui q̄ſi
ſb torculari poſiti dū mane ca
pi timerēt veniā poſtulauerūt
Datis vero tribilib9 iuramētis
q nunq̄ pſonam eius lederēt
vel domū illam intrarēt. Dimiſ
ſi ſūt. Mane cū prodēte Engil
berto a vicinis nulla arte dor
miētes poſſent excitari ⁊ quere
rentur circa domū maleficia q̄
rū virtute hec nouerāt fieri ſu
pra foramē de tecto pcedens q̄
ſi ſpinā humani cadaueris re
pierūt. Qua amota mox oms
excitati ſūt. ¶ Nouiti9. Mag
na ſūt iſta ab homie ceco ⁊ ſim
plice geſta. ¶ Mōchus. Mā
ius eſt qđ ſeq̄tur q ad ſalutē
ptinet animaȝ. Nā multis an
nis elapſis ij de fures fama ⁊ v
tutib9 iam dicti Engilbti exci
tati eiusq; vt opinor pcib; cō
pūcti eū adierūt. Et q ipſi eſ
ſent cōfeſſi deinceps duxert vi
tam religioſā. Hoc factū mira
bile ⁊ alia q̄dam de q̄bus in ſe
quētibus dicet. ab aliis mihi
relata ⁊ vtrū nam vera eſſent
a me interrogat9 Ita geſta fu
iſſe ſimpliciť teſtatus ē. Et q
cū ſimplicib9 ſmocinatio dni
eſt. dedit ei etiā ſpūm prophe
tie. vt damnū luminis exterioris
claritate oculorū interiorū cō
penſaret. ¶ Tempe quodā
inuitat9 a duxiſſa Saxonie vx
ore Herici ducis Matrōa val
de religioſa int' alia multa q̄a
vn9 ex filiis eius impator eſſ
futurus pdixit. Qđ poſtea im
pletū vidimus in Ottone qui
Herico ſucceſſit in impio. Hic
cū poſt electōnem in maxis fu
iſſet tribulacōibus et pene ab
ōibus deſpatus ab eodē ceco
ofortat9 eſt. eo aſſerēte q om
nimōis forent impleda que a
deo fuerant pordinata. ¶ An
illa tempa cū Helſwindis de
Bieminpch vidua religioſa
ob diſcordiā duorum comitū
terre nře timeret filiis ſuis Ar
noldo ⁊ fratrib9 eius ipſumq;
rogaret vt p ipſorū incolumi
tate deo ſupplicarē. Rndit. Ne
ſolicita ſis p iſta diſcordia q
bū ſopiet. Naȝ alia multo ma
ior in ianuis ē pro q̄ non ſolū
filii tui ſz ⁊ tota terra ocicietur
Hoc impletū eſt ſub iā dicto
Ottone ⁊ Philippo eius in rg
no aduerſario. ¶ Die quadā

eūte eo in quadā ſtrata Colo
nie occurrerūt ei plures hone
ſte matrone eiuſdē ciuitatis eun
tes ad eccleſiā. Que dū confa
bularētur ait. State vos dn̄e
Stantib9 eis adiecit loquat᷑
illa que iā loquebat᷑. Cū ven
tum fuiſſet ad Aſtradā que ho
die ſanctiomalis eſt in mōte
ſācte walburgis voce eius au
dita Engilbert9 cunctis audiē
tibus ꝓphetice reſpondit. Hec
cū omni domo ſua cōuertetur
ad Chriſtū. Q́d non multo
poſt impletū eſt. Nam cū mai
to filio et filia que hodie abba
tiſſat in iā dicto cenobio ſeruo
et ancilla in ordinē noſtrū venit
Vides q̄ꝫ celeriter in aptione
oris p̄ſate femine de9 reuelaue
rit auriculā eius. De ſtatu ani
marū plura dicere conſueuit et
nōnunq̄ꝫ vt aiunt ſpiritus er
roris ſiue humanus eū fefellit
Nec mirū. Nō ſemp ꝓphete lo
quebātur ſpiritu ꝓphecie ſicut
Nathā qui Dauid ad hoc ſpi
ritu ſuo hortabat᷑ q̄d ſpūſſā
ct9 mox p eum fieri ꝓhibuit
In q̄dam ſolemnitate dn̄e no
ſtre cū matertera eius p̄dicta
veſpe iret ad proximā villam
propt᷑ matutinas et dicerꝫ illi
Engilb̄te cras mane venias ad
me. In ipā nocte an̄ lucem au
diuit vocē cuiuſdam ad oſtiū
pulſantis atqꝫ dicētis. Engil
berte veni eam9 ad matutinas
Quā vocem cū non agnoſcerꝫ
ſurrexit tamē et ſecutus eſt illū
ductuſqꝫ eſt in ecclam quādā
in qua audiuit matutinas pri
mā. tertiam. ſextā. nonam. De
inde dum ſol9 reuerteret᷑ et vbi
nā fuiſſet interrogatus fuiſſet
Rn̄dit. Nūq̄ꝫ audiui tam pul
chꝛ cantū tā ſuauē melodyā
miſſam tā glorioſā ſicut audi
ui hodie. Et hoc ſequēti āno ei
iterū cōtigit. Non dū eni ſuſce
perat habitū religioſū. Nocte
quadā de lecto ſuo raptus trā
ſpoſitus eſt iuxta caſtrū Mol
bach in ſolitudinē ſatis horrē
dam In eodē loco egreſſa aīa
eius de corpe vniuerſos angu
los et ſitus eiuſdē ſolitudinis
luſtrauit et cōſiderauit. Ita vt
poſtea eo recitāte multi mirarē
tur. Regreſſa aīa dyabol9 er
rāti occurrit dicēs. Corp9 tuū
meū eſt. Illo ſe ſignante et ſan
ctā dei genitricē inuocante ad
iecit. Media pars capitis tui
mea eſt eo q̄ꝫ pulſata veſpera
ſabbati fuerit lota. Et ſtati mi
ſit maſſam picis in illā. Que
poſtea cū maximo labore mul
torū depoſita eſt. Cū vero mo
ritur9 eſſꝫ mater eius flēs ait.

O fili dulciſſime mō recedes a
me dimittis me in maxia infir
mitate. Reſpōdit ille. Sācta
Maria liberabit te mat᷑. Eoq̄z
exſpirāte eadē hora ſanata eſt
illa ab infirmitate duriſſima ī
qua nouē ānis laborauerat. Le
gi in libro viſionū beate alheli
ne ꝙ in celeſti māſione ſedē vi
dit vacuā mire pulchritudis
⁊ glorie ⁊ dictū eſt ei ꝙ eſſet
cuiuſdā ceci de Alemania ⁊ ſta
tī intellexi de fratre iſto Engil
berto. ¶ Nouitiꝰ. Vt audio
multū deo cara eſt ſimplicitas
¶ Mōchꝰ. Nō ſolū deo p̄mo
⁊ hominibꝰ placet ⁊ q̄n̄q̄z ma
ioris in auribꝰ eoꝝ efficatie q̄ꝫ
prudētia ſecularis. ¶ Ca. xi.

Dominꝰ Petrus abb Cla
reuall monoculꝰ ex infir
mitate vir ſanctꝰ nomie ⁊ re
Petri apl'i imitator ⁊ filius co
lūbe eo ꝙ magne ⁊ pure fuerit
ſimplicitatis. Cū ipſo ⁊ fratri
bus eius miles q̄dā p̄ quibꝰ
dam bonis cōtendebat. Prefix
us eſt dies in quo vel miles cū
abbe ɔponeret vel corā iudice
litē intraret. Venit ad diē mi
les cū amicis ſuis venit ⁊ abb
ſolo mōacho quodā ſimplice
ſecū aſſumpto. Nō tamē in eq̄s
ſꝫ pedites venert. Et cū eſſet ab
bas venerabilis pacis ⁊ paup
tatis amator rerūq̄z trāſeuntiū
ɔtemptor corā ōmibꝰ dicebat
militi. Homo xp̄ianus es. Si
dixeris in verbo veritatis ꝙ bo
na iſta pro q̄bus ɔtētio ē tua
ſint ⁊ tua eſſe debeāt bene ſuffi
ciet mihi teſtimoniū tuū. Ille
magis curās de bōis optinēdis
q̄ꝫ de verbo veritatis r̄ndit. In
veritate dico ꝙ mea ſint hec bo
na. Ad q̄d abbas. Sint ergo
tua tibi ego de cetero nō repe
tā illa. Sicq̄z reuerſus eſt ad
Clarāuallē. ¶ Miles etiā ad
vxorē ſuā quaſi victor rediēs
cū ei p ordinē recitaſſet q̄d ab
bas dixiſſet vel q̄d ipſe egiſſet
Illa territa ad verba tā pura ⁊
tā ſimplicia: r̄ndit. Doloſe egi
ſti cū abbatē ſanctū. Vltio
diuina nos puniet. Niſi mōa
ſterio bona ſua reſtituas cōſor
tio meo careb. Territꝰ ille ad
Clarāuallē venit bonis vltro re
nūtiauit de indebita vexacōne
ſancti abbis veniā poſtulauit
Vir iſte beatus tēpibꝰ ſenio
rū noſtrorū viſitauit in clau
ſtro. Erat autē ſcd'm carnē no
bilis ⁊ cōſanguineꝰ Philippi
regis Frātie qui p̄cipuus ama
tor erat ſācte ſimplicitatis.

¶ Capitulū. xij.

Retulit m̄ ɔſtātinꝰ mona
chus noſter ꝙ eo tp̄e q̄

Pariſi9 in ſtudio fuit Iohãnes
abb ſancti Victoris q̃ natio
ne theutonic9 eſt cũ quibuſdã
nobilib9 ⁊ magnis viris pro
magno allodio corã rege Phi
lippo placitauerit· Qui cũ ſecũ
adduxiſſꝫ quoſdã ex fratrib9
viros litteratos ⁊ iuriſpitos
haberẽtqꝫ aduerſarij aduoca
tos in cauſis exercitatos ptib9
hinc inde rñdentib9. Abb ſim
plicit̃ ſedens nec vnũ verbũ ad
allegata rñdit· Ita vt magis
videretur vacare orationi q̃m
allegatiõi· Hoc cũ rex conſide
raſſet ait abbi· Dñe abba qua
re vos nihil loq̃mini? Rñden
te abbate multũ leniter ⁊ val
de ſimplicit̃ Dñe neſcio q̃d lo
qui edificat9 rex ⁊ opunctus
ſubiecit· Reuertimini vos in clau
ſtrũ veſtrũ ⁊ ego loquar p vo
bis· Poſt quorũ diſceſſum rex
irã ſimulãs dixit militib9 Ego
p̃cipio vobis ſb interminatio
ne grãtie mee ne de cetero ſactũ
abbatẽ iſtũ inquietatis· Sic
qꝫ factum eſt vt bona que frẽs
optinere nõ poterant per mul
tas q̃rimõias ſola apud regẽ
optinẽt abbis ſimplicitas· Et
eſt impletũ in eo illud Moyſi
Ali9 pugñbit p vobis ⁊ vos ta
cebitis· Alijs tibi adhuc oſtẽ
dã exẽplis q̃lem locũ veneratio
nis in corde eiuſdẽ regis virtus
optinuit ſimplicitatis· ca· xiij·

Tempe quodã clerici lau
dunẽſes ep̃o ſuo defuncto
quedã ex ſuis fratrib9 canoĩ
cũ ſimplicẽ in ep̃m eligentes
ſub hijs verbis p̃dicto regi il
lum p̃ntauerunt· Dñe nos p̃n
tam9 vobis dñm Elmelricum
electũ noſtrum· Hoc ei nomẽ
erat· Rege tacẽte et formã illi
us p̃ntationis cõſiderante tan
dem rñdit· Quẽ p̃ntatis mihi
dñm Emelricũ? Et rex Vultis
aliq̃d plus dicere· Illis timẽti
bus ne forte aliq̃d regi diſpli
ceret in pſona vel in verbis p̃n
tacõis rñderũt· Nihil dñe Tũc
ait rex Raro audiui talẽ p̃nta
tionẽ· Qñ aliq̃s mihi p̃ntatur
elect9 nomẽ dignitatis ei9 exp̃
mit̃ ab electorib9 in hunc mod
Dñe nos p̃ntam9 vobis dñm
N· archidyaconũ p̃poſitũ de
canum vel ſcolaſticũ noſtrũ fa
treor vobis ſatis m̃ placet tam
ſimplex ſimplicis canonici p̃
ſẽtatio ⁊ idcirco ſpero q̃ a deo
facta ſit ipſa electio· Ideo ſcias
qualit̃ in iam dictis dignitati
bus electõnes celebrẽtur? Si
ſcolaſtic9 eſt cauſa canonico
rũ ſuorꝝ fouendo tũ ꝓpter litte
raturã tum ꝓpter cõpatã amici
ciã ab ipſis in ep̃um eligitur·

Si decan⁹ eſt ẏpocriſi ſua fra
trū exceſſus diſſimulādo cogna
tos et amicos introducit a qui
bus ſblimatur. Si archidya
conus vel p̄poſitus eſt. vt pote
vir nobilis pntū potentia ma
gis intrudit̄ q̄ eligitur. Ecce
hec ē cauſa quare capita eccle
ſie ſint infirma. Deinde dn̄s
ad electum ait. Dn̄e Emelrice
q̄ electō veſtr̄ videtur mihi eſ
ſe ſimplex: rōnabilis et canoni
ca: nō vobis deero vbicūq₃ mei
indigueritis. Lambtus mona
chus noſter q̄ mihi hec r̄tulit
eodē tempe dic̄ ſe fuiſſe piſius
Qualis vero ac q̄tus fuerit hu
ius regis cir̄ ſimplices affectus.
ſequētis operis declarabit effe
ctus. ¶ Ca. xiiij.

Ante hoc triennium defuncto
abbe ſancti Dyoniſij gē
tis francorū apoſtoli cū ditiſſi
ma illa abbatia vacaret et ad
eā plures aſpiraret̄ venit ad re
gem ſepedictū is qui in cōgre
gatiōe videbatur eſſe potior p̄
poſitus videlicet pro abbatia
ſupplicās et dicēs. Dn̄e ecce qn̄
gentas offero vobis libras vt
propici⁹ mihi ſitis in hac ab
batia. Cui rex nihil pmittens.
ſ₃ ſymoniacū muneris recepcio
ne quaſi in arce ſpei ponens rn̄
dit. Date pecuniam camerario
meo ſecrete. Recedēte igitur p̄
poſito et quaſi de regio fauore
certificato cellerari⁹ de hijs ni
hil ſciens eundē regē adijt et p̄
poſito ſimilia petēs ſimilē pecu
nie q̄titatē obtulit a quo ſimi
le rn̄ſum accepit. Nouiſſiē ve
nit theſaurorū infid⁹ cuſtos et
ipſe pro abbatia regi quīgen
tas libras offerēs. Cui ſicut ſu
perioib⁹ rn̄ſum eſt. Et licet rex
ſicut homo prudēs diſſimularz.
plurimū tamen ei diſplicebat
triū illorum monachoꝝ ambi
tio et ꝓprietatis vitiū ẏmo tam
execrabile furtū ſciens oblatā
pecuniā monaſterio fuiſſe ſub
tractā. Prefixit tamē cōuētui di
em in qua eis abbem cōſtitue
ret eo q̄ abbatia in man⁹ eius
deuoluta fuiſſ₃. Sedēte rege in
capitulo verbis ad hoc ẏdone
is p̄miſſis cū diligent̄ circūſpi
ceret et pſonas cōſideraret tres
p̄dicti mōachi p̄poſitus vide
licet cellearius et ſacriſta in ſū
ma exſpectacōne erāt poſiti ſin
guli p monita ſingula abbati
am ſibi ſpantes eſſe porrigen
dā. Et licet ſpes ſancta nō con
fundat oīs tamē in ſua exſpe
ctacōne ſunt cōfuſi. Nā rex vi
dens mōachū quendā ſimpli
cē in āgulo capli reſidentē et ni
hil min⁹ q̄ de abbatia ſpante₃

inſpiratiõe diuina vt ſurgeret
precepit. Stante illo cũ vere
cundia corã principe dictũ eſt
ei ab eodẽ rege. Dñe. en cõmit
to vobis abbatiã ſancti Dyo
niſij. Quo audito homo ille
ſimplex cũ regi non aſſentiret.
ymo fortit' reclamaret aſſerẽs
ſe perſonã eſſe humilẽ priuatã
et deſpectã atq3 ad tantã digni
tatẽ nimis indignã nimiſq3 in
ſufficientẽ ſe vituperãdo apud
regẽ comendauit. Et coegit eũ
Poſtea ſubiecit. Dñe Eccleſia
iſta plurimis debitis eſt obli
gata nec eſt vñ ſoluãtur. Cui
rex ſubridendo reſpõdit. En in
inſtãti mille quingẽtas libras
vobis dabo et cũ neceſſe fuerit
vobis accõmodabo pecuniam.
inſup auxiliũ et conſiliũ impen
dam. Precepitq3 camerario ſu
pradictã pecuniã ei afferri. Ad
huc puto viuit et forte p eum
dom9 illa melius regitur q̃ p
illos eſſet regẽda qui ad eius
regimen aſpirauerunt. Occur
rit mihi et ſimile huic i hoc ex
emplo.

Capitulum. xv.

Inter hec tẽpa cum ſub
imperatorẽ Frederico hui9
Frederici auo vna ex impalib9
abbaciis vacaret. duoq3 ele
cti eſſent nec concordare poſſent.
vnus illorũ magnam ſummã
argenti quã in mõaſteio con
gregaueãt eidẽ Frederico optu
lit quatinus ſibi aſſiſteret. Et
pmiſit ei pecuniã recepta. Po
ſtea intelligẽs aduerſariũ ei9
virũ eſſe bonum ſimplicẽ et or
dinatũ cepit cũ ſuis habere cõ
ſilium qualiter indignũ amo
uere et ob virtutes ſuas electũ
cõfirmaret. Et dixit ei quidã.
Domine ſicut audiui mõachi
omes ex regula tenentur acũ
portare. Sedente vobis in ca
pitulo dicite illi in ordiato vt
ad punctionem digitorum ve
ſtrorũ acum ſuam vobis accõ
modet et cũ non habuerit inue
nietis cõtra eum occaſionẽ qua
ſi de irregularitate. Qd cum fa
ctũ fuiſſet et ille nõ haberet. Ait
alteri. Dñe preſtate vos mihi
acũ veſtram. Quã cũ ille mox
exhiberet forte pmunit9. Rñdit
imperator. Vos eſtis mõchus
in ordie iuſt9 et ideo tãto hono
re dign9. Ego decreuerã hono
rare aduerſariũ veſtrum ſi ille
irregularitate ſua ſe reddidit
indignũ. Bene appar3 in hiis
minimis q̃ negligens et diſſo
lutus ſit in maximis. Taliq3
ſophiſmate monachum aſtu
tum imperator amouit et ſim
plicem in abbatẽ promouit.

¶ Nouitius. Ignorabam hactenus tantā fuiſſe virtutē in acu
¶ Mōchus. Virtus nō eſt in acu. ſʒ acus ſignū virtutis. id eſt humilitatis ē in mōacho: ad ſarciendū veſtimēta ſua diſſoluta portat illā. ¶ Ca. xvi.

Otto anteceſſor in imperio iunioris Frederici q̄ nūc imperat cū die quadā tres abbes ordis noſtri illi loquerēt̄ volens eos pbare. vni illoꝝ dicebat. Dn̄e abb̄ concedite mihi acū veſtram. Rn̄dente eo non habeo dn̄e. rogauit ſcd̄m qui etiā non habuit. Tertius vero reqſitus cum haberet acū. Rn̄dit ei impator: Vos eſtis verus mōchus. Ecce hoc eſt qd̄ iam dixi acū in mōacho ſignū eſſe virtutis. ¶ Ca. xvij.

Retulit mihi vir q̄dā religioſus de quodā mōacho ordinis nr̄i rem ſatis terribilē que huic loco ſatis cōgruit pro exemplo. Cū acū ſcd̄m mōachoꝝ conſuetudinē ſanus portare nō curaret vel forte cōtēpneret poſito eo in agonia diabolus affuit ⁊ acū ignitā ad hūanī corpis longitudinē in manu ferēs iecit ſup illū dicēs. Quia acū noluiſti portare ſanus feras hāc acū moriturus Qui viſū aſtantibus referēs terruit oēs. ¶ Nouitius. Si hec ita ſe habēt de cetero ſine acu nō ero. ¶ Mōchus. Mōchus niſi neccitas excludat ſine plenitudie ordinis eſſe nō debet.

¶ Nouitius. Recordor mōchorū ſupradictorū qui pro abbaciis adipiſcēdis pecunias obtulerūt. Sunt ne monachi ordis nr̄i qui pecunias nō habent in talibus ſymoias facere? ¶ Mōchus. Sunt vtiqʒ q2 ſicut ſymonia eſt corpalis ita ⁊ mētalis. Hec facit vt mōchus ad dignitates aſpiret ⁊ q̄liter adimpleri poſſit diligent̄ excogitat vel qd̄ piculoſius eſt vt fiat ingenioſe pcurat. De hoc tibi referā exemplū qd̄ nobis retulit dn̄s Karolus abb̄ Vilariēſis tūc recēter geſtū. ¶ Ca. xviij.

Abbas q̄dam ad q̄ndā veniēs incluſā quā nouerat feminā eſſe ſanctā ⁊ diuinis reuelacōnibʒ aſſuefactā ait illi peto ſoror vt deū roges pro me. q̄tinus tibi oñdere dignetur ſi ei placeat ⁊ mihi expediat manere in offitio huius abbatie. Mox illa ſurgens abijt ⁊ orauit. celerius qʒ reuſa q̄ ſibi fuerāt reuelata abbi manifeſtauit Nō eſt inq̄t voluntas dei neqʒ expedit tibi vt in hac abbatia maneas neqʒ ſaluarē poteris in

ea aīam tuā Quareſ qꝛ ſymo
niace intraſti. Abb̄ e ſtupēte ſu
p hoc verbo ac dicēte. Quid ē
qđ loqueris ſoror nō eīm mihi
alicuiꝰ ſymōie in electiōe mea
oſcius ſū. Rn̄dit illa. Ego tibi
oñdam ſymoniace intraſſe te.
Mortuo añceſſore tuo tu ad
abbaciā aſpirans nō ſimplici
ter ambulaſti ſʒ frēs tuos ſim
plices tali mō nimis aſtute cir
cūuenisti. Non eſt neceſſe aie
bas vt aliquā pſonam extrā do
mū nrām que valde honeſta ē
eligamꝰ ne nosipōs cōfundere
videamꝰ. Tibi eīm oſtabat qꝛ
ſi electio fierꝫ in domo nō aliā
niſi tuā pſonā eſſe eligēdam.
Ecce ſic factꝰ es abb̄. Q̄đ ille
audiēs confeſſus ē ⁊ nō nega
uit. ſtatiqꝫ prēm abbatē adi
ens donec abſolueretꝰ petere nō
ceſſauit. ¶ Nouitiꝰ. Si abb̄
iſte ad abbatiā aſpirando tam
grauitꝰ peccauit q̄d eſt qđ apo
ſtolus dicit q̄ epātum deſideāt
bonū opus deſideratꝰ ¶ Mōa
chus. Apl's nō rephendit epā
tū ſʒ deſideriū qꝛ in illo attēdit
laborē in iſto ambitionē. Vñ
mox ſubiūxit. Oportet epm̄ ir
rephēſibilē eſſe ſobriū pudi
cū prudentē ornatum humilem
hoſpitalē doctorē ⁊ cetera. Jdē
ſanctꝰ Bñdictꝰ diffinit de ab
bate in regula licet nemo ſibi
aſſumē debeat honorē ſicut ho
die multi faciūt ſʒ qui electꝰ fu
erit a deo ſicut Aarō videtur ta
mē qꝛ aliq̄s poſſit deſiderare. ſi
ne piculo hmōi dignitatē ad
hoc tm̄ vt pſit nō vt pſit. Te
ſte ſaluatorē. Si oculꝰ tuꝰ fuerit
ſimplex totū corpꝰ tuū lucidū
erit. ¶ Nouitiꝰ. De hoc audire
delectat exemplū. ¶ Ca
pitulū. xix. ¶ Mōchus.
Quum noſtris temporibus
Pariſiꝰ vacarꝫ epātus ⁊
electores inter ſe ocordare nō
poſſent tribꝰ ſua vota omiſert
Qui tres cū in vnā conuenire
nequirent pſonam magiſtro
Mauritio qui vnus triū erat.
Duo ſuam dederūt auctoritatē
vt quēcūqꝫ ipſe nominarꝫ epi
ſcopꝰ eſſet. Et qꝛ idē Mauritiꝰ
vt rei exitus pbauit magis cu
piebat prodeſſe q̄ preeſſe ſeip
ſum noiauit dicēs. Aliorū con
ſciētias ⁊ ppoſitū ignoro epā
tū hūc gratia dei me adiuuātē
irrephēnſibiliter regere ppono.
Q̄đ ⁊ fecit. Sancte eīm vite fu
it tā verbo q̄ exemplo pluimꝭ
profuit dies ſuos in eodē epi
ſcopatu clauſit. Hoc etiā no
ueris qꝛ ſepe ambicioſi a ſuo
deſiderio nutu dei fraudētur et
ſi pmoti fuerint eius pmiſſiōe

vix euadunt q̄n in ipsis digni
tatibꝰ ꝑiculose tribulēt' vel cū
ꝯfusione deponūtur. Audi de
hijs exēpla forte aliquibꝰ ne
cessaria. ¶ Ca. xx.

Prior q̄dam ordinis nr̄i.
defūcto abbe suo ad ab
batiā aspirās cū tpe electō
nis a visitatore sic ceteri senio
res de ꝑsona ꝑ idonea iterroga
retur nō corde colūbino mōa
chū quendā de domo eadē ob
infamiā electū nominauit scie
bat enī prioris auctoritatē nō
esse modicā et si aliquē de suē
tu nomiaret ꝑ hoc suā electio
nē posse infirmari se in suo de
siderio impediri. Factū est nutu
vt credit' diuino vt ceteri eius
exemplo eandē ꝑsonā eligerēt
dicētes intra se. Prior oculꝰ no
ster nec talē ꝑsonā nominasset
si ei de illius innocētia nō consta
ret. forte si idē prior simplicit'
ambulasset factus esset abbas.
Et satis puto qꝫ tum ex verbis
cuiusdā abbis qui mihi retu
lit coniicio qt̄m fuerit cruciatꝰ
in eiusdē monachi ꝓmocōne
qt̄m ille tribulatus extiterāt in
sua electōne. Ecce sic astutos
et dolosos punit etiā in p̄senti
deus. De tribulacōe cōfusione
et deiectōne prelatorū ecclesie
hodie magis qꝫ ante nostr̄ tē
pa abūdant exempla. Et hoc
forte ideo qr dei volūtas in illo
rū promotiōe nō fuit. Ipsi rg
nauerūt sꝫ non ex me p̄ncipes
extiterūt et nō cognoui. Ver
ba sūt dei ꝑ os Iheremie ꝓphete
¶ Nouiciꝰ Cū deus in virtute
simplicitatis sic probatꝰ est
exēplis plurimū delectetur pu
to qꝫ in vitio ei cōtrario: id est
astutia multū exacerbetur. ¶
Mōchus. Vitiū simplicitati
oppositū duplicitas est cui so
dalis est astutia. ¶ Nouitius
Vn̄ dicit' duplicitas? ¶ Mō
chus. A duplici plica. Simplex
enī hoc qd dic̄ hoc intēdit hoc
agit. Duplex autē aliud habꝫ
in corde aliud i ore aliud agit
et aliud intēdit. De quo ꝑ apo
stolū Jacobū dicitur. Vir du
plex aīo inconstās est in om̄i
bus vijs suis. Bonū enī simu
lat vt simplices efficatius deci
piat. Vn̄ ꝑ ecclesiasticū dicit'
Ve peccatori terrā duabꝰ vijs
ingrediēti. Tales sunt illi de q̄
bus dn̄s dicit. Attēdite a fals
ꝓphetis q̄ veniunt ad vos in ve
stimētis ouiū: intrinsecꝰ autē
sūt lupi rapaces. Tales sūt mlt̄
ti ex hijs barbatis q̄ in hitu et
tonsura religiōis terras circue
unt et plurimos decipiūt. Ex q̄
bus nostris tēpibꝰ multi sunt

propt᷑ ſua maleficia interfecti
Et quidā ex huiuſmōi viatori
bus viri ſūt ſancti ⁊ ſine felle·
propt᷑ malos tam̄ deſpiciūtur
Hinc eſt ꝙ anno p̄terito dn̄s
Engilbert⁹ Coloniēſis archi
epūs in ſynodo ſua p̄cepit ne
aliquis illoꝝ in ſua dyoceſi
hoſpitio recipetur·

Capitulū·xxi·

Non ſūt multi anni elapſi
ꝙ quidā ſb̄ typo religi
oſitatis Sunam venit ⁊ ſimpli
citatē ſimulans orando vigilā
do atqȝ ieiunādo plurimos de
cepit· Quē cū canonici eiuſdē
pagi talē eſſe putaſſent qualē
ſe ſimulauerāt hoſpitale illi pau
perum cōmiſerunt· Cui etiā plu
res ſeculariū pecuniam dederūt
reſeruandā· Paruo emenſo tp̄e
cepit ille ſimulator a ſimulato
rigore diſcedē bibere vinū car
nes comedere orare rari⁹ dormi
re diuti⁹· Qd̄ cū ei ſuiſſȝ obie
ctū rn̄dit· Ego ad temp⁹ a ſa
cerdote hmōi obſeruantias ſu
ſcepi· Quid plura? Tandē clā
culo diſcedēs pecuniā cōmendā
tā detulit et ꝙ damnoſū vitiū
eſſȝ duplicitas opibus oſ̄ndit
Quo audito xp̄ianus tale ver
bū rn̄dit· Ego fr̄es certe aīaȝ
meā ꝓ nullius aīa dabo· De
hmōi truſatorib; pluria decep

tionū gr̄a tp̄ibus nr̄is geſta
tibi dicē poſſem ſȝ nō ſunt edi
ficatoria Vis nūc audiē quali
pena de⁹ ſepe puniat in p̄ſenti vi
tiū duplicitatis ⁊ aſtucie?
Nouitius· Volo ⁊ deſidero·
Monachus· Audi ergo·

Capitulū·xxij·

Juuenis q̄dā ſecularis de Mo
ſella nat⁹ ſi bn̄ memini nomīe
Henric⁹ matrē ſimplicē verb
q̄dem mellitis ſȝ intētione vene
nata tali mō circuuenit· Mat᷑
inq̄t peto vt ōmibus tuis bonis
feudis ſc; ⁊ allodijs ſolēniter
renūcies ⁊ me illa ſuſcipere ſi
nas vt ſic eorū gratia vxorē du
cere valeam honeſtiorē· Om
nia mea tua ſunt ⁊ ego tibi ho
neſti⁹ prouidebo· Mat᷑ in filio
ſerpētis aſtucias nō obſeruās
petitionib⁹ eius annuit omniū
ſuorū vſu fructu reſignato im
memor dicti ſapiētis Melius
eſt vt rogēt te filij tui ꝙ te re
ſpicere in man⁹ illorū· Quid
plura? Spōſa introducitur ⁊
mater expellit᷑· Que cū egeret
⁊ quotidie plāgeret ille obtu
rauit aures ne gemitus ma
tris audiret· Die quadā cum
vxore in menſa ſedēs ⁊ oſtium
pulſātis vocem matris intelli
gens ait· Ecce iterū dyabolus
clamat ibi· Dixitqȝ puero ſuo·

vade ⁊ pone pullū iſtum in ci
ſtam donec recedat· Q̄ñ cū fa
ctū fuiſſet ⁊ illa intromiſſa dū
filio ſupplicaſſet vt ſui miſereret̄
cū multo verborum turbine ex
pulſa eſt· Tunc ille ad puerū
Refer inq̄t nobis pullū· Puer
vero vt ciſtam apuit nō in ſcu
tella pullū ſ; ſerpentē cōplica
tū conſpexit· Qui territus re
diens q̄d viderit dño renūtia
uit· Poſt quē miſſa ā illa dix
it ſe ſimilia vidiſſe Ille ſibi pu
tans illudi ait cū indignacōe
Etiā ſi diabolus fuerit ego tol
lam eum· Et ſurgēs de menſa
mox vt ſe in ciſtam ad leuan
dam ſcutellā inclinauit ſerpēs
collo eius inſiliens vt vitiū du
plicitatis cōgrue puniri; circa
eius guttur ſe colligādo dupli
cauit· Cū omedēte comedit ⁊
quotiēs ei ſubtrahebātur ciba
ria vel adbibebātur aliqua q̄
bus deponi deberet inſtrumta·
Ita collu; hominis ſtrīxit vt in
tumeſcēte ſatie oculi de ſedib⁹
ſuis mouerētur· ¶ Nouitius·
Merito autē videt̄ mihi puni
tus p ſerpentē q2 ſicut diabol⁹
p ſerpentē Euā; decepit· Ita p
iſtu; mulierē ſimplicē; circūue
nit· ¶ Mōchus· Recte ſentis
Nā tredecē anni fūt elapſi pl⁹
min⁹ ex quo iſta otigerūt· Nā

ductus eſt idē; Henric⁹ in car
ruca p prouintiā noſtrā ad di
uerſa ſanctorū; limina ⁊ vide
rūt eū multi· Quē predicta ma
ter pene ei⁹ opatiēs maťno af
fectu ſeq̄batur· Circa eadē tpa
vitiu; duplicitatis et aſtutie a
ſupradicto Philippo rege Frā
tie tali ordīe deprehenſu; terrī
bilit̄ eſt pūitū· ¶ Ca·xxiij·
HAbebat idē; rex in ciuita
te Pariſieñ ꝑpoſitu; qui
cuiuſdā ſui cōciuis vineā con
cupiſcēs· Vt ſibi venderet illā
importune nimis iſtabat· Rñ
dente ciue ſicut Naboth rñdiſ
ſe legitur Achab regi Iſrahel·
viuit dñs q2 nō vendā tibi pa
trum meorū hereditatem eo q2
nulla ad hoc me cōpellat neceſ
ſitas ꝑpoſitus minas intulit ſ;
nō profecit· Cōtigit vt interi;
homo moreret̄· Quo cognito
ꝑpoſitus effect⁹ eſt hylarior·
Huiuſmōi dolos ſecuti homo
aſtut⁹ nimis ad ſui pnitiē exco
gitauit· Duos ſiquidē ex ſcabi
nis: vt ſibi teſtimoniu; falſita
tis ferrēt pecunia corrupit· Cū
q̄bus ſicut odictū fuerat mox
intēpeſta nocte defuncti ſepul
chrū adijt terraq; eiecta in foſ
ſam deſcēdit ⁊ ſacculū pecunie
quā viro p vinea optulerat in
mānu ponēs mortui ait Teſtis

eſtis vos dn̄i q̄ tantā pecuniā
homini iſti p̱ vinea ſua tali de
derim quā ipſe q̄dem vt vos vi
detis manu ſua recipit nec ali
q̄d contr̄dicit· Dicentibus illis
teſtes ſum⁹ mox r̄cepit pecuni
am et reiecit terrā· Mane teſti
bus eiſdē adhibitis vineā ſibi
vendicauit· Q̄d cū relicta de
functi didiciſſet ſtupēs accurrit
et cōtradixit aſſerēs neqꝫ mari
tū neqꝫ ſe vineā illam p̄poſito
vendidiſſe neqꝫ vnq̄ pecunie
aliquid pro ea recepiſſe· Cui
ille reſpōdit· Ego tanto vineā
cōparaui pecuniā ſub teſtimōio
bonorum ſcabinorū in manus vi
ri tui poſui nec cōtradixit· Que
ſe nil vidēs proficere ad regē
cucurrit· de violētia p̄poſiti illi
conquerēs· Illo ſub p̄dictorū
teſtimonijs cōtradicēte rex qꝛ
audientie vacare nō potuit q̄
buſdā cauſam cōmiſit· Qui
teſtimōio ſcabinorū decepti in
partē prepoſiti declinātes pro
eo contra viduā dedere ſniam·
Tūc illa ampli⁹ turbata cū re
gi clamoſis fletib⁹ nimis eſſet
importuna rex teſtes vocai iuſ
ſit et qꝛ vir prudēs fuit pruden
ter illos examiauit accito pri⁹
vno et ſol⁹ loquēs cū ſolo ait·
Noſti dn̄icam oracōem· Rn̄
dente illo· Noui dn̄e· ſubiūxit
rex· Dic ergo illā me audiēte·
Q̄d cum feciſſet nihil aliud ei
loquēs precepit vt in vicinam
camerā ſecederet· Et aduocās
alterū ſeuerius cum allocutus
eſt eū dicens· Socius tuus de
vinea illa tā merā mihi retulit
veritatē ſicut eſt ſanctū pater
noſter quo nihil eſt veri⁹ Q̄d
ſi ab eo diſcordaueris pūieris·
Eſtimās ille quia regi omnia
dixiſſꝫ· Timēs ac tremens ad
pedes eius corruit dicēs· Miſe
remini noſtri domie quia ſic et
ſic fecim⁹ a prepoſito noſtro
inducti· Irat⁹ rex valde vineā
vidue reſtituit et prepoſitū vi
uū ſepeliri precepit· Noui
tius· Iuſte actum eſt vt is ſine
miſericordia infoderet vivus a
quo inhumane mortu⁹ fuerat
effoſſus· Monachus· Pena
peccati a deo eſt et fit ſepiſſime
vt ſcd̄m modum culpe forme
tur mod⁹ vindicte· De quo ti
bi etiam pauca ſubiūgam ex
empla

Capitulum vice
ſimum quartū·

CAnonic⁹ quidā ſan
cti Andree in Colōia
ſicut mihi retulit ma
giſter Reyner⁹ eius concano
nicus ad colligēdam cuiuſdā
eccleſie decimā ſingulis annis
mittere conſueuit ſeruū ſuum·

Qui an̄ quoddā patibulū trā
ſiens ꝛ hominē recent̄ in eo ap
penſum adhuc palpitare cer
nēs miſericordia motus laque
um gladio incidit atq; allata
aqua refocillauit. Qui reſump
tis virib⁹ mala pro bonis retri
buēs ad primā villa; liberato
rē ſuū ſecutus in eq̄ eius frenū
manū miſit ꝛ q̄ eundē; ſibi vi
abſtuliſſ; ꝯ cifrat⁹ eſt. Mox
homines circūquaq; accurrētes
ꝛ de rapina fremētes ſine audi
enti a iuuenē ad idē; patibulū
de quo fur fuerāt depoſit⁹ duxe
rūt. Nondū erant homies alte
rius ville plene reuerſi q̄ ad ſu
ſpendiū iam dicti furis cōflux
erāt ꝛ ecce cōcurſu; ad patibu
lum qđ cōmune eāt vtriq; vil
le videtes. nutu dei reuerſi ſunt
cauſā interrogātes. Data eſt
homini copia loquēdi. Ego in
quit hominē iſtū de patibulo
liberaui ꝛ ecce ta; iniquū bene
ficiū rependit mihi. Quē illi cō
ſiderantes ꝛ cognoſcētes ſcđo
eū plene ſuſpenderāt ꝛ liberātus
ē ſanguis innoxi⁹. ¶ Ca. xxv.

NOn eſt diu q̄ peregrinis
qbuſdā de Alemania ad
limina ſancti Jacobi tendenti
bus falſus eis frat̄ nocte qua
dā ſe ſociauit. Mane exeūtib;
de hoſpitio vſq; ad portā ciui
tatis illos ſecut⁹ vni illorū ma
nus iniecit clamans ſibi equū
eundē ab eo ablatū. Et cōpulſi
ſunt redire in hoſpitiū a iudice
Teſtificātibus pegrinis omni
bus q̄ is quē ille ipetebat eſſ;
vir ſimplex ꝛ bonus iudex pru
dent̄ agens fure abſente omiū
equoꝝ ſellas ꝛ frena deponi ſic
q; eos in ſtabulū duci pcepit.
Quo facto dixit ad furē intr̄ ꝛ
educ equū tuū. Intrauit ille ꝛ
adduxit equū foras ſed nō ta
men illū quē in porta ſibi dixe
rat fuiſſe ſublatū. Non eni ple
ne tūc eum ꝯſiderauerāt. Tunc
omib; ridētibus ꝛ cuius equus
eſſet extract⁹ iudici exponenti
bus doloſus ille patibulo ap
penſus eſt. Vides nūc qualit̄
deus i ſimplicitate ambulātes
protegat ꝛ male aſtutos pun
at. ¶ Nouici⁹. Recordor te ſu
pius dixiſſe penā; peccati eſſe a
deo. Monachus. Qꝛ a deo ſit
ois pena peccati teſtis ē Amos
ꝓpheta dicēs. Si erit malū in
ciuitate qđ dn̄s nō fecerit. Ite;
dn̄s per Yſaiam. Ego dn̄s for
mans lucem ꝛ creās tenebras
faciēs pacem et creās malum.
Malū dicit penā ꝛ tribulatio
ne; que patientib⁹ videnť ma
la licet i ſe ſint bona vt pote dei
creatura. Qꝛ aūt a deo ſit peccati

pena tibi exēplificabo.
Capitulū. xxvi.
BErtolphꝰ palatinus de
wittillibach iudex erāt ſe
uerißimꝰ. Jta vt furibꝰ etiam
pro damno vniꝰ obuli vitā au
ferret. Et ſicut a quodā abbē
audiui quociēs exiuit laq̄os
cingulo ſuo appēdit ne reorū
pena capet dilationē. Die qua
dam mane ſurgēs ⁊ laqueum
cīgulo ſuo ſolito ſubnectēs hu
iuſmodi vocē in aere audiuit.
Bertolphe quicūq; tibi egreſ
ſo de caſtro tuo primꝰ occurre
rit hoc laq̄o eū ſuſpēdas. Qui
vocē p omine accipiēs mox vt
egreſſus eſt occurrit ei q̄dam
ſcultetꝰ ſuus p̄mo. Quo viſo
cū ſatis dolerz eo q hominē di
ligerz dicebat illi. Doleo de oc
curſu tuo. Cui ille rn̄dit. Qua
re? Cui ille. Quia ſuſpēderis.
Et ille. Quare ſuſpendar? Rn̄
dente illi palatio neſcio ſꝫ pre
para te ad cōfeſſionē ⁊ ordia
de rebus tuis q voci diuine re
ſiſtē nō debeo. Jlle vidēs aliter
eſſe nō poſſe ait. Juſtꝰ eſt dn̄s
Ego plures in domū meā decli
nantes inſeq̄ns occidi multis
mala rapui nec tibi dn̄o meo
vnq̄ fideľ extiti neq; paupibꝫ
pepci. Et mirati ſunt ōnes audi
entes eiꝰ cōfeſſionē ⁊ cognoue
rūt in eius morte peccati penā
eſſe a deo. Et q idem palatinꝰ
ſine miſericordia iudicauit cū
in vltionē Philippi regis quē
occiderāt ab Henrico marſchal
co eiꝰ interficeret miſericordiā
q̄ſiuit nec inueīt. Nō eſt equū
iudiciū nec a deo perceptū vt
minor ⁊ maior culpa ſimili pe
na plectātur. Nouitiꝰ. Jam
ſatis ex hijs didici q deus pec
catū pūiat ſcd̄m modū ⁊ qua
litatē culpe. Monachꝰ. Hoc
pleniꝰ ſcies in ſequētibus capi
tulis in quibꝰ noſtris tempi
bus euidētiſſime pūire voluit
viciū duplicitatis.
Capitulū. xxvij.
TEmpe ſciſmatis qd̄ erāt in
ter Philippū et Ottonē
reges Romanorū cū Colonie
ſes tū propť obedientiā ſedis
aplice tū ꝓpter iuſiurandū eidē
Ottoni factū fideliť aſſiſterēt ⁊
multis damnis atq; piculis ſubia
cerēt q̄dam ex eis a fautoribꝰ
Philippi vt dicebať corrupti
ſunt occulte. Inť quos potior
videbatur Theodericꝰ de erin
portze. Per cuius aſtutiā tm̄ la
boratū ē vt deſerto Ottone Phi
lippꝰ in ciuitatē reciperetur. Ore q̄
de fuerat cū illo ſꝫ corde cū iſto
Die q̄dam cū idem Philippꝰ pa
tronos ciuitatis q̄ circumferebanť

ſequeret ducebat idē Theodri
cus eū ad matronas reſpitiēs
ꝛ dicens. Ecce dn̄e: iſte eſt rex
meus quē ſemp optaui Mira
diſpenſatio dei anno reuoluto
die eadē p eandē plateam mor
tuus efferebat. Et cū in mona
ſterio ſanctimonialiū qd piſci
na dicitur eſſ ſepeliēdus litte
ris prioꝝ qs nimis turbaueāt
eſt phibit⁹. ¶ Ca·xxviij·

Ante hos paucos annos
cū Petrus cardinalis de
Saxonia eſſet Colonie. Heri
cus cognamto ratio eccleſie ſā
cte Marie ad grad⁹ canonic⁹
ꝛ cauſarū aduocatus peritiſſi
mus ad hoc eundē cardinalē
induxerat vt eiuſdē eccleſie ca
nonicis precipet quatin⁹ cuiuſ
dam ciuis filiū nullo ſtipēdio
vacante in fratrē ꝛ concanonī
cū eligerēt. Qd cū illis viſum
fuiſſ abſurduꝫ nimis nec acq̄
eſcerēt ſuſpenſi ſunt a diuinis.
Judicātes vero eandeꝫ ſuſpenſi
onē friuolam vnanimiter pre
poſituꝫ elegerūt Henricus au
tē vt turbatos ampli⁹ turba
ret ſolus aliū prepoſitū elegit
cū quo ꝛ pro quo fratrū pacē
litibus ꝛ damnis nō modicū
turbauit. Juſto dei iudicio eo
dem anno p̄mus omniū defun
ctus eſt ꝛ apto ore ſepult⁹ op
timitqꝫ prebendā illius adole
ſcens cōſilio eius intruſus Au
diui veracit nulla arte os eiuſ
potuiſſe claudi vt ōmibus pa
teſceret qn̄ta culpa eſſ in cau
ſis vendere linguā· ¶ Nouiti⁹
Rogo vt vicio duplicitatis p⁹
poſito ad ſimplicitatē ſmo re
deat que in cauſis vt predictū
eſt etiā linguas diſertas ener
uat· ¶ Mōchus Hoc plenī⁹
ſeq̄ntis capituli declarabit ora
tio· ¶ Ca·xxix·

Domin⁹ Innocentius pa
pa vir litteratiſſim⁹ ꝛ ſer
monis diſerti ſicut mihi ꝛtulit
Ceſari⁹ mōchus noſter abb
qn̄qꝫ Prumienſis q̄ preſens tūc
erat ita in cuiuſdaꝫ ſacerdotis
ſimplici ſermōe compunctus eſt
vt eccleſiā quā propter illitte
raturā p dere merito debueāt p
eā optineret· Cui cū quidam
clericus eccleſiā ſuā neſcio quo
pacto abſtuliſſet ꝛ ille apella
tus ab eo corā iam dicto Jnno
cētio cōparuiſſet verbiſqꝫ cōpo
ſitis ꝛ ſentēcijs pōderoſis pro
ſe allegaſſ ſimplex ille ſacdos
ſermonē eius interrūpens ait·
Sancte pat ipſe nō dicit veꝝ
magnā enī mihi fecit iniuriaꝫ·
Conſiderans illum dn̄s papa
ſimplicēꝫ hominē r̄ndit· Enar
ra mihi cauſā tuā· Et ille· Ego

neſcio latine loqui: loquē inq̄t vt noſti bn̄ te intelligā Tunc ille ſatis timide ſatiſqꝫ corrupte hijs verb vſus eſt· Sancte pat̄· iſte clericus multas habꝫ eccleſias ⁊ ego tm̄ habui vnā ⁊ eandē mihi rapuit mō habet vnā cū alijs· Hoc tibi conqueror· Cui papa cōpaſſus ait eiꝰ aduerſario· Quid ad hoc loq̄ris frater? Tua auaritia non ſinebat te pluribꝰ eſſe cōtentū eccleſijs quī iſti paupi etiā ſuam auferres· Tā ſimplicis nature eſt vt ſi cauſā habuiſſꝫ in iuſtā nūnq̄ veniſſꝫ ad curiam Romanā Juſticia audaciā illi otulit· Precipio tibi ne eū in eccleſia ſua de cetero inq̄etes et ego de eccleſijs tuis diſpēſabo· Quo audito timēs ceſſit ꝙ ſimplicitas ꝑ eiꝰ adūſario pugnāuit ⁋ Nouitiꝰ· Cū ſimplicium verba et opa ſeculi p̄ncipes tm̄ venerent̄ puto ꝙ in illorū ōrōe deꝰ plurimū iocūdetur ⁋ Mōchꝰ· Hoc tibi ſimplex Paulꝰ oſ̄dit ſꝫ et ego recētiorib; tibi pandā exēplis· ⁋ Ca·xxx·

In clauſtro cōuerſus q̄daꝫ ſimplex ſatis grauit̄ tētabat̄· Qui ſtās in ōrōe hijs verb vſus eſt Vere dn̄e ſi nō liberaueris me de hac tētatiōe ego mat̄ tue de te q̄rar· Pīꝰ dn̄s mgr̄ ſimplicitatis ⁊ amator hūilitatis ac ſi timerꝫ apud mr̄em accuſari cōuſi q̄rimoniā puenit tētationē eius mox mitigās· Alius q̄dā cōuſus pꝰ tergū eius ſtans cū hanc ōrōem audiſſꝫ ſbriſit alijſqꝫ ad edificacōēꝫ recitauit ⁋ Nouitiꝰ· Quē nō edificet tāta xp̄i hūilitas? ⁋ Mōchꝰ Dicā tibi alias ſimplicium ōrationes in quibꝰ adhuc ampliꝰ iocūderis· ⁋ Capi·xxxi·

Magiſter Johēs nūc abbas ſācti Trudonis cū tempe quodā in Saxonia incluſā ſibi familiarē viſitarꝫ ⁊ illa flerꝫ ait· Quid habes mulier? Quare lacrimaris? Rn̄dete illa Ego pdidi dn̄m meū deuotiōis feruorē notans Abbas ſciēs illā feminā eſſe ſanctā iocularit̄ ſubiūxit· Circue āgulos celle tue et dic dn̄e vbi es? Rn̄de mihi forſitā in aliquo foramine muri repies illū· Que verba ſimplicia ſimplicit̄ intelligēs poſt diſceſſum illiꝰ pietes celle circuiēs ⁊ ſicut edocta fuerat dilectū inuocans quē quesiuit inuenit ⁊ qđ pdiderat recepit· Sepe deꝰ grām ſuā ſubtrahit vt auidiꝰ q̄ratur ⁊ inuēta diligētiꝰ cuſtodiat̄· Pꝰ ānos aliquot cū idem Johēs eā viſitaret ⁊ de ſtatu eius inquiret·

Illa hilarit' reſpōdit. Optime
gr̄tias vobis ago qꝛ ſicut me
docuiſtis. Ita dn̄m meū inueni
Qui cū verbū non intelligeret
ꝛ illa ſcdꝫ qḋ predictū eſt ad
memoriã ei cūcta reuocaret ſb
riſit Chriſtū glorificans q̄ ſim
plicibus ſe cōformat.

¶ Capitu. xxxij.

In Rumede monaſterio ſancti
monialiū ordinis nr̄i ſimplex
quedã puella fuit ligneã ha
bens ymaginē crucifixi. Quã
cū frequēter adoraret ꝛ deoſcu
laretur ſacello impoſitaꝫ ſub
ſtramētis lectuli ſui abſcōdit.
Oblita vbi illã poſuiſſet omes
angulos mōſterij triſtis circu
iuit qſiuit ꝫ nō inuenit. Die q̄
dam ante quoddã altare pro
ſtrta cū pro eiuſdē ymagīis
reſtitucōne Chriſtū cū multis
lacrimis interpellaret deſiderio
puellule o delectãs dei filius rn̄
dit Noli flere filia qꝛ i ſacello
ſub ſtramētis lectuli tui iaceo.
Putabã mihi relatū fuiſſe a p̄
ore loci illius qꝛ in ſopno vocē
percepiſſꝫ ſicuti poſuiſſe me reco
lo i omelijs moralib9 de infan
tia ſaluatoris Mox puella ſur
gens ſtramēta ſua reuoluit et
ſicut audierãt ſic inuenit. Ecce
hic eſt qḋ dictū eſt ſupius qꝛ
qn̄qꝫ dn̄s ſuam ſbtrahat gra
tiã vt auidius querat ꝛ querē
do ampli9 mereatur. ¶ Noui
tius Cū deus in ſimplitiū oratī
one tm̄ delectet puto qꝛ in con
ſpectu ei9 valde p̄tioſa ſit mors
illorū. ¶ Monachus. Veracit'
p̄tioſa qꝛ virtus ſimplicitatis
etiaꝫ martirij palmã ꝛ miracu
lorꝫ gloriã meret. Tria de hoc
ſubnectã exempla.

¶ Capitu. xxxiij.

In ferraria ciuitate Lōgobardie
ante ãnos paucos erat homo
q̄dam Marcadell9 noie mire
ſimplicitatis ꝛ erga ſanctorū
loca maxime deuocōnis. Qui
cū ob nimiã ſimplicitatē a mľ
tis p fatuo haberet et in ocuľ
dei eſſꝫ prūdentiſſim9 q̄cq̄d de
ſuis laboribꝫ vltra neceſſitates
nature reſeruare poterãt illud
in viſitãdo limina beati Jacobi
in cōpeſtella aut beatorꝫ apo
ſtolorū Petri et Pauli fidelit'
expēdebat Tpe quo potuit ho
minū pecora pauit. Et cuꝫ p̄ ſe
nectute ad hoc min9 ſufficeret
hoſtiatī mēdicãdo elemoſinis
fidelium victitabat. No recede
bat ab eccleſia dū diuina in ea
agerētur vnde ab omibꝫ ama
batur. Qui cū frequētius verſa
retur in quadã villa dicte dy
oceſ ꝛ in ecclã eiuſdē ville thu
ribulū argenteū negligenti9

pdere oſpexiſſet times tā dam
no eccleſie ꝙ ſue cōſcietie. Ait
ſacerdoti. Non ſecure hic pdet
tale thuribulū. Dicēte illo ꝙ
mltis āniſ ſine piculo illic pe
pdiſſet. Rndit marcadellus.
Hoc ſepe vna die euenit qđ in
mille ānis nō contigit. Quid
plura? Inſtinctu dyaboli thu
ribulū ſubtrahit᷑ nō tn̄ marca
dello furtū imponit᷑. Qđ cū fur
dn̄o ꝓhibēte a ſeruo ſuo occa
ſionē martirij ꝑpante vendere
nō poſſet nec auderet ſciēs ho
miem eſſe ſimpliciſſimū eccle
ſie illi⁹ notiſſimū eum ſecrete
adijt a quia ipſe idē rapuiſſet
vas pri⁹ tamen recepto ſacra
mēto ne ſe proderꝫ ſibi ꝯfeſſuſ
eſt. Cui cū ille rn̄dit. Da mihi
thuribulū a ego illđ nullo ſci
ente bene reſtituā et ſi neceſſe
fuerit etiā aīam meam ponā
pro te. Hijs auditis fur thuri
bulum ei tradidit qđ ille feno
inuolutū ſacculo ſuo immiſit.
Qui cū plus ſolito ꝑfatam ec
cleſiā frequētaret vt thuribū
lū caute a ſine nota in locū ſu
um reponere poſſet. Die q̄daꝫ
nimia tempeſtatū violentia a
forib⁹ eccleſie que clauſa fue
rat depulſus vicine dom⁹ ſola
tium expetere cogebat᷑ ſaccel
li ſui oblitus. Que homo qui
dā ptin̄ſiens leuauit a cui⁹ eſſꝫ
non ignorās vxori ſue ſeruan
dū cōmiſit vt marcadello que
renti illū reſtituerꝫ. Que ſaccū
pondoroſitatē ſentiens marito
rn̄dit. Non poteſt tanti ponde
ris eſſe panis puto ꝙ ex nimia
ſimplicitate illū impleuerit la
pidib⁹. Apto qꝫ ſacco cū thu
ribulum in eo repiſſet et ſbito
clamore vicinis iuentū prodi
diſſꝫ Accurrit popul⁹ accurrit
tandem a ipſe marcadell⁹. Re
quiſit⁹ de ſacco cuius eſſet mē
tiri noluit ſed reſpōdit. Sac
cus me⁹ eſt ſed qđ in eo eſt ve
ſtrum eſt. Ego thuribulū fura
tuſ non ſum. non tamē furem
prodā. Et recitauit eis ꝑ ordi
nem qualit᷑ ad ſe aduenerit a
quid furi promiſerit. Dicētib;
eis lex eſt Lōgobardye vt vel
furē prodas vel furis penam
ſubeas rn̄dit. In manibus ve
ſtris ſum qđ iuſtū eſt facite de
me. Ille ſibi ꝓſpicere volentes
hominem ferrariam ducētes ꝑo
teſtati optulerūt caſum expo
ſuerunt innocētie eius ac ſim
plicitati teſtimoniū bonum ꝑ
hibentes. Quē cum iudex indu
cere non poſſꝫ vt furē publica
ret capitali ſentētia ſup eū da
ta añ fores maioris eccleſie ta
ꝙ ſacrilegij reus decollat⁹ eſt.

Cuius corpus a q̄buſdā in eo
dem loco ſepultū eſt. Nocte ſe
quenti cū quedā religioſe ma
trone ciuitatis ad eccleſiā ꝓp
ter matutinaꝝ ſolēnia irent ve
niſſentq; ad tumulū eius can
tus āgelicos illic audierūt ce
reos ardētes viderūt inſup ⁊ ſua
uiſſimi odoris fragrātiā ſenſe
rūt. Quod cum ſcđa ⁊ tertia no
cte plenius ꝯpiſſent quecūq;
audierāt vel viderāt ſeu etiam
ſenſerūt epiſcopo ciuitatis rētu
lerūt. Qui cū eſſet vir religio
ſus aliq̄bus ſecum aſſumptis
cū nocte quarta eſſe ita vt mu
lieres dixerāt exꝑimēto didiciſ
ſet ſup tumulū; domis dei baſi
licā fabricari fecit ⁊ fiūt ibi mi
racula vſq; ad hodiernū dieꝫ
ad laudē nominis Chriſti.

Capitulū. xxxiiij.

Circa eadē tempa ciuis q̄
dam Louanieſis cū vxo
re ſua reb⁹ ordinatis ad vila
riū domū ordinis noſtri ſe trāſ
ferre diſpoſueāt. Erāt autē am
bo religioſi ⁊ religioſorum ſu
ſceptores deuoti. Habebāt ſecū
puellā adultā cognatā ſuam
que loco ancille tā ipſis q̄ ho
ſpitib⁹ ſicut teſtes ſunt cōuer
ſi noſtri ſatis ſimpliciť ac dili
gentť miniſtrabat ⁊ nomē vir
ginis Margareta. Scientes ho
mines quidā maligni pecuniā
illos habere collectā eadeꝫ no
cte qua ⁊ mane erāt profectu
ri circa octo domū illoꝝ ſero in
greſſi q̄ſi cū eis hoſpitaturi di
ctā puellā pro vino miſerunt.
Interim dn̄m ⁊ dn̄am totāq;
familiā ibidem reptā occidētes
⁊ ſublatis omibus puellā cum
vino reuerſā ſecū educētes do
mū quandā ſatis a ciuitate re
motā ſimul ingreſſi ſūt. Que
cū triſtis ſedereꝫ et hij qui in do
mo erāt eſtimarēt ꝙ vi rapta
eſſet duxerūt illam ad fluuiū.
Cui cū quidam ex latronib⁹
cōpateretur ⁊ diceret vn⁹ ſini
te eā viuere ⁊ ego ducā illam
vxoreꝫ non cōſenſerūt timētes
ꝑ eā prodi. Addentes porcōm
vni⁹ decē marcas vt eā occidereꝫ
ille agnā ſimplicē ſuſcipiens
tanꝙ crudelis carnifex ꝑus de ſe
cto ei⁹ gutture cultrū lateri mo
ribūde infixit. ſicq; deo hoſtiā vi
uēteꝫ in flumē piecit. Hoſpita
vero dom⁹ quā intrauerāt latē
ter egreſſos ſecuta q̄ facta ſūt
vidit. Mane tā execrabili faci
nore cognito turbata eſt ciui
tas queſiti ſūt latrones ſꝫ non
inuēti. Cōſideratis occiſoꝝ cor
poribus q̄ſtio hita eſt de puella
Cuius corp⁹ cum piſcatores
poſt dies aliquot inueniſſent

nec tamē prodere ꝑſūpſiſſent timētes ſibi crimē impingi in littore ſepelierūt· Circa cuius ſepulchrū alij tēpe nocturno luminaria vidētes effoſſam tu lerūt in louaniā capellulam ſu ꝑ eam fabricātes· Et fiūt vſqꝫ hodie meritis eius exigētibus miracula tam in loco occiſiōis illius ꝙ in loco tranſlationis· Supradict⁹ dn̄s eius Amandus nomīe cū vxore mōacho cuidā vilarienſi apparens cū de ſtatu eū interrogaret reſpō dit· Nondū plenam habem⁹ gloriā· Nouiſſime requiſitus de virgine ſb̄iunxit· Quicq̄d nobis impenſū eſt grt̄ie ex meritis habem⁹ Margarete nec audem⁹ reſpicere ad gloriā in qua illa eſt· Cernis nc̄ ꝙtum opet̄ ad martiriū ſimplicitas ⁊ innocētia vite? Omes quidē occiſi ſunt ſꝫ nō omes miraculis clareſcūt· Vnde patꝫ ꝙ nō pena faciat martirē ſꝫ cauſa· ¶ Nouici⁹· Que nā extitit cauſa martirij ī puella iſta? ¶ Mōchus· Vt iā fatus ſū ſimplicitas ⁊ vita innocuā· Diuſe ſunt ſpēs martirij· Innocētia videlicꝫ vt in Abel iuſticia vt in ꝓphetis ⁊ Johe baptiſta amor legiſ vt in Machabeis· cōfeſſio fidei vt in aplis· Ob hmōi cauſas diuerſas agn⁹· id eſt Chriſtus occiſus dicit̄ ab origie mūdi ¶ Nouici⁹· Quidā etiā ex nimia ſimplicitate ſeipōſ occidūt ¶ Mōch⁹ Tales a mrt̄ij gloria prorſus imunes exiſtūt niſi ꝑ cauſā impellentē excuſent̄· Ecce exemplū· ¶ Ca·xxxv·

Sacerdos q̄dam ſic mihi retulit q̄dam vir religioſus cū die quadā multis pn̄tibus ſmonē haberet de pen̄is a de penis gehēne mulier q̄daꝫ verba eius interrūpens eo ꝙ trita eſſꝫ ⁊ opūcta ſic ait· O dn̄e q̄d fiet de ocubis ſacdotū ille ſacēs fciaꝫ valde ſimplicis eē nature in ioco rn̄dit· Nunq̄ potuerūt ſaluari niſi clibanū ardentē ingrediant̄· Erat ⁊ ipſa ſacdotiſ ocubia· Que v̄bū ſacerdotis nō in ioco ſꝫ in ml'to ſuſcipiēs ſcio dū die q̄daꝫ cliban⁹ coq̄ndis panibꝫ ſuccēderet̄ ⁊ ipa adeſſꝫ caſu ōibꝫ egreſſis oſtiū clauſit ⁊ vt flāmas euaderꝫ etnas ſeipſā in caminū ardētē ꝑcipitās flāmis excepta ſpm̄ exalauit· In ipa hora hij q̄ cir̄ domū fuerāt otēplati ſūt colūbā candidiſſimā de ore fornacis exiēa cū mlta claritate celi ſecreta penetraē· Stupefcā āt de viſiōe effractis foribꝫ ingreſſi ſūt ⁊ fciam ſemiuſtā atꝫ extinctā ex̄hentes

adverbuꝫ predicti ſacerdotis tã
q̃ proprij corpis interfectricẽ
in cãpo ſepelierũt. Vt autẽ de
us oñderet mortẽ tam ſimplici
ter illatã non fuiſſe ex malitia
ſꝫ ex obediẽtia noctibus cande
lis ardentib9 videntib9 multis
tumulũ eius illuſtrauit. ¶ No
uitius. Nõ me ſcãdaliſat hoc
factũ qꝫ legitur in vitaſpatruꝫ
quendã abbatẽ cuidam volẽ
ti couerti vt fornacẽ intraret p̃
cepiſſe. Obediuit ille ⁊ reputa
tũ eſt ei ad iuſtitiã. Hoc etiaꝫ
ſcire delectat q̃d coluba de for
nace ſignificet. ¶ Monachus.
Aĩam ſimplicis femine. nam
in ſpetie eiuſdẽ auicule ſanct9
Bñdictus ſicut in eius vita le
gitur aĩam ſororis ſue ſcolaſti
ce vidit celos penetrare.

¶ Capitulũ. xxxvi.

COlũba hec ad mentẽ mi
hi reuocat monachuꝫ q̃n
dam ſimplicẽ Lodewicũ noĩe
qui añ hoc bienniũ apud nos
defunct9 eſt. Hic cũ tempe me
ridiano agoniſarẽ ⁊ couentus
dormiret monachus q̃dam in
ſomnis interim vidit colũbam
candidã in tecto cellule ĩ qua
moriẽs iacebat reſidentẽ. Cui
cattus niger inſidiabat᷑. Et cũ
eſſꝫ ei nimis importun9. colum
ba ab eo apprehẽdi timens ad
eccleſiaꝫ volitãdo fugiens ſup
crucẽ aſcendit ibi reſidẽs ſecu
ra. Eadẽ hora viſum alteri cui
dam monacho fuit qꝫ fratrib9
circulariť hinc inde ſtantibus
leo circuiens ſtationẽ eandẽ ir
rũpere niſus ſit ⁊ intrarẽ ſꝫ a ſin
guľ prohibebat᷑ et calcibꝫ eo
rũ impulſus fugabat᷑. Interiꝫ
pcuſſa tabula couentus accur
rit morientẽ circũſtetit. Dicta
qꝫ letania ſacerdos defunct9 lo
tus ⁊ veſtitus cũ ſolemni cãtu
deportat9 eſt in oratoriuꝫ ⁊ ſpe
ro qꝫ catti leoniſqꝫ euaſerit inſi
dias. Dyabol9 catto ⁊ leoni q̃
ſatis in forma ⁊ in natura con
cordãt ſimplitiũ animab9 mo
rientib9 maxime inſidiando ꝓp
ter rapacitatẽ aſſimulat᷑. Qui
fortiter impellat᷑ et repellatur
orõibus iuſtoruꝫ in hora illa
terribili ſatis audies in diſtin
ctõne vndecima de morientibus
Ide Lodewic9 licet natura ſim
plex fuerit ſatis tamẽ carnaliť
ante couerſionẽ vixerat vſqꝫ
ad etatẽ decrepitaꝫ. Quantũ
vero virtus ſimplicitatis deo q̃
nature ſimplicis ẽ placeat cui9
dã ſanctimonialis mors pñtis ſa
declarabit. ¶ Ca. xxxvij.

IN dioceſi Treuerẽſi monaſte
riuꝫ quoddã ſanctimonialiũ
ſituꝫ ẽ lutere vocabulo. In hoc

ex quadā antiqua ꝯſuetudīe
nulla recipit᷑ puella niſi ſeptē
nīs ſit vel infra. Ad ꝯſeruatio
nē ſimplicitatis q̄ totū corpus
lucidū facit huiuſmōi ꝯſtitu
tio ſiue ꝯſuetudo inoleuit. Erāt
enī in eodem cenobio recētiori
tempe virgo quedā adulta ſꝫ
in rebꝰ mūdanis tā infantula
vt vix diſcernē poſſet inter pe
cus ⁊ hominē ſecularē eo q̄ hu
iuſmōi formaꝝ ante ꝯuerſio
nem nullā habuiſſet noticiā.
Die q̄dā murū pomerij capra
aſcēdit. Quā illa videns ⁊ q̄d
eſſet prius ignorās ait cuidā
ſorori iuxta aſtāti. Quid eſt
hoc? Illa cognoſcens eius ſim
plicitatē miranti iocularit᷑ rn̄
dit. Mulier eſt ſecularis ⁊ ad
iecit. Qn̄do ſeculares mulieres
ſeneſcūt cornua ⁊ barbas emit
tūt. Illa ſic eſſe putans aliq̄d
ſe didiciſſe gratulabat᷑. Cūqꝫ
ꝑ huiuſmodi ſimplicitatis ex
empla ſepius ſororū maturita
tē tempaſſet grauiſſimā incur
rit egritudinē. Que cū ſic iace
ret vt vix loqui poſſet viſitātē
ſe infirmariā ꝑmo verbo deinde
ſigno vt ociꝰ recederet indica
uit. Illa neutrū intelligēte dū
ſtupida ſtaret egrota panni
culū capitis ſui ꝯplicans con
pectus ſtantis leuiter iecit que
mox ac ſi lapide ꝑcuſſa eſſet in
terrā corruit. In qua dum ſine
ſenſu aliq̄mdiu iacuiſſꝫ erecta
ꝑ feneſtrā lecto infirmātis con
tiguā proſpexit ⁊ ecce in cimite
rio m̄ltitudo ſtabat dextrario
rū ſellas deauratas frenaqꝫ au
rea habētiū. Cunqꝫ in ipa hora
virgo agonizarꝫ ſororibꝰ pro
pius accedētibꝰ clara voce cla
mare cepit. Date locū date lo
cū ſinite dn̄os iſtos accedere.
Viderat enī cellulā repletam
ꝑſonis miri decoris atqꝫ ſplen
doris quorū veſtimēta deaura
ta videbātur. Sicqꝫ obdormi
uit in dn̄o. ¶ Nouiciꝰ. Puto
celeſtē fuiſſe exercitum qui ani
mā illius ſimplicis femie in ce
leſtē deducebant thalamū ¶
Monachꝰ. Bene ſentis. Vnū
tamē notare debes videlicet q̄
infirmaria equos vidit in cimi
terio moriēs vero aſcēſores in
domo. Teſtis huiꝰ viſiōis eſt
Hēricus prior predicatorū in
Colōia qui ſe eā a predicti lo
ci ꝑpoſito audiuiſſe cōmemo
rat.

¶ Explicit Sexta
diſtinctō.

¶ DEO GRACIAS.

Ceſarij ciſtercienſ mōchi:
in ſecūdam dyalogi miracu
lorū partem: prologus. In
cipit feliciter

PRemiſſis ſex diſ
tinctiōibus. vi
delicet. de cōuer
ſione. de contriti
one. de cōfeſſione. de tētatione.
de demōibus a virtute ſimplici
tatis. inter ſex adhuc ſupſtites
ꝑmam diſtictōnem ſibi vendi
cat beata dei gēitrix virgo Ma
ria: eo ꝙ ipſa ſit digniſſimū ec
cleſie mēbrū. Et hoc nō incon
grue fieri videtur in ſeptimo
loco: quia ſcđm philoſophoſ
ſeptenari9 numerus eſt virgi
nitatis: eo ꝙ infra ꝑmū limitē
denariū: nullū numerū ex ſe ge
neret. Qđ virgo gēuit: ſupra
naturā fuit Ipſa eſt enī virga
de radice yeſſe exorta: q̄ florem
nobꝫ ꝑtulit: ſup quem ſpiritus
ſeptiformis gratie reqeuit. Cu
ius virtutē ut digna ſcribere:
a ſcribenda poſſim ꝑficere: ſup
pliciter imploro. :

Explicit ꝓlogus. Incipiūt
ſeptie diſtictōnis capitula.

DE hijs que beatam virgi
nem Mariam miſtice de
ſignant: et de beneficijs hūa
no generi ꝑeā collatiſ .ca. i

DE ymagine ei9 q̄ ſudauit
timore diuine ſētentie. Ca. ij.

DE plaga friſie: ob iniuriā
dominici corporis. Ca. iij.

DE ſacerdote ydeota: q̄ a ſcō
Thoma cātuarieſe degradat9:
per Mariā virginē officiū ſuū
recuperauit. Ca. iiij

Item de ſacerdote i derlar
ꝑdcō: a depoſito: cui ſācta Ma
ria eccīaꝫ reſtitui ꝑcepit. ca. v.

DE ſancto Innocētio papa
quē ſancta Maria corripuit ꝑ
Reneꝫ cū i ordinē ciſtercieſiū
exactōes facē cōaret. .Ca. vi.

DE vindicta hoſtiuꝫ loci ſā
cte Marie. .Ca vii.

DE Henrico canonico ſācti
Cumberti: qui per interceſſio
nem ſancte Marie conuerſus
eſt. .Ca. viii

DE monacho apud monaſt
eriū infirmato: qđ trappa dicit
cui ſancta Maria gratiā ꝯfiten
di obtinuit. .Ca ix.

ITem de duob9 mendicis i
hoſpitali ei9 pariſius egrotan
tibus. quos de confeſſione mo
nuit Ca x

DE Petro monoculo abbe
clareuallis: cui in eccleſia ſpirē
ſi ſācta Maria benedictioneꝫ
dedit Ca xi

ITem de monachis ac con
uerſis in hemerode: quib9 ad

vigilias benedixit: Henrico cō
uerſo inſpiciente. ¶ Ca. xij.
Itē de eo dē cōuſo et ceteris cōuerſ
infirmis: quos noctu viſitans
benedixit. ¶ Ca. xiij.
Item de monachis: q̄b9 dormiē
tib9 bn̄dixit: vno tn̄ neglecto
q2 inordinate iacebat. ca. xiiij
De eo q2 btā virgo Maria: cū
ſcā Eliſabeth: et Maria mag
dalenā p̄d cō uerſo appuit ca. xv
Vita domini Chriſtiāi mōchi
de Hemmenrode. Ca. xvi
De ſacriſta de Lucka: q̄ nocte
ſcām Mariā ſuper altare reſide
re conſpexit. Ca. xvij
Itē de q̄dā mōcho eiuſdē cēno
bij: q̄ ſāctā Mariā ad vigilias
circuire: et ſingulo2 mōcho2ū
vult9 detegē vidit: duobus tm̄
neglectis. ca. xviij.
Item de altero monacho ei9
dem clauſtri: cui btā Maria ſu
p altare in aere inter mlᵗitudi
nem ſāctorū appuit. ca. xix.
De viſione nobilis virginis
de Ruide. ca. xx.
De criſtina ſcīmoniali. q̄ ſcām
Mariā in ſua aſſumpcōe coro
nā de celo ſup cōuentū vallis
ſcī Petri demittē oſpexit. ca. xxi.
De fratre i Arnſbg. quē btā v
go p ſeipā viſitā e digta ē xxij
De Ottoē p̄poīto Xātēſi q̄ p̄
cib9 ſcē Marie a duplici īfirmi
tate curatus ē. ca. xxiij.
De clerico. cui ſcā Maria pro
lingua ab albiēſibus hereticis
p̄ciſa. nouā reſtituit. ca. xxiiij
De Adā monacho de Lucka
per ſanctam mariam a ſcabie
capitis curato. et de ſanitatib9
q̄s operatᵗ in mōte peſſulano et
pāgie ei9 apō ſardanai. xxv.
De cōuerſo: q̄ p aue Maria ab iſte
ſtacōe dyaboli liberat9 ē. xxvi
Item de incluſa: q̄ eodē bn̄ficio il
luſiōes dyabolicas euaſit. xxvij
Itē de matrona: q̄ p eādē ſaluta
cōe āgelicā liberata ē ab oppſ
ſiōe adulterij. ca. xxviij.
De theoderico milite: c9 vincula
meritꝭ ſcē marie dirupta ſūt xxix
De ſacerdote de Peloge: cui ſcā
Maria appns tiores tonitruo
rum tpauit. ca. xxx.
De btā Elizabeth de Sconaw
a: q̄ ad illū v̄ſiculū Audi nos ac
vidit ſcām Mariā flexis genib9
xp̄m p cōuentu orare. ca. xxxi
Itē de cleico cui ad illū v̄ſiculū O
ra v̄go: panē ſcā Maria i os mi
ſit. ca. xxxij.
De milite: quē ppᵗ vxorē dn̄i
ſui temtatū ſcā Maria p oſcu
lū liberauit. Ca. xxxiij
Itē de ſcīmōiali quā p alapā ſa
nauit: cū iā amorē cuiuſdā cle
ri eēt accēſa ca. xxxiiij.
Itē de beatrice cuſtode. ca. xxxv

De milite in vigilijs deficiente: quē sancta Maria in visione cōfortauit. Ca. xxxvi
De Herico monacho eiecto qui meritis beate Marie receptus est. Ca. xxxvii
De miris visionib9 domini Bertrām monachi de caritato. Capitulum xxxviii
Uita domini vualteri de Birbach. Ca. xxxix.
De abbate nostro cui virgā pastoralē sancta Maia porrigere visa est: antequam in abbatē promoueretur. Ca. xl
Item de episcopo Theoderico q per ipsā Colonie in antistitē est pmotus: eiusqz nutu depositus. Ca. xli.
De scolari Coloniensi: quē sancta Maria i somnijs corripuit. cū ordinī malediceret. xlij
De pena Syboldonis et sociorum eius ob iniuriā bate virginis. Ca. xliij
De pena lusoris. q blasphēauit sāctam Mariam. Ca. xliiij
Item de pēa cui9dā matrone de veldēze: q de ymagine scē Maie stulte loqbatur. Ca. xlv
Item de alia matrona. que filias a lupo raptas per ymaginem recepit. Ca. xlvi
De ymagine sancte Marie i pesse. Ca. xlvii
De mōcho medico: cui sancta Maria in choro electuariū suū p̄mo negauit: et postea emdato donauit. Ca. xlviij.
De sctīmoniali: cuius tybiā lesam sancta Maria in visiōe pūxit et sanauit. Ca. xlix
De incluso q per aue Maria sensit mirā dulcedinē. Ca. l
De monacho: quē scā Maia deosculabatur an morte. ca. li
De Hermāno cōuso p quo defatigato sancta Maria horā cantauit et finem p̄dixit. ca. lij
De pauone ouerso qui scāz Mariā i fine vidit. Ca. liij
Item de sanctimoniali cui morienti appuit. Ca. liiij
Item de Vuernero monacho: cui in extremo subuenit: cū a demonib9 trētur. Ca. lv.
Item de canonico Coloniensi: cui in fine se ondit. ca. lvi.
De Simone cruce signato: quem sancta Maia morientē cōsolata est. Ca. lvij.
De milite decollato: qui per eam euasit gehēnam. Ca. lviij.
Item de latrone: quem decollatū sepeliri iussit i eccl'a. lix
De monacho: qui ordinem Cisterciēsē sub ei9 pallio vidit in regno celorū. Ca. lx.

Incipit distinctio septima: Capitulū p̄ Cesarius

Johannes in Apocalipſi vidit
mulierem amictam ſole: et lu
nam ſub pedibus eius. et coro
nam duodecim ſtellaruꝫ in ca
pite eius: atqꝫ in vtero haben
tem. que clamabat parturiẽs
et cruciabatur vt pareret. et c.
Mulier hec p Joh'eꝫ viſa virgo
eſt ſcã Maria: ſole lucidior ful
gore caritatis. luna ſupior id
eſt mũdo contẽptu glorie ſecu
laris. omniuꝫ virtutum ſtellis
tanq̃ dyademate gẽmato co
ronata. et qd illi digni9 eſt di
uino partu fecũdata Hanc de
ſignant p exemplũ mons. caſ
telluꝫ. aula. templũ. thalam9.
et ciuitas. palma. cedrus. vitis
roſa: et cum iſtis innumeroſa
nominum nobilitas. Miror
in huius glorioſe virginis de
ſignatione virgam floridam
et rubum inter flammas vren
tem: vellus madidum Gedeo
nis. thronũ eburneũ. ac deauã
tum Salomonis. fontem ſig
natum. ortum clauſum. et alia
q̃plurima: que breuitatis ſtu
dio ſunt omittenda. Sicut ẽ
nim in creaturis vniuerſis ma
tre creatoris nil ẽ ſanctius. nil
dignius. nil precellencius: ita
eius viſione nulla ſanctorum
viſio dignior. nulla iocundior
nulla eminentior. Cuius pre
ces vt quidam ait. vita. cui9
nomen triſtia. cuius odor lilia:
et cuius vincunt labia fauum i
dulcedine. Super nucem ſapi
da. et ſuper niuem candida. ſu
per roſam roſcida: ſuper lunaꝫ
lucida veri ſolis lũie. Apol
lonius. Beati vero et ter beati
qui tante virginis viſione dig
ni habiti fuerint letificari. et ſer
mone iocundari: oratione con
ſolari benedictione confirma
ri. Ceſarius. Hoc plenius
noſces per exempla. Audiſti
iaꝫ ex parte figuras et enigma
ta. Vis nunc ſcire qualia et quã
ta mundus per ipſam oſequa
tur beneficia? Apollonius.
Nihil plus ſitio. Ceſarius.
Ipſa eſt orbis conſeruatrix. et
tribulatoruꝫ conſolatrix: fida
ſibi famulancium defenſatrix.
Per ipſam peccatores illumi
nantur. deſperati ad confeſſio
nem reparantur: apoſtate a
deo per ipſam deo mirabiliter
reconciliantur: iuſti reuelatio
nibus conſolantur. Nomen
eius et memoriale eius mortuos
ſanat: demones fugat. vincu
la ſoluit. timores pellit: tempta
ciones compeſcit. Per ipſam
puſillanimes confortantur:
torpentes excitantur: eiecti au
tem miſericorditer reuocantur

diligentes ſe diligit. pmo dili
gendo preuenit et honorat: et
contemnentes ſe . quia iuſta
eſt . punit et humiliat . Apud
ipſam electuaria ſunt confor
tatiua: vnguenta ſanatiua. Nom
ei9 ſup mel dulce: et hereditas
ei9 ſup mel et fauuz. Morienti
bus aſſiſtit: et mortuorꝝ aīas
ad vitā pduc̄ et͛nā ¶ Apollōi
us Licet omnia hec credam de
illa: vellē tamē mihi eadem exē
plis delucidari. ¶ Ceſari9 Que
a viris audiui religioſis tibi re
ferā: ipſi9 ut ſpero oratione ad
iutus. Qꝫ vero mūdus ei9 meri
tis pcibuſqꝫ oſeruet͛: binis tibi
pandā exēplis. Ca ij

Ante hos ānos. qñ validi
illi fuere vēti atqꝫ tonitru
a. quorꝝ mēcionē feci in diſtin
ctione quarta ca°. viceſimo p
mo: cū i quadā eccleſia proui
cie noſtre populus ſtarꝫ. et di
na ſacerdos celebraret: ymma
go dei genitricis taꝫ vehemēter
ſudare cepit ut aſtantes nota
rēt et mirarentur: atqꝫ ipē ſudo
rꝫ gutte peplis matronaruꝫ ex
tergerent͛ . Nutu dei obſeſſus
eadē hora affuit: requiſitus de
cauſa hoc rn̄dit. Quid ſtatis
ammirātes: Filius Marie manū
extēderat ad feriēdū. Quā ſi nō
ipſa tenuiſſꝫ: mūdus iā minie
ſubſiſteret. Ecce hec eſt cauſa
ſudoris. Et territi ſūt oēs audiē
tes verba taꝫ ſtupida. Hec mi
relata ſunt a quodā abbe reli
gioſo ordinis noſtri: tūc tēpis
recenter geſta. Capitulū . iij

Paruo poſt hec emenſo tē
pore. āno videlicet gratie
. M. cc. x viij. mare in ptib9 fri
ſie t͛minos ſuos egrediēs . mul
tarū puinciarꝫ t͛ras occupauit.
villas deleuit: eccleſias lapide
as deiecit: tantā extinguens hoī
nū multitudineꝫ: ut ſumma cē
tum milia trāſcēderꝫ. Ita exalta
ti ſunt fluctus ei9 . ut turriū alti
tudīes opīe viderētur: et pcella
pcellam impellens generale di
luuiū minaretur. Et ſic dictum
fuit abbi noſtro. cū eodē anno
viſitacōis grā friſiā itraſſꝫ. fluc
tus furētes etiā vſqꝫ Coloniaꝫ
puemiſſent: ſi nō is qui eos exci
tauerat. genitricis ſue ut poſte
a dicetur pcib9 compeſcuiſſet.
¶ Apollonius. Noſti cāꝫ tāte
plage: ¶ Ceſari9 Noui. Friſo q̄
dam arte pugil in eadē proui
cia extitit: qui quotiēs de taber
na ebrius rediit: totiēs vxoreꝫ
verberib9 et plagis ſatis tribu
lauit. Tēpore qdā timore mai
ti ifirmitatē ſimulans. ne ſimu
lacio eadem poſſet notari: cor
p9 domini ſibi dari poſtulauit.

Venienti ſacerdoti pugil cum
cipho ceruiſie ebri9 occurrens
bibere monuit. Et cū ille reſpō
deret. corpus domini porto: nō
modo bibam: iratus friſo. cum
cipho pixidem pcuſſit. ⁊ omnes
hoſtias de illa excuſſit: ita vt p
pauimentū diſpgeretur. Ma
trone vero que cōſolacōis gra
tia ouenerant. ſup ſingulas ho
ſtias tanq̄ ſtellas radiātes vi
derūt. Quas ſacerdos gemēs
ac dolens in pixidē recollegit: ⁊
abijt. Friſo vero a decano pui
cie citatus excōicatus eſt: ſʒ nō
curauit. Qui tādē ad hoc opul
ſus eſt: vt cruce p tanto ſacrile
gio ſignatus. cū iam dicto ſac
dote eciaʒ cruce ſignato veniret
Romā. Cui domin9 Honorius
Papa culpam cōfitēti p peni
tencia iniūxit. vt mare trāſiret:
ibiq3 tribus ānis in armis xpō
ſeruiret. Quid plura? Mare
trāſierūt ambo: ⁊ ante Damia
tā mortui ſunt ambo. Quib9
defunctis: cum āno eodeʒ domi
nus prouinciā terribilit̄ vt ſu
pradcūm eſt plagaſſʒ. ⁊ cauſa
plage populum latēt: matrōe
cuidam valde religioſe domio
in ieiunijs. oracionib9. vigilijs
⁊ elemoſinis ſuienti. materte
re videlicʒ dn̄i wymboldi ab
batis ſācti Bernardi: beata dei

genitrix lacrimis ei9 mota. po
puliq3 miſerta apparēs. ſic ait.
Propter iniuriam filij mei i ſa
cramentū corpis ei9 fcām. ſub
merſa eſt Friſia: ⁊ adhuc am
plius plagabitur: ſi cōdigna
penitēcia nō fuerit ſbſecuta. Ex
quibus verbis colligitur: q̄ n̄
ſolum pugilis. ſed comunib9
populi peccatis exigentib9 hoc
euenerit. Moxq3 adiecit mater
miſericordie. Leua oculos tuos
contra mare. Quod cum feciſ
ſet: contemplata eſt pixidem a
pugile percuſſam i ſummitate
fluctuum natantem. Que cuʒ
in tantum approximaſſʒ vt poſ
ſet agnoſci. ait. Ecce corpus fi
lij mei. In loco enī vbi diſpſuʒ
eſt: edificāda eſt eccīa. Et debet
ei tāta exhiberi reuerēcia: quo
modo ſepulchro domico. Hoc
eciā noueris: q̄ ambo mortui
ſunt. Pugil ſcʒ ⁊ ſacerdos: ſed
Pugil eo q̄ ſine cōtricione ob
ierit. ſepult9 eſt in inferno: ſac
dos vero tenet adhuc in purga
torio. Retulit tam̄ nob Theo
deric9 pōr de Veſſe. eūdeʒ Pugi
lē quātū ad ſig exteriora cū p
ficiſceret̄ ſatis magnā habuiſſe
ptcōeʒ: ſʒ credēdū eſt btē dei ge
nitrici. Hac viſiōe ognita: dn̄s
Theobald9 ep̄s Monſterieñ ad
c9 dioceſiʒ maria pſ Friſie ptinʒ.

mıſſis litteris ſuis p Vdidam
ſancti Bernardi cellerariū. ſi
cut ipſe nob retulit: ſolēne; p
uincialibus pnīa; iniūxit. Qz āt
inſufficiēs fuerit ex hoc pbať.
q āno pterito denuo punita ē
friſia multis milibus p aquaȝ
inundationes ſubmerſis. Ma
trona quedā predives ex pdi
cti pugilis domo: eccleſiā edifi
cauit. Ex hijs que dcā ſūt con
ſiderare potes: q ſolicita ſit cir
ca hominū ſalutē beata virgo
Maria: cui tāta cura extitit de
penitēcia. Qz vero tribulatorū
ſit cōſolatrix: ſequentia decla
rabunt. Ca. iiij.

Retulit quidā mihi abbs
de ordine noſtro. de ſan
cto Thoma cātuarienſe. qui
noſtris tēporib9 martiriſatus
eſt. qddā ſatis delectabile. qd
nec in ei9 paſſiōe legitur. nec i
libris miraculoȝ ei9 repiť. Cū
eēt i eius dioceſi ſacerdos qdā
v deota. nullam ſciens miſſam
niſi de domina noſtra. et illam
quotidie celebraret. atqz apd
eū de hoc accuſaret. phibitus
eſt ob honorē ſacramēti a be
ato epiſcopo. de cetero dicere
miſſas. Qui cū eſſet in tribula
tiōe et egeret. beatāqz virginē
iugiter inuocaret: illa ei appns
ait. Vade ad Epiſcopum: et
dic ei ex parte mea. qtinus tibi
reſtituat offitiū tuū. Reſpōdit
ſacerdos. Dn̄a ego paup ſum.
et pſona deſpecta: nō me audi
et: neqz mihi patebit acceſſus
ad eū. Beata virgo ſubiunxit
Vade: et ego tibi viam ppara
bo. Et ille. Dn̄a nō credit verb
meis. Reſpōdit ei. Dices ei pro
ſigno: q cū tali hora in tali lo
co ciliciū ſuū diſſutū reſarciret:
ego illud ex parte vna tenebā
adiuuās eū: ſtatiqz credet tibi.
Mane ſacerdos ſine īpedimen
to intrās ad Epiſcopū. beate de
i genitricis referēs nūtiū. cū ille
diceret vnde credam te ab ea
miſſum: predictū ſignum de cili
tio ſubiūxit. Quo audito: bea
tus pōtifex ſtupēs ſil ac pauēs
Rn̄dit. Ecce reddo tibi officiū
tuū: et precipio tibi: ut tātum
miſſam de dn̄a nr̄a cātes ac fre
quentes. oreſqz p me. Apol
lonius. Satis miror pietatem
domine noſtre. ut v deotam de
poſitiōe dignum ſic defenderet:
et miniſterio tanto dignum iu
dicaret. Ceſarius. Hoc actū
eſt ex ineffabili eius miſericor
dia: ſicut i ſeqnti capitulo am
plius mirari poteris. Ca. v.

Canonic9 qdā ſancti Bere
onis in Colōnia Harde
fardus nomine. vir nobilis.

oriundus de Merenberch. pa
ſtor erat cuiuſdā eccleſie ſuper
fluuium logonā ſite: vocabu
lo Derlar. Cum eēt liberalis et
multa cōſumeret. nec ānui ei
redditus ſufficerēt: putans iā
dicte ſue ecc̄ie vicarium mltā
habere pecuniam: cogitare ce
pit qualiter aliquid extorque
ret ab illo. Sciens proceſſus ho
minē illitteratū aſſumpto ſecū
decano Limburgēſi. in ipā dñi
nica infra Epiphanie octauā
cuius offitiū difficilimū eſt: cū
ſe ſacerdos preparaſſet. et ecc̄iā
tanq̄ miſſam auditurus intra
uit. Expauit ille viſis tātis vi
ris: et facta tñ confeſſiōe. eo q̄
ignoraret officium diei. intro
itum de ſancta Maria. ſcilicet
Vultū tuum deprecabuntur.
inchoauit. Quē Harderardus
cōfundere volens: auctoritate
cure paſtoralis officium diei ī
cepit id eſt. In excelſo throno
Cui cum ſacerdos reſiſteret:
ceſſit ille confuſum ſe ſimulans
Finita miſſa cum illum dure ſa
tis argueret. diceretq̄. qualē
miſſam dixiſti hodie: et ille re
ſponderet de domina noſtra. nō
ne bona fuit: adiecit Harde
rardus. Videte ne vnq̄ de ce
tero miſſam dicatis in eccleſia
mea. Sicq̄ receſſit: alio ſacer

dote ſubſtituto. Et cum egerē
pauper ille amotus. compaſſa
eſt ei mater miſericordie: nocte
quadam Harderardo dñs ma
tutinis in ecc̄ia ſancti Bereo
nis ſoli apparens: durius allo
cuta eſt dicēs. Vt quid repu
liſti capellanum meum: auari
cia tua ad hoc te inſtigante?
Si non celerius eum reſtitue
ris: lingue officio a me priua
beris. Ille ad pedes eius corru
ens et veniam poſtulans: omē
ſatiſfactōnem promiſit. Mox
mane directo nūcio amotum
reſtituit: mandans ſicut ſupr̄
dictum eſt de ſcō Thoma. vt
miſſā de ſcā Maria q̄cunq̄ die
vellz celebrārz: ipā eq̄ p ſuis pec
catis interpellarz. Adhuc ei idē
ſacerdos viuit: et prec̄ cuidā mō
ſterio ſcīmonialiū: cuius ipē in
ciator extitit. Apollonius.
Bonum ē tali ſuire domine: q
ſic ſibi ſeruiētibus ſbuenit. Ce
ſarius. Nō ſolū eos a q̄bus affli
gūtur mone et corripit. ymo eciā
q̄ illorū ſūt poteſtē defendit. cavi
pe illo. q̄ Baldeuuinus co
mes Flādrie cū cruce ſig
tis Cōſtātiopoli expugnūit dñs
Papa Innocencius ordi lr̄is ſuis
mādauerāt vt q̄d vr̄ gcſiā pte oi
um rerum ſuarum mobilium
in ſuccurſū terre ſcē tranſmitterē.

Ordo vero priuilegijs ſibi ab e
ius preceſſore indultis inmitēs.
ne libtatē cōceſſam vertere vi
deret in ſeruitutē·tam grandi
exactōni ſubiacere nō acqeuit
Vnde Innocentiꝰ furēs·in tm̄
ordini idignabatur· ut digni
tatibus ſecularibus indulgerꝫ
q̄tinus poſſeſſiones ordinis ſi
bi vſurparet· In primo vero
genēali capitulo abbates q̄ cō
fluxerant: ſpem ſuaꝫ in beata dei
gēitrice que ordinis patrona
eſt a aduocata ponentes · ſciē
tes ſentētiam male cōceptam
eius pcibus facile poſſe ꝛuoca
ri: ſpāles pro eadē neceſſitate
vſqꝫ ad proximū capitulū ora
tiones iniunxerūt· Hoc etiam
adijciētes: ut a capite quadr
geſime nudis pedibus de capi
tulo exeūtes: ſeptem pſalmos
cū letania cātarēt· Quod ꝛ fe
cimꝰ· Interim beata dei gēitrix
virgo Maria. cuidā religioſo
nomine Reynero iā dc̄i Inno
cēcij cōfeſſori apparēs: in hec
verba eidē mādauit· Tu ordi
nē Ciſtercienſem cuiꝰ aduocata
ſum ego. deſtruere conaris: ſed
nō pualebis· Et niſi citiꝰ de tu
o malo ꝓpoſito reſipiſcas: ego
te et oēm poteſtatem tuā cōte
ram· Huiuſmōi nūtio dn̄s In
nocentius audito. ſciens Rey

nerū virū eē ſcm̄ ac veracē: tīu
itā tm̄ de cōcepto pcc̄o penitēs
ut ordinis puilegia roboraret.
hoc adijciēs: ut pmo oīꝫ nego
tia ordinis in curia expedirent.
Quā indulgētiam cū tam ſu
a bulla qm̄ oim cardinalium
ſbſcripcionibꝰ confirmarꝫ: et
vnus tm̄ nigri ordis cardina
lis contradiceret: ita i illū exar
ſit: ut ſtati eū āmouere minaē
tur· Cūqꝫ primo capitulo pa
tribus nr̄is inotuiſſent Chriſ
tum eiꝰ qꝫ genitricē de tam ino
pinata immutatione glorificā
tes: orationes iniunctas cū gr
tiarū actione dimiſert· Apol
lonius· Non miror: ſi aduoca
ciā ſuam tam potēs regina de
fendit· Ceſarius· Veruꝫ di
cis. licet em̄ ſit mat miſericordie:
nō tamē obliuiſcit circa immiſe
ricordes vindicte. Ca· vij·

CVm nobilis femina dn̄a
Aleydis de Molſbergh
cū cōſenſu mariti ſui Euerardi
Burgrauij quedā allodia ſua
per inſpirationem diuinaꝫ ad
nouam abbatiam ordinis nr̄i cō
ſtruendā. i manꝰ domini Hein
rici abbis noſtri libere et ſine
omni cōtradictiōe tradidiſſet:
et ante ipſius mortem domus q̄
vocat locꝰ Marie cōſtructa
fuiſſꝫ: viri quidam nobiles ex

ei9 cognatis· poſt ei9 mortem
contra iuſiurādum venientes:
eādē nouellā plātacōnem que
rimonijs· minis· rapinis· mlʼtiſ
q3 alijs incōmodis moleſtare
ceperūt· Scā vero dei genitrix
virgo Maria eiuſdē3 cenobij
domina et aduocata. ſicut a mlʼ
tis dicebatur· hoc apud filium
egit· vt Henricus de molſbg·
qui precipuus videbatur obſi
deretur: vt ſupra vires dampni
ficatus de ꝓprio caſtro elimina
retur· De Segebergh vir no
bilis· a quo multū domus pre
dcā vexabatʼ: a ſeruo ſuo ſatis
miſerabilitʼ occiſus eſt· Alius q̄
dam ad eius depdacōnē prope
rās: in via crepuit medi9. Quā
vindictā cū audiſſ3 alius q̄dā
nobilis vn9 de coheredibus: ve
nit ad locū timore corrept9 di
cens· Dn̄a mea ſcā Maria ſint
tua tibi: parti ego mee renūcio
Vuilhelmus miles de Helpen
ſtein ab vxore inſtigatus· que
ſe heredem poſſeſſionū collata
rum dicebat: curtim meliorem
inuadēs· fratres mlʼtis expenſis
grauabat· Interim ſacerdos q̄
dā religioſus cōfeſſor eius no
cte quadā in loco ſcē Marie ſe
ꝑ viſu3 trāſpoſitū vidit: et cum
quidā ex ſacerdotib9 celebrātu
r9 eēt miſſa3· et a ſupdcō Vuil



helmo ipedietur: vir q̄dā niger
rim9 fuſte illū pcuſſit et occidit
Quē viſu3 cū ei recitaſſet· aſſerēs
eū in breui moritur n̄ a vexacō
ne monchor ceſſaret: ille ſtimu
lis q̄tidianis vxoris ſue ſe virge
ri conquerēs· n̄ acq̄euit ꝯſilētī
Citatus litteris papalibus cū
eēt in uioleta poſſeſſiōe· et iudi
ces cū aduocatis iam negociū
diuci9 ptractaſſent: tādē ptib9
duos dies p̄fixerit· vnū amica
bilem ad cōponēdū· alterū ad
litigādū· Qui cū ꝯponē nō poſ
ſent· dieſq3 tres adhuc ſupeēnt
ad litigādū: Johannes de Ho
richeim in vetei monte conuer
ſus· proxima nocte vidit ſe in
ſomnis eē in loco ſancte Marie:
audiens v̄ginem glorioſa3 cla
ra voce dicente3· Oportet me
recedere a loco iſto dicente cō
uerſo quo ibis domina: Reſpō
dit· Ad filium meum conqueri
de Vuilhelmo de Helpenſtein:
qui me nō ſinit quieſcē in loco
iſto· Mane vero viſionem re
ferens cellerario iam memora
ti Vuilhelmi: ſubiunxit· Scia
tis pro certo· q2 aduerſarius
noſter cito morietur: ꝓpt ꝯuē
tū loci ſcē Marie· Cui ille ſbridē
do rn̄dit· Non curetis: tn̄ velle
m9 eē abſoluti ab eo· Qui poſt
dies paucos pede truncatus:

penā ſoluit irriſiōis. Eadē vero
die cum willhelm⁹ circa nemuſ
ſpatiaret᷑. miſum portās ſuper
pugnū. a duob⁹ filiis comitis
ſeynēſis qui hominez ſui iuris
captiuū ducebāt. quē ipſe excu
tere miſus ē. lancea transfoſſuſ:
animā protin⁹ exalauit. Eadē
hora obſeſſa q̄dā in villa q̄ tris
dicit᷑ a caſtro helpinſtep̄ ſatiſ
ꝛmota. Ita cepit ſaltare. man⁹
q₃ cum cachinno oplodere: vt
vix a duodecim poſſ₃ tenei. In
terrogata quid haberet: Rn̄
dit. Mō in hac hora magiſter
meus acquiſiuit tres animas.
Noueritis willhelmū de helpin
ſteyn iā occiſum. Nouitius
Que fuerunt ille tres anime?
Mōach⁹. Occiſi et occidēti
um. ſicut coniicio: eo q̄ animā
mortui habuerit in re: alias du
as in ſpe. Nō multo poſt int̄ro
gatus dyabol⁹ in briſeke de aī
ma eiuſdē willhelmi: p os alteri
us femie rn̄dit. Magiſter me
us habet eā. ꝗpter monachos q̄s
ſpoliauerat pice et ſulphure il
lā infudit: vſq₃ ad ſummuz re
plens. Vxor vero q̄ ad tm̄ ma
lū inſtigauerat euz. poſt breue
tēpus a p̄ugno de caſtro cuz
liberis eiecta eſt. Nā cum ſit in
expugnabile cuz ſcalis nocte
intrans. illā turpit᷑ eiecit. mu

ria beate dei genitricis vindicās
Ab illo tempe vſq₃ hodie mō
ſteriū curti eandē quiete poſſi
det. meritis glorioſe v̓ginis ad
iutū. Nouiti⁹. Satis mihi
iā probatū eſt: q̄ ipſa totius
ſit orbis cōſeruatrix: tribulato
rū cōſolatrix: fida ſibi famulā
tiū defenſatrix. Qz autez pecca
tores per ipſaz illūmentur. qđ
hijs omnib⁹ ſalubrius iudico:
aliquo mihi oſtēdi p̄ eor exem
plo. Monach⁹. Cū homo
homini ſepe p̄ mā obtineat gra
tiam: multo ā plius hoc creden
dū eſt de mr̄e dn̄i. Ca. viij.

Canonicus quidā ſancti
Cuniberti in Colonia no
mine Hericus vita ſatis ſecula
ris. cū die quadā ſolus equita
ret. nubecula lucida viā ipſam
eo intuēte tranſuolauit. voceq₃
clariſſimaz de ipſa nube audi
uit. Fiat volūtas tua: ſicut in ce
lo et in terra. Eratq₃ vox eadem
tante dulcedīs: vt quotiēs ei⁹
poſtea recordaret᷑ lacrimis in
funderet᷑. Cunq₃ vocem hāc
celitus demiſſaz minus attēde
ret vel potius nō intelligēt: no
cte quadā p viſum ſe ſtare vi
dit in capella domus ſue an̄ al
tare corā ymagine beate dei ge
nitricis. Quā cū verbis angeli
cis ſolito ſalutaret: rn̄dit illa.

Vt quid me ſalutas? Homo
pditus es: et niſi vitã tuam em̃
dauerís: citius pibis. Ego em̃
et bñdictus intercessimus pro
te. Qui cũ ſcõam hanc ãmõi
cionez dulcedine vite ſecularis
abſtractus negligeret: circa tẽ
pus ſex ebdomadarũ tã graui
infirmitate correptus eſt. vt in
ungeret: nec vlla eẽt ſpes vite
eius. Tũc demũ ad cor reuſus
et quid audierit. quid ve vidẽ
rit recordatus: fratribus q̃buſ
dam Burgenſibus ordinis Ci
ſtercieñ adſe vocatis ſe reddidit:
qui in proximo paſcha mona
chus factus eſt: meritiſq; et
precibus beate virginis ſe illu
minatum vſq; hodie gloriatur.
Apollonius. Cuius fuit vox
illa facta de nube: et quis ſẽſus
eius? Ceſarius. Quantum
ex iam dictis colligitur: beate
Marie et ſancti Benedicti. O
rabãt em̃ Chriſtum. vt ſic vo
luntas eius eſt in celo id eſt i
iuſto: ita et eius voluntas que
ſemp bona ẽ fieret in terra. hoc
eſt in illo iuuene tũc peccatorẽ.
Nec mirari debes ſi peccatores
per eam illũinantur: q̃a ſicut
nomẽ eius: ita et laus eius in fi
nes terre. Maria enim interp̃
tatur ſtella maris: ſiue illumina
trix. Que vero de ſpatii et cõn oẽm

grãm induratã. p ipſã ad cõfeſ
ſionem et veniam repareẽtur: p
ſto ſunt exẽpla. Ca. ix.

In prouincia Partica do
mus ordinis Ciſterciẽſ
ſita eſt: que Trappa vocatur.
In hac ſicut mihi retulit domi
nus Henricus abbas de ſimeni
aſſerẽs ſibi recitatũ ab abbate
p̃dicte domus: contigit quod
dicturus ſũ tũc tẽporis recent
geſtum. Infirmatus eſt ibi mõ
chus vſq; ad mortẽ. Deputati
ſũt ei duo monachi ad ſuiẽdũ
Qui dũ ſil exiſſent et eger ſolꝰ
iaceret: igreſſi ſũt duo tetri ſpi
ritus in ãgulo domꝰ ſtãtes. Cõ
ploſ ãt manibus cachinnãtes:
dicebãt ad inuicẽ. Cras hora t
cia deducemus cũ magno gau
dio aĩam huiꝰ ad infernũ. Mox
infirmus tremẽ cepit atq; pal
leſcẽ: maxĩe ꝓpt remorſũ cõſciẽ
ciẽ. Cõmiſerat em̃ añ cõuſionẽ
peccata quedã grauia: q̃ verẽ
te erubeſcẽcia cõfiteri nõ potuit
neq; clericus in ſclo. neq; no
uicius. neq; monachus in mo
naſterio. Pauẽs vero et circum
ſpiciens cõtemplatus eſt in an
gulo oppoſito matronam pul
cherrimam: in hec verba demõi
bus cachinnantibus rñdentẽ.
Nolite nis gaudẽ: ego illi da
bo cõſiliũ q̃lr detes vi ſ euadat

Poſt qđ verbū viſio ōīs mi
niſtris intrātib9 diſparuit. Cō
ſiliū autē intelligēs ofeſſionē
matronā vero ſanctam dei ge
nitricē. quā in tāto piculo ut o
pinoꝛ inuocauerat. p̄oꝛē voca
ri fec: cui ōīa ſua peccata me
ritis beate virginis adiut9 ple
ne ac deuote cōfitēs. ⁊ ut eadē
abbati qui tūc p̄ns nō eāt reue
laret. ſupplicans: oleo ſacro in
unctus ⁊ dn̄ici coꝛpis ſacram̄
to munit9: hora a demonib9 p̄
dicta ſub ſpe veīe ſpiritū exala
uit. Ca. x.

Simile beneficiū conſecuti
ſunt duo paupes Pariſi9
a beata virgine: ſicut mihi r̄tu
lit Lambertus monachus: q̄
eodē tpe ibidē dic̄ ſe ſtuduiſſe.
Cumqꝫ collecti fuiſſent in hoſ
pitali. qđ ſitū eſt āte eius oꝛa
toriū i padiſo: viro cuidā r̄ligi
oſo eiuſdē hoſpital' miniſtro
ipſa virgo benigniſſima cui cu
ra eſt de oib9. apparere digna
ta eſt dicēs. Bone. vide ut dili
gētia ac cuſtodia adhibeatur
ill' duob9: q̄ in piculoſo ſtatu
ſunt: ⁊ demones cū multa ſoli
citudine circueunt quomō eis
noceant. Qđ cū indicaſſet ſac̄
doti. ⁊ ille eos ad emūdacōnē
ōſciētie hoꝛtaret' ſemel ac ſcđo
nec pficeret: tādem ſubiunxit.

Miſeri ego noui vos eē in pec
catis grauiſſimis: citoqꝫ moꝛie
mini: ⁊ niſi cōfeſſi fueritis. intra
bitis gehēnam. penis eternali
b9 cruciādi. Illi vero territi. et
qđ credibilius ē precib9 beate
dei genitricis illuminati. pecca
ta ſua ofeſſi ſūt: moꝛeqꝫ Chriſ
tiano decedētes. demonib9 luc
tū ⁊ ſanctis āgelis gaudiū fe
cerūt i celo. Apolloni9. Val
de letificāt iſta. Ceſari9. Nō
ſolum peccatores fidē ſine opi
b9 habētes. p ipſā ut pbatū ē
illuminātur: ymo etiā apoſta
te a fide qđ ſignū eſt maioꝛis
miſeriſericoꝛdie. per eam Chriſ
to recōciliantur. De hoc habes
manifeſte exēplū i diſtinctōe
ſcđa capitulo q̄đr̄geſiō ſcđo:
de iuuene qui iuxta Florētiam
Chriſtū abnegās ⁊ dyabolo
ſe reddēs. ei9 pcibus puenit ad
indulgētiā. Apollonius. Si
mile legit' de Theophilo alex
andrino. Quia iam ſmo ſatis
ptract9 eſt de beneficijs eius
circa peccatores: pcoꝛ ut exēpl'
mihi ōndas quātis ⁊ qualib9
per eā iuſti reuelacōnib9 conſo
lent'. Ceſarius. Nō ſolū mirifi
ce iuſtos ſibi ſuientes ſcā dei
genitrix oſolet': ex paucis que
ſubijciā. cognoſcere poteris exē
plis. Ca. xi.

CAuſa extitit. vt quidā ex
abbatib9 ordinis noſtri
pro negocio ordinis ad Hen
ricū imꝑatorem filiū Frederici
mitteretur. int̄ quos p̄cipuus
videbat̄ tā ſcītate q̄ꝫ dignitate
dn̄s Petrus monoculꝰ abbas
clareuall̄: cuiꝰ mēcio habita ē
in diſtinctione ſexta. cā. xi. Et
q̄ꝛ dn̄s Ciſtercienſ̄ ī ꝓpria ꝑ
ſona venire n̄ potuit: p̄orem ꝓ
ſe miſit. Venīētibus eis ſpireā.
cū in ecclīa beate dei genitricis.
cuiꝰ ſtructura ſtupēde magitu
dinis ē. orassent. cunctis ocius
ab oracōe ſurgētibus ⁊ eiꝰ dēꝫ
ecclīe edificia circuluſtrādo cōſi
derātibꝰ: iā dcūs Petrꝰ cuiꝰ co
gitatꝰ ⁊ delcātio nō fuit ī edifi
ciis corruptibilibꝰ. ſꝫ ī ſtructu
ra Jhrl̄m celeſtis. ī orōe ꝑſeue
rauit. Tād̄e oībus egreſſis. cū
ī porticu ecclīe a canonicis hōri
fice fuiſſent ſalutati. ⁊ cū inſtā
cia multa ad prādiū inuitati: r̄
q̄ſitū eſt a q̄dā abb̄e. ī cuiꝰ ho
nore eccleſia eēt cōſecrata. Rn̄
d̄etibus clericis ī honore domi
ne noſtre: abbas Clareuall̄ in
cōſideratē ſb̄iunxit. Et ego ſcie
baꝫ. Qd̄ verbum prior Ciſter
ciī cōſiderans. tunc quidem ta
cuit: ſꝫ mox vt eg̃ſſi ſunt ciuita
tē eiuſdē vrbi recordatus ait
abb̄i. Dn̄e abbas. dicite mihi
vn̄ ſciebatis Spirēſe mōſte
riū ī honore dn̄e noſtre fuiſſe
cōſecratū. Ille de v̄bo ꝑlato do
lens: Rn̄dit. Viſuꝫ eſt mihi bn̄
dicere: vt tā mifice ſtructuē pa
trona foret mater dei ⁊ celoꝝ
regīa. Prior bn̄ cognoſcēs eiꝰ
ſanctitatem. ⁊ quia aliquid
ſibi in eccleſia reuelatuꝫ fuiſſet
ex reſponſione coniiciens: adie
cit. Ego in hac via vicēꝫ gero
domini abbatis Ciſtercienſis.
in cuiꝰ auctoritate vobis preci
pio: vt nō mihi dicatis niſi ve
ritatē. Tunc ille obediēcia arta
tus. cum verecundia reſpondit.
Quando proſtratus coram al
tarī pro peccatis meis ⁊ vie neg
ligenciis attencius oraui. ip
ſa beata virgo Maria mihi ap
parēs: benedictōneꝫ quam ore
do noſter ſuper redeuntes de vi
a dicere cōſueuit. ſuper me de
dit in hec verba. Omnipotens
ſempiterne deꝰ. miſerere huic
famulo tuo. ⁊ quicquid ei ī vi
a ſb̄ripuit. viſus aut auditus
male rei aut ocioſi ſmonis. to
tuꝫ ineffabili pietate ꝯpiciatꝰ
indulge: per Chriſtuꝫ dominū
noſtꝝ. Hec m̄ relata ſūt a q̄dā
abb̄e r̄ligioſo ordinis nr̄i. in cu
iꝰ domo idē Petrꝰ ſepiꝰ viſita
uit. Ex bn̄dcōe eiꝰ itellexit eam
ibidē fuiſſe patronā. Apolloiꝰ.

Felix oratio: ꝑ quā tāte virgīs
meretur benedictō. ¶ Ceſai9.
Nō ſolū orātes: ſ; etiā pſallen
tes ſua benedictōe conſolaī cō
ſueuerat. Ca. xij.

HEnric9 ouerſus in Hem
merode. cui9 memi in diſ
tinctōe qnta capitulo qnto lo
quēs de demoib9: ſepius in ſo
lēnitatibus. maxime glorioſā
virgine; inter pſallētes videre
cōſueuit. Que nocte quadam
ipo intuēte de choro monacho
rū veniens. dei filiū ex ſe natū i
brchijs geſtās in choꝝ egreſ
ſa ē ouerſoꝝ. ex more abbatis
fratres excitādo circuiēs: an qſ
dam qui in oracōe vigiles erāt
ā deuoti gdū fixit: filiū eis oſtē
dēs ac benedicēs. deuo cōm illo
rū ɔgratulādo. Tepidos autē;
ā dormiētes celerius ptrāſiuit:
nil ɔſolationis eis impendens.
Singulos vero cōuſos in illa
celeſti circuicōe viſitatos. nec
non ā neglectos pdictus con
uerſus diligēter nōuit: ſingu
los domino Hermāno tūc ibi
dem priori. nūc loci ſcē Maie
abbati nomiatim exprimēdo.
Hec ab eius oē audiui. ¶ A
pollonius. Simile recordor te
dixiſſe in pma diſtinctōe capi
tulo triceſimo quīto: de Gode
frido mōcho vilariēſi. ¶ Ceſai9.

Tanta caitate virgo ſibi deuo
te famulantes cōplectit: ut n
ſolu; oratib9. nō ſolū pſallen
tibus: ſed etiā dormientib9 bn
dicat. Ca. xiij.

NOcte quadā cū ouerſ9 ꝑ
fat9 ſedeꝫ i lecto ſuo in ifir
matorio. ā ceteris dormiētibus
dicēs orationes ſuas: vidit do
mina; nr̄a; eandē cellula; i mg
na claritate intrātē: monacho
quodā que; nominare nolo ꝑ
cedēte. matronis duab9 ſubſe
quētib9. Sup cui9 caput cu;
manū poſuiſſ;. lectos infirmo
rū pluſtrans. ā dormientibus
benedicēs: itē; ad eū rediens
mā ūq; ſuper caput eius ſcdo
poſita. ſic ait. Deus benedicat
quicqd hic manet. ſicq; egreſ
ſa ē. ¶ Apollonius. Si ſic dor
mientes noctibus a ſpeculo to
tius caſtitatis viſitant: valde
decet ut ta; ordinate ꝛ tā com
poſite rligioſi in lectis ſuis ia
cere ſtudeāt: ut virgine9 aſpec
tus in eis nō offēdatur. ¶ Ce
ſarius. Juſte moueris Referā;
tibi de hoc exēplu;: qd me au
diſſe recolo a magiſtro meo in
pbatione. Ca. xiiij.

MOnachus quida; ſic fre
quenter cōtigit cū nocte
quadā dormire nō poſſ;. dicēt
q; oratiōs ſuas: contemplatus

eſt in dormitorio feminã; miri
decoris. Que dum dormiencium
lectos circuiret ſingulꝰ benedi
xit. vno tãtum monacho neg
lecto. quē nõ reſpicere curauit
Hunc vigilãs diligencius no
tãs. cum viſio ei fuiſſʒ intimata
mane. cõfeſſus eſt in eadem no
cte inordinate iacuiſſe. aliq̃d ſi
bi de rigore ordinis relaxando.
Non mihi dicere potuit magi
ſter meꝰ. vtrũ cingulũ depoſu
erit. vel caligas dimiſerit. ſiue
tunicam deno dauerit. Apol
lonius. Si pro culpa tã modi
ca monachus iſte gratia bene
dictiõis priuatus eſt. puto eũ
dignum eē pena. qui inordina
te ꝯ impudice iacere dormiens
conſueuit. Ceſarius. De hoc
terribile ſatis habes exēplum
in diſtinctione quinta capitu
lo tricesimo quinto. de conuer
ſo quē dyabolꝰ impudice dor
mientē; in forma monialis de
oſculabatur. qui mox infirma
tus infra triduũ mortuus eſt.
Dormientes enĩ ꝯ peccarē poſſu
mus ꝯ mereri. Que enĩ vigilã
do cogitamus. ſiue ad que mo
uemur ſiue bona ſint ſiue ma
la. eadē nobis ſepe per ſomnia
occurrũt. ſicut cathena duꝫ tra
hitur ꝯ iactatur. pulſꝰ pulſuꝫ
ĩpellit; ita in dormiēte precedēs

cogitacio. motus ſiue conſen
ſus opus bonum vel malũ du
cit. Apolloĩꝰ. Placꝫ qđ dicis
Procede nũc de ꝯſolacõibꝰ iuſto
rũ. Capitulũ xv Ceſaiꝰ.
Supradictum conuerſũ
Henricũ monachus q̃
dam vite laudabilis nomen
prodere non licet obnixius ro
gauit. vt beatã dei genitricē; in
terpellaret cum ab illa viſitaē
tur. Quod cum promiſiſſet ꝯ
die quadã dicto completorio
in oratorio Brangie cuiꝰ ma
magiſter erat pro ipſo precēs
funderet. apparuerũt orãti tres
matrone mire pulchritudinis
Ad quarum decorem dum ſtu
peret. ꝯ que nam eſſent vel vn
de venirent. intrꝰ ſe miraret. vna
ex eis cogitacõibus ſuis reſpõ
dit. Ego ſum Maria magda
lena. hec eſt vniuſaliũ dña dei
genitrix virgo Maria digito
eam demonſtrãs. Tertia vero
Eliſabeth. Et adiunxit. Tuo
ras pro monacho illo nomē
eius exprimens. magis eñim i
diges vt ipſe oret pro te. Sic
qꝫ diſparuerũt. Super eiuſdē
mõchi caput cũ adhuc ēēt dia
conꝰ ꝯ euãgeliũ legēt ad miſ
ſã idē ꝯuſꝰ colubã vidit deſcēdē
tē. ꝯ vſqꝫ ad finē; lectionis ibi
dem manentē. Ca. xvi.

In eodē clauſtro mōch9
quidā fuit p̄dc̄o conūſo
Henrico cōtemporaneus noīe
ꝛ ope Chriſtianus. Iſtū mul
tis modis dn̄a noſtra cōſolari
conſueuit: ſecreta ſua illi mani
feſtans. Huius beati viri vitā
videlicet qualis ante conūſio
nem fuerat vel poſt inquātuꝫ
ſcire potui. ſuccincte tibi pſtrin
gam. Non alia de illo referā q̄
ea que a religioſis viris q̄ euꝫ
viderūt ꝛ nouerūt mihi dictā
ſūt. Cū adhuc eſſꝫ ſcolaris. et
ſcolas viſitās per ꝓuincias diſ
currerꝫ: nocte quadā in domo
cuiuſdam mulieris hoſpitaba
tur. Cuius filia cuꝫ haberet ca
put ſcabioſū. ꝛ inſtaret adoleſcē
ti. ut ſi aliquid cōtra illū morbū
noſceret ſibi diceret: aſſerens
multa experimēta ſcolares ſcirē.
ꝛ ipſe negaret. illaq3 neganti
nō crederꝫ: tādē importunitate
eius victus ut ſe ab ea liberarꝫ
r̄ndit. Accipe barbā Iouis fu
liginē ꝛ ſal: et fac ex eis vnguē
tū. De quo mox vt filie tue ca
put punxeris melius habebit
Que cū eidē morbo ēēnt cōtraria
fecit tn̄ mat̄ ſicut edocta fuit:
ꝛ puella citi9 n̄ ꝓpt̄ medicinam
ſꝫ ꝓpter ſcolaris ſimplicitatem
ut opinor plene conualuit. A
lio tempore in domo quadaꝫ
ſibi ignota dormiret. ꝛ ꝓpter
neceſſitatē nature ſolis femoā
libus indutus ſurgerꝫ: dyabo
lus in ſpecie nude mulieris illi
accurrēs dorſo eius nudo inſili
uit. Quā cū nullo conatu de dor
ſo ſuo excutere poſſꝫ: ſic vſq3 ad
tp̄s matutinaꝝ circueundo mḡnū
tā corporis q̄ mētis incurrit defectū.
Ordinatus i ſacerdotē factus
eſt capellan9 comitis Loſſenſis:
in caſtro eius miſſas celebrās
Filius vero Comitis ſciēs illuꝫ
virum eē ſimplicē ꝛ timidum
ut eū terrerꝫ vrſi pelle ſe circūde
dit: ꝛ more beſtie ſup pedes ma
nusq3 incedens ad ſolum in ca
pella ſedentem ſic venit: rugi
tus cōtra illum emittēs. Quo
viſo Chriſtianus territus ꝛ pe
ne extra mentē factus arrepto
cultello tam valide illum collo
iuuenis infixit: ut rueret pene
mortuus. Qui cū modicuꝫ reſ
piraſſet: timēs vite ſacerdotis
ait Fugite domine Chriſtiane:
quia filiū Comitis occidiſtis.
Mox ille territus fugit: ꝛ cum
veniſſꝫ ad portā caſtri dixit ho
ſtiario. Aperi ꝛ ſine me fugere:
q2 filium Comitis occidi. Vi
des quanta ſimplicitas. Stati
ut hec innotuerūt: parentes et
familie plāxerūt valde ad peticō
nē tamen iuuenis Chriſtian9

reuocat: culpa ignoſcitur. con
tra ſpē vulneat9 citi9 cōualeſcit.
Tpe qdā cū cōmēdatione hōi
nis facēt. mortu9 ille ſurrexit.
Fugiētib9 oīb9 q̄ aderāt. fugit
et ipſe xpian9. veitq3 ad fluuiū
q̄ nō lōge abeāt. Quē mortu9
ſequens. clamauit poſt tergū
eius dicens. Domine eſt mihi
domi aries optim9: tollite illū
et orate pro me. ſicq3 ad feretrū
de quo exilierat reuerſus. mor
tuus eſt et ſepultus. Habebat
autem preter predictā capel
lam eccleſiam legitimam cui9
paſtor erat. ad quam quociēs
ire debuiſſet. fluuium quēdā
tranſire habebat. Qui cum mi
nor eſſet. equo vectore illū; tn̄
ſuadebat. cum vero inundaſſet.
nauigio tranſibat. Quodam
igitur tempore cum ad fluuiū
de more acceſſiſſ3: maiorem q̄
crediderāt reppit. Propt' quod
cum ſe et equū ei cōmittere nō
auderet. et nauicula deeſſ3. pau
lulumq3 quid faciendum eſſ3
deliberaret. ecce apparens ei be
ata Maria magdalena. appre
hendit eū de veſtimento ſupra
collum: et in vlteriorem ripā
depoſuit. ita vt erat in equo ſe
dentem. Letus itaq3 ad eccleſiā
puenit et diuina celebrare exor
ſus eſt. nullū habens adiutorē
niſi ruſticū eccīe cuſtodē. Bea
ta vero Maria magdalena q̄
mirabiliter eum illuc perduxit:
miſſe eius intereē non refugit.
Nam quociens ſe vertebat dicē
do Dominus vobiſcū: vidit ma
tronam reuerēdiſſimā in ora
torio deambulantem. In qua
nullum ſciens eē mortaliū niſi
predicum cuſtodē: eundē; miſſa
finita conuenit: interrogans ſi
aliquid vidiſſ3. Ipſe aūt etiā
ſe eam vidiſſe aſſerebat. Quia
teſte ſcriptura dignū eſt vt iu
ſt9 iuſtificet' adhuc. et ſcūs ſcī
ficet' adhuc: cōſiderans venera
bil' ſacerdos mūdi picula. diabo
li temptamēta. carnis icētiua. dīna
grā iſpirāte mūdū deſeruit; reli
gioſ' hitū in hēmrode ſuſcepit.
Die qdā i ſolario pbacōis i orō
ne iacēs. et de corpis ſui ibecillita
te. ordi' diſtrictione. pēiſq3 pur
gatorij tedē cepit. et moē mira
bili qdā vtute aiā ſuā a corpe
ſepaī ſeſit. Vidit et ſepulchrū o
pe miſico corā ſe oppoitū. Et ecce
ſcā dei geitrix in claitate maria
cū mlta turba vginū p feneſt
rā eo vidēte igreſſa ē. Deīz ē q̄
ipa eēt mulier de Nazareth.
corpus exaīe ſacerdotis a capite
leuās: Frederic9 impator hui9
Frederici q̄ hodie impat a pte
pedū: ſueret illud tumulauert.

Deīde beata virgo cū multitu
dīne āgelorꝫ obſequētiū ad ce
leſtia rediēs aīmaꝫ tumulati
demonū caterwis ſequētibꝰ ac
maſſas igneas poſt eā ɔſufflā
tibus ſecū duxit: illeſāqꝫ cuſto
diuit. Ducta tñ ad qndā ignē
maximū. educta ē ab āgelis ꝙ
pꝰ mortē illic eēt reditura: ī ig
nē eūdē trāſitura. Repētē ſe cor
pori reſtitutā inuenit. De mō il
lius trāſitiōis ⁊ cauſa: nemini
aliquid dicere voluit. Teſta
tus ē autē aīmā ſuā vbiqꝫ fu
iſſe occultatā: ⁊ tāte ſciētie ꝙ
diu exuta fuerit a corpe. ut poſt
ſuſcitacōeꝫ cecitatis ſue caligieꝫ
miraretur. Interrogatꝰ de for
mis angelorū ſiue demonum:
rñdit āgelos ſe vidiſſe ī ſpetie
pulcherimaꝝ auiū: deōnes vō ī
effigie coruoruꝫ. Hic recordor
dicti cuiuſdam: cuiꝰ aīma nu
per educta fuit a corpoē et re
uſa. Aīma inqt educta a corp
e quando nō eſt reducēda: reli
quas aīmas ſiue ſpiritus
angelicos videt. Quando
vero reuerſura eſt ad corpus: n
ei dat̄ aīmas ſiue āgelos cō
templari: niſi ſb aliqua ſimilitu
dine ⁊ liniamētis ꝑpter viuen
tes. Apollonius. Satis vide
tur iſtud eſſe ꝓbabile. Sꝫ qd
ſignat ꝙ ꝑdictū ſacerdotē doī

na noſtra cū imꝑatore Frederico
tumulauit. Ceſarius. Sic
mihi retulit ꝑfatꝰ Vualterꝰ
qui huiꝰ tumulatiōis ſolutio
nem cū maximo labore ⁊ hoc
ſecretiſſime ab eo elicere potuit:
qñta beata virgo illū dilexerit
vel quanti meriti apud deū fue
rit. p eandē ei viſionē oſtendit.
Ac ſi diceret. Nullꝰ in regno t̄re
no Frederico ceſare qui nūc im
perat dignior eſt: nec ipē tam
ꝑſtare obſequiū ſepulture tu
e dignus eſt. Ita ipē intellexit.
Demones vero in diūſis formis
ſepiſſime vidit. hominū videli
cet aīaliū reptiliū: ſicut in qn
ta diſtictiōe memini me pleni
us dixiſſe capitulo ſexto. Qui
tēpore quodā cū ſtaret int̄ ali
os ad horā ſextā: vidit menſaꝫ
in medio chori ſtanteꝫ decētiſſi
me preparatā. Veniētes autē
tres viri decoris maximi indu
menta ſacerdotalia apportaue
rūt: ⁊ explicātes ea ſuper mēſā
ei preſētauerūt. Alio itidē tēpe
cū initio laudū pſalmus. Deꝰ
miſereatur noſtri decātaretur:
Vidit dexterā dei ſup mediuꝫ
chori dantē benedictōneꝫ ſup
cōuentū. Ob quā cauſā ɔceſſuꝫ
eſt fratribus conūſis in minor
ibus feſtis illū pſalmū ſēp au
dire. Apolloniꝰ. Miror qbꝰ

meritis vir iſte ad tātam pſue
nit gloriam? ¶ Ceſari9. Vir
tutib9 animi maxime. caritate
videlicet ſimplicitate. humili
tate ⁊ hijs ſimilib9. In hijs enī
ↄſiſtit rḡnū dei: nō in ſermone
vel labore corpali. Predicaē au
tem ſeu manib9 laborare ſine
virtutib9 ad modicum valet.
Tante ſiquidē fuerat hūilita
tis: ut ſi aliquē monachoꝝ ob
uiū habuiſſet cōplicatis mani
bus ſe contraheret: ⁊ ne illum
veſte tangeret in partē decli
naret. Requiſitus de hoc reſpō
dit. Ego ſum peccator: ⁊ non
ſum dign9 ut hos ſanctos vi
ros tangā: vel tangar ab eis.
Duos ſiqdem filios añ conuer
ſionem in iuuentute genuerat
nō tamē legitime: Henricū vi
delicet de Hilario viꝝ ſanctū.
de quo eſt dcīm in q̄rta diſtin
ctio capitulo triceſimo pmo: ⁊
Johānem monachū de clauſ
tro qui adhuc ſupereſt. ¶ A
pollonius. Quid eſt ꝙ maio
rem in huiuſmodi reuelacōni
bus gratiam videm9 impendi
peccatoribus ⁊ lapſis poſt peni
tenciam? ¶ Ceſarius. Vbi ſu
pabundauit delictū ibi freq̄n
t' ſupabūdat ⁊ grā. ⁊ fit hoc ex i
effabili mia dei: ne videlicet la
pſi ꝓpt' pctā omiſſa deſperent:

⁊ ne innocētes de ſua ſupbiāt
innocētia. Sedēte me tpe quo
dā in ↄuentu ſcīmonialiū ordi
nis noſtri cū de huiuſmodi vi
ſionibus conferremus: vna ex
v̄ginibus dixit ad me. Videte
ꝙ de9 talibus ſecreta reuelat.
⁊ nō nobis: vnā digito demō
ſtrans: quā nō virgīem veniſſe
ad ordinē ſuſpicabant᷑. Cui
ego reſpōdi qđ iam ſupradixi:
hoc adijciens. Vos forte eādem
gratiam aſcriberetis virginita
ti veſtre: ⁊ vult de9 magis vos
eē hūiles q̄m v̄gines. Sz̄ intel
lexerā nō ſine ſupbia eā verba
protuliſſe. Quia taliū mentes q̄n
qz v̄tus virginitatis extollat:
ex verbis cuiuſdā alterius ſan
ctimonialis tibi plenius referā
Certe inquit nō ero ſimil' ego
que virgo ſū viduis: q̄ filios ⁊
filias genuerunt. Quantum
enī deo humilis virginitas pla
ceat. ⁊ q̄m mifice ſua illi9 ſecre
ta reuelz: ſequencia capitula de
clarabūt. ¶ Apollonius. Me
mini te ſupius dixiſſe meritum
magis cōſiſtere ī virtutib9 ani
mi q̄ in opib9 exteriorib9. Vt
q̄d ergo q̄tidie mortificam9 o
rādo. legēdo vigilādo. ieiunādo
cātādo ⁊ māib9 laborādo? ¶ Ce
ſari9. Hec oia ſine merito vite et
ne fieri pñt: mot9 āt v̄tutē nūq̄
ad

Quicq̃d ſine caritate et ceteri9
virtutibus fit mortuũ eſt. Au
di ergo vtilẽ diſtinctõnẽ ex re
gulis theologie ꝑ quã cognoſ
cere poteris penes quid meritũ
cõſiſtat. Meritũ vero cõſiſtit pe
nes gratiã efficacit͛. penes libe
rũ arbitriũ occaſiõalit͛. Penes
virtutes formalit͛. Penes mo
tus virtutum eſſencialit͛. Pe
nes opera virtutũ ut ẽ orõ et re
liqua paulo ante a te enumerã
ta inſtrumẽtalit͛. Plenius tibi
hanc diſtinctionẽ exponerem:
ſi non ad eas que adhuc ſu
ꝑſũt hui9 beati viri viſiones
feſtinarem. Quodã tp̃e cũ g̃
uiter infirmaret͛ et a miniſtro
ut aliquãtiſper guſtaret roga
retur. dixit q̃ ſeptẽ dies tranſiſ
ſet in quib9 ſingulis viſitatio
nẽ dñi noſtri et dulciſſime ma
tris eius accepiſſ&. de quorꝫ viſi
tatione tã dulcit͛ eẽt refectus
q̃ nullũ cibi vel potus haberꝫ
appetitũ. Alio itidẽ tp̃e cũ egro
tarꝫ infirmitate pemptoĩa et fi
lio ſuo p̃dicto Johãni quaſdã
viſiones recitaret. cognoſcens
hoc domin9 Beuard9 tũc ifir
mari9 ibidẽ. poſtea abbas noſ
ter. a quo hec audiuim9 ad pri
orẽ cucurrit. et q̃ dñs Chriſtiã9
quedã mirifica filio ſuo recita
ret nũciauit. Mox ꝑ priorẽ ad illũ
venies et corã ipſo ſedẽs: ſi aliq̃d
loqui vellꝫ de confeſſione ex in
duſtria interrogauit. Cui cũ
reſpõderet cõfeſſionẽ feci. ſb̃iũ
xit. Rogo ut aliq̃d mihi dica
tis ad edificacõnem. Tũc ille.
Quid dicã vobis? Jam enĩ do
mina noſtra fuit ante me cũ fi
lio ſuo. q̃a horas meas ob cor
ꝑis imbecillitatẽ dicere nõ po
tui. ipſi me iuuerũt. Quaſdã ho
ras ſpeciales dicere cõſueuerãt.
Vnuꝰſa hec audiuit p̃dictus
Beuardus: poſt tergũ prior
is ſedẽs. Interrogat9 etiã quali
a haberẽt veſtimenta: reſpõdit.
Cucullas ſicut et nos. In tali eñ
habitu ſe ei oſtẽdere dig̃ti ſunt:
qualẽ ille ꝑ eis ſuſcepat. Sic
q̃ʒ ſine beato decedẽs ab ipſis re
ceptus ẽ. a quib9 moriẽs fue
rat viſitat9: et in eternis ſedib9
cũ gloria locatus. Ca. xvij.

Nuper monachus q̃dam
ordinis nr̃i. Adã noĩe per
nos trãſiens. inter cetera mirifi
ca quedã de domina noſtra no
bis recitauit. que in ſuo mona
ſterio veraciter cõtigiſſe teſta
batur: ex quibus autẽ duo ꝑ
ferã reliqua locis cõpetẽtib9 reſ
uato. Vocatur aũt domus ei9
Lucha: et eſt ſita in ſaxonia. Eſt
ibi cuſtos vir bonus et religio
ſus. Qui cũ nocte quadã ora

torīū intrāret an̄ matutinas:do
minam noſtram tanq̄ orato
rij patronam ſup altare in mlͭ
ta gloria reſidere cōſpexit. De q̄
viſione valde letificatus ē.ſpe
rās miniſteriū ſuū illi placere.
Alio vero tp̄e cum oſtia orato
rij reſeraꝛ venıſſetq̄ȝ ad cancel
los vbi hoſpitibus ſtare mōis
eſt:diabolū ſup feretꝝ in effigi
e hōis nigerrimi iacē vidit Qui
cū ſe ſignꝛ nec ille fugēt.mox vt
xp̄i⁹ acceſſit fantaſma euāuit.
Tūc ad cōfuſiōeȝ dyaboli ſup
ipm̄ feretꝝ ſe ꝯpoſuit.tā diu in
eo iacēs:donec ſeptē pſalōs pe
nitēciales decātaſſȝ Ca.xviij.

Alius quidaȝ ex mōchis
eiuſdeȝ loci vir tāta gra
tia dign⁹.nocte q̄dā dominaȝ
noſtrā vidit choꝝ pſallenciuȝ
circuire ⁊ ſinguloꝝ monacho
rū vultus detegere.duobus tm̄
neglectis:ex quib⁹ vnus mox
icurrit Apoſtaſiā:de altero q̄d
adhuc futuꝝ ſit ignoꝛ̄at.Ca.xix

In eodem cenobio mona
chus q̄dā nocte quadā
putāſ in oratorio nolā ad ma
tutinas eē pulſatā.cū multa fe
ſtinacōe ſurgēs oratoriū intrā
uit:veniēnſq̄ȝ an̄ preſbiterium
circulū nimie claritatis ad iſtar
yris fōꝛtum in aere ſup altare
conſpexit In quo dei filiū ſalua

torē noſtrū cum matre beatiſſi
ma cōtēplatus eſt.⁊ circa ip
ſos ex oī parte mlͭtitudinē ſan
ctoꝝ.illoꝝ maxime q̄rū i ecc̄ia
reliquie cōtinebant.Nouerat
enī illoꝝ nomina:eo q̄ q̄nq̄ȝ
ibidē fuiſſet ſacriſta.Nec mihi
cōſtat ſi idem eſſet qui ſupra.
Stāte eo in loco predcō ait do
mina noſtra duobus angelis
Adducite eū ad me.Quo fcō.
eū litteras in circuitu corōe bea
te dei genitricis ſcriptaſ legere
iuberetur.nec poſſȝ:ait illa āge
lis.Deponite eū ad terrā:ibiq̄ȝ
petēs veniam dicat āgelicā ſa
lutacōeȝ:⁊ reducatur.Qd cuȝ
factum fuiſſet ⁊ adhuc eaſdeȝ
litteras minime legeret.Terciō
o eodem modo depoſit⁹ ⁊ redu
ctus.litteras quidem legere et
intelligere potuit:ſȝ ne ſcriptu
ram vlli hominū proderet iter
dictum accepit.Quo ad terrā
ab angelis depoſito:diſparuit
hec viſio.Apollonius.Mi
roꝛ ſi ſic domina noſtra viſitet
pfectas feminas:quomodo vi
ros.Ceſarius.Non eſt a
pud ipſam differēcia.femina
nata eſt.omniuȝ viroꝝ caput
xp̄m ex ſe gēuit Vtrūq̄ȝ ſexum
ꝯſolat̄ ⁊ viſitat.vtq̄ȝ ſua ſecre
ta reuelat.Hoc eē veꝝ mag̃ti
bi oñdā exēpliſ q̄ vbis.Ca.xx

In regno Frãcie villa q̄
Quidẽ dicitur. virgo q̄dã
fuit nobilis ⁊ religioſa: ſʒ para
litica. Huic pater ſuus ut pote
vir magn⁹ ⁊ diues ſacerdotē
qui ei diuina celebrarꝫ īſtituit:
miniſtros ãnuoſqꝫ reddit⁹ ſuf
ficiẽter ordinauit. Que cũ oro
nibus. ieiunijs ⁊ diuine contẽ
plationi opam darꝫ. ita illarũ
dulcedine eſt paſta ut oĩs cib⁹
corpalis ei in nauſeam verte re
tur: nec aliquid ex eo ſumẽ poſ
ſet niſi ſuccũ modicũ vuarum.
Hoſpitalis erat valde: per quã
⁊ ſpitũ meruit ꝓphie. Ordinẽ
noſtrũ ſũmo honore venerabã
tur: hoc ei ſepiſſime contigiſſe
fert̄: ut cũ aliq̄ monachorꝫ ſiue
abbatũ ad ei⁹ hoſpitiũ diuerte
re ꝓponerẽt. illorꝫ aduẽtũ ipa
p̄ſcirꝫ: atqꝫ in hũc modũ hoſpita
ris familie p̄diceret. Tali ac ta
li die illi ⁊ illi abbates ſiue mo
nachi ad nos vẽturi ſunt: p̄pa
rate neceſſaria. Quod ita fac
tũ eſt. Viſionẽ quandã mirifi
cã de ordine videre meruit: que
in ordinis amorẽ illarꝫ plurimũ
accẽdit. Tempore quodã ca
pli general' in ipſo caplo ſca
lã mire pulchritudinis uſqꝫ ad
celũ vidit erectã: dñmqꝫ in mix
um ſcale ſup caplm reſpitientẽ:
cui⁹ latera ⁊ gradus tãti ſplen
doris erant. ut ſolares radios
ſuperarẽt. ¶ Apollonius. Quid
tibi autẽ ſignificaſſe videt̄ hec
viſio? ¶ Ceſarius. Licet oĩa
que in eo de capitulo tractabã
tur de abbatibus qui ex diuerſis
mũdi ꝑtibus illuc cõfluxerant
diuina inſpiratiõe fierẽt: haut
dubiũ tñ. q̄n ſancti ãgeli deſcẽdẽ
tes ⁊ aſcẽdẽtes eadẽ ꝓpoob cui⁹
honorem fiebãt nũtiarẽt. ¶ Apo
lonius. Videtur mihi ſancta hec
virgo in viſione hac ſancto Ja
cob patriarche equalis: quem
ſimilē viſionem i Betel ſcrip
turã vidiſſe cõmemorat. ¶ Ce
ſarius. Juditio humano vide
tur hec viſio illa ſupior eo q̄ illa
facta ſit in ſomnis: iſta vigilan
do in exceſſu mentis. Sequen
ti capitulo cũ relata fuiſſʒ hec
viſio abbatibus: exultãtes in
ſpiritu ſancto aiebant. Vere ter
ribilis eſt locus iſte: nõ eſt hic
aliud niſi domus ⁊ porta celi.
Alio tpe cũ die purificatõis
dñe noſtre clericis alijſqꝫ mi
niſtris diuino nutu abſẽtibus
ſola iaceret: intra ſe triſtis dice
bat. Modo hic ſola iaces: nec
aliquid obſequij more eccleſie
vniuerſalis hodie beate dei
genitrici impendis. Dũ talia i
mente volueret: ſpiritus eius
mirabili dei virtute de corpore

deductuſ ab angelo in celeſtem
Iheruſalem eſt deductus. In q̃
maximam vidit proceſſionem
ex diuerſ eiꝰ dẽ beate ciuitatis
ordinibus: patriarchis videli
cet, ꝓphetis. apoſtolis. martiri
bus. cõfeſſoribus. virginibus.
ceteriſqȝ fidelibus. Ex quibus
bini ac bini ſimul incedebant: ⁊
cãdelas ardẽtes in maĩbus ge
ſtabant. Anthiſonas ſiue re
ſponſoria ad diẽ ꝑtinencia mo
re eccĩe militãtis omnes decãta
bant: ſtacões debitas obſerua
bant. Angelꝰ vero virginis du
ctor alteri cuidam virgini quã
nouerat eſſe conſimiliſ meriti
illam ſociauit: candelam porri
gẽs ardentem. Tãtus erat decor
omnium tanta gloria. in diſpari
tam̃ claritate ſingulorꝝ. vt nul
la lingua fari ſufficerꝫ. Salua
tor vero qui caput eſt omnium
ſanctorum. ſplendor glorie. et
ſol iuſticie indutus pontificali
bus mitram geſtans in capite
ſuo cum baculo cyrothecis. ⁊
anulo. ⁊ reliquis ep̃alibus or
namentis. nouiſſimum locum
cum matre tenebat. Cuiꝰ pul
chritudinẽ omnis celeſtis ex
ercitus mirabatur. Qui cum
poſt terciam ſtationem incho
aſſet antiphonam. Hodie be
ata virgo Maria puerum Ihe
ſum ⁊ cetera: ingreſſi ſunt tem
plũ ex auro gemmis conſtru
ctum. Deinde inceptus eſt miſ
ſe introitꝰ ⁊ ab omnibus ſimul
decantatus. Interim Chriſto
introeunte ad altare poſtq̃ ex
pletum eſt Kirie leyſon a cho
ris alternatim poſt Gloria in
excelſis deo ⁊ cetera quod ipſe
inchoauit: beatus prothomar
tir Stephanus epiſtolam le
git de libro Malachie ꝓphe
te. Sanctus vero Johannes
euangeliſta dalmatica indutꝰ
legit euangelium ſecundũ Lu
cam: ſcilicet Poſtq̃ impleti ſũt
dies purgacionis Marie ⁊c.
Quo perlecto: dominus ſecun
dum morem ordinis noſtri.
ad gradum rediit: ⁊ ab offerẽ
tibus candelas ſuſcepit. Predi
cta autem virgo per ſpiritum
ſenciens ſe ad corpus reuerſu
ram candelam ſuã offerre no
luit eciam angelo ſuo precipi
ente: volens illam ſecum ad ter
ras portare. Qð angelus conſi
derans. candelam in manu eiuſ
fregit: ſuperiorem partem au
ferens. et inferiorem illi relin
quens. Sicqȝ ad corpus re
uerſa partem eandem manu
concluſam ſe retinuiſſe inuenit.
De qua autẽ plurime fiebãt ⁊
forte vſqȝ hodie ſiũt ṽtutes.

Nā aquā ſupfuſā īfirmi bibūt
ꝯ cōualeſcūt. Tam manifeſta
ꝯ ſublimis erat viſio ut modū
ei9 minime ītelligerꝫ: dicens
illud Apoſtoli cū de ea īterro
garet. Siue ī corpe ſiue extra
corp9. neſcio deus noſcit. Dñs
Euſtachi9 abb de clauſtro viſi
tator noſter · audiēs hāc viſi
onem q̄buſdā abbib9 rferenti
bus. deſiderio veritatis cognoſ
cēde virginē pncipalit adijt:
ꝯ ab eius ore que dicta ſūt au
diuit. Apollonī9. Non poſ
ſum viſionē Apoſtoli huic p̄
ferre: qui ſe vſqꝫ ad tertiū celū
raptuꝫ fuiſſe teſtat. Ceſa
ri9. Noſti quid ſit tertiū celū:
Apollonī9. Non. Ceſarius.
Primū celū viſio eſt corpalis:
ſcdm viſio ſpūalis: tertiū vi
ſio mētalis. Hac vſus ē ī ſuo
raptu apl's: ſicut ꝯ hec virgo.
Quod viderūt: hoc ꝯ ītellex
erūt. Si autē q̄ris de loco: pri
mū celū ītelligas aereū. Scdꝫ
ſydereū. Tertiū empireū. In
hoc corpa electorū erūt p9 re
ſurrectionē glorioſā. Verū an
ad hoc celū nec ne corpe rap
ta ſit hec virgo. neſcio. deus ſcit.
Aliam vero de9 illi oñdit viſi
onem: multo hac excellētiorē
Cū tpe quodā cogitaret de abi
ſſo eterne p̄deſtinacionis et in
effabili ſacramēto atqꝫ reme
dio diuine incarnationis: ſctā
in exceſſu. virginē corā ſe vidit
criſtallinā. id ē ad modū criſt
alli plucidā: in cui9 vtero con
tēplat9 eſt infantē pulcherri
mū: regio dyademate corona
tū. Habebat autē idē dyadema
quatuor flores eminētes: qui
ea intuēte ſurſuꝫ aſcēdentes et
virginis cerebrū excreſcētes in
ramos arboreos pfecerūt: ꝯ mo
dico ſpatio tpis emerſo. q̄tuor
mūdi partes ipleuerūt. Quo
rū flores erāt pulcherrimi odo
ris eximij. miriqꝫ ſaporis Et ec
ce ſb ramis eiuſdē apparuit oē
gen9 humanuꝫ: a pthoplauſto
Adam vſqꝫ ad vltimū qui in
fine mundi naſciturus ē. So
li vero electi fruct9 arboris car
pebāt eiſqꝫ veſcebantur. repbi
autē nihil ex eis contingere vel
veſci potuerūt. In qua viſione
tantā diuinit9 accepit ſciāꝫ: vt
poſtea loquēs de aliquo. mox
intelligerꝫ vtrū eēt p̄deſtinat9
vel pſcit9. Si vero p̄deſtinat9:
ſatis cū illo quaſi cū ciue loq̄
delectabat. Si autē pſcitus:
mox ſe ab ei9 colloquio libera
uit. Apollonius. Mira ſunt
que dicis. Ceſarius Si de9
tanta ꝯ talia iuſtis oſtendit in
via: quanta putas illis pndet

ĩn patria. Reuerã que ocul9 nõ
vidit nec auris audiuit: nec in
cor hominis aſcenderũt. Die q̃
dam cũ corpale qð iam laueãt
pãno mundiſſimo ſubſtrato
radijs ſolaribus p feneſtraʒ im
miſſis ſuper genua ſua deſicca
ret: matrona reuerendiſſimi
vultus ad illam ingreſſa infan
tẽ pulcherrimum quem mani
bus geſtabat eidem corporali
ſuppoſuit et abijt. Quem cum
amouere vellet ignorãs quis
eẽt: ait infantulus. Sine me ſe
dere ſuper lintheamen meũ. Sic
qʒ in oculis eius diſparuit. Et
cognouit q Chriſtus eẽt: qui
ſub ſpecie panis ſuper ſãctum
altare eidẽ lintheo inuolui cõ
ſueuit. Multa alia virgini reue
lata ſunt que mihi nõ ſunt re
lata: que forte ab alijs ſunt cõ
ſcripta. Non eſt diu q ab hac
luce migrauit: laboris ſui ac pa
ciẽcie mercede receptura. Ca.xxi.

In mõte ſãcte Vualbur
gis cenobio ordinis nõ
ſtri qð duob9 miliarijs diſtat
a Colonia: quedã ſãctimonial
virgo ante paucos ãnos ẽ de
functa nomine Chriſtina. Hu
ic dñs et beata dei genitrix plu
ima de ſecretis ſuis reuelauerũt:
ex quibus aliqua non per ordi
nem ſʒ ſparſim tibi replicabo.

Cum tempe quodam in feſti
uitate aſſumpcionis glorioſiſ
ſime domine noſtre viſitaret a
pud nos p̃dictus Euſtacius
pater noſter et cẽnt cũ eo plu
res abbates: in ipſa ſacratiſſima
nocte iam dicta virgo de loco
noſtro viſionem vidit huiuſ
modi. Cum abbas prefatus di
cto euangelio ẏmnum Te deum
laudamus inchoaſſet: illa ſtãs
in choro ſuo mẽtis exceſſum paſ
ſa eſt: viditqʒ celum ſuper con
gregacionem noſtram apertum.
Et cũ illo in tpe oratoriũ nrm
totũ eẽt ligneũ: vtrãqʒ ei9 frõ
tẽ auream eẽ cõſpexit. Suſtol
lens oculos cũ celum intueret:
glorioſam dei genitricẽ tociuſ
ordinis noſtri patronam in ſe
de ſplendidiſſima vidit reſidẽ
tem: et circa illam ſanctorum mul
titudinẽ, quorum etas circa vigin
tiquinqʒ ãnos eẽ videbat. Cum
vero chorus monachorum in
clinando deuote cantaret Sã
ctus ſanctus ſanctus dominus
deus ſabaoth: ipſa virgo bea
tiſſima deuocõi eorum ꝯgratulãs co
ronã miẽ pulchritudis q̃les in
eccl̃ijs pendẽ ſolẽt p cathenã aurẽ
ã ſup conuẽtũ demiſit. Loco ãt nodi
gẽma eãt p̃cioſa nimis ac luci
da: in qua ſcriptum erat. O cle
mens. O pia. O dulcis Maria

de ipſa gēma tria pcedebant brachia. que coronā depēdentem tenebāt. Ex nomine vero Maria radij quidā exeuntes: nomina ſingulorum monachorum ea de hora in choro exiſtētium que p circuitū corone ſcripta videbant illuminabāt. In eiſdem noībus magna erat inequalitas tā in pōne q̄ in claritate. qr ſcdm claritatē meritorum eāt claritas nominū: a quorūdā noīa qui recēti ordi tpe venerāt. quorūdā nominibus videbātur ſuperiora qui diu in ordine laborauerūt. Ex quo colligit q̄ merita dno famulātiū nō cōſiſtāt penes ſpatiū tpis. nō ī labore corporis: ſz magis penes feruorem deuotionis. Cū autē ventū eēt ad illū locū In te dne ſperaui nō cōfūdar in eternū: coronā retraxit in celū. clara voce dicēs. Sicut ego hodie ſum in gloria mea: ita iſti mecū erūt in eternum. Cū nihil apud nos de hac viſione ſciret. Theodericus de Lureke monachus noſter accedēs ad abbatē noſtrū dominum Henricū. cōqueſtus eſt ei. q̄ eadē ſāctiſſima nocte nihil potuiſſz habere deuotionis: anteq̄ ventū fuiſſet ad p̄dictū locū p̄ni ſcilicet Sāctus ſāctus ſanctus dns deus ſabaoth. De quo verbo poſtea ſatis mirabatur. cū ei viſio recitata fuiſſet. Anteq̄ eadē ſāctimonialis veniret ad ordinē. etiā nubilis a adulta: die quadā ſtās ad miſſam in eccleſia quadā. cū lecto euāgelio campanarius exiſſz. putās ſe poſſe redire an ſcūs ſcūs. ac. Et ſacerdos expletis ſecretis dixiſſz. dns vobiſcū. Surſum corda. que ibi ſequūtur. ymago dei genitricis de ſuper altare ad ſingula reſpōdit. Illa nouitatē vocis cōſiderās. ut cāpanariū abeē dep̄hendit: defectū illum glorioſā virginē ſuppleuiſſe p os ſue ymaginis nō dubitauit. Ex quo nobis verecūdia incutit ſibi deſides a negligētes fuerimus. cū circa illud ineffabile ſacramētū. tāta ſint ſanctorū obſequia. Qr autē glorioſi nois matris domini inuocatio erga egros ſalus ſit a medicina: ſubiecta pbabūt exēpla. Ca. xxij.

In Aunſburch domo ordinis Ciſtercienſ: fuit quidam frater deuotiſſimus erga beatā virginem dei genitricē Mariam. Hic dū aliquātū tēporis in eius domo ſeruitiū pegiſſz. eſtu cordis incredibili cepit anxiari. aliquā ſibi ſpecialem viſitationem a matre mie cupiēs ipartiri. Igit̄ itēpeſte

quādā noctis ſolꝰ a. dū ĩ ſtratū
ſe ad requieſcēdū collocaſſȝ: o
culis ſomnum nō capientibus.
toto cordis affectu fiducialit̕
inuitare cepit beatam virginē
de alta ſede poloꝝ deſcēdere ad
ſe inuiſēdū. Cum repēte e lecto
ꝓſilit̕ ⁊ pomeriū quoddā dor
mitorio ꝯtiguū igreditur. In
quo aliquantū reſedit. oculis
cordis ⁊ corpis ſurſū arrectis. cū
ecce virgo pulcherrima igredi
tur: hijs cū verbis alloquens.
Nunquid nō deſideratiſ audiē
cantū meum? Quo rñdēte deſi
dero: tā dulcit̕ modulata eſt vt
vix aureſ humane ſufferre poſ
ſent. Melodia autem illa t̕mi
nata: inclinauit ſe v̕go ⁊ abijt.
Et poſt puſillū vidit aliā vir
ginem ingredientē: ad inſtar
p̄oris nimio fulgore micātem.
Que eciā dulce melos cecinit:
⁊ receſſit. Quas intellexit fuiſſe
beatā Katherinam ⁊ Agnetem.
Et poſt puū interuallum. ecce
glorioſiſſima mater miſericor
die Maria p ſemetipſā viſitaē
dignata eſt deuotū ſibi famu
lum: que eciam ōnes ſibi in veri
tate ſeruientes neqȝ hic neqȝ
in futuro ſua gratia deſtituet.
Venit ergo circūuallata agmi
bus āgelorum. omnē tetre no
ctis horrorē vultus claritate ac
ſplendore lampadum fugans:
ꝓpiuſqȝ accedēſ blanda voce cū
cōpellare cepit. O frat̕ cariſſime:
ſi placuerit q̄liter cūqȝ recōpēſa
bo deuotiſſimū famulatū tuū dul
ci melodya. Beata itaqȝ v̕gine
melos ꝑcinēte. frat̕ ille q̄ in ex
taſi factꝰ i faciē corruit: ⁊ ōnis
illa viſio diſparuit. Interī frēs
ex more ad matutinalē ſurgūt
Synaxim. predc̄i fratris abſē
ciam vehementer admirātes. q̄r
nunq̄ diuinis officijs ſe ſbtra
here ſolitus eat̕ niſi graui īfirmi
tate depſſus vel quolibet vtili
negocio occupatꝰ. Quapꝛop
ter qr reuerēdus ōmibus habe
batur. officinas totiꝰ mōſterij
pluſtrātes: tandē in predicto
pomerio repperert. vultꝰ hñtē
in terrā demiſſos. Quē eleuan
tes ⁊ in lectum deponētes: ōnem
diligēciā adhibuerūt. Qui ſoſ
pitati redditꝰ. p p̄ceptū abbis
ſui coactꝰ ē oēm rei ordiem pā
dē. Qui pꝰtea n̄ mgtꝰ bñficijs
ſibi collatis rliquū tpſ vite fer
uēciꝰ in dei ſuicio atqȝ eiꝰ piſſi
me genitricis pfecit: tādēqȝ fine bto
q̄euit. Hec in relata fūt a rligio
ſa vidua ſorore eiꝰ de frīs: q oia
teſtata ē ſe vera cit̕ intellexiſſe.

Nobil̕ vir Otto Ca. xxiij.
quandoqȝ Xantenſis
prepoſitus tempore quodam

adoleſcentie ſue duplici labora
bat infirmitate: febre videlicet
acuta ⁊ fiſtula in locis nature
ſecretioribus. Qua infirmitatē
ob verecūdiā medicis celās et
pro remedio ſanitatis dn̄am
noſtrā frequēter inuocans. fe
bre inualeſcente deſperatus et
depoſitus: cādela more ſecularium
manui eiꝰ impreſſa oībus qui
aderāt viſus ē expiraſſe. Et ec
ce beata virgo quā inuocauerāt
ſpūi eiꝰ viſa eſt adeē cū filio:
hijs verbis eū pro iuuene int̄
pellās. Fili inquit da mihi pu
erū iſtū. Cui rn̄dit. Tuꝰ ſit. Ad
quod verbū mox cepit egrotꝰ
vel ut circūſtātibꝰ viſū ē mor
tuꝰ reſpirare atq; cōfortari. In
tm̄ ut in lectū ſuū ſe iuberet repo
ni. De febre ꝑ interceſſionē be
ate virginis tūc plene curatꝰ.
Cū adhuc fiſtula laboraret: taci
to morbo ꝑ totā ciuitatē Tra
iectēſē miſſarū ſuffragia max
ime de domina noſtra ꝓ ſua inco
lumitate ſibi impendi poſtula
uit. Et q̄r medicinā ſpūalē me
dicine corꝑali ꝓpoſuit: anteq̄ miſ
ſe eēnt ꝑ cātate. ſacramēti vītus
fiſtulā dirupit: ⁊ ſanies erupit.
Sicq; inteḡlit̄ ſanatꝰ: ꝓ gra
tiarū actione cruce ſignatꝰ eſt.
Eodē tpe veniēs vercellis domū
ordinis noſtri. Dn̄m Vualte

rū: q̄nq; ingrm ſuū et tūc no
uiter cōuerſū. modo abbatem
Vilarienſē ibidē repit ⁊ ſaluta
uit. cui etiā ordinē ſue miāculo
ſe curationis r̄citauit. hec adijti
ens. Utinā modo nō eētis h̄ vt
ſiſ mare tn̄ſire poſſemus. Quē
cū iterrogaſſz de q̄buſdam vi
cijs quibꝰ illū aliqn̄ ſbiacere
nouerat. ⁊ ſi de illis ſe emēdaſ
ſet: ⁊ ille rn̄diſſz n: ſbiecit. Cer
te malas g̃tias curatori ⁊ cura
trici veſtre rependitis. Poſtea ve
ro ſciſma propt̄ ipſū i epiſco
patu Traiectēſi ortū eſt: ⁊ exti
tit cā mlt̄orū malorū. Hec nob
ꝑdictꝰ retulit abb̄ Vualterꝰ.
Qm̄ medicinale ſit nom̄ Ma
rie. quodā iocūdiſſimo pādā
tibi miraculo. Ca. xxiiij.

Ante hos ānos cū Catho
licicorū albiēſes hereticoſ
fuiſſent ſigti. ⁊ iā nō modicū
ab eiſdē eēnt. Heretici exacer
bati. duo honeſti clerici ꝑ terrā
illorū trāſeuntes cū eccīam vi
diſſēt in via deſolatā: ait vnꝰ
alteri. Sabbatū eſt. intremꝰ
eccīam hanc ⁊ dicamꝰ miſſam
in honore dome noſtre. Porta
bant enī ſecū librū calicē et in
dumēta ſacerdotalia. Anq̄ eēt
miſſa cōpleta. hereticis prodit̄i
ſunt. Qui armata manu intrā
tes ⁊ ſacerdotē de eccleſia trahētes.

lingua; eius radicitus abſcide
runt. Quem ſocius cum mlto
labore Cluniacū deducēs: mo
nachis commendauit. Illi ve
ro ſicut viri catholici ⁊ religio
ſi. ſacerdotem catholicum ⁊
notum propter fidem Chriſti
et genitricis ei9 honorē tā cru
deliter mutulatu; deuote ſuſci
piētes: omnē ei hūanitate; ex
hibuerunt. In nocte vero Epi
phanie cū ſolēnes decātarētur
vigilie: baculo pietem pulſās
miniſtros aduocauit. Qui cum
quererēt quid vellet ⁊ ille ſe in
oratoriū deportari ſignaret: vo
lentes ei pcē. nō acqeuerunt.
Tādē importunitate ei9 tediati:
in eccleſia cū ducentes an alta
re quoddā depoſuerūt. Qui
cū mrēm mie tota mentis deuo
tione inuocaſſ; illa ei apps. et
carnē ligue fōrm hntē in mau
tenens: rndit orāti. Quia ppter
fidē filij mei ⁊ honorē mihi ex
hibitū ligua tua priuatus es.
Aperi ergo os tuū. Quod cum
feciſſ;: digitis ori eius immiſſis
radici ligue pſciſe candē carnē
cōiunxit ⁊ vniuit: ſicq; diſparu
it. Qui mox cū angelo in voce
laudatiōis erupēs. clara voce
clamauit: Aue Maria vſq; in
finem. Quā ſalutationē cū cre
brius repeteret. ſtupētes accur



rere miniſtri: accurrerunt ⁊ de
choro mōchi. De tā puro ⁊ tā
iocūdo miraculo deū eiuſq; ge
nitricē glorificātes. Nō imme
mor collati ſibi beneficij. cleric9
in eodē cenobio factus eſt mō
chus. Cū Johannes ſcolaſtic9
Xantēſis circa idem tempus
eſſ; in puincia Albiēſiū cū ex
ercitu dni. audiens de tāto mi
raculo. in reditu cluniacū venit.
iā dcūm monachu; ſibi oſten
di petiuit ⁊ obtinuit. linguam
vidit: ab eius ore que dcā ſunt
audiēs. Sicut nob retulit idē
Johānes reliqua carne candi
dior eſt: in loco pciſionis ſuas
cicatricem. Huius miraculi te
ſtis eſt vniuſus cluniacēſiū cō
uent9 vſq; hodie. Ca. xxv.

Adam ſacerdos ⁊ mōch9
in Lucka cui9 ſupra mēi
ni capitulo. xvij. conſiderans
me in huiuſmodi miracul' de
lectari: ex multa caritate mihi de
ſeipō retulit qd dicturus ſum
Cū iquit eēm puer: ita caput
habebā ſcabioſū ut pre fetore
putredinis ei9 mecū ſedere vel
legere ſcolares recuſarent. Pri
ma oracō quā didici ſalutacio
erāt āgelica: adhuc puerul9 ſa
tis eā freqntās. Cū apd mōſte
riū Vueſtfalie pōit9 fuiſſe; ad
lrās. ⁊ eundo ad ſcolas ſiue ad

matutinas quotidie tranſirem per quod ante eccleſiam conuentualem ex neceſſitate vie: ſine intermiſſione ante oratorium in honore dei genitricis dedicatum cum tribus veniis totidem feci ſalutationes. Nocte quadam putans ad matutinas fuiſſe compulſatum ſurrexi tremens: et cum veniſſem ad iam dictum monſterium erat oratorium clauſum: tribus vicibus ſecundum conſuetudinem genua flectendo dominam noſtram angelico verſiculo ſalutaui. Surgens vero inueni oſtium apertum: et tanta erat in eccleſia claritas. ut fulgori meridiano aſſimilaretur. Quam cum ſtupidus intraſſem: vidi ante maius altare ſeptem matronas pulcherrimas reſidentes: vnam in medio que ceteris clarior erat: et ſex hic in .i. tres a dextris et tres a ſiniſtris. Media vero me vocans: cum propius acceſſiſſem ait. Bone puer: quare non adhibetur cura capiti tuo? Reſpondente me domina ſatis circa me laborauerunt amici mei ſed nihil profecerunt. Subiunxit illa. Noſti que ſim? Cui cum dicerem non domina: reſpondit. Ego ſum mater Chriſti et domina huius oratorii. Quia mei memoriam ſolitus es habere: ego tibi curam adhibeo. Accipe fructus ligni fuſilis: et fac tibi hodie ex eo lauari caput tribus vicibus ante miſſam in nomine patris et filii et ſpiritus ſancti: ſtatimque curabitur. Et adiecit. Ad me accede Adam. Et feci. Flectente me coram ea genua manum ſuper caput meum ponens ait. Ab hac hora vſque ad diem mortis tue non dolebit caput. Matri vero cuidam fratri qui me nutriuit omnia retuli. Qui in vallem proximam deſcendens et onſos fructus colligens: predicto modo caput meum lauit: ſtatimque conualui. Dolorem vero capitis nunquam ab illa hora paſſus ſum: cum tamen hoc in cordie ſatis ſit miraculoſum. ¶ Apollonius. Vt video medicina beate virginis nihil efficatius nil ſalubrius eſt. ¶ Ceſarius. Nec mirum. Ipſa medicum genuit: ipſa medicinam generis humani ex ſe produxit: vnde ſcriptum eſt. Germinet terra herbam virentem ſcilicet genus ſuum .i. Maria Chriſtum hominem quam animatum corpus ſumens de virgine naſci dignatus eſt. Item expreſſius in eccleſiaſtico. Altiſſimus de terra creauit medicinam: .i. ex carne virginis ſaluatorem. Iheſus interpretatur ſaluator ſiue ſalutare. Quia ſaluator medicus eſt: et ſalutare medicina eſt. Quod Maria terra ſit: teſtis eſt Yſayas qui dicit. Aperiatur terra et germinet ſaluatorem. Quod de

hac terra creatus ſit: idē ꝯplexta
dicit in pſona patris. Ego dn̄s
creaui illū. Et apoſtolus dicit
eū fcm̄ ex muliere. Quid er
go mirū. ſi apđ ipſam ſunt me
dicamēta ſanitatū. q̄ cet9 eſt aro
matum: Dilect9 meus inq̄t deſ
cendit in ortū ſuū idē in vterum
meū. ad areolā aromatū. Cō
ſidera rupem amatoris ⁊ alia lo
ca in honore ipi9 dicata. ⁊ nō
miraberis ſi pata fuerit ad me
dendum. ⁊ efficax ad ſanandū.
Vnde in Mōtepeſſulano vbi
fons eſt artis phiſice tātas o
patur ſanitates in quadā ſua
ecclēa. vt medici gracie inuiden
tes. paup cul' infirmātib9 ⁊ p
remedio ſanitatū ad ſe cōfluē
tibus dicere ſoleant. Ite ad ec
cleſiā ſancte Marie et deferte
ei lumen. ⁊ recipietis ſanitatē.
Et cum hoc pro mce dicāt. pau
peres ab eis paſſi repulſam ad
ipſā cōfugiūt ⁊ ſanant'. Nun
quid nō vides q̄ celerē ſanita
tem conſequant' febricitantes:
ieiuniū triū ſabbatorum vſq₃
poſt ſolis occaſum ipi vouen
tes: Apolloni9. Video ⁊ ad
miror. Ceſarius. Conſidera
ycōnam ei9 in ſardanay. que
in carnem verſa oleū ſine ceſſa
cione ſtillat. Cui9 rei teſtes i
numerabiles ſunt. qui de eodē
loco in inſtāti venientes. oleū qđ
in oculis ipſorum de eadē ſacra
ymagine receptū eſt tam nobꝭ
q̄ ceteris religioſꝭ diſtribuerūt
In quibuſdam vero ampullꝭ
te teſte idē oleū incipit incarna
ri. Cꝫ virtus nominis Marie
demones fuget. preſto ſunt exē
pla. Ca. xxvi.

Retulit mihi Vualterus
de Sirbach monachus
de clauſtro. diabolū cuidā cō
ſo cedinis noſtri ita fuiſſe infe
ſtum. vt nō p ſignacōnem nō
per aliquā oracionem ab illo
poſſꝫ liberari. Viſibilit' illi ap
parēs multis modis eū terruit
Suaſum ē ei a quodā viro re
ligioſo. vt angelicam ſalutaci
onem contra occurrentem p
ferret. Qđ cū feciſſꝫ. malignus
ſpiritus quaſi turbine ipulſus
clamauit. Dyabolus dentes ei
excuciat. qui te hoc docuit. Sic
q₃ liberatus eſt ab eo.

Capitulum. xxvii.

Incluſa quedā ſicut m
retulit ſꝫ prior noſter q̄
illā nouit. diu a demone ſꝫ ſpe
cie angeli illudebat'. Nō ei da
ta fuerat diſtinctio ſpirituū. dya
bol9 ſepi9 falſa quadā ſeculis9
claritate illi appuit. ⁊ ſciam ſim
plicē familiari9 alloq̄ns die q̄
dā in huiuſmodi v'ba prupit.

Nunc venio remunerare te. Re
q̄ſita eodē tp̄e a cōfeſſoꝛe ſuo q̊
mō haberz. cū ei r̄nderz optime:
ſacerdos ſicut vir prudēs ſidu
tiam r̄nſionis eiꝰ cōſiderās. cau
ſam inquiſiuit. Cui cū cōfite
retur ꝙ ab āgelo dn̄i crebriꝰ
viſitaretur: ſciens ille docēte a
p̄lo āgl'm tenebrarū ſe trāſfigu
rare in āgelū lucis. r̄ndit. Cū
āgelꝰ denuo viſitabit te. dices
Rogo dn̄e mī. ut dn̄am meam
mihi oſtēdas. Quod ſi fecerit: viſa
ea. genua flectes: et dices. Aue
Maria gr̄a plena etc. Et ſi tūc
ſubſtiterit: fictio nō eſt. Si aūt:
ſcias tibi a dyabolo illudi. Que
cū feciſſz ſicut fuerat edocta: ait
dyabolus. Ut quid deſideras
videꝛ illā? Bn̄ tibi ſufficere de
bz p̄ñcia mea. Illa fortiter iſtā
te: opere dyabolico virgo mire
pulchritudinis ſe oculꝭ eiꝰ ob
iecit. Qua viſa mox ad pedes e
ius incluſa ſe ꝓuoluit: et cōtra
fantaſma āgelicā ſalutationē
ꝓferēdo in turbinē illud reſol
uit. Quā tamē inimicꝰ euaneſ
cēs in tm̄ terruit: ut amēs facta
vix poſt ānū dimidiū multoꝝ
p̄cibus adiuta ſeſum recipet.
Vides nūc quanti ſit pōderis
nomē Marie. Apollonius.
Bene video: et nō ſine ammira
tione tam ex p̄ñti ꝙ̄ ex p̄dictis



exēplis virtutem eius cōſidero
Ceſarius. Inuocatio huius
nominis nō ſolū corruptores
mētiū. i. demones: ſʒ et corrupto
res corpū ſcilicʒ malos ac libi
dinoſos hoīes eneruat. Ca. xxviij.
Matrona quedam cuiuſdā
honeſti militis uxor: iſti
ctu dyaboli militē aliū admiſit.
Que poſt tēpꝰ aliquod inſpirati
one diuina ducta penitere de cri
mine voluit: et adultero prorſus
cōtradixit. Ille vero mariti eiꝰ
abſeciā obſeruās. domū illius in
trauit: et cū ſolam rep̄iſſz verbis
ſolitis ad crimē ſolitū eā inui
tauit. Quod cū illa rennuēt: vi re
nitētē opprimere niſus eſt. Et
cū videret ſe illi nō poſſe reſiſtē
ut pote femina debilis ac delica
ta fortiſſimo militi: ad totius
caſtitatis patronā cōfugit di
cēs. Rogo te dn̄a. p illud ſcm̄
Aue Maria: quatinus in hac ho
ra liberes me. Ad quod verbū
virtus oīs in milite defecit et e
marcuit: et femina ſe ab eiꝰ am
plexibus excutiēs incorrupta
euaſit. Poſtea requiſita a mili
te de cauſa viriū ſibi ſubtracta
rū: r̄ndit illi. Non mea virtute:
ſʒ glorioſi nominis dn̄e noſtre
hoc actū eſt. Quod cū audiſſz
ille territus eſt: nec ampliꝰ ad
ulteriꝰ verbū ad illā facē ꝑſumpſit

¶ Apolloniꝰ. Bñdictū ſit no
mē Marie. ¶ Ceſarius. Q; vin
cula ſoluāt̄ eiꝰ v̄tute eciā p ex
emplū tibi oñdā. ¶ Ca. xxix.

Eodē tp̄e quo dñs Engel
bertus Colonien̄ archie
piſcopꝰ edificauit caſtr̄ i Fur
ſtinbg cōtra nobilē vir̄ Ber
rardum de Brubach. Juuenis
quidam miles de eius exercitu
Theodericꝰ noie. facē ſibi volēs
nomē an̄ idē caſtrum captus ē
Diu ibidē incarceratus cū pecu
am p ſua ſolucōe dare ſpōſpō
diſſ; extractus de carcē poitus
eſt in domo ſupiore. Cui addi
ta ſūt vincula. 7 hui ad cuſtodi
am deputati. Habebat enī cir
ca pedes anulos ferreos. 7 circa
brachiū eiuſdē generis mani
cam. que annexa cathena pari
eti caute ſatis erāt infixa. Nocte
quadam cū eēt dormiēs int̄ ſex
ſatellites tā ſe q̄ reliquos cap
tiuos cuſtodiētes. 7 dñam no
ſtrā necnō 7 alios ſcōs ſolito i
uocaſſ; obdormiuit. Et ecce in
ſōnis vidit ſe tn̄ poſitū i mōſte
riū noſtrū. de quo cū vell; egre
di ſedēs in equo more feminneo
ncēitate vinculoꝝ. dixerūt ei duo
ex mōchis nrīs Monegūdus
ſcz 7 Henricꝰ cognati eiꝰ ſcōm
carnē. Nolite egredi. ſ; reuitimi:
q2 ſcā Maria de Heſterbach li

berābit vos. Hoc ecia noie voca
t' domus noſtra. Ad qd̄ v̄bū il
le euigilās gauiſus ē. Et de viſi
one cogitās. vtr̄ nā eēt vera an
fantaſtica ſcie volēs. moxvt di
gitoꝝ amouit. pedē vnū ſine dif
ficultate extraxit. Sili facilita
te manū a cathena liberauit. Se
piꝰ iſta tētauerat. ſ; non pfice
rat. Cūq3 ex motu vinculoꝝ vnꝰ
ſeruoꝝ euigilaſſ;. territꝰ miles
circulū reponē voluit nec potu
it. Tūc p̄mū intelligēs tale mi
raculum dei gñitricis meritis cir
ca ſe geſtū. hiuo rurſū obdormi
ente leuit' ſurrexit. 7 vincula ad
huc huās in vno pede. p lintha
mē p feneſtrā ſe dimiſit. 7 fugit
Nō dū huius opiſſ;. clamore fu
gam eiꝰ pdidit. ſ; manus hūa
na capere nō potuit quod virtꝰ
diuina ptexit. Multi enim tu
bis 7 canibus inſecuti ſūt. 7 cū
ſepius in pximo ſub frutectis
latitaret inuenire eum non po
tuerūt. Qui ad nos veniens
eoſdem circulos p gratiarum
actōe ſup altare beate v̄ginis
obtulit. 7 qualit' eius meritis
liberatus ſit nobis p ordinem
recitauit. Acta ſunt hec anno
gratie. m. cc. xix. ¶ Apolloniꝰ.
Quia eoſdē circulos vidiā ꝯ
pliꝰ eidē credā miraculo ¶ Ce
ſariꝰ. De hoc ecia q̄ tīores pellit

nom̄ Marie. rē quā nup̄ audi
ui tibi referā. Cā. xxx.

In Peloge villa dioceſis Treuereñ. ſacerdos q̄dā
procbiā regit. vir ſcōm ſuam
poſſibilitatē mlte hoſpitalita
tis atq3 laudādē caſtitatis Ad
huc enī corpe virgo eſt. Die q̄
dam quēdā ex cōuerſis noſtris
hoſpitio recipiens. ait ad illu3
Ordine3 veſtrū plurimum dili
go. qr multū boni mihi cōtigit
p eū. Antiphōam illā gloioſā
ſcilic3 Salue regina mie. ab il
lo tēpe: ⁊ quid mihi ꝓpt' illa3
cōtigerit. ad edificationem vo
bis enarrabo. Ad oēs hoās me
as illā dicē ꝯſueui. Cū die q̄da3
cāpū breuē trāſirē quādā viſi
tare incluſa3 iuxta ecciam ſoli
tariā habitantē. orta ſunt toni
trua tam valida. vt ictus ictui
ſuccedēs. vires ābulandi mihi
adimeret. Veniens tādē cū mlt
to labore ad eccia3 ipſā intrui:
⁊ corā altari me pſternens p
ipſa tēpeſtate dn̄am noſtrā in
terpellaui. Et ecce matrona vir
ginei vultus magniq3 decoris
de altari ad me veniens: cū ad
mirarer q̄ nā eſſ3 illa. prior me
allocuta eſt dicens. Quia anti
phonā Salue rgina miſeicor
die libēter ac frequent' decātaſ:
nuq̄ꝫ tonitrua neq3 fulmina q̄
rū timoē ſepi9 affligeris. te ledēt.
Sicq3 ad altare rediens. in o
cul' meis diſparuit. Et ſtatī itel
lexi. qr ipſa eēt clemens illa pia
ac dulcis Maia. Ab illa enī ho
ra vſq3 hodie a timoē p̄dctō tē
peſtatu3 quo nimis afficiebar
meritis beate virginis liberat9
ſum. Apollom9. Q̄ntum ex
hac viſione colligo. videt' qr i
ſequencijs cantilenis ⁊ p̄mis
alijſq3 cātibus in eius honoē
dictatis plurimū delectetur.
Ceſarius. Hoc certū eſt. ſi tam
humilit' ac deuote eis laudetur

Capitulum. xxxi.

Tempe quodā ſicut ex rla
tione religioſoru3 didici.
cū ꝯuent9 ſcīmonialiu3 i Sco
nauia ſequenciā. Aue precla
ra maris ſtella in q̄dā ſolemni
tate ſancte dei genitricis decan
tar3 deuotiſſime: Venerabilis
virgo Elizabeth tūc ibide3 ma
giſtra mētis exceſſum paſſa ad
illū verſiculū. Audi nos nā te
filius nihil negās honorat. Vidit
dn̄a3 noſtram flexis genibus
p eodē cōuentu preces fūdētē3.
Ab illa enī die vſq3 hodie. ex i
ſtitucōe iā dicte Elizabeth ide3
cōuent9 ad eūdem verſiculum
cū ſequentia decātatur veniam
petere ꝯſueuit.

Capitulum. xxxii.

Apud monaſteriũ ſancti
Criſancij ſcolaſtic⁹ qui
dã fuit nomine Daniel: pueros
illic inſtituens. Huic cõſuetu
do fuit dieb⁹ ſingul' ei⁹ de eccle
criptã ĩtrare: ⁊ corã altari flex
is genibus p̄dictã ſequẽciã in
eius honore decãtare. Hoc cum
p aliqđ tẽp⁹ actitaſſz: ⁊ ad illũ
v̄ſiculũ O ra v̄go nos illo pane
celi dignos effici ſp ſurgendo
veniã peteret: die q̄dã btã virgo
ſup altare ſtãs illi apparuit: ⁊
panẽ puulũ niue cãdidiorem
manũ tenẽs vt os apiret p̄cepit.
Quẽ cũ ori eius immiſiſſz: tãtã
ex eo ſenſit dulcedinez: vt omne
mel ⁊ fauũ ſuparz. Juuenẽ hũc
domin⁹ Daiel abbas Scona
uie bñ nouit: qui mihi ⁊ ipam
viſionem recitauit. Vis nunc
ſcire qȝ nominis ei⁹ inuocacio
eciã tẽtacões cõpeſcat? Apol
lonius. Hoc ſcire neceſſe eſt: qȝ
tẽtaciones nos frequent' mo
leſtant. Ceſarius. Dicam ti
bi qđ audiui ab abbe noſtro:
⁊ ipſe ſe hoc didiciſſe veraci re
lacõne teſtatur. Ca. xxxiij.

Miles q̄dam etate adoleſ
cẽs: cũ quodã milite di
uite domino ſuo a quo bñfici
atus erat habitabat. Et licet
etate floreret: ãplius tñ florebat
virtute virginitatis. Inuidia



õpante dyaboli ab vxore dñi
ſui grauiſſime cepit tẽtari. Qui
cum p ãnũ eadẽ inceſſant' tem
tacõe laboraret: iãqȝ ei intollera
bil' eet: ſbmota verecundia do
mine ſue quid pateret' aperu
it. A qua repulſam paſſus am
plius affligebatur. Caſta enĩ
erat matrona: ⁊ viro ſuo fidel'ſ.
Veniens ad quendã heremitã
de cui⁹ cõſilio tot⁹ pẽdebat: paſ
ſionem ſuã illi cum lacrimis cõ
feſſus eſt. Cui vir ſanctus fidu
cialiter rñdit: O nihil aliud no
cz tibi? Ego tibi dabo cõſiliũ: vt
deſideriũ tuũ cõſeqtur effcũm.
Per ãnũ iſtũ ſingul' dieb⁹ ſi fi
eri pot in eccla dñam noſtrã dei
genitricẽ Mariã centies cũ totidẽ
venijs ãgl'ico v̄ſiculo ſalutab': ⁊
q̄cq̄d volueris p illã impetrab'. Sci
ebat enĩ: qȝ caſtitatis amatrix iu
uenẽ caſtũ licz ĩ errore poſitũ n
deſereret. Cũqȝ iuuenis ĩ mlta ſim
plicitate dñe noſtre iniunctũ
obſequiũ impenderet: die q̄dã ſe
dẽs ĩ mẽſa dñi ſui recordat⁹ eſt
qȝ dies eadẽ t'min⁹ eet ãni. Et
ſtatĩ ſurgẽs aſcẽdit equũ ſuũ:
vicinãqȝ intrãs eccliam oracio
nes ſolitas expleuit. Qui cum
exiret de eccla: vidit matronã
pulcherrimam õnem decorem
humanũ traſcendẽtem, equum
ſuum per frenum tenentem.

Mirāti q̄ nam eſſet: illa r̄ndit.
Placet ne tibi ſpēs mea? Dicen
te milite. nūq̄ pulchriorem te
vidi: Illa ſbiūxit. Sufficerz
tibi ſi me poſſes habere vxorē?
Qui cum reſponderz. cuilibet
regi bñ ſufficeret ſpēs tua. et
beat9 iudicaretur tuo cōſorcio:
ſubiecit illa. Ego ero vxor tu
a. Accede ad me. et da mihi oſcu
lū. Et cū egit eū: dixitq̄z. Modo
initiate ſunt nupcie. et i tali die
corā filio meo pficient. Ex quo
verbo cognouit eaz ēē matrem
domini. cuius caſtitas hūane
cōgaudet integritati. Apprehē
denſq̄z ſtrepā equi eius vt aſ
cēderz: precepit. cui9 auctoritate
miles pſſus obediuit. Ab illa
hora tā plene a tētacōe p̄dicta
liberatus eſt: vt etiā vxor domi
ni ſui miraretur. Hec cū heremi
te recitaſſꝫ p ordinez: ille geitri
cis dei pietatē ſiml' et humilita
tē admiratus. r̄ndit. Ego inter
ēē volo diei nupciaꝝ tuarum.
Interi de rebus tuis diſponas.
Qd cū feciſſꝫ. et heremita veniſ
ſet ad diē prefixū: dixit iuueni.
Sētis aliquid doloris? Rnden
te illo nō. cū ſcdo poſt horā id
ipm ab eo ſciſcitaret: reſpōdit.
Modo ſētio. Qui poſt paulu
lū agonizās ſpiritū exalauit: et
celeſtē thalamū ꝑmiſſas nup
ciaꝫ celebratur9 itrauit. xxxiiij ca.

Quedā ſāmonial' virgo
a quodā clerico verb lux
urioſ ſtimulata in tm̄ flāte hee
moth cui9 ahelit9 etiā prunaſ
ardere facit ſuccēſa eſt. vt corde
et ore peticōni ei9 cōſentiret: p
mittēſ q dcō completorio vēi
ret ad locū ↄdictū. Erat enim
cuſtos ecclie. Dicto cōpletorio
cū conuētus aſcēdiſſꝫ dormitori
um et illa exire vellz de oratorio:
in ipſo oſtio Chriſtū manib9
in cruce expanſ ſtare cōſpexit.
Cui cū egreſſu' nō paterz: ad
oſtiū qd erat i oppoſito cucur
rit. Ita ſuccēſa fuerat in amore
clerici: vt pene racionis exps
quid circa ſe diuinitus ageret
min9 aduerterz. Quid plura?
Oēs ianuas adijt. et crucifixuz
in omibus inuenit. Tūc ad ſe
reuſa et territa dixit. Forte volū
tas dei nō eſt: vt vſq̄ vadas.
Solita fuerat eadez virgo ſin
gulis diebus ſpēalem quādaz
orationez de paſſione dn̄i dice
re. quā dn̄s i tāto piculo remu
nerauit viſione tā vtili. Que
tremēs an ymaginez beate dei
genitricis ſe pſtrauit: de pecca
to ſuo veniam poſtulans. A q̄
cū ymago faciē verteret. et illa
obnixi9 ſupplicatuā xpi9 acce
derz: ymago maxillā ei9 manu

ꝑcuſſit dicens. Quo vis ire:
fatua vade in dormitoriū tuū.
Tā fortis erat alapa vt i terrā
ruēs ſic iaceret. vſq; ad tempus
matutinale. Cumq; ſigna i dor
mitorio ſonarēt & illa in orato
rio nō pulſaret. putantes eā
eē in oracōne vel preſſam ſopo
re intrātes eā in multo defectu il
lam repientes. poſtq̄ refocilla
ta loqui potuit ōnia que circa
ſe geſta ſūt ad honorem dei cō
ſororibus ſuis recitauit. Licet enī
g̃uis eēt alapa. proſſus tamē a
temtacōe ꝑ illam fuit liberata.
Durꝰ morbꝰ durā req̄rit medi
cinam. Apollonius. Valde
accēdere debet ſexū virilē i amo
rē dñe noſtre. q̄ in milite tēta
cōnē cōpeſcuit ipm deoſculan
do. i femina maxillā eiꝰ feriendo:
cū vtriuſq; volūtas mala fuerit
ac peruſa. Ceſariꝰ. Per hoc
enī oſtēdit q̄ ſexū nrm ñ abhor
reat. ꝑmo eq; vt femineū diligat
Magis eciā decz vt dña ācillā
peccātē caſtiget q̄ ſuū. Apol
loniꝰ. Placz qd dicis. Ceſa
riꝰ. Referā tibi aliud benignita
tis eiꝰ indiciū adhuc iſto glo
rioſiꝰ. Ca. xxxv.

In mōſterio q̄dā ſc̄imoniali
aliū cuiꝰ nomē ignoro an
nō mltos ānos vgo q̄dā dege
bat nomine beatrix. Erat enim
corpe ſpecioſa. mente deuota. &
in obſequio dei genitricis ferue
tiſſima. Quociens illi ſpeciales
oracōnes ſiue venias ſecrecius
offerre potuit. ꝓ maximis deli
ciis reputauit. Fcā vero cuſtos
hec egit tāto deuociꝰ quanto li
berius. Quā clericus quidā
videns & cōcupiſcēs. procari ce
pit. Illa verba luxurie ſpernen
te iſto importunius inſtante ſ
pens antiquus tā vehementer
pectus eius ſuccendit. vt flam
mam amoris ferre non poſſet.
Accedens vero ad altare beate
virginis patrone oratorii ſic
ait. Domina quāto deuociꝰ po
tui ſeruiui tibi. ecce claues tu
as tibi reſigno. temtaciones
carnis ſuſtinere diucius nō va
leo. Poſitiſq; ſuper altare clau
bus. clam ſecuta eſt clericum.
Quā cum miſer ille corrupiſſet:
poſt dies paucos abiecit. Illa
cum non haberet vnde viueret
et ad clauſtrum redire erube
ceret. facta eſt meretrix. In quo
vicio cum publice quindecim
ānos trāſegiſſet. Die quadā in
habitu ſeculari ad portā venit
monaſterii. Que cū dixiſſet por
tario. noſti beatricem quādoq̄
huiꝰ oratorii cuſtodē: rñdit.
Optīe noui. Eſt enī dña ꝓba
ac ſcā et ſine q̄rela ab infancia

vſq3 ad hāc diē in hoc mōſte
rio cōuerſata. Illa verba homi
nis notās ſ3 non intelligens:
dū abire vellet mater miſeicor
die in effigie nota ei apparēs:
ait. Ego p quindecī ānos abſē
tie tue offitiū tuū ſuppleui. Reu
tere nūc in locū tuū ꝛ penitētiā
age: qꝛ nullus hominū nouit
exceſſu3 tuū. In forma ſiquidē
et habitu illius dei genitrix vi
ces egerat cuſtodie. Que mox
igreſſa q̄ꝺ diu vixit grās egit p
cōfeſſionem circa ſe geſta māi
feſtās. Qꝫ puſillanimes p eam
ꝯfortentur: ſubſequens oſten
dit exemplū. Ca. xxxvi.

Miles quidā iuuenis ac de
licatus in Hemēro de ān
paucos ānos eſt conuſus: vo
cabulo Henric9. Factus mōa
chus cū die quadā a quoda3
cōmilitone ſuo requirētur. quō
ei ordo placeret ꝛ quō haberet:
rn̄dit. Optime mihi placet or
do ꝛ bene habeo ſ3 per tempus
valde male habui. Interroga
tus de cauſa. qꝛ hominē dilexit
ꝛ edificare voluit. ſbiūxit. Añ
pmo conuſus fu3 ita graues e
rant mihi ſolemnes vigilie: vt
quotienſcūq3 oportebat me iē
ad matutinas. tīore ac tedio il
laꝝ tā corpe q̄ꝫ corde tabeſcerē.
Nocte quadā defectū paſſus
tū ſtare nō poſſem a priore de
choro fui eductus. ꝛ in ſede infir
moꝝ poſitus conuſo ad cuſto
diā mihi deputato. Mox in ex
taſi factus contēplatus fui do
nam clariſſimam. quā diuiſi or
dinis pſone precedebant p viā
que erat inter me ꝛ choꝝ ince
dentē. Habebat in capite coro
nā diuerſoꝝ coloꝝ. ꝛ erat moē
iudayco velata. Cū mihi ꝓpin
q̄ſſ3 quaſi ex neceſſitate me tan
gēs veſte pcuſſit. ꝛ ecce ſubito
confortatus: Ita oīs predicta
temtatio cōquieuit. vt ab illa
hora delitie mī ſint ire ad matu
tinas. Spero q̄ꝫ domina noſtr̄
fuerit. q̄ puſillanimes confor
tat ne temtationi ſuccūbant.
De hijs a me requiſitus idem
Henric9 non negauit. Qꝫ ve
ro torpētes ad deuotione3 exci
tet. habes exēplū in diſtinctio
ne quarta capitulo triceſimo
de Chriſtiano mōcho noſtro:
quē in oratione dormientē teti
git dicēs. Non eſt hic dormitā
dū ſ3 orādū. Apolloi9. Bene
recordor huius capituli. Ce
ſarius. Qꝫ vero p ſuis viciis de
ordine eiecti beate virginis mi
ſericordia reuocent: ſequens
ſermo declarabit. Ca. xxxvii.

Eodem tēpe quo Daniel
monach9 in Hemērode

vir ſimplex et reus vltimā inci
dit infirmitatem. laborabat in
eadē domo Ydropiſi ali9 qui
dem monachus Henricus no
mine ordine ſacerdos: nō tn̄ ad
huc lecto decumbēs ſꝫ ambulare ſuffi
ciens. Qui ad lectū infirmātis
appropians: hec v̄ba ab eodē
Daniele audiuit. Monach9 il
le multas habet beate virgini
referre grās. Audiēs hec Hen
ric9 mirat9 eſt: et inq̄ri fecit ab
eo q̄d in hijs v̄bis notare volu
erit. Qui rn̄dit cū auxilio dn̄e
noſtre fuiſſe receptū fueāt nā
qꝫ ob exceſſus q̄ſdā moreſqꝫ
ꝑbos idē Henric9 eiect9 de do
mo. Vn̄ nimiū dolēs die noctu
qꝫ lacrimis et oracōibus inſiſte
bat: inuocans btām virginem.
vt ipſa ei regreſſuꝫ ad ꝑpaꝫ do
mū donarꝫ. Tpe generalis ca
pituli p abbatē ſuū ſeniores in
terpellauit: q̄ vnanimit ei con
dixerūt: eo ꝙ incorrigibilis exi
ſteret. Q̄d vbi cōpitiratus be
atē virgini. omne ſeruitium
quod ei impendere conſueue
rat ſubtraxit. Tandem ductus
de hoc penitencia obſequium
neglectum reſumpſit: et vale
faciēs proceſſibus ad clauſtrū
rediḯt miſericordiā quēſiuit: ſꝫ
non inuenit. Suaſit ei abbas
qui ſolus ei erat propicius. vt
archiepiſcopuꝫ Treuerenſem
adiret: et eius auxilio atqꝫ in
teruentu ingreſſum optinerꝫ.
Vtrunqꝫ factum eſt. Omnia
tamē hec circa illū geſta fuiſſe.
p clemēciam beate dei genitricis:
predicto Danieli reuelata fuit.
Vis nūc noſſe. ꝙ ſincero effe
ctu diligētes ſe diligat quātū
dilectos honoret. et ꝙ mirificis
reuelacōibus eoſdē glorificet.
Apollonius. Talia audire
cibus mihi eſt. Ceſarius.
Que dicturus ſum multorum
didici fida relacōe. Ca. xxxviij
IN Longobardia q̄dam
domo ordinis noſtri que
Karixtus dicitur: ante paucos
ānos monachus quidam ex
ſtitit nomine Bertrammus.
Iſte tam feruenti motu carita
tis dominam noſtrā ſanctā dei
genitricem amabat: vt nō ſine
magno cordis cruciatu audiē
poſſet. ſi forte dubitatiue quis
diceret vel legeret de corporali
illius aſſumpcione. Cum iam
feciſſet in ordine quindecim an
nos adhuc iuuenis etate in vi
gilia aſſumptionis eiuſdē glo
rioſe virginis. rogauit abbatē
vt ſibi liceret ire ad vicinam
Brangiam: dicens ſe non poſ
ſe audire neqꝫ ſermōes Ihero
nimi in choro. neqꝫ ſermonē in

capl'o: timens q̇d dictū ē. Erat
ei gr̄agiari9. Abbas ſcītatē ei9
turbare timens. ānuit eius pe
ticioni. Cūq; veniſſȝ iuxta grā
giā. angelus dn̄i mirabili modo
illū rapuit: et ad ſpatiū vni9 di
ete iux̄ puam quandaȝ eccl̄iaȝ
vicinā ſatis caſtro fratris ſui
carnal' viri nobil' deponens.
diſparuit. Equ9 vero cui inſede
rat et ſeruus. iuxta gr̄agiam di
miſſi ſūt. Erat aūt fluui9 q̄ ſine
naue trāſuadari nō potuit iter
caſtrū et capellam. Qui cū ſe
deret admirās vbi nam eēt. vel
q̄liter ad illū locū deueniſſȝ: in
ueniſ quidam ſplendidus de
eccl̄ia exiuit: et qz dn̄a nr̄a ipſi
oci9 eccl̄iaȝ īgredi mādarȝ. voce
clara nūciauit. Ingreſſ9 eccle
ſiā: vidit ſāctā dei genitricē ī cor
pore glorificato in ſede miri de
coris reſidentē. Sedebant cir
ca illā diuerſi ordines ſancto
rū: patriarche videlicet. ꝓphe a
poſtoli. martirēs. cōfeſſores. v̄
gines. vidue. cōiugati. Erat aūt
hora nona. Que virgo beatiſſi
ma ſalutās familiari9: ait. Ber
trāme meliores ſmonibus Ihe
ronimi h̄ audies ſmones. Dic
ta nona a circūſedētibus p int̄
ualla dicte ſūt et reliq̄ue hore:
veſpere videlicet cōpletorium.
matutine laudes. p̄ma. tertia
ſexta. Eratq; pſalmorū ſiue re
liquoꝝ cātuū melodia tā ſua
uiſſima et vocū tāta cōcordia:
vt ſmo nullus exprimere poſ
ſet. Deinde vultū iocūdiſſimum
ei exhibens: voce hylari ac dul
ci ſic ait. Bene ſcio bertrāme q̄
re nūc egreſſus ſis de clauſtro.
Noueris p certo. me in vtraq;
ſbſtācia. i. corpe et anima glori
ficatā: et die quadrageſimo a
mortuis ſuſcitatā. Apolloi
us. Hijs verbis cōcordat viſio
dn̄e Eliȝabeth de ſconauia: ī
q̄ legitur ſub eiſdē verbis dn̄i
na noſtra ei reſurrectionē ſuā
reuelaſſe. Ceſarius. Tanto
amplius fides adhibenda eſt
huic viſioni. Mox vt beata v̄
go verba predicta ꝓtulit. con
uētus ille celeſtis diſparuit: et
monachus in loco ſue ſeſſio
nis ſe ſolū inuenit. Nutu diuino
germanus eius de quo ſupra
dictū ē adueniēs. cum ſolū illū
ibidem reperiſſȝ: et quid ibi ſol9
ſederet vel vnde veniret īterro
gaſſȝ: oīa que circa ſe geſta ſūt
ne lapſū ſcādaliſarȝ. p ordinē
recitauit. Tunc ille. Expectate
hic frater: donec equū vob̄ ad
ducam. Mira res feſtinante il
lo ad caſtꝝ: āgelus dn̄i in mo
mēto in locū de quo tulerat illū
repoſuit. Reuerſus miles cum

non inuenıſſ3 quē dimiſerat. a
poſtataz ſiue eiectū illum eſti
mans.ad monaſteriū curſita
uit.ad qd̕ dicto copletorio ve
niens abbatē vocauit.et vbi nā
frater ſuus eēt requiſiuit. Cui
cū abbas ſignarz vt expectarz
vſqz mane.et turbatus rn̄deret.
ſcio q2 eiecıſtis eū.et minaē turq3
monaſterio.rupto ſilencio rn̄
dit abbas. Per licenciam meam
ad proximam Grangiam equi
tauit.non dubito quin ibi ſit
Ierūt ſimul.et in capella conuer
ſorum orātem inuenerūt.et cog
nouerūt ex teſtimonio illorū.
q2 eadem hora qua miles eum
iuxta caſtrz reliquerat.candez
Grangiā intrauerit. Apollo
nius. In hijs que dicta ſūt.pa
rē hunc iudico virz duob9 an
tiquis prophetis. Ezechieli ſcilicz
et Abacuc. Ex quib9 vn9 mirabi
liter vidit. que agebantur in
Iheruſalem. Alt̕ vero de iudea
ſubito trāſlatus eſt in Babilo
nem. Ceſarius. Aliquid
amplius i iſto conſidero. Magis
miraculoſum videtur. corpus
glorificatum ſiue celeſte3 ordi
nes ocul̕ corporeis poſſe vidē
q̄ in ſpiritu. qualem viſionem
ſe Ezechiel vidiſſe teſtatur
Apollonı9. Conſencio. Ce
ſarius. Maiorez iudico viſio

nem q̄ ſequitur. Die quadā āge
lus dn̄i ex parte abbis ſignū
ei fecit vt ad portam veniret. Se
cutus eſt ille p̄cedētem.et cum
ad portā nō inueniſſ3 abbatez:
eodē ſigno āgelus eū traxit in
campum. Qui cum miraret̕ q̊
nam eēt iturus.et ille ſignis ex
parte abbis ſequēti nimis eſſ3
īportunus. venerūt ad q̊ſdam
montes ſublimes. Quib9 trāſ
miſſis.locuz ingreſſi ſūt amenıſſi
mū arboribus et diuſi gn̄is floi
bus nimis delicioſū. Erāt ei pa
diſ9 t̕reſtris. Int̕ cetera q̄ ibi vi
dit.duos ſcōs ſplēdidos Enoch
videlicz et Heliā conſpexit.et cogno
uit. Tenebātq3 i maib9 libr
maximū lr̄is aureis ſcriptū.vno
tm̄ folio vacuo. Et dixit ei āge
l9 dn̄i. Iſte ē lib̕ p̄deſtiacōis.co
tinēs oia noia electorz q̄ ab inici
o mūdi vſqz ad diē hāc nati ſūt.
Cū āt foliū qd̕ vacuū ēnis p̄fe
ctū fuerit.mūd9 conſummabit̕. Et
oſ̄ndit ei nomē ſuū. Qd̕ cū legiſſ3
letus.adiecit. Nunq̄ delebitur
nomē tuū de libro hoc. Iſte eſt
lib̕ de quo Dauid dicit i pſalmo
Et in libro tuo oēs ſcribent̕. Et
dn̄s in euangelio. Gaudete et
exultate: q2 nomina vr̄a ſcripta
ſunt in celo. Apollonı9. Si
i illo libro ſoli electi ſcribunt̕.qd̕
ē qd̕ idē propheta de reprob̕ dicit

Deleantur de libro viuentium.
¶ Ceſarius. Pſalmiſta hic
loquitur ſcðm ſpem illoꝝ qui
de ſua pſumentes iuſticia: pu
tāt ſe ibi eē ſcriptos. Qꝫ autem
null⁹ rꝑboꝝ i eo ſcribatꝰ: mox
oñdit cū ſbiūgit. Et cū iuſtis
nō ſcribātur ¶ Apolloni⁹. Pla
cet q̄d dicis: ſꝫ rogo vt ſi aliq̄d
adhuc noſti de hoc beato viro.
dicere mihi nō differas. ¶ Ce
ſarius. Tpe quodā cū eſſꝫ in o
ratione btām genitricē dei ex
oppoſito ſui ſup ceſpite virētē
ſtaē cōſpexit Et ecce fons aurei
coloris e regiōe cū impetu erū
pens: riuulū ſuū ad pedes ei⁹
digebat. Cui⁹ lapilli lapides
erāt precioſi: ſmaragdi videlicꝫ
carbūculi. topazij. ſaphiri. iacī
cti. Cūqꝫ de viſione miraretur:
ait illi dña nrā. Noſti btāme
q̄d iſta ſignificent? Dicēte illo nō:
dña reſpondit. Fons iſte aurei
coloris. ordo Ciſterciens eſt: q̄
ſicut aurū reliq̄ metalla. ita ce
teros ordines tā dignitate q̄
ſctitate pcellit. Illi iam ex mag
na parte fluentibus a me: iſte
ſpeciali quadā progatia dilec
tōis nō ceſſat fluere ad me. La
pilli precioſi q̄s vides in riuu
lo. ſpeciales amici mei ſunt in or
dine: ⁊ i obſequio meo plus ce
teris feruētiores. Sicqꝫ diſpa
ruit viſio in ocul' eius. Omnia
hec recitata ſunt abbib⁹ tēpoē
capl'i general' Multa alia vir
iſte beat⁹ vidit ⁊ egit digna re
latuq̄ mihi non ſunt recitata.
¶ Apollonius. Miror ſi aliq̄s
vir tā ſanctus habuerit in ordi
ne temtacōnes ¶ Ceſarius. In
pncipio conuerſionis ſue vt au
diui. de cibis regularibus plu
mū temtabatur: ſicut vir nobi
lis ⁊ delicatus. Hoc cū dixiſſet
abbti: intelligens ille ex mūdi
cia cōſcientie eius ſpm ſanctū
eē in eo: rñdit Roga deū quod
vis: ⁊ non negabit tibi Orauit
ille ⁊ exauditus eſt. Ab illo tē
pore in tm̄ delectabatur in cib
regularibus: vt de licencia ma
ioris abſtinēcie abbi forꝫ ipor
tunus. ¶ Apollonius. Beati
ſunt clauſtrales: qui ad tātam
familiaritatem dei gnitricis ad
mittūtur. ¶ Ceſarius. Non
ſolū clauſtrales: ymo etiā ⁊ p
ſonas ſeculares ſe diligētes ma
ter pulchre dilectionis diligit
⁊ honorat. Ex quibus occurrit bea
te memorie Vualterus de Bir
bach. cuius ſup in diu' locis
memini: quem non ſolum infe
rioris ordis homīes. ſꝫ reges ⁊
pncipes nobilesqꝫ venerabāt:
audiētes bñficia a matre mie
illi ɔceſſa. ¶ Apolloni⁹. Cui⁹

fuerit pfeſſio mis vir iſte ex ſu perioribus noui ſꝫ quis fuerit vel qualē duxerit vitā an̄ con uerſionem ſiue conuſus i ordi ne. ſcire deſidero. Ceſarius. Quicquid de illi9 actib9 mēo ria dignū noui: fida tibi pādā relatione. Ca. xxxix.

Ibitur Vualterus de Bir bach villa oriūdus. exſti tit vir diues ac potens ⁊ nobi lis valde cōſanguine9 Henri ci ducis Louanij. Qui cū eſſet milicie ſeculai adhuc etate flo rēs deditus ⁊ in ea ſtrēnuus ſa tis atqꝫ noiatus: dn̄am noſtrā ſāctā dei genitricē ſēpqꝫ virgi nem Mariā. ab ipſa puericia cepit inuocare. ⁊ ex intio cordi affectu diligere: atqꝫ ieiunijs elemoſinis ⁊ miſſaꝝ celebrācōi b9 honoraē. licꝫ ei corpe dedit9 eēt vt dictū eſt torneamētis. corde tn̄ totus erat in obſequio btē virginis. Tpe quodā cū ꝓpera rꝫ ad quoddā torneamtū mili tes bn̄s in cōitatu. venīſſꝫ qꝫ ad eccāam quādā: illos vt miſſam audire vellent hortabatur. Qui cū recuſarēt moꝛā tantam ſibi piculoſam eē ptēdētes: ill recē dētibus ipſe manſit: miſſām de ſācta Maria ſibi cātare fecit ⁊ obtulit: ſicqꝫ ſocios inſecutus eſt. Cui cum aliqͥ de torneamto occurreret ⁊ hoc ex rn̄ſiōe illo rum ognouiſſꝫ: ſbiūxit. Eſt ne adhuc inceptū: Dicētib9 ill ecī am: rn̄t. Quis forcius ibi facit: Dn̄s Vualter9 inqūnt de Bir bach. Ipe in ore omniū eſt: om nibus pfert ⁊ ab ōmb9 lauda tur. Alijs vero occurrētib9 ⁊ ſi milia dicētibus: ſtupēs admira batur qd nā hoc portēderꝫ. Ac tū eſt ineffabili pietate beate virginis: vt militē deuotum in obſequio ſuo tardātem in tor neamto honoraꝫ. ei9 qꝫ abſeciam mirabili qdam vtute ſuppleꝫ. Veiens tn̄ ad locū armauit ſe ⁊ intrauit: ſꝫ nihil magni illic e git. Ludo vero expleto. qdā ex militibus hoſpiciū ei9 intraue rūt: ⁊ vt ſecū miciꝰ agere dig naret deprecabant. Quibus cū diceret: Que ē cauſa petico nis veſtre: Rn̄derūt. Hodie ce piſtis nos: ⁊ rogamus vt bene nos tractetis. Vualtero negā te ac dicente ego vos non cepi: rn̄derūt. In rei veritate nos ho die dextras dedim9: nos ſigna veſtra militaria ibi vidimus: nos vocē veſtrā ibi audiuim9. Et ognouit ſtatī hoc actū fuiſ ſe grā btē virgīs: quā honoraucāt ī miſſa. Apolloi9. Cū ſit moē le pccm ire ⁊ exercē torneamta: quo btē virgini placē potuert

oratio ꝛ oblatio Vualteri. C
Ceſarius Duo ibi ꝯmittuntur
peccata mortalia: ſupbia ſcilicȝ
ꝛ inobedientia Supbia. quia
fit intuitu laudꝭ humane: ꝛ inobe
dientia. q2 fit cõtra ꝓhibicõnẽ
eccĩe. Unde i torneamentis oc
ciſi extra cimiteria fidelium ſepeli
unt. Cũ autẽ obſequiũ predi
cte miſſe Vualtero potuiſſȝ eẽ
meritoriũ vite eterne ſi factũ fu
iſſet in caritate. nũc tranſiuit i
mercedem tẽporalem Opera em̃
bona idẽ de genere bonoꝝ tem
paliũ remunerãtur. Homo eti
am per illa vt quidam ex ſcrip
turis ꝓbant: abilẽ ſe reddit ad
gratiam ſuſcipiendã. Hoc verũ
eẽ ſequens ꝓbat exemplũ. Cũ
alio quodã tꝑe nũdinas illas
execrabiles quereret ꝛ inter mil
tos ſtãs miſſam audiret: ſacer
dos vt in canõe calicẽȝ leuauit.
crucem aureaȝ ſb eius pede cõ
ſpexit Cui annexa fuit cartula
hec ꝯtinens verba. Crucẽ hãc
defer ex parte mea Marie ſcili
cet matris Chriſti: amico meo
Vualtero militi prope Bir
bach. Quã cũ ſacerdos legiſſȝ:
poſt ꝯpletionẽ miſſe pulpitũ
aſcendit ꝛ clamauit. Eſt ne ali
quis hic miles q̃ vocet̃ Vual
terus de birbach? Rñdentibus
q̃buſdaȝ ecce iſte eſt. ſacerdos
eũm ſeorſũ duxit. crucẽȝ porre
xit ꝛ vbi illam inuenerit vel q̃s
miſerit intimauit. Quaȝ letus
ſuſcipiens. in Hemerode conũ
ſus eam abbi reſignauit. Poſt
ea cõitiſſa Hollandie miſſis
honeſtis nũcijs eãdem crucem
ſibi dari petiuit. ꝛ tali mõ obtinu
it Cumqȝ cõuentus nũcijs rñde
retȝ. nõ poſſumꝰ eam dare ñ ſit
volũtas fratris Vualteri. ſperã
teſqȝ nõ ãnuerẽ. reqſitus de hoc
rñdit. Ego nihil ꝓprietatis ha
beo: penes abbẽȝ eſt. Sicqȝ do
lentes illã miſerũt. Cuiꝰ auruȝ
tãti fulgoris ẽ. vt õne aurũ i eiꝰ
palleſcat ꝯſpectu. Quã cõitiſſa
inter reliq̃as ſuas repoſuit. ea v
ti nõ audens. Cõſiderãs Vual
terus adhuc in ſeculo poſitꝰ tã
ta circa ſe beate dei genitricis bñ
ficia. in tm̃ in illiꝰ amore accen
ſus eſt. ut in quadam paupere
eccĩa in eiꝰ honore dedicata con
ſcio ſacerdote ſune collo ſuo i
iecto ſeruũ glebe ſe illi ſupalta
tare offerret: ſoluens ſingulis ã
nis cẽſũ de capite ſuo: qualem
ſerui Originarij ſoluere cõſue
uerũt. Et q2 propter honorẽ regi
ne celeſtis ſe tã valde humiliauit:
ipſa ſuũ dilectũ eciã glorifica
uit. Solitus erat in vigilijs oĩ
um ſolemnitatũ beate virgis
ieiunare in pane ꝛ aq̃. et ſepe

eciā in ſextis ferijs ob reuerēciā
ſabbi. Die q̄dā ſeruus ieiunāti
vaſ puulū fictile cū aq̄ optulit:
quā i eius maibus dn̄a vtus i
vinū optimū conu̇tit. Qui cū
guſtaſſ; aquā vinū factū: ſuū
ſecrete vocauit ⁊ arguit. dicens
ſibi vinū pro aqua miniſtratū.
Qd cum ille negaſſ;. aſſerēs ſe
hauſiſſe aquā de ſitula: vas re
cepit ⁊ effudit: ſicq; aq̄ puriſſi
ma impleta vt ſecurus eſſ; pre
guſtauit ⁊ optulit. De quo dū
guſtaſſ; ſicut prius vinū inue
nit ⁊ mox ſuo iratus ſic ait. Vt
quid mihi illudis en ſcd'o: vi
nū p aqua offerendo? Ad qd
verbū ſtupēs ſuus: cum iuram
tis maximis negauit. Tūc pri
mum intelligēs ex mia dei geni
tricis hoc miraculum circa ſe ge
ſtū: eundem ſuū adiurauit. ne
illud vnq̄ alicui hoī quoad
viuer; maiſeſtaret. Ex quo col
ligitur: q̄ nō cupid9 eāt inais
glorie. Seruus vero tāti parti
ceps miraculi. frat' eſt Arnol
dus. qui cum eo venit ad ordi
nem: vir ſanctus ⁊ multum or
dinatus. Et in mōte Stromb'g
ſepultus. Anteq̄ more retur
idē miraculū ad dei gloriā pub
licauit: timens de theſauro oc
cultato poſt mortem reddere
racioēm. Audiens ſepedictus

Vualterus ordinē Ciſtercien
ſe btē vgini dedicatū. oia q̄ ſūt
huius mūdi diuicias videlicet
hōres ⁊ aicos ob illius amorē
reliq̄t. ⁊ in clauſtro qd alio no
mine Hemmenrode dr cuius fa
ma tūc tpis ſicut ⁊ hodie clariſ
ſima fuit habitū regularē ſuſce
pit. In quo cenobio q̄ humilit'
ſit conu̇ſus. q̄ feruens fuerit ⁊ o
bediēs. ⁊ in obſequio btē vgis
deuotus: teſtes ſūt omnes mo
nachi eiuſdē mōſterij. Pſalte
riū vero ymnos cātica ⁊ alias de do
mina nr̄a oracōes pluimas imp
bacōe didicerat. q̄ oia ſtudio
ſiſſime frequentauit. Miſſe q̄
tidiane dn̄e noſtre ſep'r inter
eē voluit: quicq̄d pene loq̄bat'
edificatoriū fuit. Quia non ſo
lū v'bis ⁊ aſpectu p'mo eciā odo
re ſaē ei9 mlti edificabāt. ingr
hoſpitū creatus ē. Tpe q̄dā du
ctus ē ad mōſteriū ſpē curacōis
q̄dā obſeſſus: ⁊ i hoſpicio recep
tuſ. Eāt ei ruſticus diues ſatis
ac notus. Qui cū nllo remedio
poſſ; ſanai nō reliq̄is ſcōꝝ. nō
oracōibus mōchoꝝ: ſepe dcūs
Vualterus auctoitate officij
frequent' eū viſitās. oracōes ⁊
richmos q̄s hebat de dn̄a nr̄a
oſcriptos ſup caput hōis legit.
ſacras picturas oſ̄dit. p q̄ oia
demonem vt exir; adiurauit.

Die q̄uadaʒ cū pſalteriū ſuper
obſeſſi caput poſuiſſʒ:obſides
clamās ⁊ fures in tm̄ homineʒ
a quo exire cogebat᷑ turbauit
⁊ alliſit:vt cadēs in terraʒ mor
tuus diceretur Poſt horā ad ſe
reuſus ſurrexit·a dyabolo ſe li
beratū clamitās· Conuerſus ve
ro qui cura cōm̄ huic interfuit
⁊ ruſticū furentē ſeruauit·iſta
mihi recitauit· Vadens ille ſa
nus in domū ſuaʒ.poſt aliquā
tulum tēpoꝛis rediit:grās agēs
beate virgini ei⁹ q3 ſeruo ſuo
curatori:hoc verbū audiente cō
uentu adiiciens Si nihil eſſet
amplius reliquiaruʒ in mona
ſterio iſto preter hūc ſanctuʒ
virū cui⁹ meritis curatus ſui:to
ti loco ſufficere deberet ¶ Apol
lonius· Magna ſūt que dicis.
¶ Ceſarius Non ſolū demones:
ſʒ ⁊ bruta aīalia illius ſcītati o
bediebant· Erat mōſterio po
ledrus pulcherrim⁹ ⁊ tāti va
loris:vt tā epiſcopus Treuerē
ſis q̄ dux Lotharigie quadrā
gīnta vt puto marcas argenti
offerret p illo· Spes eni optī
mi dextrarii i eodē erat poledro.
Timens cōuentus alteꝝ offē
dere ſi vim̄ videretur:p dominuʒ
Vualteꝝ duobus adhibitis
cōuerſ eūdē equū comiti Hol
lādie gētis trāſmiſit. Venientib⁹
eis in quendā ſaltuʒ poledrus
equariciā id ē gregeʒ equaꝝ
de lōge paſcere ↄſpexit:qui ſta
tim hinniēs atq3 laſciuiens ex
ducentiū manibus ſe excuſſit:
⁊ curſu velociſſimo ad equari
ciā ꝓperauit· Que cū ↄuerſi in
ſequerentur:eq̄ricia fugiente·
magis poledrus ab eis elonga
batur. Quibus fruſtrato labo
re reuſ:ait Vualterus· Proce
damus:equ⁹ iſte pditus ē:niſi
ſancta Maria illū nob̄ reddonet.
Vix ad duo miliaria pceſſerāt:
⁊ ecce poledrus velociter recur
rens q̄ nondum ſatis domitus
fuit:velut ouis manſueta du
ctoꝝ ſuoꝝ manibus colla ſb̄
iecit· Quia notus erat nobili
bus terre ⁊ ab eis tū propter
ſanguinis nobilitatē tū prop
ter vite ſanctitatē venerabat᷑:
ſepe p mōſterii neceſſitatibus
cōtra voluntatē ſuā emittteba
tur· Tempore quodā de ſcē de
cū naue domus q̄ vinuʒ poꝛta
bat:cū Zelandiam veniſſʒ oꝛ
ta tēpeſtas maxima oms terru
it:⁊ nauem inclinauit Acceſſit
piculum piculo· Predones ad
eos remigātes nauim depdari
conati ſūt Et ecce iuſto dei iudi
tio.duo vaſa vi vētoruʒ eiecta
nauiculaʒ ſbuerterūt:ipſoſq3
pdones in pfundū dimerſerūt.

Acta ſunt hec in vigilia ſancti
Nycolay. poſt mediã noctem.
Singuli vite ſue timẽtes. deo
ſupplicabant. Ipſe vero vir be
atus de gurguſtio nauis egre
diens: ſuo ſuo ſeorſum ducto
ꝯfeſſionem fecit et intrauit. De
inde p ymagine ſcẽ dei genitricis
eburnea quã ſẽper penes ſe ha
bebat corã ſe poſita an illã ſe ꝓ
ſtrauit. et orauit: atq; in illa o
racõne leuit' obdormiuit. Sta
tiq; viſum ẽ ei q dominũ Ar
noldũ i clauſtro viꝝ ſanctum
et probate vite tẽpore pſalmo
die cytharizare audiret: ſicq;
ex ipa dulcedine vocis expge
factus eſt. Erat enĩ temp9 ma
tutinaꝝ. Intelligens ꝓtin9 q
vir iuſtus eadẽ hora p ipſe ora
rz. letus exiuit. õneſq; cõſolanſ
hiis verbis ait. Nolite timere:
nullũ nobis periculum nocere
poterit. dñm Arnoldũ de ſãcto
Seuerio mõchũ noſtꝝ audi
ui cythariſantẽ. Mox virtute
diuina et meritis btẽ virginis
quã inuocauerat et iam dci Ar
noldi. tempeſtas ſedata ẽ. Hec
cũ relata fuiſſent dño Hermã
no priori nũc abbati loci ſãcte
Marie. ſtatĩ dñm Arnoldum
hoꝝ prorſus inſciũ vocauit: et
quid in nocte ſãcti Nycolay
infra matutinas cogitaueit vel
quid ibi egerit interrogauit.
Cui ille rñdit. Credite mihi e
go cythariſaui ibi. Quali mo
do inquit: Et ille. Quãdo non
poſſum habere deuocõnem. ſb
cuculla digitoſ ad ſimilitudinẽ
cythariſãtis moueo et cordas
corde tãgo: ſicq; mẽtis torporẽ
ad deuocõnem excito. Et mira
tus eſt prior nimis audiẽs hec.
Quia vir litterat9 eſt. puto ex
emplo Heliſei hoc eũ facere: in
quo ad vocem pſalterij excita
tus eſt ſpiritus ꝓphecie. Ut enĩ
taceam de fratribus. tante fuit
cõpaſſionis circa paupes. vt in
via directus ptẽtes pueniret:
ex nummis ſibi ad expẽſas da
tis ill' porrigens. Cum die qua
dam ſcolaris nudipes illi occur
reret et frigus eẽt. ſtare eum fec
et deſcẽdit: calceoſq; extractos
illi tribuit. et nouis quos in ſac
co habebat reinduit. equum
aſcendit et abijt. Hec me preſẽ
te facta ſunt. Diſcordantes cõ
cordabat: inobedientes exora
bat. iracundos et impacientes
ad cor ſepi9 reuocauit: tenta
tos exemplis plurimis que ſe
per ad manum habebat alle
uiauit. Hinc enim eſt q tem
pore quodam cum de quodã
verbo conferrẽ cum illo: in
partẽ autem me traxit et ait.

Et ego magnas carnis mee
pacior temtationes. Vt alijs
poſſet mederi: ꝓprias īfirmita
tes illis non erubuit confiteri.
Reqſit⁹ die quadā a p̄dicto
priore ſicut ipſe mihi retulit
quid in menſa cogitaret eo ꝙ
nō intelligeret lectionē: rn̄dit.
Ego habeo ibi lectionē meam.
Cū mādūcare incipio. qualit̄
ꝑ me dei filius ſit ab āgelo nū
ciatus: ⁊ i vtero virginis de ſpi
ritu ſācto ꝯceptus. mēte retra
cto: ſicqȝ p̄mū foliū verto. De
inde cogito q̄uo angel' ꝯcinnē
tib⁹ ſit natus. ⁊ pānis vilib⁹
inuolutus. in p̄ſepio reclinat⁹:
⁊ ecce plectū eſt foliū ſecūduȝ.
In hunc modū trāſcurro circū
ciſioneȝ. aduentū magoꝝ. ob
lationē eius ī tēplo: baptiſmū
⁊ ieiuniū. paſſionē ⁊ r̄ſurrecti
onem. aſcēſioneȝ: ⁊ ſcī ſpiritus
aduentū. extremūqȝ iuditium.
Tal' eſt lectio mea q̄tidiana:
cui⁹ finis. finis eſt prādij. Qui
tali libro cotidie legere: teſta
bātur lacrime quas in menſa
fudit. Plus enī delectabatur in
ſanctis meditacōnibus ꝙ ī ge
nuflexionibus: ꝑ q̄s ſpiritus cō
tēplantis impedit̄. Nō mltas
vt dixi in oratione venias peti
uit: ſȝ ſtās vel ſup̄ genua iacēs
erecto vultu celos reſpicere ꝯſue
ſuit. Anteqꝫ deus eum vocaret de
hoc mūdo: cuidā monacho mi
rifica quedā viſio relata eſt de
illo. Exiſtente eo ville que do
mus eſt ordinis Ciſtercienſis
cū abbe ſuo domino Euſtachi
o: cū dies eēt dominica totū cō
uentū idem abbs p⁹ cenā con
uocari fecit. Qd cū factū fuiſſet
⁊ ipſe diceret. Sūt ne fratres
noſtri mō hic oēs: rn̄ſū eſt ei.
Omnes dn̄e: exceptis duobus
iuuenibus qui de Frācia hoſpi
tes huc miſſi ſunt: qui ſtudioſi
ſunt valde circa ſilentiū maxīe
diebus quib⁹ cōmunicāt. Se
cūdo vero ex parte eius vocati
cū veniſſent ⁊ eis abbs moram ī
ꝑperaret: humiliter ſe excuſan
tes cōſederūt. Sequenti die cō
uentus a labore rediens ⁊ an
portā facto p̄mo ſigno none.
ſcd̄m expectās: ſenior ex eis cuȝ
ſtās ſup foſſoriū ſuū ſe reclina
ret. ⁊ nonā de dn̄a noſtra dice
ret: ſic ſtādo leuit' obdormiuit.
Et ecce ipſā dei genitricē diuer
ſoꝝ ordinū pſonis ſtipataȝ. in
mira claritate int' ſe ⁊ portam
trāſire cōſpexit. A qua cū minīe
quaſi ignot⁹ reſpiceret' neqȝ
vocaretur: triſtis ait intra ſe.
Heu mihi miſero: quare me n̄
vocat? Que cū paululū ꝓceſſi
ſſet miſerta illius. monachum

familiariꝰ ſibi adherentē remi
ſit dicēs. Voca mōchū illum.
Quē cum reuſus vocaret a di
ceret veni domina noſtr̄ vocat
te: pre gaudio expgefactꝰ eſt.
Intrās a dn̄m Vualterꝫ cōſide
rās: dicebat itra ſe. Similimꝰ
eſt mōchus iſte. monacho per
quē hodie domina noſtra i ſō
nis vocauit me: n̄ qꝛ cucullaꝰ il
liꝰ griſea. Huius autē alba ē.
Et recitauit viſionem ſocio ſuo.
Sequenti die cū dn̄s abbs a
Vualterus eēnt receſſuri a ab
eis predcī iuuenes ad portā vo
cati. Vualteruſqꝫ in ſua griſea
cuculla ſtaret. alba q̄ ſibi fue
rat accōmodata depoſita. Ait
mōchꝰ ſocio. Reuera iſte ē mo
nachus. qui vocauit me. veſtē
cognoſco. de pſona nō dubito.
Poſt dies paucos idē Vualte
rus cepit infirmari. q̄ fide a cari
tate plenus. cōfeſſus atqꝫ otri
tus. btā dei genitrice ſe vocante
de tenebris tranſiuit ad lucem
de fide ad ſpeciē. de labore ad re
quiem. de merito ad premium.
de mūdo ad patriā. Ad quā nos
pducat dei filiꝰ dominꝰ noſter
Jheſus ex Maria vgine natus.
qui eſt via in exēplo. veritas i
pmiſſo. vita in premio. Amen
Ceſarius vero wilarienſ a
ipē vocatus ſicut fuerat ei pōn

ſum. interpōitis paucis diebꝰ
migrauit ad dn̄m. Hec mihi r̄
lata ſunt a predcō abbate Eu
ſtacio. Vt aūt oſtenderꝫ domi
nus quanti apud ipſum eſſet
meriti matris ſue dilectus: ſig
nis poſt mortem ipſum glori
ficauit. Eodem tempe Vuine
marus de Aldendorp miles di
ues a honeſtuſ lecto totꝰ para
liticus decubuit. Audiens hōi
nem dei vnice ſibi dilectū ad do
minū migr̄ſſe. mox nūcium ad
clauſtrum miſit. per quem ſibi
defūcti coturnos trāſmitti ſup
plicauit. Miſſi ſunt ei noui a
mox remiſſi: eo qꝛ intellexiſſꝫ e
os domini Vualteri nō fuiſſe.
Mox p eundē nūcium hui viri
dei ſatiſ veteres mittūtur. quos
infirmus fide ad deuocionē ſuſ
cipiens. ſtatim vt manus pre
mortuas impoſuit beneficium
ex eis ſēſit. Simile actum eſt i
pedibus. Ab illa enim hora ce
pit manus leuare et pedes eri
gere. a tocius corporis vireſ ſe
ſim tamen recipe. Eadem vero
calciamenta ob amorem beati
viri a oceſſum ſibi per illa bene
ficiū in tātū venerabat. vt i caſtro
ſuo capellā edificarꝫ. atqꝫ eoſ de
coturnos eiꝰ altari ligneo ab
ſe nr̄o pn̄te icludēt. Aliꝰ q̄dam
miles piculoſū hn̄ſ apoſtema

in pectore. audiēs ꝑ predictos
calceos tātam in Vuinemaro
virtutē factā. vnū ſibi trāſmitti
petiuit ꝑ quem mox vt vlceris
locū tetigit plene conualuit.
¶ Apollonius. Satis mihi iā
fateor ꝓbatū ꝙ beata Maria
diligentes ſe diligat ⁊ honoret.
¶ Ceſarius. Non ſolū ſuos di
lectores ac dilectos ad vitā di
ligit eternam: ymo frequent̄
illos etiā ad honores ꝓuehit tēpo
rales. Ca. xl.

Poſt mortē abbis noſtri
Geuardi hui⁹ p̄deceſſo
ris qui hodie abbatiſat. fuit a
pud nos ſacerdos quidā etatis
decrepite Syfridus nomīe. ſpi
ritū aliqñ vt nobis videbat̄ ha
bēs ꝓphecie. Hic multis diebus
añ celebrationē electionis qui
buſdā ſecrete predixerat: ꝙ do
minus Henricus tūc prior ab
bas eēt futur⁹. ⁊ in eccīa Treue
renſi in abbatē ꝯſecrādus. Re
quiſitus vñ hoc ſciret. rñdit.
Dñam noſtrā vidi añ preſbi
teriū ei⁹ de eccīe videlic; bti Pe
tri virgā ei porrigere paſtora
lem. Modū tñ viſionis nemini
dicē voluit. Quid plura? Tam
ꝯcorditer in abbatē electus ē
vt viſitator miraretur: dicens
tā vnanimem electionē nō poſ
ſe eē niſi a deo. Et qꝛ tunc tēpo
ris ordines Colonie fieri non
poterant propt̄ captiuitatem
epi Brunonis: licētiatū ē ei a p̄
oribus ordinationē ſuam reci
pē ab archiepo Treuerēſi Io
hāne. diuulgatū nobis fuerat qꝛ
ordines ſolemnes celebratur⁹
eēt apud ꝯfluentiā. ſic ⁊ fecit.
Aſſumptis ſecū electus noſter
quibuſdā monachis qui erāt
ordinandi. ꝓfect⁹ eſt illuc. Et
dixi ego in corde meo. Bonus
iſte homo ab aliquo ſpiritu er
roris in ꝑte deceptus eſt. Et qꝛ
ea que diuinitus ordinata ſūt
mutari nō poſſunt. cū dñs ar
chiepūs clericos ordinaſſ; et
valde fatigat⁹ eēt: ait abbi. Do
ne abbas mltū ſum laſſus. in die
palmarū veniatis ad me Tre
uerim. ⁊ libent̄ ibi vos ꝯſecrabo.
Qđ ⁊ fecit. Et miratus ſū valde:
nihil deinceps dubitās de veri
tate viſionis. ¶ Apolloni⁹. Quid
ſi male ſe habuerit in ꝑlaturis.
ſic a beata vgine ꝓmoti? ¶ Ce
ſarius. Sicut ab ea miſericor
diter exaltant̄: ita dictāte eius
iuſtitia nō nūꝙ humiliantur:
⁊ hoc forte ad bonū ſuū. ¶ A
pollonius. De hoc mihi dicas
exēplū. ¶ Ceſarius. Exēplum
non lōge querā. Ca. xli.

Mortuo p̄dicto Brunōe
⁊ p⁹ ꝑcuſſionē Philippi

Ottõe iã in regno cõfirmato: de ſucceſſione in eccleſia Colo nienſi ſatis tractabat᷑. Herma nus decanus Bunnenſ qui vir ẽ vt noſti valde litteratus cum deũ eiuſq₃ genitricem ſicut ipſe mihi retulit. toto cordis affcũ dep̃caret᷑. quatinus tãte eccle ſie dignus pficeretur. nocte in viſu eadem virgo beata ei ap parẽs c̄ librũ aureis litteris ſcri ptũ porrigens ait. Defer librũ iſtũ Epo. Nihil aliud in libro cõtinebatur ñ ãgelice ſalutaci ones .i. Aue Maria gracia ple na. Per librũ enĩ intellexit epa tum. Quẽ cum ferre vellet Jo hãni epo Cameracẽſi eo ꝙ tã rex ꝙ̃ ipſe illi fauerẽt ꝓbitatẽ illi⁹ cognoſcẽtes. reuocauit eũ beata virgo dicẽs. Non Johã ni: ſ₃ Theoderico ſãctorũ apo ſtolorum ꝑpõito defeꝛãs illum. Q₂ ſi in epiſcopatu non ſe bene habueit᷑ ſicut p me illum adep tus eſt. Jta p me illo priuabit᷑. Semp in ei⁹ obſequio idem Theodericus deuotus fueãt᷑. et ſicut mihi notum eſt quotidie miſſe eius quotidiane vult int᷑ eẽ. nũmũ offerẽs ſingul' dieb⁹. Tpe elcõis cũ rex pro epo Ca meracenſi intercedẽt eiq₃ ab e lcõribus rñderet᷑. ꝙ p deoma t᷑ re ignoraret: ceſſauit. Hoc ip ſũ p̃dixerat p̃fatus Herman⁹. Tũnc electores pſonis q̃tuor vota ſua cõmiſerut. a q̃b⁹ The odericus in Antiſtitem electuſ ẽ. Qui poſt dies paucos a ma lis cõſiliarijſ in tantum de p̃ua tus eſt vt modicã haberet dife renciam inter pſonas laycas a ecc̃laſticas inter ruſticos a mõ chos. Eq₃ ab hijs vt ab alijs theolonia recipiẽs: indebitis ex actionibus vtroſq₃ grauans. Hijs alijſq₃ actibus malis dei genit᷑x irritata egit ſic ex ſupioi viſiõe colligit᷑ vt idigne ſatis a Magũtio deponẽt᷑ ep o. emu lo ei⁹ p elcõe₃ ſbſtituto. Apol lõi⁹. Q₂ dur⁹ fueit ordi nrõ in epatu ſatis itellexi. Ceſai⁹. Jdeo meito ab illa deiect⁹ ẽ q̃ ordi' ẽ aduõta. Tãta illi cura ẽ de ordie. vt ecĩã eos q̃ detrahũt illi ſine correpcõe nõ tranſeãt verbi gratia. Ca. xlij.

Olõie ſcolai' ẽ p̃e q̃tuoꝛ decẽ ãnoꝝ: cui⁹ dã ciuis fi li⁹ a ecc̃e ſcẽ Maie i capitolio canõic⁹. Jſte miro mõ ordiẽm noſtꝝ diligebat. Hoc ãno cũ naues ordis p Zelãdiã tioꝛe p donũ tñſiẽ ñ auderent᷑ rumoꝛ venit Colõiã ꝙ oẽs eẽnt dep̃da te. Et dixerũt q̃dã. Juſte actũ ẽ cũ eis. mõchi auai ſũt m̃catoꝛes: de⁹ illoꝝ auaiciã ſuſtinẽ ñ pot.

Huiuſmodi verbiſ predictus
puer in tm̃ iratus ẽ. ut odio ad
uerſus ordinem concepto reli
gioni detraheret. nec equo ocu
lo monachũ ſiue cõuerſuꝫ reſ
picere poſſꝫ. Nocte quadam in
ſomniſ an̄ ymaginem dei gem
tricis ſibi ſtare videbat. Que
cũ illa ſeueriꝰ intueret. et puer
tremereꝫ: faciẽ ab eo auertit ſic
dicens. Male puer optĩs ami
cis meis q̊s habeo in toto mũ
do maledicis et detrahis. Q̄d
verbum ille bene intelligens et
ex terrore euigilans: amorem
extinctũ grã beate virginis in
eius corde reaccendit. Ecce autẽ
virgo piiſſima ſpernẽtes ſe qñ
qꝫ puniat et humiliet. exemplis
duobus tibi oñdam. Alia me
memini tibi dixiſſe ſuperius de
inuaſoribꝰ poſſeſſionũ loci ſã
cte Marie. quos humiliauit et
adhuc hũiliare ñ deſinit. reliq̃ ca.
Anno p̃terito duo milites
germãi. miniſtiales pa
latini comitis Reni. ex quibus
vnus Sybodo alt̃ Baldema
rus vocabatur. multis ſecuꝫ aſ
ſumptis armata mãu venerũt
in villam Cuſſule. forũ rerꝫ ve
naliũ in odiũ Vualrami comi
tis de Lutzellenburg ſpoliãtes:
et multa pecora aliaqꝫ diuerſi
generis ſpolia ſecũ deducentes.

Erat enĩ in eadẽꝫ die triplex ſo
lemnitas. dies videlicet domini
cus. natiuitas ſancte dei genitri
cis. et dedicatio eccl̃ie eiuſdẽ vil
le. Nocte precedẽti cuidã militi
ex comitibus Sybodonis. tal̃ vi
ſio oſtenſa ẽ. Beatã virginẽꝫ
Christi pedibus vidit puolu
tam: et voce clara dicentẽ. Con
queror tibi domine fili de Sy
bodone et cõplicibus eiꝰ. qui de
dicationẽ eccl̃ie mee turbauerũt
hominesqꝫ ad illã cõfluẽtes ſpo
liauerunt: nulluꝫ tue diei neqꝫ
mee natiuitati honorem deferẽ
tes. Q̄d enim die eadẽꝫ futurũ
ſciebat. iã pro facto reputabat.
Miles de viſione tremefactꝰ
cũ Sybodoni eam recitaſſꝫ. et il
le puipẽdens recitata ipſum ſo
mniaſſe diceret: remittẽtem ut ſe ſe
queretur coegit. Dñs vero vir
tutũ qui de caldea adduxit Na
bugodonoſor per quem iudeo
rum ſupbiã humiliauit: wal
ramũ iuuenẽ per quem iniuriã
vindicaret. aduocauit. Nam
die eodẽ circa nonã inopinate
cũ armis et armatis militibꝰ cu
ſule intrauit. In dimidio enim
ãno illuc nõ venerat. Hiĩ qui
bona ſua pdiderãt querimoniã
de Syboadone facientes. cum
Vualramus q̊ iſſꝫ vel vbi eſſꝫ
interrogarꝫ: rñderunt. Domine

ad quatuor miliaria ī tali loco
ſecure quieſcit· Tūc ille furorē
ſuū diſſimulans. ait· Hodie fe
ſtū ſancte Marie eſt: bellari no
bis nō licet. Juſſit dextrarijs tn̄
dari pabulū: vt modicum quí
eſcentes fortiores ad conflictū
redderent· Ante ſol' occaſum
cū ōmibus ſuis equis aſcenſ in
ſecuti ſunt hoſtes: et nocte ſup
ſecuros irruens· alios cepit· a
lios occidit: vixq; aliquis e
uaſit· pret' militē q̄ predcām
viderat viſionem· Hijs ita ge
ſtis: dicebat mulier quedam
Vualramo. Dn̄e. ecce capita p̄
donū iſtoꝝ quieſcunt in tali lo
co. Receſſerant enī modicum a
villa in curtim quādā: illic dor
mientes· Mox illic omnes di
uertētes. cum ſepes et portā cur
tis inciderēt. Signūq; militare
Vualrami clamarēt. et hoc in
timaretur Sybadoni. ille terri
tus cū fugere vellz. ſurgere nō
potuit neq; pedē moue de loco.
Cui cū Baldemar⁹ dicerz. ſur
ge frat' fugiamus. rn̄dit ille. Tu
fugias frat': ego enim fugere
nō valeo: qz ſuper genua mea
quaſi maſſam plūbi ſencio· Ad
qd ille. Nec ego fugiā: tecū vo
lēs manere· Sicq; ambo cap
ti ſunt et occiſi: ſoluētes penam
ſacrilegij in dei genitricē com



miſſi ¶ Apollonius· Satis ma
nifeſta fuit vindcā hec: concor
dans viſiōi et pene fcē in Wuil
helmū de helpenſtein. ſic dictū
eſt ſupius capitulo ſeptimo· ¶
Ceſarius· Non ſolū matris in
iuriā Chriſtus vindicat in op
ibus malis: ſz eciam in vbis cō
tumelioſ· ¶ Cā· xliiij·

Legitur in libro miraculo
rum clareuall' de duob⁹
luſoribus terribile quid. Cum
vni male ſuccederet: fortūe al
terius inuidēs. vt furori ſuo ſa
tiſfaceret in deū euomere cepit
vba contumelioſa· Quem ſo
cius eodem maligno ſpiritu af
flatus cōpeſcens ait. Sile. tu ei
neſcis maledicere· Staticq; de
um nimium blaſphemans. cum
in matris eius iniuriam erum
peret: Vox deſuper audita eſt.
Meam iniuriam. quocumq;
modo ſuſtinui: matris autem
mee contumelias nequaq̄ po
tero tolerare· Moxq; ſuper
ipſam tabulam vulnere viſibi
liter percuſſus ſpumans expi
rauit. Et quid dicam de vbis
contumelioſis: cum eciam ſtul
tiloquia ſine felle malicie con
tra ſancte dei genitricis ymagi
nem prolata nouerim in preſē
ti acriter ſatis punita ē·
¶ Capitulum· xlv·

In capella caſtri Veldenſe
quedā vetus ymago eſt
beate virginis in ſinu tenēs fi
liū: nō quidez per opus bn̄ for
matā ſz multa virtute dotata.
Matrona quedā eiuſdem ca
ſtri qd ſituz eſt in dioceſi Tre
uerēſi die quadā i capella ſtās.
ipaz qz yconā reſpiciēs a ſculp
tuē indignans. ait. Vt quid hec
ſtat vetus hec rūbula? Beata
vero Maria mater miſericordi
e ſtiāz ſtultiloquā non vt arbi
troz apud filiuz accuſans ſz pe
nā p culpa futurā alteri cuidā
matrone pdicēs: ait Quia do
mina illa nomine eā deſignās
vocauit me veterē rūbulā: ſem
p miſera erit quoad viuet. Poſt
paucos dies ab omnibus ſuis
bonis mobilib9 a immobilib9
a filio xpo eiecta miſerabiliter
ſatis vſqz hodie mēdicat: penā
luēs ſtultiloquij. Ecce ſic bea
ta virgo diligentes ſe diligit
a honorat: ɔtemnētes ſe pūit a
humiliat. Apollonius: Si ſa
cras ymagines cōtemnentes
tantā incurrūt penā: puto q ve
nerātes illas magnā merean
gratiā. Ceſarius. Hec i ſeqn
tib9 plenius cognoſces Ca. xlvi.

In pdicto caſtro matro
na quedā habitat hone
ſta ac deuota noīe Jutta. Hec
eſt illa: cui beata virgo verba p
broſa in ſuā yconā plata con
queſta eſt. Et mito. Sūmo enī
honore eādez ymaginē venera
tur: ſalutacōnes orationes mlt
taſqz venias coraz illa faciens.
Tempe quodā cum filiā puel
lam in villā pximā nutriendā
tradidiſſz. a infantula iam triē
nis in area luderz: lupus luden
tem quibuſdā aſpicientib9 illaz
per gulā rapuit: raptaqz in dor
ſu ſuū mittēs ſiluas vicinas pe
tiuit. Que aliqui cū clamore
inſecuti: ſine erepcōne puellule
triſtes ſunt reuſi. Ex quib9 v
nus in caſtrū cucurrit a matri
in menſa ſedēti raptuz filie nūci
ans. ait. Dn̄a. lupus comedit
filiam veſtram. Cui illa tur
bata nimis rn̄dit. Certe lup9
non comedit filiā meaz. Mox
tn̄ menſa amota ſurrexit. a in
mlta cordis amaritudīe capel
lam intrās. ymaginez ſaluato
ris de ſinu matris euulſit: ſtās
qz cōtra illam cū multis lacri
in hec verba prupit. Dn̄a nun
q̄ rehebitis puerz veſtruz: niſi
mihi incolumē reſtituatis pu
erū meum. Mira humilitas re
gine celi. Quaſi timeret carē
filio ſuo ſi mulier nō rehaberz
filiam. lupo ptinus imperauit:
a ille puellam dimiſit. Inſecuti

plures de villa lupi veſtigia. cū puelle reliq̄as ad tumulandū quererent iuxta q̄ddā frutectū illā deābulantē repperunt. Cui cū dicerent. vnde venis bona filia: R̄ndit illa. Nummart momordit me. Veſtigia em̄ dētiū lupi. in gutture eius cute ſupficietenus inciſa apparuerūt. Teſtimoniū tāti miraculi ad hoc reſuata. Tūc filiā ad matrem ducentes. mox vt illā vidit ſanam. effcā letiſſima. cū grātiarū actōne ad ymaginem ſacram cucurrit. et puerū ſinuiei9 reſtituens ait. Quia reſtituiſti mihi filiā meam: en tibi reſtituo filium tuū. Hec mihi r̄lata ſunt a ſepedcō Hermanno abbē loci ſancte Marie. qui puellā vidit: et a matris ore que dicta ſunt audiuit. Cū adhuc prior eſſet in Hemmenrode et firmum haberet ꝓpoſitum reſignare p̄oratus officium. predcā matrona ab abbatē eius domino Euſtacio quem hoſpicio receperat vt ſibi cū trāſmitterꝫ petiuit. et optinuit. Que an̄ ymaginem dei genitricis ducēs. ne officiū ſuū reſignaret admonuit. Deo inquit non placet ſi reſignetis. Cui cum ille diceret vn̄ hoc noſcis. Reſpondit illa. Nemo mihi hoc reuelauit niſi domina iſta digito ymaginem oſtēdens. Multa ſiquidē eidē deuote fēie p ſacram illam ymaginem reuelant. plurima p illa bn̄ficia cōſequitur. Apollōius. Neſciui hactenus tātas eē cōſolaciones in ymaginibus ſanctorum. Ceſarius. Multas ſcī in ſuis et p ſuas ymagines virtutes opant. maxime in illis locis vbi venātur. Nunq̄d nō recordaris iuuenis apoſtate iuxta floreffiā: q̄ p ymaginē btē v̄ginis oſculu9 eſt indulgēciam. Similiter et ſcāmōialis: que ab ei9 ymagine alapa ſuſcepta piculoſā euaſit tētacōnē. Apollōius. Vtriuſqꝫ bn̄ memini. primi videlicꝫ miraculi in diſtinctōe ſcda. ca. xij. et ſcdi in diſtinctōe p̄nti. ca. xxxiij. et ſtupor inuadit me. cū in ligis audio vocem ad loqndū. manus ad feriendū. corporis incuruacōnem erecōnē. ſeſſionem et r̄liquos motus vitales. Magis hec admiror: q̄ loq̄la Aſine coñ Balaā. Illa enī animam habebat motabilem: in ligmis. lapidibus ſiue metallis nullus ſpirit9 eſt. Ceſarius. Diuinus ſpiritus in omni creatura eſt p eēnciā et p potēciā. cui nihil ipoſſibile ē. et nihil mirāclū loſuū q̄ ad hōrē ſcōrum ſuorum hec et hmōi ſimilia q̄tidie operatur.

de ymagine vero beate virgis
referã tibi quandã viſionē mi
rificã: q̃ an̄ hoc trienniū facta
eſt. Ca. xlvij

IN introitu Friſie iuxta ci
uitatē Gruningen. ceno
biū quoddã ſc̄imonialiū ordis
noſtri de nouo cōſtructū ē. vo
cabulo yeſſe. Que ductur⁹ ſū
a priore loci eiuſdem audiui. et
circa idem tēp⁹ ymaginē ipſã
vidi. et miſſaȝ corã ipſa celebra
ui. Eſt enī ope angelico decent̄
exſculpta: effigiem repñtans
beate virgis filiū in gremio te
nentis. Die quadã cū cuſtos cã
delam que an̄ illã ardebat dcã
miſſa extinxiſſet et duo carpenta
rij oratoriū propter opus ſuū
intrãtes. illam reaccēſam repe
riſſent. dixerūt priori. Dn̄e niſi
moneatis cuſtodeȝ vt cauta ſit
circa extinctionem huius cãde
le oratoriū p̄ditis. Omnia enim
lignea ſunt. altare ſcilicet cãde
labrū pictes. Vocata eſt illa et
culpata: negauit et extinxit. Car
pētarij denuo ingreſſi. cū predi
ctã cãdelam rurſū ardere vide
rent. et mox hoc priori ꝓdidiſ
ſent. iratus dure ſatis inuectus ē
in illam. Qui certus effect⁹ ex
verbis eius de extinctiõe. iuſſit
ne deinceps extingueret illã. ſci
re volens quid hoc portēderet.

Tota illa die et ſequenti nocte
corã ymagie predicta ardebat
cãdela et in mane vix ad longi
tudinem dimidij articuli ma⁹
fuerat cōſumpta. In feſtiuitate
beati Andree apoſtoli cū vnus
ex prefatis carpētarijs vir ſim
plex ac deuotus mō in eodē cēo
bio conuūſus ad miſſas ſtaret.
et ſacerdos euãgeliū inciperet
ymago ſaluatoris ipſo intuen
te de ſinu matris i quo ſedebat
ſe erigens coronaȝ de capite e
ius tulit. eãq̃ȝ ſuo capiti ipoſu
it dicto vero euãgelio cū veniſ
ſet ad illū locuȝ ſimboli. Et
homo factus eſt coronam ma
terno capiti reſtituit et reſedit
Hec cuȝ ſimplex ille homo vi
diſſet et de nouitate viſionis ex
pauiſſet ait intra ſe. Melius eſt
vt taceas ſi dixeris nō credetur
tibi. Cūq̃ȝ in feſto ſancti Nico
lai eãdeȝ viſionem eodē modo
quo prius vidiſſet diuinam ti
mens offenſã incurrere ſi tace
ret priori viſa p ordinem recita
uit. Et q2 locū repoſitionis co
rone exprimere non poterat vt
pote laycus interrogatus de
hoc rn̄dit. Qn̄ nominata fuit
Maria. Mox priori occurrit
q2 in feſto ɔfeſſoris eccl̃a Credo
in vnū deū dicere nō ɔſueuit.
Vocãſq̃ȝ ſociū ſuū ait. Dixiſtis

vos miſſam in ɔuentu in die ſã
cti Nycolay⁹ ipe tũc domi nõ
erat Rñ dente illo· eciã ſubiũxit
dixiſti credo in vnũ· Dixi inqt
Et prior· Nõ recte feciſtis· nõ
eni apoſtolus fuit· Ad qđ vbũ
ille rñdit· Certe ego ſanctum
Nycolaũ equalẽ habeo m̃l'tis
apoſtolis· Sicq; prior de viſi
one certificatus eſt ¶ Apollo
nius· Miſteriũ hui⁹ viſionis
noſſe deſidero· ¶ Ceſarius Dy
adema regiũ videtur hoc loco
ſignare carnẽ virginis glorio
ſã quã de ſeme traxit regio xp̃s
vero coronam maternã capiti
ſuo impoſuit· cũ p ſacramentũ
incarnacõis carnẽ de vgĩe ſup
tã ſue diuinitati vniuit· Vnde
ad ɔſideracionem tãti miſterij
ſpiritusſanctus nos inuitãs di
cit in cãticis cãticoꝝ Egredimi
filie Iheruſalẽ et videte regem
Salomonẽ·i· xp̃m regẽ paci
ficum in dyademate hoc ẽ car
ne hũana quo coronauit eum
mater ſua virgo Maria i die
diſpenſacionis ei⁹ qñ angelo
nũciãte in eius vtero celeſtes
celebrate ſunt nupcie int' natu
rã diuinam et hũanam Per hoc
autẽ qꝫ ad illa verba Et homo
factus eſt coronam materno
capiti depoſuit dicere videbat'
Mater ſicut ego p te pticeps
factus ſum hũane ſbſtãcie ſic
tu p me pticeps facta eſ natuꝛẽ
diuine· Chriſti eni qui de⁹ eſt
ɔ homo corpus ſumus et mem
bra· Hec de pfectoꝝ ɔſolacõe
dicta ſint p ſacrã eius ymagi
nem· Audi nũc aliud gen⁹ ɔ
ſolacõnis de hoc qꝫ in exordio
huius diſtinctõis dcimẽ apđ
ipſam eſſe electuaria conforta
tiua· ¶ Ca· xlviij·

Fvit in ordie nr̃o qđam
phiſic⁹ magis hitu qꝫ a
ctu monachus· Occaſione medi
cĩe p puĩncias diſcurrẽs et vix
vnqꝫ ñ in pcipuis feſtiuitatib⁹
ad moñſteriũ reutẽs In qđã ſcẽ
dei gẽitricis ſolẽnitate· cum no
cte ſtaret cũ alijs ad pſallẽdũ
ipſa virgo btĩſſima multa clari
tate circũfuſa choꝝ ipſo viden
te intrauit· pſallẽtes circuiuit
et de pixide quã in manu porta
bat electuariũ p coclear hau
ens ſingulis in os mittebat ad
ipm vero veniens cum ptrãſiret
et dicẽt tu de meo eleĉuario nõ
indiges qꝛ medicus es et plui
mas tibi ipendis ɔſolacões· ille
triſtis tñſeuntẽ ocul' ſequeba
tur culpã recognoſcẽs Ab illo
enim tempore non niſi per obe
dienciã coactus de monaſterio
egredi cõſenſit omnes corpo
rales ɔſolaciones ſibi tẽpauit·

Jn proxima ſua ſolẽnitate do
mina noſtra predicto modo fa
mulos ſuos viſitans p⁹ q̃ ad
mediũ venit gradũ fixit et ait.
Quia te emendaſti: tuis medi
camentis mea preferẽs ecce de
meo electuario ſicut ceteris tibi
impartior De quo vt guſtauit
mox tm̃ dulcedinis ac deuocio
nis cõcepit vt deinceps ſtabil
in cõgregacõne maneret et oia
carnis cõmoda tã q̃ ſtercora re
putaret. Electuariũ iſtud grã
deuocõnis intelligit̓ cui⁹ v̓tute
pſallentes cõfortãtur cui⁹ dul
cedine labor vigiliarũ vertitur
in delicias. Huius ſpẽs aromati
ce ſunt memoria cõpũctiua do
minice ꝯcepcõnis natiuitatis
et reliquorũ ſacramentorum
Chriſti que omnia melliflua
ſpe future retribucõis odiũt̓ et
meritis bte v̓ginis pſallẽtib⁹ in
fundũtur Apollonius. Placz
q̃d dicis. Ceſari⁹ Quod apud
beatã genitricẽ dei vnguenta
ſint ſanatiua teſtatur ſponſus
in cãticis dicens Meliora ſunt
vbera tua vino. odor vnguen
torũ tuorũ ſup õĩa aromata
Et in alio loco in pſona illius
Sicut Cynamomũ et Balſa
mũ aromatiſãs odorẽ dedi &c.
Quante virtutis et gratie eadẽ
ſint vnguenta: ſequens decla
rabit exẽplũ. Ca. xlix.

Contigit ante ãnos pau
cos in quodam cenobio
ſanctimonialiũ ordinis noſtri
ſatis mihi noto res valde dele
ctabilis. Eſt ibi q̃dam ſoror
et ipſa mihi nota vite pbabil
multũq; feruẽs in obſequio be
ate virginis. Hec cũ in genu
flexione nimio impellẽte feruo
re tẽpore quodã genu vel ty
biã vulneraſſet atq; meridie in
infirmatorio dormiret viſa ẽ in
ſomnis ei aſtare beata virgo
Maria: Pixidẽ vnguenti por
tans in manu ſua. Immiſſiſq;
digitis de eodem vnguento p
unxit vulneratam tibiã virgis
Stati tãta fragrãtia affuit vt
ſorores in proximo dormiẽtes
odore illi⁹ excitate ſurgerent.
et ad lectũ eius venientes eo q̃
maior ibi ſentiretur virtus odo
ris dormientem excitaret. Cui
cũ ſignaſſent quis vel vñ eẽt
odor tãtus: illa cauſe ñ ignara
ymo p eadẽ ſigna iã de veritate
viſionis certior effecta: nihil il
lis dicere vel reſignare voluit
tm̃ innuens vt iret dormitum.
Que cũ rurſum obdormiuiſſet
iterũ affuit mater domini ſecũ
illam per viſionem ducens in
pomeriũ. Cui manũ ſub men
to ponẽs dixit Modo dimitte

te sup genua tua· Qđ cū fecissȝ dña nostra ſbriſit· De cetero sic modeste ꝛ disciplinate dēs petere veniam: instruēs illā Et adiecit· Singul' diebus seqn ciā Aue dei genitrix mihi ad ho norē dicere dēs ꝛ ad singulos versus veniam petere· Multū enī in ea delcōr· Sanctimonia lis vero euigilans vt expiētur si eēt aliquis in visione effcūs tibiā cōſpexit· quā nō sine mul ta admiracōe sanatā inuenit· Apollonius· Quātū ex hac vi sione conijcio min⁹ placet btē virgini in oracōibus feruor in discretus ꝛ in genuflexionib⁹ motus indisciplinatus Ce sarius· Nō otradico vt enī de psona beate dei genitricis taceā nomē eius nō tā sciēcijs q̄ʒ vi uis exēplis dulce super mel ondam· Ca·l·

Iuxta ecclesiā sancti Se uerini in Coloīa inclusus quidam habitabat Marcili⁹ nomine· in tuscia ad sāctū Se bastianū qn̄qȝ epus· ꝛ tēpore scismatis qđ fuit int' Alexādrū ꝛ Paschalē ab ipō Alexādro depoīt⁹· Huic cū matrone ciui tatis frequētaret ꝛ vna ei cōfes sa fuissȝ q̄ʒ dñe nr̄e nomē dicē n̄ possȝ sine q̄dā mira dulcedine· de causa tante gratie requisita rn̄dit· Singul' diebus in ho nore eius quinquaginta Aue Maria cū totidē venijs dicere consueui p que tātam dulcedi nem merui· vt oīs oris mei sa liua orōis tpe in mel videat' conuſa· Qđ cū audissȝ iam di ctus inclusus exēplo deuote fe mine vix p sex ebdomadas an gelicā salutacione; p̄fato mo do ꝛ numero cōpleueāt ꝛ ecce tātam dulcedinem sētire cepit in olli⁹ dulcissime salutacōnis placōne i orea guttuē· vt mel lis dulcedinem longe transcē deret ipsa dulcedo Eandē dulce dinem meruit de ordie nostro quidam monachus exemplo illius prouocatus· Hec mihi relata sunt ab eodem incluso· Ecce hijs tribus exemplis sa tis ostensum est nomen eius esse super mel dulce· et q̄ʒ here ditas eius sit super mel ꝛ fauū Apollonius· Vt quidap poītu; est hereditas eius sup mel ꝛ fauum· Cesarius Re petitio confirmacio est· Quod hereditam⁹ hoc frequentamus In fauo cera est ꝛ mel· Cera q̄ʒ tenax est pertinet ad memori am Mel exprimit dulcedinem Non nisi per iugem memoriaȝ nominis genitricis dei premis sa dulcedo poterit adipisci·

Cera eñ illuminat: mel autē
a inebriat Nomē Marie in cō
poſe odoris factū opꝰ pigmen
tarij In omni ore quaſi mel in
dulcabit᷑ et ut muſica in cōui
uio vini. Vtrūqꝫ eñ illūinacō
nem ſcilicet et refectōnem ſacti
huiꝰ nominis inuocatio opera
tur ſicut in ſup̄dictis ꝯſuꝫ eſt
exēplis. ¶ Apolloniꝰ Ex quo
tāta bona ꝑ nomen beate vgiſ
conferuntur peccatoribus et iu
ſtis de cetero memorie mee tēa
tiꝰ inherebit ¶ Ceſarius Hoc
ſi feceris in fine tuo ꝯſolatiōeꝫ
eius experieris. Qz vero mori
entibus aſſiſtat eiſqꝫ ſuā melli
fluā p̄ntiā oſtendat p̄ſto ſunt
exēpla ¶ Ca. li.

IN domo quadā Hiſpāi
e ordis noſtri qđ Pumā
ne vocatur duo adoleſcētes ſūt
cōuerſi et tā laudabiliter in ea
cōuerſati: vt vita illoꝝ eēt aliis
in exēplū. Ex quibus vnꝰ i ob
ſeq̄o beate virginis ita ferueñs
extitit ac deuotus. Ita in horis
eius decantandis moroſus et
intētus vt nō ſolum in ſingul'
verſibus ſꝫ etiā in ſingul' verb'
memoriā ipſiꝰ haberꝫ ſicqꝫ ho
rā hore cū maximis laboribus
pene cōtinuaret. Qui cum an
nos decē et ſeptē feciſſꝫ in ordie
g̃uiter infirmatus eſt et miſtr̄
ſūt ei ſociꝰ ſuus ex licencia p̄o
ris. Sciens eū viruꝫ ſcm̄ et in
ſuitio dei geītricis deuotiſſimū
vt aliquid ſibi diceret ad edi
ficationē intuitu mutue carita
tis flagitauit. Cui cū ille nihil
negare poſſꝫ nec vellꝫ reſpōdit
Heri dn̄a noſtra viſitauit me
et qz die ſeptimo ad dn̄m ſuꝫ
migraturus predixit et adiecit.
Quia p̄ cūctis mortalibus m̄
intēcius fuiſti et ego tibi faciā
qđ nōdū alicui feci Collumqꝫ
meū brachiis ſuis ſtringēs de
dit mihi oſculū. ¶ Apolloniꝰ
Hec legentibus oriri p̄t ſcru
pulus qz ſuperiꝰ dictū eſt capi
tulo xxxiij. qz temtato oſculuꝫ
dederit. ¶ Ceſariꝰ. Viſio iſta
illā tēpe preceſſit Cū autē ago
niſaret die et hora predicta vir
ſanctus prior dormiēs cellā in
qua iacebat turbā cādidatoꝝ
introire vidit qui ſe ꝓpter ani
mā illius deducēdaꝫ aduenīſſe
dicebant. Statiqꝫ ad ꝑcuſſio
nem tabule excitatus ſurrexit
et accurrit et qz celeſtis eēt exer
citus a quibꝰ deuotus genitri
cis dei famulus foꝛ deducēdꝰ
minime dubitauit. Hec dnꝰ
Arnoldus abbas Ciſterciens
Treueri poſitus multis recita
uit dicens veracit᷑ in domo in q̄
p̄mꝰ abbas fueāt geſtū ¶ Ca. lij

In domo que Vulgaî no
mine Hemmenrode dici
tur. cõuerſus q̄dã fuit võbulo
Hermãnus: nemorali amtro
cuiuſdã Grãgie deputatus. E
rat autẽ ſinceriſſime vite ⁊ mł
tas a dño cõſolacões ſecreto
pcipiebat ex q̄bus pꝑauce ad
noſtrã puenerũt noticiã. Js in
officio ſuo hēbat int᷑ alios bo
ues iuuencũ ferocẽ ac ſupbum
quẽ ad opus vix ac nullaten⁹
ſine magno labore adducebat
Hũc ergo cũ vice q̄dã iugo vel
let colligare ⁊ mõis õibus re
calcitrãtẽ neq̃ret cõpeſcẽ cõmo
tus animo in ſiluam diuertit ⁊
fuſtẽ ad rebellem taurũ ferien
dum incidit. Cui minacit᷑ cum
nocte venienti neſcio quo ſpũ
ductus taurus occurit pedib⁹
q̄ȝ eius pſtratus licȝ nõ verbis
geſtu tñ huiliati corpis veniã
flagitauit. Quo viſo vir dei
placatus ait. Miam q̃ris: miſe
ricordiã tibi ñ denegabo. Sur
ge ⁊ caue ne me de cetero inq̃e
tes. Ab illa autẽ die taurus idẽ
omnem depoſuit feritatem. a
deo vt in gratia mãſuetudinis
nullo cõiugaliũ ſuoꝝ inueniẽ
tur inferior. Jdẽ frater alio tẽ
pore cũ diinis laboribus fatiga
tus pt⁹ cõpletorium pauſatu
rus in ſuo ſtratu ſe collocaſſet
ſubito recordatus eſt ꝙ ipõ di
e vnam horam quam decanta
re ſolebat in hõre beate virgis
pro inſtancia occupacionis di
ſtulerat ⁊ dilatam obliuione
intercedente neglexerat. Exiliit
ergo de ſtratu ſuo vt qđ neg
lexerat vel tũc ſuppleret. Sed
eius miſerata labores: domina
mũdi repente aſtitit ei. impãs
vt quieſceret ⁊ ipſa p eo horã
neglectam ſupplere deberȝ. ¶
Quando autem dominus deus
iuſtam laboribus eius remũe
racionẽ reddere decreuit immiſit
ei infirmitatem corporis ſed ai
mi gaudium ⁊ conſolacionem
ſpiritus non ſubtraxit. Jgitur
cum p aliquot dies egrotaſſȝ
venit abbas Giſilbertus tã cũ
q̄ ceteros infirmos viſitare.
Cui cum dicerȝ non erubeſcis
frater Hermanne ꝙ frat᷑ Go
defridus erit prior tuus in reg
no celorum demonſtrato quo
dam conuerſo ibidem infirmo
qui triennium vix perfecerat i
ordine? Reſpõdit. Nõ domine
ſed quicquid boni ei deus facẽ
voluerit bene cupio ei. Dixit ei
abbas. O tu ſemper rides. Fa
cies enĩ eius naturaliter quaſi
ad ridẽdũ diſpoſita erat. Date
licẽciã eũdi ad chorꝝ ⁊ ad op⁹
tuũ Rñt ego ibo q̊ de⁹ voluerit

Et quo inquit ibꝰ? Rñdit ad ce
loꝝ regnũ. Nõ ergo ait mori
eris? At ille. Poſt biduũ. Nam
et tercia poſt hãc die incipien
te miſſa hic ero. et icipiẽte euã
gelio hic adhuc ero. ſʒ anteq̃
finiatur in regno celoꝝ ero. Et
videtur mihi hoc triduũ proli
xius ẽẽ et amplius me grauat:
q̃ totũ tempꝰ vite mee qᵒd feci
ſuper terraʒ. Vnde inquit iſta
noſti? Rñdit ille. Beata virgo
dñ̃a noſtra hic fuit et cõſolata
eſt me. Sed et ego raptus ſuʒ
in celũ ubi etiã videre merui be
atitudinem quã deo largiente
hiturꝰ ſuʒ. Ab illo ergo die fre
quẽtiſſime eũ abbas viſitauit.
Iam aduenerat dies tertia et i
ſtante hora miſſe acceſſit ad eũ
felicis memorie frater Theode
ricus de cellario miniſter eius.
et dixit. Frater Hermãne potero
ne ego ire ad miſſaʒ? Erãt eñi
dies quadrageſime. Qui ait.
Non. Sinite alios ire vos au
teʒ manete mecũ et preparate
aquã calidã vñ lauari debeaʒ.
Et pꝰ paululũ ſternite mattã
et aduocate duos fratres qui
vos adiuuẽt tẽpuˢ eſt migran
di. Pulſata igitur tabula circa
p̃ncipiũ euãgelij conuẽtus oc
currit et ipſe abbᷣ inter primos
ſicq̃ȝ ſancta illa anima ſicut p̃
dixerat ante finem euãgelij ſo
luta eſt. ¶ Apollonius. Non
miror ſi iuſtus deſiderauit mor
tem quẽ auctrix vite cõſolata
eſt an̄ mortẽ. ¶ Ceſarius. Nõ
ſoluʒ preſẽtia eiꝰ infirmis dat
fiduciam moriendi ſʒ etiã mo
rientibus riſum excitat qui ẽ ſig
nuʒ magne leticie. Ca. liij.

Conuſus quidam adoleſ
cẽs etate friſo natione in
lucka cuiꝰ ſup̃ memini g̃uiter
infirmabatur. Deductꝰ ad ex
trema in ipa agõia ſicut mihi
retulit monachus qui vidit et
preſẽs fuit redire cepit. Cuicũ
dicerꝫ vnus ex circũſedẽtibus
Paue. hoc ei nomẽ erãt cur mõ
rides? rñdit. Cur ñ rideã? Ecce
dñ̃a noſtra p̃ns eſt et iã animã
meam ſuſcipiet. Videtur mihi
in iſto: verſiculus poete imple
tus. Incipe pue puer riſum cog
noſcere matrẽ. Puer erat virtu
te idem conuſus qꝛ ſimplex et
purus. puus qꝛ hũilis et man
ſuetus. Haud dubiũ qn̄ beata
virgo morienti maternos ex
hibuerit geſtus qꝛ non riſum
ſʒ timorẽ vultus excitat ſeuerus
Ca. liiij.

Simile contigit Colonie i
eccĩa ſancti Mauricij. Cũ
quedã ſanctimonial' bone vite
in extremis ibidem laboraret et

ſorores morientē circūſtarent
illa ſerenata facie ſubridēdo cun
ctis audientibus in hec v̓ba ꝓ
rupit Bn̄ veniat dulciſſima do
mina mea bene veniat. Sicqȝ
repſſis labijs expirauit. Mul
tū enim illā diligebat vn̄ et in
hora illa terribili dilcām vidē
meruit: viſam ſalutare atqȝ ꝓ
cari et cum ea celeſtē thalamū
intrare ¶ Apollonius Spero q
demones qui etiam viris ſācti
ſſimis in exitu nimis ſunt impor
tuni. in p̄ſ̄ncia tāte maieſtatis
ſubſiſtere nō poſſunt ¶ Ceſari
us. Hoc tibi oſ̄ndere volo per
exemplum. ¶ Ca. lv.

Circa hoc triennīū mona
chus quidam Werne
rus nomine in Eberbaco defū
ctus eſt. etate quidē adoleſcēs
et imberbis ſȝ mente canus. Hic
cum ante horā exitꝰ ſui ſicut ab
eius abbate didici demones ēca
ſe videret illoꝝ importunitate
valde turbatus clamare cepit
Scā Maria libera me ab iſtis
viliſſimis crebrius hec repetēs
Audientes huiuſmodi clamo
rē hij qui circa eum erant ſatis
mirabant̄. ſcientes eum eē taci
turnū et vix ad interrogata rn̄
dere. Poſtmodū reſpirās et icli
nans. ait. Bene veniat cariſſima
dn̄a mea bene veniat. Moxqȝ
manū contra demones leuans
et eis inſultans ſubrīxit Modo
iacete vos ibi. mō iacete vos i
bi. Sicqȝ poſt modicū placido
vultu expirauit: āgelis gaudi
um faciens in celo ſȝ non modi
cū dolorē fratribus in mōſterio
fuerat enī adoleſcēs bonus et diſ
ciplinatus virgo corpe et men
te. Nec dubitādum eſt quin
in aduentu regie celi omnis illa
turba ſpirituū malignoꝝ im
pulſa ſit et deiecta ſicut in ortu
ſolis nebula ſpargitur matuti
na. ¶ Apollonius. Si domina
noſtra clementiſſima in morte
peccatoꝝ ſicut ſup̄ dictum eſt.
ca. ix ſola ſua mīa demonū cachi
nos oppreſſit. n̄ miror ſi i obitu
huiꝰ iuſti terrores illoꝝ idebi
tos repſſit ¶ Ceſarius. Bn̄ ſe
tis dignū erat vt mat̄ totius
caſtitatis eciā ante mortē i ſu
o famulo tā iocūda viſitacōe
remūeraret v̓tutē v̓ginitatis Nec
hoc miror de ꝓfeſſo mōcho cū ob
eādē v̓tutē noueri ſuā p̄ſ̄ciam
cuidā ſcl'ari clerico morienti dei
genitricē exhibuiſſe ¶ Ca. lvi

Quidā canōicꝰ maioris
eccl'ie i Colōia cū in extre
mis agēt btām Mariā p̄ſ̄tē vi
dit et agnouit. Quā viſionē cir
cūſtātibꝰ recitaſſȝ. alapā ſenſi
bilē inuiſibil'r recepit ¶ Apollōiꝰ

Que fuit ibi culpa? ¶ Ceſari9
Puto q2 maniſ gloria q̄ mox
p eādem alapā eſt ſanata Vo
cabatur enī Albt9 et licet cor
pore fuerit caſt9 ſatis tn̄ extitit
ſecularis ⁊ delicatus atq3 in ve
ſtibus curioſus. Ne tn̄ cauſari
poſſis q2 vniuſ domina tātum
clauſtralibus virginib9 vel cō
tinētibus decedētibus ſuam pn̄
ciam viſibiliter impendat eos
q3 ad vitā eternā pducat: pſo
nā laycā ⁊ vxoratā tibi propo
nam. Ca. lvij.

Quis q̄daz de tulpeto vir
honeſtus Cuno nomine
in hac extrema expediciōe ſig
natus: cum alijs pegrinis ad
mare vſq3 puenit. Ibi grauit
infirmatus cū moritur9 cēt ce
pit mirabilit iocūdari. Requi
rētibus ſocijs de cauſa leticie
Rn̄dit Quare nō gaudeam?
Ecce dn̄a noſtra Sācta Ma
ria hic pn̄s eſt ⁊ hec mihi dixit
Cuno q2 reliquiſti vxorem fi
lios ⁊ omnia tua ꝓpter honorē
filij mei periculis te exponens
ego bene ⁊ plene tibi retribuā
Qui ſtatim exclamauit. En
video celū aptū ⁊ in eo ſedez m̄
preparatā ad quam celeri9 ſū
aſcēſurus. Morq3 ſacro oleo
poſtulans ſe iungi. ⁊ viatico
dominici corpiſ muniri. hominē

pegre depoſuit ⁊ ſicut ver9 pe
grin9 in celeſti patria laboris
ſui pmiū ſuſcepit ¶ Apolloni
us. Non miror ſi homo iſte iu
ſtus vel pocius p crucis ſigna
cionez iuſtificatus taz mirifica
vidit ⁊ pmeruit. ſ3 ſi noſti dic
vnde mirer. ¶ Ceſarius Duo
tibi dicā exēpla dine pietatis
eiuſq3 genitricis que te non ſo
lū in admiracionē ymo eciā in
ſtuporem merito conuertant.
Ca. lviij.

Miles quidā nobiliſ ſ3 cri
minoſus tpe quodā ab
inimicis ſuis captus eſt. Et q2
mortales erāt inter eos inimicitie
viſum eſt eis expedire vt in in
ſtanti occideret. Cernens vir
nobil ſibi mortē imminē ⁊ nl
lum adeē remed iū vite. ſuppli
ci voce dixit ad illos Rogo vos
intuitu dei ut ad modicuz mor
tē meaz differre dignemini q̄ti
nus alicui ſacerdotum peccata
mea poſſim ɔfiteri. Rn̄derunt
illi. Non eēt nob hec dilacō tu
ta Contingere poſſ3 vt ɔgna
ti ⁊ amici tui veniētes eriperēt
te de manibus noſtris ⁊ eſſ3 er
ror nouiſſimus peior priore.
Cui cū pcepiſſent vt ſe ꝓſter
neret ad decollationem dixit
hoc verbū. Deus tu ſcis voluta
tem meam. Et ſbiūxit. Anima

meam cōmendo virginis filio. Sicq3 decollatus est. Erat tunc tēporis obsessus quidā in vicinio. Cui cū dicerent q̄dā audita morte tāti tiranni. nō magnū habetis gaudiū propt' animam militis illius facinorosi. lugub voce respōdit. Nequaq̄. Vnū em̄ verbū moriens ꝓtulit propt' quod saluatus est. Haud dubiū qn̄ ope btē vgīnis cui9 filio animam occidendus cōmisit. penis iehēne sit sb tractus. et cū latrone cōfitente paradisi gaudijs addict9. Aliud tibi referā vnde amplius mireris qd mihi abbas ordinis nostri retulit circa hoc quinquēniū dicēs illud otigisse. Ca.lix

In vicina ciuitate Tridentine sicut mihi retulit quidam abbas. latro nominatus versabatur a q̄ multi depdabātur et qui se defendere voluerūt nec potuerūt occidebant'. Hic cum die quadā mōchū q̄ndā ordinis nostri obuium habēt sperās q pecuniam portar3 ait. Nisi voluntarie sequaris me occidā te. Quem cum mōch9 sequeret' et quereret in via quis esset vel quid opis haberet. rn̄dit ille. Ego sū latro ille famosus nomen suum exprimens. Cui cū monachus dicer3 iam incipitis canescere et nō timetis aīme vestre' rn̄dit ille. Nō pl9 q̄ pecus. Et tacuit monachus. Veniens in speluncā illius ait intra se. Si posses hominē huc cōuertere. magnū deo pstares obsequiū. Dixitq3 ad latronē. Si licet mihi aliquid vos int'rogare' Rn̄dente illo licet. mōchus sbiunxit. Qualis extitit vita vestra a principio' Rn̄dit ille. Pessima. Qn̄ puer erā cum ōmibus meis coetaneis contendebam. fcūs adolescens furtis operā dedi. deinde in virū pficiēs latrocinia exercui. in quibus adeo pfeci vt hodie caput et magister sim ōmū latronū huius prouincie. Ad qd monach9. Nunquid nō timetis penas eternas. huiusmodi opibus pparatas' Dicēte illo de aīa nulla mihi questio est eo q perdita sit. Monachus rn̄dit. Quid si possem vobis ondere viā salutis velletis m̄ acquiescere necne' Ait latro. Etiam vob cōsentirem. Et ille. Ieiunate vnū diem in ebdomada in honore sancte Marie genitricis dei et nullū in illa ledati' et sciatis p̄ certo q grā apd filiū vob optinebit. Rn̄t latro. Hec reuea faciā et ia voueo. Nihil ea die omedā nl sū depredabor nullum ledam.

Elegitq; die ſabbati: nihil i il
lo mali opans: īmo plurimos
a ſocioꝝ manibus depdādos ſi
ue occidēdos: ob honoreꝫ beate
virginis eripiēs Eodē tempoꝛe
tridentū ab hoſtibus p circuitū
infeſtabatᷣ: r exeūtes ſatellites
ciuitatis cū hoſtes die ſabbati
inſequerētur. iā dictū latroneꝫ
inermē proptᷣ ſabbatū cuꝫ ce
teris ceperunt. Et cuꝫ eēt fortiſſi
mꝰ nō ſe defendebat cū caperetᷣ
non ſe excuſabat. nec loqui vo
luit interrogatus cū duceretᷣ.
Veniens in ciuitatem mox vt
cognitꝰ ē: patibulo adiudica
tus eſt. Nutu tn̄ vt creditur be
ate virginis ſup pulchritudi
nē coꝛpis eius iudices moti: in
hoc cōuenerūt vt p̄uincia ab
iurata viuerꝫ. Qđ cū ille abnue
ret r diceret. nō faciā: meliꝰ eſt
enī vt hic peccata luam: q̄ i fu
turo: rn̄derūt. Sine tunc vt de
colleris. Non curo inquit qua
lis ſit pena: dūmodo occidar.
Et illi. Vis vt vocetur tibi ſacᷣ
dos? Rn̄dit. Non eſt neccē Om
nes enī Chriſtiani eſtis. omni
bus vobis peccata mea ↄfiteoꝛ
Qđ cuꝫ feciſſꝫ cū multa cōtricō
ne nihil ſe boni vnq̄ feciſſe teſta
batur pretᷣ illud ieiuniūꝫ qđ a
monacho didicerat. Sicq; ex
tra ciuitatē decollatus eſt. r iui
eodē loco ſepultus Nocte eadē
vigiles portaꝝ ↄ̄ca eiꝰ tumulū
luminaria viderūt. Qnq; enī
matrone coꝛpus effodientes.
r caput coꝛpori adaptātes. po
ſuerūt in feretro mire texture pur
pura ſupiecta. Ex quibus q̄tu
oꝛ ſingulares cādelas ardētes i
manibꝰ habētes. per quatuoꝛ
partes feretrū tollentes. q̄nta
que clariſſima omniū erat. cuꝫ
cādela ſequēte ad portam vſq;
venerūt ibi coꝛpꝰ deponentes
Cuſtodes iſta vidētes timuerūt
putātes eē fantaſma. Quibus
illa dicebat Dicite epō veſtro
vt capellanū meū a vobis decol
latū in tali loco ecclīe honoꝛifice
ſepeliat. minas addens ſi negli
geret. Et nominauit ſe Mariā
Que cum epō nūciata eēnt. cū clero
r populo exiēs purpurā depo
ſuit. caput preciſū coꝛpi vnitū
videns expauit. texturāq; pur
pure humanū artificiū excedēte
admiratus. relatis credidit. ho
minēq; cū timore r honoꝛe mario
nō vt latronē. ſꝫ ſicut Chriſti
martirē in loco deſignato ſepe
liuit. Ab illo tēpore vſq; hodie
vix aliquis adultus in illa pro
uincia inuenitur. qui eius exē
plo die ſabbati in honoꝛē do
mine noſtre non ieiunet. ¶ A
pollonius. Cū opera bona extra

caritatē; facta mortua ſic quō
ieiunium ſiue aliud opus ſm
genus bonum: tēpore latroci
nij geſtū: dei genitrici placere
potuit? ¶ Ceſarius. Per obſe
quiū quod beate virgini impē
dit: abilem ſe reddidit gratie.
per finalem contricionem factus
eſt filius glorie. Per tempalē
mortem quam libent' ac paciē
ter ſuſtinuit: purgatorij penā
euaſit. Non enim punit de⁹ bis
in idipſum: nō medicina cōtēp
natur. Non alit' audeo diffinē
Legim⁹ enī in vitaſpatrū cui
dam latroni ob uſo pietatis op
a: que in latrocinio egit recitā
ti: ſanctū rñdiſſe Paſunciū Nū
q̄ aliquid tale legi id ē tā mḡ
num in vita mea ¶ Apolloni⁹
Hiſtoria hec tā mirabil' valde
accendere debet peccatores in a
more ſcē dei genitricis. ¶ Ceſa
ri⁹ Adhuc vnū ſupē capitulū
quod omnes ordinis noſtri p
feſſores magis omnibus. que
adhuc audiſti: in illius amorē
accendit: propt' qd pñti diſti
ctioni p cōcluſione illud reſer
uaui: qr qd nouiſſimo loco di
citur: memorie forcius impri
mitur. ¶ Ca. lx

Monachus quidā ordi
nis noſtri dñam noſtraꝫ
plurimū diligens: āte paucos
ānos mente excedens ad cōte
placionē; glorie celeſtis dedu
ctus eſt. Vbi cū diuſos ecclē
triumphantis ordines vidērꝫ
āgelorum videlicet: patriarcha
rum: pphaꝝ: apoſtoloꝝ: mar
tirum: confeſſorum: ⁊ eoſdem
certis caracteribus diſtinctos
Itē canonicos regulares: pmō
ſtratenſes ſiue cluniacenſes: de
ſuo ordine ſolicitus cum ſtarꝫ
et circūſpicerꝫ: nec aliquam de
illo pſonam in illa gloria repi
ret: ad beatā dei genitricē cū ge
mitu reſpiciens ait. Quid ē ſā
ctiſſima dña q de ordie Ciſter
cienſi neīnem hic video? Qua
re famuli tui tibi tā deuotiſſime
tes: a cōſorcio tāte beatitudis
excludunt'? Videns eū turbatū
regina celi: rñt. Ita mī dilcā ac
familiares ſūt hij: q̄ de ordie Ci
ſtercienſi ſūt: ut eos eciā ſb ul
nis meis foueā. Apienſqꝫ pal
liū ſuū q̄ ampla videbat' qd mirē
erāt latitudinis: inumerabilē mlt
titudinem monachorum conu
ſorū: ſanctimonialiū illi oſtēdit.
Qui nimis exultās ⁊ grās refe
rens ad corpus redijt: ⁊ q̄d ui
derit q̄d ve audierit abbti ſuo
narrauit. Ille vero i ſeqnti. ca. hec
referēs abbtib⁹ oēs letificauit
ad ampliorem ſacte dei genitri
cis amorem illos accendens.

Igitur qz virginē beatā · primo
ſpeculū virginitatis · cui9 meri
ta a gloria oēm ſcōz multitu
dinem trāſcēdunt · laudare nō
ſufficio · quaſi imperitus orator
illam laudando deſiſtio Ipſam
ergo tuis adiut9 oracōnib9 de
precor vt defectū meū ipſa ſup
pleat · a que ſcripta vel ſcribē
da ſunt fructuoſa faciat · Amē

Explicit ſeptia diſtinctio

Incipiūt capitula octaue
diſtinctionis ·

Ratio quare in octaua di
ſtinctōne de diuerſis viſio
nibus tractetur · Ca · i

De ſacerdote cui natiuitas Chri
ſti in ſomnis reuelata ē · Ca · ij ·

Item de ſorore Chriſtina a
eadē natiuitate · Ca · iij ·

De diuerſitate ſōnioz · a viſi
one ſpirituali · Ca · iiij

De monacho qui Chriſtū qui
recēter natū vidit cum Mari
a a Joſeph · Ca · v ·

De pore qui vidit ſtellā i no
cte dominice natiuitatis ſup cā
tātes · Ca · vi ·

De Richmūde que i epipha
nia Chriſtū vidit in preſepio
patris voce audiēs de ſup · vij ·

De virgine cui Chriſt9 appa
ruit in etate tenni · Ca · viij ·

De predcā Richmūde · q dnm
vidit in domo pōtificis inter p
ſecutores · Ca · ix ·

De virgine cui Chriſt9 freqn
ter vigilāti appar; in cruce · x ·

De daniele mōcho cui Chri
ſtus apparēs in cruce otulit grā
tiā lacrimaz Ca · xi ·

Quomō intelligēdū ſit · Per
cuſſit petrā ac Ca · xij ·

De Petro monacho de clau
ſtro · Ca · xiij ·

Item de monacho eiuſdē ce
nobij temtato in cui9 aſpectu
crucifixi vulnera perūcta ſunt
Capitulū · xiiij ·

De Chriſtia mōcha cui Chri
ſt9 crucifix9 apparuit a ſenex
pungēs vulnera ei9 · Ca · xv ·

De ſanctimoniali tētata quā
Chriſt9 oplexus eſt · Ca · xvi ·

De duob9 conūſis clauſtri q
viderūt Chriſtum in aere pen
dentē in cruce · Ca · xvij ·

Item de conūſo de Lucka · q
vidit Chriſtū cū quindecī reli
gioſis i aere crucifixū · Ca · xviij ·

De crucifixiōe rligioſoz · xix ·

De Conrado conuerſo · q in ex
thaſi factus Chriſtum vidit i
cruce · Ca · xx ·

De milite cui crux inclinauit ·
qz inimico ſuo pepercerat ob
illius amorē · Ca · xxi ·

De ſāmoiali cui crucifixus te
nebras tēperauit · Ca · xxij ·

De nouitio cui9 frōti crux im

preſſa eſt: cū iclinaret' ad glo
ria patri ca xxiij
De monacho pictore: qui in
paſceue mortuus eſt ca xxiiij
De crucifixo eccle ſcī Georgij
i colōia q̄ cāpanariū truſit xxv
De vindcā in milites: q̄ hoſtes
ſuos in eccīa occiderūt ca xxvi
De vindcā dei in damiatanos
q̄ ſue crucifixū traxerīt ca xxvij
Itē de ciuib9 q̄ crucifixerūt: cū
fugē vellēt ad xp̄ianos xxviij
De xp̄o q̄ in paupe ↄq̄ſtus ē
ↄuīſo ſe fuiſſe pcuſſum xxix
De Henrico ↄtracto mōcho
clareuallis: qui in ſōnis vidit
Chriſtum i pectore ſuo obdor
mie: cū infirm9 moret' ca xxx
De Theobaldo coite q̄ in figu
ra leproſi xp̄i pedes lauit xxxi
De epo q̄ leproſi nares ligēs:
gēmā decidētē ſuſcepit ca xxxij
Itē de epo Salſbgenſe q̄ lepro
ſi cōicās vomitū eius ſūpſit: cū
ſacramētū eiecīſſ ca xxxiij
De odore aromatico i paſcha
Capitulum xxxiiij
De paſſiōe Chriſti ca xxxv
De ſācto ſpiritu ca xxxvi
De Hērico ↄuīſo: ꝛ colūba
quā vidit ſup caput Herman
ni p̄oris ca xxxvij
De mōcho i c9 capite viſa ē co
lūba cū legēt euāgeliū xxxviij
De ſcīpiali qui mētalit' pn̄ſū ē
ſacramētū ſcē trinitatis ca xxxix
Qua ſimilitudine eclā dicat'
membra Chriſti ca xl
De āgelis ca xli
De virgine q̄ p angelum libe
rata ē a ſtimulo carnis ca xlij
De viſo q̄ āgelū freqnt' vidit
et dicēdo grām pdidit ca xliij
Quid opet' āgel9 bon9 ſiue
malus circa hoīe ca xliiij
De ſorore xp̄ina: q̄ vidit āge
lū pn̄tatorē aīaꝝ ca xlv
De hōib9 q̄ viderūt reliqas mō
tis Budiſbg trāſmigre i Strō
berg. ca xlvi
De militib9 tēpli: q̄s pagani
vidē nō potuerunt dū horas ſu
as dicerent ca xlvij
De priarchis ꝛ pphiſ ca xlviij
De mōcho clareuall' q̄ ſctū
Johē baptiſtā diligit ca xlix
Itē de ſāctimoiali ei9 de pcurſoris
dilectrice ca l
De duab9 ſāctimoialib9 ↄtēdē
tibus p ſcō Johe baptiſta atq̄
euāgeliſta ca li
De economico Bunēſe: quē ſcūs
Johēs baptiſta truſit ca lij
De mcatorē cui meretrix vēdidit
brchiū ſcī Johis baptiſte liij
De dēte ei9 dē q̄ ē apd nos ꝛ de
v'tutib9 p eū fcīs ca liiij
De apoſtolis ca lv
De femia ſortilega: q̄ ſcūm An
dream repudiauit ca lvi

De pelle vrſina ſācto Andree
empta · p quā mae fures ſeda
tū eſt. Ca. lvij.
De homine per ſcūm Jacobū
a ſuſpendio liberato Ca. lviij
De Berardo milite quē diabo
lus de ecclia ſancti Thome in
Yndia in momento trāſtulit i
terrā ſuam Ca. lix
De dente ſancti Bartholomei
de quo ſanguis exiuit cū debe
ret diuidi Ca. lx
De femina que ſanctū Judā
cōtēpſit. Ca. lxi
De braxatrice eccle ſcōꝝ Apoſto
lorum cuius domus inter flam
mas miraculoſe ſuata ē. lxij
De Carolo ciue q̄ lapides ad
fūdamenta eccle eorūdē Apo
ſtoloꝝ optulit. Ca. lxiij
De martib9. Ca. lxiiij.
De reuelatioe martis noſtri.
Capitulū. lxv.
De ſcīs an alkazer in aere vi
ſis per quos Chriſtiani adep
ti ſūt victoriā. Ca. lxvi.
De reliquijs martiꝝ qui Ber
nardū in latere ſtimulauerūt
cū illicite moueret. Ca. lxvij.
De dente ſci Nycolai p in Bru
wilre Ca. lxviij
Quare beatus Thomas can
tuarieñ plus ceteris martibus
miacul choruſcet Ca. lxix
De freno p quod mlta fiebāt
miracula cū eiuſdē martiris ee
putaret̄ q̄ nō eēt Ca. lxx
De ꝯfeſſoribus Ca. lxxi
De cōuerſo cui ſcūs Nycola
us apparuit i choro Ca. lxxij
De fure quē idē ꝯfeſſor a pati
bulo liberauit Ca. lxxiij
De Adā monacho quē ſāct9
Nicolaus cū ſcō Patermano
ab ifirmitate ſanauerūt. lxxiiij
De puero opilione cui ſāct9
Nycolaus mortem ſuam pre
dixit Ca. lxxv
De tabula ſācti Nicolai apō
porcetū Ca. lxxvi
De magiſtro Johāne cui ifir
māti ſanctus Martin9 et ſcūs
Bodehardus ſuccurrerunt.
Capitulū. lxxvij
De Berardo abbe Clareuall
cui ſanctus Eucharius cū ſo
cijs apparuit. Ca lxxviij
De virginibus. Ca. lxxix
De Theoderico epō Liuonie
qui ſāctā Mariā magdalenā
viduis et ſanctā Margaretā
virginibus aſſiſtere vidit cū
eas velaret. Ca. lxxx
De Arnoldo mōcho Vilarieñ
ſi quem ſancta Maia magda
lena tactu ſanauit Ca. lxxxi
De abbatiſſa i houene cui9 ocu
los ſancta Luchildis curauit.
Capitulum. lxxxij
De ymagine ſācte Katherine

ibidem ca lxxxiii

De osse scẽ Katherine q̃d ole um stillauit

Capitulum lxxxiiij

De sacris tribus v̾ginibus q̃ de Folkenrode reuerse sunt Colonia̅ ca lxxxv

tẽ de duabus v̾ginib⁹ xi miliũ q̃ p reuelacõnẽ sunt iuente: ac nobis donate

Capitulum·lxxxvi

De viatore qui de earũm reli q̄is miaculose optinuit·

Capitulum lxxxvij·

De conuso quẽ sacra v̾go i so mis osculabatur ca·lxxxviii

De osse eq̄no de cõz reliquiis miraculose piectum est

Capitulum·lxxxix

De puella q̃ ad ŷnũ Te deum laudamus chorũ psallencium in celũ trãsferri vidit ca·xc

De hiis que Hermañ⁹ abbas vidit de loco nostro

Capitulum·xci

De Rudolpho q̃ illo tis mani bus timuit tãgere aspersoriũ·

Capitulum xcii

De monacho qui in excessu sc̃us xpam vidit animã

Capitulum·xciii

De sanctimoniali q̃ ppt̾ defectũ v inus pictancie mirifice cõsola ta est· ca·xciiii

De cõuerso qui dicendo pdi bit dulcedinem diuinitus con cessam ca·xcv

De viatore ꝓphetici spũs qui apparuit Henrico conuso·

Capitulum·xcvi

De Rudolpho canonico de Al desele cui uiri candidi horas ca nonicas decantauerũt ca·xcvii·

Expliciunt capitula septie distinctionis

AMEN

Incipit octaua distinctio de diuersis uisionibus

Mirari poteris qua re distinctionem diuersarum uisi onum ad octa uum distulerim locum· Non absq̃ racione et causa sacramenti noueris hoc factum· Sicut enim Christ⁹ in euangelio scalam composu it ex octo beatitudinibus· per quam celos conscendere possit omnis Christianus Ita in hac distinctione: scala erigenda ẽ ex totidem ordinibus per quã humane uisioni cõdescẽdat ce lestis exercitus· Duo latera hu ius scale duo sunt genera uisi onum corporalis scilicet ꝛ spi ritualis· Ita tamen ut per spi ritualem õnis uisio intelligat̾

in qua ſolus ſpūs opatur. ¶
Apollonius Que eſt viſio cor
palis? ¶ Ceſarius Cū aliqua
dei dono corpalit videnť ap
illa aliquid ſignat vt ſic Heli
ſeus vidit currꝰ igneos in rap
tu Helie et rex Balthaſar arti
culos manꝰ ſcribētis i pariete.
Hac viſione ſepe angeli necnō
et anime ſcōꝝ in ſbiectis corpi
bus a mortalibus ocul corpeis
contēplanť vt poſtea dicetur
ſb exēplis. ¶ Apollomꝰ Que
eſt viſio ſpiritual? ¶ Ceſariꝰ
Que fit p ymagines ſine cor
poribus vt fieri ſolet in extbaſi
ctm ſōnis. Sb hac ꝯphēdamꝰ
et viſionē intellectualē licꝫ mlt
tū ab ea differat quā qdam di
cūt eē triplicē. Enigmaticā ſcili
cꝫ quā habēt viatores pn̄taria
qua vtantur ciues et mediaſti
nā quā habuerūt Adā et Eua
in paradiſo. ¶ Apollomꝰ Quid
eſt viſio intellectual? ¶ Ceſa
rius Viſio intellectual ſiue mē
tal eſt. qn̄ nec corpa nec yma
gines reꝝ videtur ſꝫ in incorpo
reis ſbſtancijs intuitus mētis
mira dei figit potēcia In ſupre
mo gdu huius ſcale locemus
Chriſtuꝫ qui deus eſt et homo.
caput et origo ſcōꝝ ommū. In
ſcdo gradu deſcendēdo ordinē
angeloꝝ. in tertio gradu ordi
nem priarchaꝝ atqꝫ ꝓphetaꝝ
in quarto gradu ordinem apo
ſtoloꝝ. in quinto gradu ordi
nem martiꝝ. in ſexto gradu or
dinē ꝯfeſſoꝝ. in ſeptimo grdu
ordinē virginū viduaꝝ et con
tinētiū. in octauo gradu viſio
nem quarūlibet rerū miraculo
ſe apparētiū. ¶ Noniciꝰ. Qua
li modo ſiue in qualibus ſpēis
celeſtes ſpiritꝰ vtꝝ ſint ange
li ſeu hūani: mortalibus ſe viden
dos exhibeant: magis exēpl
qꝫ ſētēcijs ſcīe deſidero. pmiſſa
tn̄ prius viſione dei ac ſaluato
ris dn̄i noſtri Jhu Chriſti.
¶ Ceſarius Inuoca mecū ſpi
tum ſanctū qui ab ipo pcedit
de cuius etiā apparitione mira
bili aliquid dicere ꝓpono. vt
qd poſtulas digne valeā adi
plere. Licet indiuiſa ſint ope
ra ſacte trinitatis et patri filiꝰ
atqꝫ vtriqꝫ ſpiritus ſanctus
credatur ꝯſbſtancial nunqꝫ
tamen in ſbiecta creatura pat
mortalibus apparuiſſe rpitur
qd de filio et ſpiritu ſancto dici
non poteſt. Duas ſiquidem in
Chriſti pſona natura confite
mur diuinā et humanā. Scdꝫ
illaꝫ lucē habitat iacceſſibileꝫ
in qua nemo eum vidit vnqꝫ.
Scdm iſtā humanā ſcilicꝫ in
terris eſt viſus et cū hominibꝰ

cōuerſatus Viſus eſt enī antē
legem ⁊ ſb lege a patribus ſ;
ī aliqua ſbiecta creatura viſꝰ
eſt tpe gratie in hūana natura
Et licet ſemel ex virgine ſit na
tus. nutritus ac lactatꝰ ſemel
a magis adoratus ⁊ in templo
pñtatꝰ. paſſus ⁊ a mortuis ſuſ
citatus. aſcenditq; ī celū ac tñ
vſq; ad diē iudicij eadē; ſacra
menta mirabilit᷑ quodā modo
īnouare nō deſinit ſm predcā
viſionū genera ſui᷒ dilcī᷒ ⁊ ele
ctis nunc in infancia ⁊ pueicia
nūc in adoleſcēcia ⁊ iuuentute
ſuā preſēciā exhibēs ſicut ſeqn
cia declābūt exēpla. ¶ Ca. ij

SAcerdos quidā de domo
noſtra dū de ſacramēto i
carnacōnis Chriſti plurima co
gitaret nocte quadā per viſū
in natiuitate eiuſdē raptꝰ eſt i
diuerſoriū In quo dū audiret
quia v᷒go eēt pitura rñdit xp̄s
ſemel natus eſt denuo naſci ñ
poterit Si virgo hec paritura
eſt aliquis ꝓpheta magnus de
ea naſcitur non Chriſtus Vix
verba finierata ecce illa ſine oī
dolore pepit filiū pānisq; inuo
lutum monacho porrigebat.
Quem ille inter brachia ſua
colligens ac deoſculans. miſte
rium intellexit ⁊ motu dulce
dinis illius euigilans p̄miſſas

cogitaciones tam iocūda viſi
one remuneātas minime dubi
tauit Ecce viſio hec ſpiritualis
fuit ſ; in ſomīs facta. Aliā huic
ſbiūgam viſionem quam diſ
cernere non poſſum. vtrum in
ſomis ſiue p mentis exceſſum cō
tigit propt᷑ diuerſorum relaci
onem ¶ Ca. iij.

DOminꝰ venerabilē Chri
ſtinam virginem cuius
in precedentibus memoria ha
bita eſt in burgis ſāctimonia
lem viſione ſue natiuitatis leti
ficare volens. tēpe quodam ei
cum matre ⁊ Joſeph apparuit
pānis inuolutus ⁊ in p̄ſepio re
clinatus. Erāt enī ij de pānicul
lanei ⁊ albi a pannis ſororum
nihil differentes. faſcia vero q̄
membr᷑ eiꝰ ligata erant griſei
coloris videbat᷑. vides quanta
hūilitas quanta pietas in dei
filio. Pānos ſuos pānis ordis
cōformare dignatus eſt. vt ā
pliꝰ illa de ſuſcepto habitu g
tularetur. Simile habes in ſu
pioi diſtinctōe capitulo ſexto
decimo vbi domino Chriſtiaō
de clauſtro morienti in cucullā
cum matre apparuit. ¶ Apol
lonius. Quid genus viſiois
videtur tibi precellere illud ſci
licet quod fit in ſomnis: ſiue
quod fit in exceſſu mentis? ¶

¶Ceſarius Ut plenı9 de hac
queſtiōe te expedire valeā di
uerſas ſomnioꝝ cauſas tibi di
ſtinguā. ¶Ca·iiij·
SOmniū qn̄qꝫ fit ex reliq̄
is cogitacōnū ꝛ curis qn̄
qꝫ ex crapula·qn̄qꝫ ex inanicō
ne ventris qn̄qꝫ ex illuſione ꝛ
fantaſtica ymaginatiōe ıınmı
ci ſine p̄cedēte cogitatione qn̄
qꝫ ex p̄miſſa cogitatione illu
ſione ſecuta qn̄qꝫ p̄ reuelatiōeꝫ
ſpiritus ſancti·que multis mo
dis fit·ꝛ eſt hoc genus ſomnij
digniſſimū·Nec tn̄ min9 ymo
magis meritoriū eſt· ſi cogita
cio ſcā p̄ceſſerit· Igitur quocū
qꝫ modo viſio fiat nocturna
meo iuditio illa que fit per mē
tis exceſſuꝫ āfert̄ qꝛ certioꝛ qꝛ
rarioꝛ·qꝛ iocūdioꝛ·Prioꝛ viſio
qn̄ de celeſtibus eſt ꝓprie dicit̄
reuelatio·ſcd̄a contēplacio· In
vtraqꝫ hō moꝛitur exterior et
viget interioꝛ· Illa eſt infra ra
tionē ꝛ ideo habet meritū· iſta
ſupra rationē vn̄ magis ptinē
videtur ad premiuꝫ·Qn̄ mēs
p cōtemplationē in deū vadit:
ſenſus racionis deficit· Hinc ē
q̄ in oꝛtu beniamin Rachel moꝛi
tur·Rachel qui interp̄tatur vi
ſū p̄ncipiū: deſignat rationeꝫ·
Beniamin cui9 interpretatio ē
filiuſ dextere: ꝯtemplacioneꝫ·

Rachel vero in natiuitate benia
min moritur: cū de ratiōe cele
ſtiū ꝯtēplacio naſcitur Quāte
ſit infirmitatis ſenſus rationis
mens intra ſe experitur·Q̄d ſi
verū nō eēt apoſtolus exceſſuꝫ
ſuū manifeſtās nō diceret Si
ue in coꝛpore ſiue extra coꝛpus
neſcio deus ſcit· ¶Apolloniuſ
Licet viſio ſpiritualiſ digníoꝛ
ſit coꝛpāli magis tamē me dele
ctat audire exēpla de iſta qꝛ ce
leſtes ſpiritus ſiue q̄d maiuſ ē
ipſum creatorē ſpirituū oculiſ
coꝛpeis poſſe vidē·oīb9 viſiōi
b9 āpono· ¶Ceſari9 Uiſio
nem nūc tibi rferā de qua iudi
care debes vtꝝ ſpūal' ſit an coꝛ
palis ē eni de natiuitate Chri
ſti· ¶Ca·v·
IN clauſtro monachus
quidā in magna erat de
uotione ꝛ videbatur bonaꝫ dei
manuꝫ ſuper ſe habere· Erat q̄
ꝓpe in ope manuū ſtrennuus·
in oratione ꝛ pſalmodia deuo
tus: potens ad vigilādū ꝛ fer
uens ad quodlibet iniūctum·
Cūqꝫ tā bonū circa feſtuꝫ oīm
ſcōꝝ habuiſſꝫ ſpm̄ eiuſqꝫ nul
lū aut modicum pplures dies
ſēſiſſꝫ detrimentuꝫ· cepit non tā
audacter q̄ reuerēter a domio
p̄ribus exigere vt eum in feſto
ſue ſāctiſſime natiuitatiſ q̄licūqꝫ

cõſolaretur viſitacõe. Aberãt
iam vigilia natiuitatis domi
nice. ⁊ ille necdum tepuerat a
deuocione nec a ſupradicta de
fecerat intencione preſumens
⁊ p̄ſagiẽs aliq̃d de diuina dig
nacione. De nocte autem vbi
ſurrectum eſt ad matutinas tã
tus torpor inuaſit corpus eius
et animam eius vt eciam tede
ret eum viuere. Intrauit tamẽ
chorum cum alijs nil pſallere
valens aut volens. Dulciſſimã
illam ſolemnitatem ex toto vt
ſibi videbatur amiſſurus a deſi
derio ſuo fruſtratus. Acceſſit
vero ad eum alius monachus
innuens vt ꝓ ipſo reſponſori
um decimum cantare debuiſſ;.
Ac ille nõ infirmitate p̄peditꝰ
ſ; deſidia deuictus ſignũ refuta
bat. Sic ergo felices illas vi
gilias ⁊ ſolemne gaudiũ in feli
ci torpore trãſigebat. quippe
quem non pſallere nec ad rñ
ſoria ſurgere licebat. In decĩa
lectione ſedebat ſibi vigilans
quidem ſ; clauſ ocul ⁊ cogita
bat ſuas moleſtias in amaritu
dine animi ſui. Dicebatq; ſibi
ſecũ racõcinãdo. Ecce ſic ⁊ ſic ha
buiſti hec ⁊ hec petiſti. vbi nũc
eſt illa deuocio vbi ſpes illa et
pia de diuina pietate preſũpci
o. Quid nũc agitur tecũ? Et ad

fecit. Pecieras ut aliqua tibi re
uelacio fieri. Et ſi mõ fieri q̃d
potiſſimũ videre eligeres. Vtrũ
q; dominum Chriſtum vel dul
ciſſimam eius matrem aut cer
te ambos ſimul. Cumq; hijs ⁊
huiuſmodi cogitacionibꝰ oc
cupatus ſederet vigilans vt ſu
p̄dictum eſt ſ; clauſis oculis
lector dixit. Tu autem domine
Et cantor ſurgens. ſubiunxit
reſponſorium. Benedictꝰ qui
venit in nomine domini. Et ecce
aſtitit ante illum torpentẽ mo
nachum matrona quedam re
uerendi vultus ⁊ incomparabi
lis pulchritudinis habens in
brachio infantulum adeo puu
lum quaſi recenter natum. in
uolutum faſciolis vilibus val
de ⁊ abiectis in tantum vt eciã
ſuper vilitate earum ille com
paſſionem conciperet. Stabat
autẽ quaſi retro ipſam ſenex
amictus pallio. indutus tunica
⁊ pilleus non acuminatus ſu
per caput eius que omnia vi
debantur eſſe de lana alba et
munda vultum tamen ſenis vi
dere non potuit ſitu pillei impe
diente. Vidit eciam fuſum cũ
licio pendere a latere matrone
ſed colum vidiſſe ſe non memi
nit. Vidit ⁊ quia clarius vide
re voluit q̃ vidit nihil vidit.

Aperuit eni̅ carnales oculos et
glorioſa̅ illa̅ viſione̅ perdidit.
Et intellexit q̄ beata virgo fu
iſſ; illa matrona: infans Chri
ſt9 a ſenex Joſeph Et recepit i
illa hora̅ ſpm̅ ſuu̅ bonu̅ et reliquu̅
ſce̅ ſolemnitatis tra̅ſegit in gau
dio magno. Anno gre̅. m. cc.
xiij. facta eſt viſio hec. ¶ Apol
lonius. Quia genus huius
viſionis diſcerne̅ no̅ valeo: ad
tuu̅ illud examen tra̅ſmitto. ¶
Ceſari9. Exptoru̅ eſſ; talia diſ
finire. Nā ſi dixero viſio̅e; iſta̅
fuiſſe ſpitualez obijcitur q̄ no̅
ſit in ſo̅ni ſcā quia monachus
tu̅c vigilauit. neq; in exthaſi
q̄ſenſuu̅ exterioru; eo te̅poris
bene opos fuit. Item ſi iudica
uero illa̅ corpale̅ r̅ndeſ q̄ ocul
corpalibus clauſ corpalit̄ vi
dere non potuit Quid ergo.
Audi de hoc meam opinionez
no̅ aſſertione̅. Qua̅tu̅ ex alijs
viſionibus colligo: corpalez il
lam iudico. q̄ lucidu̅ Chriſti
aſpectu; ciuiumq; celeſtiu̅: ta̅
ſbtil̄ palpebrarum phibere non
poteſt paries. Hinc e̅ q̄ inclu
ſa queda̅ cu; a ſathana ſb ſpe
cie a̅geli illuderetur freque̅ci9
et hoc cuida̅ ſacerdoti lrato co̅
feſſa fuiſſ; dolos illius no̅ intel
ligens. R̅ndit ille. Cu̅ denuo
tibi apparu̅erit oculos claude

Si angelus fuerit dn̅i bonus
no̅ minus eu̅ videbis. Si vero
malus illu; ita videre no̅ pote
ris. Nā vez ee̅ didicit expime̅
to. ¶ Ca. vi.

Alteri cuida̅ ſacerdoti fu
p̄dicte domus tu̅c prior
exiſte̅te. dn̅s ſub alio typo na
tiuitatis ſue miſteriu̅ oſtendit
Cu̅ in quarta dominica aduen
tus ca̅tor r̅nſoriu̅ Intuemini q̄n
tus ſit iſte qui ingreditur ad
ſaluandas ge̅tes incipet et p̄s
co̅uentus ad libru̅ ſta̅s incep
tum perficeret. in choro abb̄tis
ſuper forma̅ cui ca̅tantes inni
tebant circulum lucidu; vidit
et in circulo ſtellam clariſſima̅
radiantem. Et mox intellexit
ſicut intelligere debuit q̄ ſtel
la eadem deſignaret Chriſtu;
circulus vero lucidus orbe̅ ter
rarum illius aduentu illuminatu̅
Se ſtella̅ ee̅ teſtat̄ i apocalip
ſi dicens. Ego ſum radix et ge
nus Dauid ſtella ſplendida et
matutina Et in ſancto eua̅gelio
ſe appellat lucem mu̅di. Hec
de Chriſti natiuitate dca̅ tibi
ſufficiant. ſciaſq; me hanc viſi
onem ab eius ore audiuiſſe. q̄
ea; videre meruit Porro q̄ glo
rioſa viſio cuida̅ ſacerdotu̅ no
ſtroru̅ in Chriſti natiuitate de
Chriſto ſit oſtenſa audies in

diſtinctione ſequenti ¶ Apol
lonius Precor vt gradatim aſ
cendas de feſtiuitate ad feſti
uitatem ⁊ de infancia ad iuuē
tutem noſtri ſaluatoris. ¶
Ceſarius. Sic faciā viſiones
quas in illis ⁊ de illo factas no
ui tibi recitādo. ¶ Ca. vij.

Ergo quedā circa hoc tri
ennīū defūcta ē Richmū
dis nomine habitu ſecularis ſʒ
vita religioſa valde ac ſpiritu
alis. Ieiunijs ⁊ obſecracionib9
ſep vacabat mēte ſepiſſime ex
cedēs Ita vt celi ſecretis itereēt
⁊ celi regē cum celi ciuibus frē
quencius viderꝫ. In q̄dā ſolēni
tate Epiphaniaꝝ cū in mōte
ſā cte Vualburgis itereēt ma
tutinſ ⁊ abbatiſſa inchoaſſʒ rn̄
ſoꝛiū duodecimū ſcilicet i colū
be ſpecie. Illa vigilans ⁊ orans
in exceſſu fcā xp̄m infantē pan
nis inuolutū ⁊ in p̄ſepio poſitū
corā ſe vidit ⁊ circa illū q̄i thro
nū aereū ad ſimilitudinē iris.
Eātqꝫ ex vtrāqꝫ p̄te ei9 mlʼtitudo
āgeloꝝ manibus extēſ cū ado
rantes. ⁊ oculoꝝ ſuorum acies
in illum indeclinabilitʼ defigen
teſ Nec mirum Ipſe eſt ſpecioſ9
ille forma pre filijs hominum
in quem teſte apoſtolo ange
li cōcupiſcunt pſpicere. Cūqꝫ
uētum fuiſſʒ ad locū illum patʼ

nā vox audita eſt. nō conuētu
illa beata in qua tunc tēpis ſē
ſus exteriores defecerant ſʒ pa
trem audiuit dicentē Hic eſt
fili9 me9 dilectus in q̄ mihi bn̄
cōplacui Eāt enī dei filius ⁊ ho
minis tāti decoris ⁊ vox patris
tāti dulcoris vt exp̄mē mihi n̄
ſufficerꝫ. Requiſita eciā a me
quales eſſent effigies angelo
rū rn̄t. Statuās hn̄t hūanas
facies v̄ginibus ſimilimas ge
nas ad inſtar roſaꝝ rubētes ⁊
in reliquis mēbris intectis ni
ue cādidiores. Alias enim ad
huc retulit viſiōes quas locis
opetētibus replicabo. De feſto
vero purificacīois habes in di
ſtinctōe ſupiori. ca. xx. viſionē
mirificam v̄ginis de Guidone
¶ Apollonius. Puto hmōi re
uelaciones q̄nqꝫ ex affcu ora
cionis optineri. ¶ Ceſarius.
Hoc certiſſimū ē. ¶ Ca. viij.

IN Francia v̄go q̄dā xp̄m
in etate triū ānoꝝ. q̄n iā
loqui p naturā poterat: videre
deſiderās. hoc ut fieret precib9
inſtabat. Erat enim tā perfecte
vite vt n̄ immerito talia p̄ſumēt:
⁊ ſe exaudi ſparꝫ Die q̄dā cum
dcā miſſa ipa pplo oi egſſo: ſo
la in ecciā morē facerꝫ ⁊ orarēt
infantē quaſi triennē circa al
tare deambulantem conſpexit

putans a matre illū ibidē neq̄
lectū· Erat enī ſpecioſiſſim9: et
tāte grē vultus eius: ut in illi9
aſpectu delectata ad ſe vocaret et
manibus demulcerz ſic dicenſ·
Dic mihi bone puerule vbi eſt
mat' tua? Qui dū nihil ei rñ
deret: eſtimās illa vt pote īfan
tem cū nōdū poſſe fari: ſbiun
xit· Noſti dicere pater noſter
tuū? Ad qd dū non rñderet vt
prius: Adiecit· Dic p9 me Aue
Maria grā plena dñs tecū etc̄
Et dixit p9 eam infantul9 eadē
verba tā hylarit' et tam diſtīn
cte: vt illa miraretur Similit'
factū eſt de clauſula ſcda: ſcili
cet Benedcā tu in mulieribus
Cū vero ei p̄dicerz: Et benedi
ctus fructus vētris tui: to cius
hūilitatis magiſter ſua inſpi
racōne ſciens ſcriptū: Non te
laudet os tuū ſ; alienū: eandē
clauſulā dicē noluit· ſ; mox il
la intuente p onſam formam
celos penetrauit· Tūc p̄mum
virgo venerabil' ſe exauditam
intelligēs: grās egit Chriſto
qui tā celerit' impleuit deſide
riū ſuū ex ſemetipſo· Ipſe reue
ra dñs Jħs eſt fructus ille bñ
dcūs: de quo Yſayas cecinit·
Et erit fuctuſ tre ſblīſ fructuſ ter
re filius Marie Benedixiſti in
quit pſalmiſta dñe terrā tuā;
Non poterit gignere terra bñ
dicta: n̄ fructū benedictum· ¶
Apollonius Dignū mihi notā
videtur: q dñs orōne ā xp̄o ore
editā recitare renuit· et i verba
quibus matrē beatificaē vide
batur· mox erupit· ¶ Ceſari9
Exēplū nob dedit vt et ita faci
amus· Sermonē iā; in loquz
ptraximus tā in pnti diſtincti
one· q̄ in precedētibus de appi
cione infancie ſaluatoris Viſ
nunc aliqs audire ex illis viſi
onibus· quibuſ ſe oſtēdere dig
natur ſuis amicis in etate pfe
cta? ¶ Apollonius· Volo et de
ſidero· et maxime tñ de illi9 paſ
ſione· ¶ Ceſarius· Bene mo
ueris· Paſſio enī dominica pxi
ma eſt ſolemnitas p9 puiſica
tionem· Ipa eſt feſtū ppiciacō
nis· Per ipſā tartarus ē deſtru
ctus· Paradyſus apt9· captiui
tas captiuata· mors euacuata
Paſſio dñi omīū tribulacōnū
hūanarū eſt antidotū· Con
tricionē excitat ·lacrimas pdu
cit· tētationes compeſcit· et ix

Predcā Richmund tēpo
re qdam vt puto dñice
paſſionis· cū de ipa meditādo
valde conteretur mēte excedēs
mox p ſpiritū in domū quādā
amplā et hyemalē rapta eſt· i
qua ſaluatorē ſtantem vidit

nudipedē ⁊ q̄ſi captiuū ⁊ circa
illū multitudinem iudeorum.
Stabat enī demiſſo vultu: ſola
tunica indutus atq; diſtinctuſ
manibus eciā demiſſis. Tūica
eiꝰ flauū videbatur habē colo
rem. ⁊ ſicut ipſa mihi retulit ī
diuerſ angul' domꝰ demi ac du
odemi ad inſtar cycomiaꝝ con
gregati ſuſurrabant: de morte
illius tractantes. Erat enim do
mus ſūmi pōtificis. in qua acta
ſunt ſcdm hiſtoriā. q̄ huic an
cille dei oſtenſa ſunt ſpirituali
ter. Quantū huiuſmodi viſio
nes mentes religioſas cōpun
gant. viſio ſequens oſtendit
que corpalis eſt. ¶. Ca. x.

Nuper virgo quedā reli
gioſa licet adhuc in ha
bitu ſeculari poſita. ſuppriori
noſtro Gerlaco cū multis lac̄
mis retulit. ꝙ ſaluatorē in cru
ce pendētem cruentis vulneibꝰ
videre ſoleat. Nec minus ait
illū video: ſi paſſione ⁊ dolore
vrgente oculos clauſero Ecce
hic habes euidēs argumentū:
ꝙ viſio illa de q̄ua dictum eſt
ſupiꝰ capitulo qnto fuerit cor
palis. femina vero iam dicta
ex eiſdē viſionibꝰ tantū profe
cit vt de domini paſſione neq; co
gitaē neq; loqui poſſit ſine la
crimis ⁊ contricione Q aūt de



eadē beatiſſima paſſione. quā
ſi de frōte torrētes lacrimaꝝ de
riuēt'. ſmo ſequens declāt. Lac
ma qꝫ cito ſiccat'. torrēti opat'.

In clauſtro ſacdoſ ¶ Ca. xi
q̄dā an̄ ānos paucos de
functꝰ ē hō ſimplex ⁊ illratꝰ da
niel noīe: vite ſatis dure. Orōi
bꝰ ⁊ ieiunijs īfatigabilit' opā
dabat. oēs pitancias ſibi ap
poitas recuſabat. Dic cū vice
q̄dā piſcē ſibi ab abbe miſſum
refutaſſ; ſeq̄nti nocte in choro
dyabolū ꝓpe ſe vidit aſſiſtē: ⁊
piſcē; quē ipe deſpexeāt mādu
care. Pro q̄ inobediēcia corpa
lit' quidē ſatiſfecit. ſ; nō plene
ab obſtinacōe receſſit. Poitus
vero in agone: ſēſibuſq; iā vni
u'ſis ꝑmortuis. ſola in oracōe
labia mouebat: ⁊ uox penitꝰ
non audiebat'. ⁊ ſic vltimū in
pſallendo ſpiritū reddidit Iſte
Daniel multas reuelacōes ha
buit. mlta vidit. ſ; pauca inno
tuit. Cōfeſſus ē tn̄ ꝑbus vicibꝰ
ſibi dominum appuiſſe. Pria
vice in cruce an̄ gradū pſbite
rij. ſcda in cādidis veſtibꝰ āte
maiꝰ altare. ſcia ī ignea fōe de
ſup altare. Cui cū ſaluator di
ceret: puto ꝙ ī ꝑma fuerit appico
ne Daiel pete a me qd viſa fiet
tibi. Ille ſic m̄ retulit quidam
ſenioꝝ domꝰ illius: Reſpondit

domine ſufficit m̄ grā tua · nl̄ a liud a te peto · n̄ tm̄ vt lacrimas habere poſſim · quotiens paſſionis tue fuero recordatus · Et dn̄s · Habeas tibi hanc gratiā Ab illa em̄ hora ſicut audiui · qn̄ paſſionē Chriſti cogitare aut loqui cepit · mox lacrime eruperunt · Nec mir̄ · Chriſtus Jheſus ipſe eſt ſilex ille limpidiſſimus · qui aquas indeficientes filijs Iſrahel miniſtrauit in deſerto · Bibebāt oms̄ de ſpirituali cōſequēte eos petra petra āt erat Chriſtus · Apollonius · Quomō eſt intelligendū hoc qđ in pſalmo legitur Percuſſit petrā · et fluxerunt aque · abierūt in ſicco flumina · Ceſarius · Nota ē de hoc hiſtoria · allegoria ſatis vſitata · Idcirco tibi dicere volo · qđ p̄nti viſioni congruat · et mētem tuam moraliter edificet · Ca · xij ·

PErcuſſit petrā etc̄ · Scđm tropologicū · i · moralem itellectū Moyſes homo ē clauſtral' · quem rgis filia · i · gratia diuina miſericorditer tulit de fluie vite ſcl'aris · Interpretat' enim Moyſes · ſuptus ex aqua · petra cordis eſt duricia · virga crux dominica · pcuſſio · paſſionis Chriſti recordatio · Petre ſciſſio cordis eſt cōpunctio Bis Moyſes vt legitur pcuſſit ſilicem · et tunc p̄mū pfudit aquā Prim9 ictus ptinet ad paſſionis Chriſti memoriam · ſcđus ad paſſi compaſſionē · Jude9 ſilicē ſemel pcutit · qr Chriſtū paſſum qnq̄ cogitat · ſꝫ nō cōpatitur · et ideo cor eius ſcindi n̄ poteſt ad lacrimas · quib9 abluat ſua peccata · Tu vero ſi cogitationi compaſſionē addideris · petrā bis pcutis · et vix eē poterit qn̄ cor tuū ſcīdatur ad cōpunctionē · et flumina lacrimarū inde erūpētia p oculos exeant · atqꝫ p maxillas decurrentia · quaſi in ſicco fluuia etiaꝫ impetu ſuo terrā inſūdant · Apollonius · Placet qđ dicis · Ceſari9 · Qr Chriſti paſſio medicina ſit contr' temtationes · dicā tibi exēpla · Ca · xiij ·

EVerat in p̄dcō clauſtro qđ alio nomine Hemenrode dicitur · Juuenis quidam bone indol' et laudabil' admodū conuſationis · Petrus noīe de cōfluētia oriūd9 cui creberrimas dn̄s deus fecit conſolaciones · Quedā ex hijs que dicturus ſum de illo ſupius tibi recitaui que idcirco replicare dignū duxi · qr poſtea eadē pleni9 et verius a quodā eius confratre familiariſſimo cognoui · Nā

audiuit aliquõcies voces pſal
lentiũ in ſublimi. Quadã eciã
vice cum miniſtraturus domi-
-Karolo abbati quodã vilari
enſi cõfeſſionem dixiſſ; ⁊ abſo
lucionem de more deuocꝰ acci
peret Audiuit vocem de celo di
centẽ ſibi dimiſſa ſunt oĩa pec
cata tua. Alio eciam tẽpe cũ ſa
cẽſte miſſam celebraturo ipſe a
ſtaret: ⁊ lãpas extincta fuiſſet
lumen aliũde afferre volẽs: ſed
anguſtia tpis preoccupatꝰ ñ
valens flatu lãpadem reaccen
dit. Sane huic iuueni ſtudiũ
erat ſemel in die adminus reuo
luere ⁊ recitare ſibi ſanctiſſima
⁊ dulciſſima paſſiõis Chriſti
impropia: gratiaꝝ ſpiritualiũ
efficaciſſima incitamenta. In
quo ſtudio tãtam p dimidiũ
circiter ãnũ. difficultatẽ paſſꝰ
eſt: vt quaſi nõ ſibi valere hu
iuſmodi meditacões arbitra
ri debuiſſ;. Tandē cum pſtitiſ
ſet pulſãs ⁊ illatas ſibi iniurias
⁊ difficultates indefeſſus affre
giſſ;: ſecreta illa Chriſti violẽt
intrauit. ac deinceps ſine diffi
cultate: ⁊ qi ad manũ patis q̊
tidie epĺis: meditacõibꝰ illis
ſuauiſſimis cũ magna iocũdi
tate vſus eſt. In canone q̊ꝫ nõ
magnope curabat orare: ſꝫ de
paſſione Chriſti meditabatᷣ.

Habebat item i deſiderio: ⁊ tã
humiliter q̃ vehementer opta
bat reuelare ſibi diuinitus ali
qua ymagĩe vultum ſaluato
ris: vt cum meditari debuiſſet
ad eundē vultum quaſi cõſpec
tum ⁊ bene cognitum: facilius
intuitũ mentis ymaginarie di
rigere poſſ;. Et dominus q̊ hoc
ei inſpirauit deſideriũ: nõ frau
dauit eũ a deſiderio ſuo. Labo
rabat ergo mirabili ac mltipli
ci luxuriantis carnis moleſtia
dyabolo interitum: ſꝫ domino
pfectum ei de tẽptacõibus or
dinante. Vnde cum quodam
tempe in angulo chori conuer
ſorũ diutius ⁊ deuotius oracõi
incubuiſſ;. diuinum implorãs
auxiliũ ne ſineretur labi in pecca
tum: peſt horam ſurrexit ⁊ receſ
ſit. Siquidem in memoriã eius
venit q aliud quid agere debat
ex precepto. Aſcedens ergo per
ſtalla: tranſitum habuit per ã
te altare infirmorum ⁊ conuer
ſorum. Vbi cum peueniſſ; veni
am celeriter accepturus coram
altari ⁊ abceſſurꝰ: ſub lampa
de ſe humiliauit ⁊ ecce ibi domi
nus Iheſus ſtans ante eum vel
pocius quaſi pendens in cruce.
Qui piiſſima brachia ſua ab
ſtrahẽs a cruce huiũ ſuũ ãplexa
tꝰ ẽ ⁊ tamq̃ precordialẽ ſibi i ſignũ

mutue familiaritatis eū ad pe
ctus ſuū attrahēdo ſtrinxit. tē
tationeſq; illius validiſſimas
ſtringēdo compeſcuit. Sane
cū fre pcūterz. optie ſui opos
erat. ꝗ felici illa viſione ita a ſe
ſu ſuo abſtract9. ⁊ ita dulciter
affectus eſt. vt nō plene ſcire
potuerit. vtꝝ corpeis oculis.
an ſolo ſpiritu reuelationē illā
recepiſſ. Attn̄ cū mltas tā an
ꝙ poſtea ɔſolationes accepe
rit. h9 tn̄ fatetur ꝙ iſta ſuper
greſſa eſt vniuerſas. Tantaꝫ
ſiquidem accepat grām lacria
rum a domino. vt infra matuti
nas vix aliqua hora oculi eius
ſiccarētur. Cui9 rei teſtis ſum
ego. qui iuxta illū ad pſalmo
dyā ſtabā aliquāto tpe. Ita ei
feruebat in Chriſti paſſione.
vt ſpe martirij Theodericum
epm Liuonie ſequeretur ſine
abbtis ſui pmiſſione. Accepat
ille auctoitatē a dn̄o Papa Jn
nocētio. ſecū ducere oēs qui iē
vellent ad ꝓpagandū vineam
dn̄i ſabaoth populo babaro
Adhuc vt dicunt viuit. ⁊ ex p̄
cepto abbtis ſui prochiam in
Liuonia regit. vbi predicat ⁊
baptiſat. mltoſq; tā verbo ꝙ
exēplo edificat ⁊ i fide ɔfirmat

IN ſup̄dcō Ca.xiiij
claustro alius quidam
frater magnā longāq; temta
tionem habuerat dicentibus
cogitacōnib9 ſuis vt heremita
fieret. Adeo hac tētacōne deui
ctus fuit. vt aliqua etiam loca
perluſtrauerit exploans ap
tū ſibi habitaclm. Tandē cō
uerſus ad beatam virginem ei ſe
totū commiſit ipam ſibi ipi p
ſe fideiuſſorem cōſtituēs ꝙ qc
quid ipſa ſuggeſſiſſ hoc ille
ſine cunctacōne aggrederetur
Cūq; ad beatā virginem ſub
hac condicione ſepius recurre
ret qdā vice orāti ei corā altari
vox inſonuit dicens. fideiuſſo
rem me cōſtituiſti. ego me ab
ſoluere volo. Ille vero erigens
ſe vidit virū venerādi habitus
ante altare aſſiſtere crucem in
manu tenē. crucifixa ſcā qnq;
vulnera digito ſupinducere ⁊
ſic videnti dicere. Sic oēs q̄
ordinem iſtum quem pfeſſus
es ſeruauerit dn̄m noſtrum p
ungit ſicut me vides facere. et
ſic ille a temtatiōe ſua liberātus
eſt. Ca.xv

BEate memorie Chriſtie
de Vulmūſteine cui9 ſup̄
meminī. etiam crucifix9 apuit
⁊ hō ſenex iuxta eum qui ex pi
xide quam in manu habebat p
ungebat vulnera illius. Hen9
tn̄ viſiōis diſcnere nō valeo.

¶ Capitulum.xvi
ALteri cuidā ſcīmonīali oꝛ
dīs noſtri quā nomīa
re nolo: tp̄e quodā cū eēt ǧuiſ
ſime temtata: dominus Jheſus
Chriſtus tocius eccl̄ie ſpōꝰ vi
ſibilit̄ apparens: amplexatus
eſt eam: ⁊ omneꝫ illius turba
cionem ī magnam ꝯuertit trā
quillitatē Ecce hijs ōmibus ex
ēplis habes: ꝙ viſio dn̄ice paſ
ſionis necnō ⁊ meditacio atꝫ
cōpaſſio: maximum cōtra tem
taciones ſit anthidotū. Sūt ⁊
in illa multiplices cōſolacioēs
ſicut ſbiecta declarabunt teſti
monia. ¶ Ca.xvij
DVo cōuerſi in Hemmē
rode in quadā Grāgia e
iuſdē domꝰ quodā tp̄e mane
bāt Stabāt āt ſimł vice qua
dā ⁊ hora cōpletorii deo ſue ſer
uitutis penſum pſoluebāt. Di
cto cōpletorio: reſpiciēs vnꝰ
ad celū vidit ī ſublimi crucem
ſplendidā: ⁊ in ea dn̄m crucifix
um Erāt aūt crux illa adeo ſplē
dida: vt ab ipſo ſplendore ſe in
uicem cōtuerēt clariſſime Nā
alias tenebre erāt ſup faciē ter
re Erāt em̄ hyemis tēpus Et qꝛ
loqui nō licebat: ſignū fecit al
teri quaſi interrogās: ſi aliq̄d
videret. At ille nihil videre ſig
nauit tunc ipſe ſignū illi fecit
ut genua flecteret ⁊ oraret.
Quod cū feciſſent ābo ſił: ere
ctus poſt puſillum tante viſio
nis factus eſt ſocius ⁊ teſtis.
Ambo adhuc vt puto viuūt:
nec licet prodere noīa illorum
¶ Apollonius. Que tibi videt̄
cauſa fuiſſe tante viſionis con
uerſorū eorundē: meritū an cul
pa. ¶ Ceſarius. Si propter
eos viſio eadē facta eſt: alterū
videtur cauſa fuiſſe. bona vide
licet vita: vł culpa aliqua ſiue
vtrūqꝫ. Hoc verum eſſe vel poſ
ſe eē verū viſio ſbſequens decla
rabit ¶ Ca.xviii
IN lucka domo ōrdinis
noſtri cuius in ſuperiore
diſtinctione memini capitulo
xxiiij: cōuerſus quidam eſt: ſi
cut ab Adam eiuſdē domꝰ mo
nacho didici: vir bonus ⁊ diſ
ciplinatus Rodolpus nomine
cui diuinitus multa reuelant̄.
Hic cum nocte quadam dn̄is
matutinis an̄ lucē ſb diuo ſta
ret. ⁊ oraciones aliq̄s diceret.
Chriſtū in aere cruci affixū pē
de vidit ⁊ c̄ca eum qn̄decī hoīes
ſingulos in ſingulis crucibus.
Ex q̄bꝰ decē erāt mōchi. ⁊ qui
qꝫ ꝯuerſi. ōnes ei bn̄ noti vtpote
ꝯgregacōis ſue pfeſſi. Jta aer
fueāt illuminatꝰ ex xp̄i pn̄cia
vt ſingulos plene diſcernerꝫ.

Cumqꝫ ſtupefactus ſtaret ob tā
mirabilē viſionē: dn̄s de cruce
clamauit. Noſti Rudolphe: q̄
ſint hij q̊s circa me vides cruci
fixos? Rn̄dente conuerſo. Noui
domine q̄ ſint: ſꝫ quid ſit qꝺ vi
deo ꝓrſus nō intelligo: ſbiun
xit dn̄s. Hij ſoli ex om̄i congre
gacōne mecū crucifixi ſūt: mee
paſſioni vitā ſuā ꝯformātes
Apollonius In quo ſe illi cō
formauerūt? Ceſarius Vtiqꝫ
in obediencia. i paciencia. i hu
militate. in abrenūtiatōe toci
us ꝓpetatis ꝓprie voluntatis.
Hec ⁊ hijs ſimilia monachos
mr̄es faciūt: in quorū ꝑſona ꝑ
pſalmiſtam dicitur. Qm̄ ꝓpt
te mortificam̄ tota die: eſtiati
ſum⁹ ſicut ouis occiſionis Ec
ce crux: de qua in euāgelio dic̄
ipſe crucifix⁹. Qui nō tollit cru
cē ſuā quotidie: ⁊ ſequit̄ me:
nō eſt me dignus. Nō dicit ſe
mel ſicut Petrus ſꝫ quotidie ſi
cut Anthonius. Sicut didici
nuꝑ a predcō monacho: ōnes
illi. xv. adhuc viuūt: excepto
vno q̄ iā dormiuit in domino.
Apollonius. Nemo clauſtrali
um viſionē hanc ignorare debe
ret. Ceſarius. Verum dicis
q̄ multi putāt ſe eē monachos
⁊ nō ſunt: opere ⁊ nō vita dicen
tes cū apoſtolo. Mihi aūt ab

ſit gloriari niſi in cruce dn̄i no
ſtri ih̄u Chriſti: ꝑ quem mihi
mūdus crucifix⁹ eſt. ⁊ ego mū
do. Apollonius. Dic queſo q̄
modo ſit nobis intelligendū: qꝺ
idē apoſtolus dicit Qui autem
ſunt Chriſti carnē ſuā crucifix
erūt cū vicijs ⁊ ꝯcupiſcencijs?
Ceſarius. Sc̄dm̄ ꝓcedencia
videt̄ ſic intelligēdū. Ca. xix.

Apoſtolus enumeratis op
ibus carnis: cū expoſuiſſꝫ
fructū ſpūs ſbiunxit Qui aūt
ſunt Chriſti ⁊c̄. Duplex eſt re
ligioſoꝝ crucifixio. hominis in
terioris ꝑ alienā compaſſiōe
⁊ hominis exterioris ꝑ ꝓpriam
carnis mortificationē Crux di
citur a cruciatu Crux mōchoꝝ
rigor ordinis eſt: tū ꝓpt vigili
as ⁊ oraciones: tū ꝓpt ieiu
nia ⁊ caſtigacōnes. tū propter
ſilenciū ⁊ opera manuū. tū ꝓpt
carnis ꝯtinenciā ⁊ veſtimētoꝝ
ſtratiqꝫ duriciā Qui autē ſunt
Chriſti. qui cū apoſtolo dice
re pn̄t Chriſto cōfixi ſum⁹ cru
ci carnē ſuā crucifixerūt. i. cruci
affixerūt. cū vicijs opū ⁊ con
cupiſcencijs deſideriorū pugnā
tes. Nō ponūtur illi duo geni
tiui plurales inſtrumentaliter
ſꝫ paſſiue. eo q̄ per virtutes in
carnis marceratione mortificē
tur. Tres claui quibus corp⁹

monachi cruci debet eē affixū:
tres ſunt v̓tutes: p quas teſte
Iheronimo martires efficiūtur
ſcilicet obediencia. paciencia.
humilitas. Manū monachi
dextrā ↄfigat obedia ſine mur
muratiōe: ſiniſtrā pacia ſine ſi
mulacione. Clauū obediēcie i
pellat amor ſuperne libertatis
clauū paciencie timor pene ge
hennalis. Pedes illius vero hūi
litas configat: vt nō ſolum p̄
latis ſ; ⁊ fratribus ſe propter
Chriſtū ſubiciat: vt dicere poſ
ſit cum pſalmiſta. Humiliatus
ſum vſq; quaq; dn̄e. Et i alio
loco. Impoſuiſti homines ſup
capita nr̄a. duo pedes: duplex ē
ſupbia mentis ſcilicet: ⁊ corpo
ris Et licet ſupbia caput ſit oī
um viciorū: nō tamē incongru
e per pedes qui i fine ſunt par
tes corporis: qn̄q; deſignatur.
Nō enī valde odimus ⁊ deſpi
cimus: hoc pedibus concalca
mus. Unde Joſue filiis iſrahel
vt colla regum calcarēt: precē
pit ¶ Apolloniꝰ. Satis mihi
placet qđ dicis: nūc reſiduas
dominice paſſionis viſiones ex
plana. ¶ Ceſarius. Quō dominꝰ
ſuam paſſionem nūc ad ↄſola
cionem: nūc ad correpcōnē; iu
ſtis oñdat: preſto eſt exēplū.

¶ Capitulum. xx.



COnuerſus quidam apud
nos ante annos aliqt defū
ctus eſt: vir bonus ac timora
tus: nomine Cōradus. Ipe eſt
qui vidit in dorſo fratris Wil
helmi ſerpētē: cum in choro dor
miret: ſicut dictū eſt in diſtictiō
ne quarta ca. xxxij. Hic tēpore
quodam cum in domo noſtra
Dollindorp cui preerat: ſolꝰ eſ
ſet ⁊ magnū cordis ſui defectū
ſentiret: ait intra ſe. Oh miſer de
us ſic mori ſine homine. Vix
v̓ba finiēat ⁊ i extaſim ruēs: ec
ce ſaluatorē coram ſe i cruce pē
dentē vidit. Qui ait Conrade
vides: quāta ꝓpt̓ te ſuſtinueri?
Moxq; poſt verba cōſolacōis
adiūxit. Omnia opa tua bene
placēt m̄. vno tn̄ excepto Qui
bus dcīs cōuerſus ex viſiōe tā
ſalutifeā cōfortatꝰ ad ſe rediit
⁊ cū oclos apiret vt eū quē ſpū
videat cerneret. viſio diſparu
it Requiſitus a fratre Richardo
conūſo religioſo: cū ei recitaſſ;
viſionem: ſi dn̄m aditerrogaſ
ſ; de eodē ope: rn̄t Nō: iā dcām
p̄tedēs neccitatē ¶ Apollonius
Quid ē qđ ſaluator i viō ſcō
opꝰ reprehēdit qđ tn̄ ei innoteſcē
noluit? ¶ Ceſaiꝰ Puto q illū
de omnibus ſuis operibus vo
luerit eſſe ſolicitum. vt dum v
nū neſciret de ſingulis timeret.

Idē ante mortē ſuam cōfeſſus ē
abbti nr̄o. q͛ voces angeloruʒ
nocte quadā audierit in celo.
Obijt autē in ipſa dulciſſima
feſtiuitate aſſumptionis dn̄e
noſtre: ipſius vt ſpero precib9
cui deuote ſeruierat. die tali de
t͛ris aſſumpt9 in celū. Nō ſolū
cōſolatio eſt in Chriſti paſſiōe
ymo etiā in ſacris ymaginib9
que eādeʒ beatā paſſionē rep͛re
ſentant. Nam honorantes illas
Christus honoāt et renumeāt
puit īdeuotos et negligentes
Empibus. ¶ Ca. xxi.
T
In noſtris in p̱uīncia noſtr̄
ſicut audiui. miles quidā alt͛ē
rius cuiuſdā militis patreʒ oc
cidāt. Caſu accidit: ut occiſi fi
lius occiſorē caperet. Quē cuʒ
in vlcōnē patris extracto gla
dio trucidare vellet. ille pedib9
eius p̱ſtratus ait. Rogo vos
domine per honorē ſcīſſime cru
cis. in qua deus pēdens miſert9
eſt mūdo. ut mei miſereamini.
Quibus verbis ille cōpūct9
cū ſtaret et quid facere vellet
deliberarꝫ. inualeſcēte miſeicor
dia hominē leuauit et ait. Ecce
propter honorē ſancte crucis
ut mihi qui ī ea paſſus eſt pec
cata mea indulgeat: nō ſoluʒ
tibi culpam r̄mitto. ſʒ et amic9
ero. Deditq̄ʒ ei oſculuʒ pacis.

Non multo poſt idē miles cru
ce ſignat9 mare trāſiens. cū ec
cleſiaʒ dn̄ici ſepulchri alijs pe
regrinis viris honeſtis de ſua
prouincia cōmixtus intrae͛t: et
an̄ altaē p̱rimū trāſiret. ymā
go dominici corpis illi ſatis p̱
funde inclinauit de cruce. Hoc
cū aliqui ex eis conſideraſſent
nec tn̄ ſcirēt cui tm̄ honoreʒ ex
hibuiſſʒ. Ex conſilio ſingillatī
reuſi ſunt. nec tn̄ alicui eoꝝ in
clinatū eſt n̄ cui prius. Tunc
cām ſciſcitātes. cū ille diceret ſe
indignū eē tanto honore. que
ſup̄ dcā ſunt memorie occurre
rūt. Que cū f͛ribus retuliſſʒ: mi
rati ſunt de tāta dei humilitate
ſcientes ymaginis ei9 inclina
cionē factā fuiſſe p̱ gratiarum
actōne. ¶ Ca. xxij.
S
Oror quedā ordinis no
ſtri capellā oᵃtorij īgreſ
ſa. cū an̄ altare coram crucifixo
pſalmos legeret. et cū tarde eēt
cuſtos illam ibi eſſe neſciens:
oſtiū forinſecus clauſit et receſ
ſit. Que ᵭ cum illa intriſec9 audi
ret nec tn̄ pulſaē p̄ſumereꝫ. ibi
dē pnoctauit. Et ſicut ab eius
oreaudiui. radius quidā ad in
ſtar ſtelle de brachio exiens
crucifixi. tm̄ ei luminis p̄ſtitit:
vt in tenebris illius beneficio
pſalmos ſuos legereꝫ. Eſt ſup

idem altare ymago beate vgi nis lignea: filiū tenens in ſinu. Cūq3 ſanctimonialis tpore q̄dam corā illa pſalteriū lectitaret: puerulus inopinate aduenit: et quaſi ſcire vellet q̄d illa legeret: in librū reſpexit et rediit. Eſt autē eadē venerabil' femina lapycā et vidua: multūq3 circa ordinem noſtrū feruens ac deuota: plurimas habens a deo coſolacōnes. Ca xxiij

Nouicius quidam in Hemenrode: cum vice quadam in choro ad verſiculū ſancte trinitatis deuote inclinaret crucem fronti ſue imprimi ſenſit et puto q̄ eadē hora cogitauerit de paſſione. Vocatur autē Hermannus et adhuc viuit. Apollonius. Puto q̄ ſcriptores et pictores ſacrarum ymaginū aliquod ſpeciale pmiū ex hoc pcipiant. Ceſarius. De hoc dubitare non debes: ſi tamen magis fit deuocio q̄ auaricia in cordis in cā. Ca xxiiij

Monachus quidam nigri ordinis de epiſcopatu Maguntinenſi ante ānos paucos defunctus eſt. Erat autē pictor bonus et ordini noſtro tam deuotus ut gratis expēſ tantum receptis: in diuerſ domibus ad diuerſa altaria miri decoris crucifixos depigeret. Nā noſtros crucifixos ipſe pene oēs fecit nl' las a nobis requirens expēſas. Volens ſuo effigiatori oſtendere ſummus ille crucifixus: ad cui⁹ ymaginem ōnes facti ſumus quantum ſibi labor ille ſanctiſſimus placeret: in paraſceue die ſcilicet in qua paſſio ſpecialiter repſentatur: illum nō ſine multorū admiracione de hoc mundo aſſumere dignat⁹ eſt. Quaſi diceret dominus. Quia circa meam paſſionem mente et corpe deuote ſp laboraſti de illa cogitādo: illāq3 p picturas aliis exhibendo: ecce in die mee paſſionis te de labore ad requiem aſſumo: in quā nō iā mentalit' vel per picturas figuraliter ſ3 preſencialit' id eſt facie ad faciem me contēpleris. Hec dcā ſunt de eo: q̄ dominus eos qui ymagines ſue paſſionis honorāt rehonoret et remūeret3 nūc tibi oñdā q̄ negligētes illarū q3 otēptores puniat et oſūdat. xxv

Colonie in eccleſia ſci Georgij martiris crux metallina eſt: effigiem hñs ſaluatoris: p quā mlta miracula facta ſunt ac ſanitates. Vnde multa lūiaria matrone ciuitatis coram illa accēdē oſueuerīt. Maria tñ cū illaꝝ vtutū fuiſſe credit'

portio dominici ligni que inclu
ſa habebatur· q̄ nunc extracta
gēmis et auro circūdata ē· Cā
panarius vero eiuſdē ecc̄lie cū
nullā ei reuerēciā exhiberꝫ· ſed
vadens cubitū frequēter lumi
naria inde ſubtrahēs ī vſus ſuoſ
ↄuerteret· nocte quadā cuꝫ ſe ī
lectulū ſuū inclinaſſꝫ et adhuc vi
gilaret· crux eadē ad eū venit· et
cū voce increpacōnis tā valide
tutudit· ut infirmatus multis
diebus ſāguinē vomerꝫ Huiꝰ
miraculi ego bene recordor· et e
rat celeberrimuꝫ in tota ciuita
te· ita ut ab illo tēpe in maiori
veneracōne habita ſit eadē crux

In comicia· ¶ Ca· xxvi·
de mōte āte non multos
annos inter duas ↄgnacōnes
militū tā graues inimicicie or
te ſūt vt ſe inuicē caperēt et occi
derēt· Die quadā cū plures vni
us partis ↄueniſſent ī eccleſia
ville que Vueſtupe dicitur ad
uſe pti p vetulaꝫ ꝓditi ſūt· De
derat enī ſignū dicēs· Quoci
ens intrauerint· to ciens nolaꝫ
trahā· Qui cū fecīſſꝫ ecciam cuꝫ
multitudine ingreſſi armati ſu
per inermes irruerūt· Quo vi
ſo illi arreptis ſacris ymagini
bus gladiis oppoſuerūt: ſperā
tes ſibi illaꝝ beneficio parci debe
re· Percuſſores vero nulluꝫ lo
co exhibētes honorem nullam ſa
cris ymaginibus reuerēciam:
ita hoſtiū cruorē ſitiebant: vt
ymagines oppoſitas mutilarēt
ipſiq̄ꝫ crucifixo brachia p̄ſcide
rēt: et circit octo milites truci
darēt in ecc̄ia· Qd ſacrilegiuꝫ
dure ſatis vindicatū eſt· Nam
infra breue tēpus ab occiſoruꝫ
ↄſanguineis: occidētiū innūero
ſa multitudo ſic gladio delecta
eſt: vt vix duo ſupeēnt· Vetu
la vero que illos ꝓdiderat: tpe
meſſis nimio calore acis ſuffo
cata eſt Et quid dicā de malis
Chriſtianis cū apud damia
tā ſarracheni Chriſtū ignoran
tes ob iniuriā ymaginis eius
ↄuiter ſint puniti· Ca· xxvii·

CVm in obſidione dami
ate maxima ps exercitus
domini ſarachenis occurriſſꝫ· ne
ſcio quo dei iudicio infideles fi
delibus ſupiores effcā· eos ī fu
gā verterūt· multos ex eis occi
dētes et plurimos captiuos ab
ducētes· Qd ut cognouerunt ī
ciuitate obſeſſi ī tātā leticiā ſolu
ti ſūt Vt in ↄfuſionem fidei no
ſtre laqueuꝫ collo crucifixi iniice
rent· ſicq̄ꝫ ſacram illaꝫ ymagi
neꝫ aliis additis iniuriis p oēs
plateas ciuitatis traherēt: cum
multa vociferatiōe et plauſu ma
nuū victoriā deo ſuo aſcribētes

Chriſtus vero qui mortu9 et quaſi nullius valoris videbatur in tam execrabili culpa: p9 breue tempus valde terribilit̃ reuiuiſcere cepit ĩ vĩdicta. Nã damiatanos vt pena cõcordaret illate iniurie: vlceribus percuſſit in gutture: ſic vt eciam cibaria non poſſent glutire Paulo poſt ciuitatẽ ipſam ĩexpugnabilem eis abſtulit ſua virtute ita vt nec vn9 in eius vaſtacione caderꝫ Chriſtianus. Alia adhuc plura miracula de ſacris ymaginibus tibi dicẽ poſſem ſꝫ vſqꝫ ad decimã diſtinctionem illa reſeruabo Hoc eciam ſcias qꝫ vſqꝫ hodie Chriſt9 in ſuis membris crucifigatᷣ. nũc a iudeis. nũc a ſarracheis. nũc a falſ Chriſtianis: Vnde p malachiam cõqueritur dicẽs Si homo cõfigit deum. qꝛ vos me configitis Item et vos me configitis gens tota. Chriſtianos noſtris tẽporibus a iudeis eẽ crucifixos audiui a Chriſtiãis aliquem ad litterã eẽ crucifixũ nondũ audiui quoſdã a ſarracheis nuper fuiſſe crucifixos intellexi ¶ Ca. xxviij

Supradicta damiata cũ per obſidionē multum eſſꝫ artata quidam ex paganis occulte exeuntes de ciuitate tũ vt Chriſtiãi fierẽt ad noſtros cõfugere ceperũt. Quos ſarracheni inſequentes et cõprehendentes reduxerũt: ſingulꝭqꝫ crucibus ſingulos apprehẽdẽtes ad cõfuſionem Chriſtianorũ. ſupᷣ muros omnes ſuſpẽderũt ¶ Apollonius Quid ſenciendum eſt de iſtis? ¶ Ceſarius. Si fidem ſeciebãt et in fide mori penaꝝ non nutabant haud dubiũ qn martires ſint Nõ ſolũ ab infidelib9 xp̃s martirizatᷣ ſꝫ eciam a malis xp̃ianis p pauperꝝ iniurias q̃tidie cõfigitur et flagellatur ¶ Ca. xxix

Non ẽ diu qꝫ q̃dã pauper neſcio q̃ ipellẽte neceſſitate loqui volens Henrico duci Louanij qui adhuc ſuper eſt preſenciam illius adire temtauit. Cui cum vnus camerariorum indignatus ſcapulis eum ipelleret. et paſſim baculo cederet ſine miſericordia. conuerſus q̃dam ordinis noſtri hoc vidit et ingemuit. compaſſ9 illi eciã vſqꝫ ad lacrimas. Subſequẽti nocte ſaluator ei in ſõnis apparens ſuper altare in gloria magna ait. Gratias tibi qꝫ heri tantum mihi compaſſus es. quando camerarius ducis tã immiſericorditer ſine cã fuſtigãuit me Ad quã ouſ9 euigilans

intellexit ꝙ Christus adhuc i
ſuis mēbris patētur. ¶ Apol
lonius. Dic queſo ē ne adhuc
aliqua alia forma deſpecta: in
qua Christus mortalibus dig
netur apparere? ¶ Ceſarius.
Etiā tāta eſt hūilitas in Chri
ſto. vt aliqñ ſub figuris infir
morū: aliqñ qđ eſt ampliꝰ ſpe
cies leproſoꝝ aſſumens. nobis
appareat. Si primū verū non eēt
neq̄ꝗ diceret in euangelio. In
firmꝰ fui ⁊ viſitaſtis me. De q
dicit Yſayas. Vere lāguores
noſtros ipſe tulit. ⁊ dolores no
ſtros ipſe portauit: ⁊ nos pu
tauimus eū quaſi leproſuꝫ ⁊ per
cuſſum a deo ⁊c. Licet in dyalo
go ſancti Gregorij ⁊ i alijs lo
cis de hijs plura occurrāt exem
pla: nō tñ qꝛ ita pmiſſum eſt
tibi dicere licet niſi noua. i. no
ſtris tēporibus geſta. ¶ Ca. xxx

Henricus contractꝰ clare
uall' monachus: cuius
memini in diſtinctōne prima
ca. xvi. qui añ paucos ānos de
functus ē. in eadē domo q̄nq3 i
firmariꝰ fuit. Hic cū tēpe q̄dā
haberet magnū infirmuꝫ iam
morti proximū: ⁊ nocte ſurgens
ad ſignū matutinaꝝ: cū eundē
infirmū cōſideraſſꝫ: ſperās illum
poſſe durare: choꝝ ex hoc ſecui
re intrauit. In quo dū ſedendo
modicū quid dormitaſſꝫ: eccē
ſaluator in figura infirmi affu
it: ⁊ ſup pectus eiꝰ ſe reclinans
requieuit. Henricus vero de
hoc territꝰ cū ſurgere vellꝫ: do
minus eū cōpeſcuit dicens. Bo
ne ſine me quieſcere. Ad quod
verbū expgefactus mox recor
datus eſt infirmi ſui: ⁊ ſurgēs
atq3 i infirmitoriū feſtinās illū
agoniſātem repperit. Quem cū
ad terrā deponē vellet. ſuper pe
ctus eius in modū viſionis ex
ſpirauit. Qꝛ aūt dominꝰ q̄nq3
ſpecies leproſoruꝫ aſſumat: ſeq̄n
cia declarāt exēpla. ¶ Ca. xxxi

Nobiliſſimꝰ pn̄ceps The
obaldus Comes Cāpa
nie. de cuius opibꝰ miſericordie
in vita ſancti Bernardi abba
tis clareuall' mira legūtur. tan
te humilitatis erat. vt etiā pn̄
cialiter tuguria leproſorū viſi
taret. Ad huc viuūt. qui illuꝫ
in carne viderūt. Habebat aūt
añ quoddā ſuū caſtꝝ leproſuꝫ
quendā manentē. añ cuiꝰ do
miculā quotiens eū cōtigit trāſ
ire. de equo deſcēdit. ⁊ ad illuꝫ
intrans poſtq̄ pedes eiꝰ lauit:
elemoſinā dedit ⁊ abijt. Pꝰ bre
ue tēpus ideꝫ leproſus comite
ignorante defunctus eſt ⁊ ſepul
tus. Die quadā comes iterum
via illa tranſiens. moꝝ vt ante

tuguriū ſibi notū venit: deſcen
dit dicens. Oportet me viſitaē
patrem meum: Intrāſqȝ nō le
proſum: ſȝ in leproſi forma et
habitu cōtemplatus eſt dn̄m.
Cui cum conſueta opa miſeri
cordie impendiſſȝ a tanto deuo
tius quanto inſpirabatur a vi
ſitato forci⁹ hilaris exiuit. Cū
qȝ ſuis dixiſſȝ: gaudeo me vidē
ſe leproſum meum. Rn̄derūt ei
quidam. Domine ſciatis eum
p certo dudū eē defunctū: a in
tali loco ſepultum. Qd vbi cō
perit princeps piiſſimus exul
tauit in ſpū eo ꝙ videre eiqȝ
miniſtrare meruerit preſencia
liter quem multo tēpe in ſuis
mēbris veneratus eſt. Vt aūt
dominus Iheſus tātā humilita
tem tanti principis eciā in pn̄
ti remuneraret a vt verba ſua ve
ra oſtenderȝ que dixerit. Quic
quid vni ex minimis meis feci
ſtis mihi feciſtis: ſe illi exhibe
re dignatus eſt. Audi aliā viſi
onem: iſta adhuc excellencio
rem Ca: xxxij.

Eodem tempore quo here
ſis Albienſiū pullulaē ce
pit: cōtigiſſe dicitur qđ narro:
Erat in regno Frācorū epiſco
pus quidam etate iuuenis: ſȝ
magne religionis. Nominis e
ius ſiue ppo ceſ ei⁹ non memi



Hic tante fuit pietatis: miſeri
cordie: ac humilitatis: vt equi
tans in via neminem leproſo
rum ſibi occurrēciū ſine elemo
ſina preteririȝ. Sepe eciā de eq̊
deſcēdit a ptentes puemēs nu
mis maibus illoꝝ tꝗ xpi ga
ſophilacō immiſſis: atqȝ deoſcu
latis: iterꝝ aſcēdit a pceſſit. Die
q̄dā dū p ſtratā publicā icede
rȝ: leproſ⁹ q̄dā ſec⁹ viā ſtās in
agro voce raucissiā vt fui miſe̊t
clamauit. Erāt ei aſpcus ei⁹ tā
horrid⁹ a q̄ia lep̄ tā corroſus:
vt ocul⁹ huan⁹ n̄ ſine cruciatu
illū inſpicē poſſȝ. Quē vt ſcius
ep̄s vidit mia mot⁹ mox de eq̊
ruit a an illū currēſ optulit ele
moſinā. Ad quē leproſus. Nō
ſūt m̄ ncc̄rij nūmi tui. Cui cū
ep̄s rn̄derȝ: q̄d ergo vis ut faci
ā tibi? Ille ſb̄iuxit. Vt putredi
nē hui⁹ īfirmitatiſ mee abſter
gas digito: oſtendēs carnem
clarā de naribus pcedētē; mag
ni horroris atqȝ fetoris. Qua
cū vir beatus xp̄i amore ſuccē
ſus mau tergēt. Clamauit ille
dicēs. Ceſſa ceſſa: aſpitatē digi
toꝝ tuoꝝ tolerāē non valeo.
Cūqȝ adhibēt ptē camiſie ſue
q̄ de pāno fueāt ſatis ſb̄tili ſili
clamoē phibit⁹ ē. Tūc ep̄s. Si
pati n̄ potes manū: ſi nō pānū
delicatū: vn̄ vis ut abſtergatꝰ

Rn̄dit leproſus. Nihil aliud
paciar: preter linctōnez lingue
tue. Mox ad illud verbū lucta
nō modica oriri cepit in corde
pōtificis inter grām ⁊ naturaz.
illa vt fieret volēte: iſta contra
dicēte. Sed grā dei coopērāte
⁊ nature vim faciente. linguaz
appoſuit. ⁊ ꝑ muſcidē elephā
tinā linxit. Mira res. Mox de
naribus eius qui leproſus vi
debat᷑ gēma precioſiſſima lap
ſa eſt in os epiſcopi. Et vt oſtē
deret ſe eē Chriſtū. qui ad pro
bandā epiſcopi virtutē ſe finx
erat leproſū. in ocul᷑ eius glori
oſe celos aſcendit. ⁊ q̄ eiuſdē
glorie ꝑticeps futurus eēt epūs
aſcendēs repromiſit. Dominus
Heuardus abb̄ noſter rediēs
de capitulo gn̄ali. hec nob̄ re
tulit. aſſerēs recēt᷑ fuiſſe geſta
Apollonius. Quid eſt grā
coopans? Ceſari9. Duplex
eſt gratia dei. opans. ꝑ quam
epūs tm̄ bonū voluit. coopans
per quam illud ꝑfecit. Poterat
antiſtes iſte venerabil᷑ merito
dicere cū ſcō Jacob pr̄iarcha
Vidi dn̄z facie ad faciē ⁊ ſalua
facta eſt anima mea. Apollo
nius. Magna ſunt que dicis.
Ceſarius. Vt autē nō ſolū
i ore duoꝝ ſ3 ⁊ triū teſtiū ſtet
ōme verbū Addā terciam viſi
onem duabus hijs nō ipare:
ſ3 forte iuditio tuo propt᷑ op9
maiorē. Ca. xxxiij
IN Salzbergenſe eccīa
iaz a multo tp̄e religioſi
extiterūt epiſcopi. ex quibus
vnus. neſcio vtꝝ hui9 q̄ nūc
eſt. ſiue eius qui añ eū fuit pre
deceſſor eēt infirmoruz ſeu lep
ſoꝝ lares ſtudioſe etiā q̄nq3 ꝑ
ſemetipſum viſitauit. Die qua
dā tuguriolū quoddā intrans
⁊ lepſum vt ei viſum eſt homi
nem in ea lecto decubantez ac
gementē repiens. ſi aliq̄d vel
let requiſiuit. Cui cum ille re
ſpōderet corp9 Chriſti deſidero
epūs feſtinus abijt ⁊ attulit oci
q3 leproſi q̄ valde horrid9 vide
batur. cuz cautela q̄ potuit im
miſit. Ille vero ad cōprobādā
ātiſtitis fidē an̄q̄ maſticaſſ3 eu
chariſtiā. nauſeā ſimulauit. ⁊
cuz fetidiſſimo vomitu quod
ſumpſerat reiecit. Epiſcop9 ve
ro territus manibus mētō ei9
ſuppoſitis. eiectas recepit imū
dicias. quas ſtati in os mittēs
ſumpſit ob honorē ſac̄menti.
Poſtea cū eūdem leproſuz viſi
tare vellet ⁊ nō inueniret. Dcūz
eſt ei a circumanentib9. q̄ mł
to tp̄e in eadē domūcula nullus
habitaſſ3 leproſus. Et cogno
uit vir deo plen9 tū ex teſtiōio

referentiũ tũ ex gratia ex p̄dcā
sumpciōe pcepta: q Christ9
essꝫ: qui multis modis electo
rum suorum cōstanciam ꝓba
re cōsueuit. Hec dicta sunt de
Christi psona. Porro de illius
resurrectōne atqꝫ ascensione.
nullas intellexi visiones relatu
dignas: nisi solam si tamen vi
sio dici potest ¶ Ca. xxxiiij

Sacerdos quidā de domo
nostra sicut ipse mihi re
tulit: cum āno preterito in sāc
tissima nocte pasche staret ad
matutinas: finito duodecio rñ
sorio: et ymno Te deum lauda
mus incepto: tantā circa se sen
sit fragrātiam aromatum. et p
tantā moram ut miraretur qd
essꝫ vel vnde esset Cui cogitaci
ones sue dicebant Non est ali
unde odor iste aromaticus: nisi
ex presencia sanctarū mulierū
de quibus tota nocte cantatū
est Quia venerūt cum aroma
tibus ut vngerent Jhm ¶ xxxv

Cum resurrectio passiōe
dignior sit: quid ē q tā
te reuelaciones hn̄tur de illa et
tam pauca de istas ¶ Cesari9
Primo hoc ascribendū est hu
militati Christi. ne videatur ia
ctanter manifestare ea que e
git gloriose: et supprimere illa
que ptulit ignominiose. Deni
de q nullū est sacramētorū: qd
tam efficax sit diuini amoris
incentiuū quomodo obproba
passionis. Apostolus dicit se
nihil scire nisi Jhesum Christū
et hūc crucifixū Ergo Christi
passio: eius fuit lectio. O quā
tum legere desiderabat Job in
libro passionis Christi: qn̄do
dicebat Quis mihi tribuat au
ditorem: vt desideriū meū om
nipotēs audiat: et librū scribat
ipse qui iudicat: vt in humeō
meo portē et circūdē illum: qsi
coronam mihis liber vite xps
est: scd̄m Johannem signacu
lis signatus: in quo vt ait pau
lus est salus vita et resurrecti
o nostra: quem apostoli cum
magna gloria miraculoꝝ qua
si coronam portauerūt p vniu
sum mundū Quem cū primo
optulissent scienti litteras id ē
iudeo: et respuissꝫ illum tanq̄
signatum: optulerūt illū nesci
enti litteras scilicet gētili. et ei
illū intelligē n̄ possꝫ exposuerit
ei sic Philipp9 eunucho. Liber
hūc xps ipe scpsit. q ꝓpa volū
tate pass9 ē In pelle siqdē corp
is ei9 scp̄te erāt lr̄e minoēs et ni
gre p liuidas plagas flagello
rū lr̄e rubree capitales p infixio
ēs clauoꝝ puncta et vngule p pū
ctōes spiaꝝ vn̄ pelleas p9 fuat

mltiplici ꝑſecucōne punicata
colaphis ⁊ ſputis cretata arū
dine lineata ¶ Apollōiꝰ Hau
deo me cū frēu didiciſſe: qđ ig
noraui ¶ Ceſarius. Dicaꝫ tibi
nūc aliquas viſiones ſpiritus
ſancti. ¶ Apollomꝰ. Peto ut
prius expedias de ſpituſācto
⁊ ſi ſit differētia inter ipſum ⁊
ſpiritū quem Chriſtus in cru
ce emiſit. ¶ Ceſarius. Hoc fa
tiam ipſo adiuuante: ⁊ hoc quā
to ꝑſpēdioſiꝰ potero. ¶ Ca. xxxvi

Spirituſſanctus deus eſt
tercia in trinitate ꝑſona
a patre filioqꝫ ꝓcedēs eternali
ter. ipis ꝯſubſtancial. eiuſdeꝫ
ſapiencie atqꝫ potēcie. Unde
in pſalmo. Verbo dn̄i celi fir
mati ſunt ⁊ ſpiritu oris eius ō
nis virtus eorū. Quod ſpirituſſan
ctus a patre ꝓcedat. dicit fili
us. Non enī vos eſtis qui loq̄
mini: ſꝫ ſpiritus patris vrī
Item qui a patre ꝓcedit. Quod a
filio ꝓcedat. teſtis eſt apoſto
lus dicēs. Miſit deus ſpiritum
filij ſui in corda noſtra. Ipſe eti
am ſpirituſſanctꝰ vbi vult ſpi
rat. ſcūs multiplex. Unicus ſub
til. modeſtus. diſertus. mobil.
incoinquinatus. certꝰ. ſuauis
amās bonū actū q̄ nihil vetat
benefacere. humanus. benignꝰ
ſtabilis. ſecurus. omnē habēs
virtutem. ōnia ꝓſpiciēs: et
qui capiat omnes ſpecies intel
ligibiles. mūdus. ſbtil. Cuiꝰ
varia dona cū apoſtolus enu
meraſſet. ſic cōcluſit. Hec autē
omnia operatur vnus atqꝫ idē
ſpiritus diuidens ſingul. ꝓut
vult Inter hunc ſpiritū ſcilicꝫ
⁊ eū quē Chriſtus in manus
patris moriens cōmendauit
tāta eſt differēcia quanta int
creaturam ⁊ creatorē. Nā ſpiri
tus ille anima Chriſti itelligi
tur que a corpe eius ſepata eſt
ꝑ mortem qđ de ſpirituſancto
dicere nephas eſt ¶ Apollōi
us. Sub quibus ſpeciebus ſpi
rituſſanctꝰ ſolꝫ ꝑnciā ſuā mor
libus manifeſtare? ¶ Ceſariꝰ
Duas tm̄ ſpecies reperio manife
ſtiores: ſb quibus in nouo te
ſtamēto viſus eſt In columba
viſus eſt ſuper Chriſtum. In
linguis igneis ſup apoſtolos.
Nec hoc ſine cauſa Septē enī
naturales virtutes habet colū
ba que auis eſt ſimpliciſſima
ꝑ quas dona ſpirituſſāmiſtice
deſignant. In igne calor eſt ⁊
ſplēdor ⁊ ſpirituſſctūs ignit ꝑ
amorem: illuminat ꝑ ſāc ope
racōnē ¶ Apollomꝰ Peticiōi
mee ſatiſfactum fateor ꝑ ſentē
cias nūc precor vt ſi aliqua no
ſti exēpla ſbiungas ¶ Ceſariꝰ

Qꝫ noſtris tẽpibus in colũba
ꝛ igne viſus ſit. veriſſimiſ tibi
pandã exẽplis. Ca. xxxvii
Cum dominꝰ Hermãnꝰ
abbas eẽt in clauſtro: ꝛ
in ſolemnitatibus iterim dum
chorus. Te deum laudamꝰ, de
cãtaret circuiret ad fratres cõ
monendos. atqꝫ ſcd̃m conſue
tudinem in choꝝ conuiſorũ di
uerteret. Henricꝰ cõuerſus ei
ius memini in diſtinctõne qui
ta ca. v. vidit columbã cãdidã
de cruce que erat ſup altare cõ
uerſorum. in vertice ipſius deſ
cendentem. Ubi multum quie
te ſedebat: donec circuitis vniũ
ſis de choro exiret. Tũc auolãs
reuiſa eſt ſup crucẽ. ẏno vero
expleto cum incipet lcõnẽ euã
gelicã: eadẽ auis ſacratiſſima
volauit ſup quandã columnã
analegio ꝓximam: illic ſedens
ꝛ auſcultans: ſacreqꝫ lectioni
aurem diligentius adhibens.
Qua plecta: rurſum rediit ad
crucem. Et teſtatus eſt idẽ con
uerſus ſepius in feſtiuitatibus
ſe eandem viſionẽ vidiſſe. Quo
tiens inq̃t choꝝ conuiſoꝝ intrã
uit: ꝛ corã altri ꝓfũde ut ei mo
ris eſt inclinauit: mox colũba
ꝑ dcã crucẽ deſerẽs capiti eiꝰ in
ſedit. In q̃ ſtatu tñ creauit ſtre
pitũ ꝑcuſſione alarum: tantũ



ſplendorẽ nitorẽ alarũ: ut ab õ
nibus potuiſſꝫ audiri: ꝛ ab uni
uerſ videri: ſi illis datum fuiſſꝫ
audire vel uidere. Apolloniꝰ
Puto cõuerſũ hũc eundẽ fuiſſe
qui uidit ſup caput nouicii:
cũ in monachũ benediceretur
colũbam: ſicut dictum eſt i di
ſtinctione prima capitulo ter
cio. Ca. xxxviii. Ceſarius
Quꝫ i eadẽ domo mõchuſ
q̃dã iuuenis euãgeliũ le
gẽt: i ductu ꝑdcus Henricꝰ co
lũbã cãdidiſſimã ſup caput eiꝰ
deſcẽdẽ uidit illic q̃ete reſidẽtẽ
uſqꝫ ad finẽ euãgelii. fuerat enĩ
idẽ mõchus ibi hoſpes ꝛ tã hõe
uite: ut tãta grã dignꝰ haberẽ
tur. Proceſſu tpis cũ fcũs fuiſſꝫ
ſacerdoſ: cuidã mõcho ex fratri
bus eius ſacerdoſ quidã ſecula
ris dicebat. Ego frequenter ui
deo colũbã ſup caput illiꝰ mõ
chi. quãdo miſſas celebrat. Nõ
tñ puto eũ aliqñ miſſe eiꝰ int
fuiſſe corpe ſꝫ ſpitu. Eſt ei uir re
ligioſus multas hñs reuelaciõ
nes a deo. Apollonius. Quid
ſenciendum eſt de huiuſmodi
colũbis? Ceſarius. De hac
queſtione quantum potui ex
pediui te i diſtinctiõe ſcdã ca.
quinto: loquẽſ de ſacdote forni
cario: cui colũba ſacmẽtũ alta
ris tulit ꝛ pꝰ penitẽtiã reſtituit.

Signū eſt aduentus ſpiritus ſancti colūba. Si nihil fuiſſꝫ diuini in p̄dictis colūbis: etiaꝫ alij eas vidiſſent. ¶ Apollonius. Hoc ſatis credibile eſt. ¶ Ceſarius. Q2 aūt ſpiritus ſc̄us etiā in igne p̄n̄ciā ſuaꝫ quādoqꝫ manifeſtat. Audies in diſtictione nona ca. xxxiiij. Quia iā plures viſiones tibi retuli de Chriſto. quaſdā etiā de ſp̄itu ſancto. vnā tibi adhuc dicaꝫ de ſancta trinitate. ¶ ca. xxxix.

NOn ē diu ꝙ quedaꝫ ſanctimonial' ordis noſtri dū in quadaꝫ die dominica ad p̄mā ſtaret: ⁊ chorus pſallerꝫ fidē Athanaſij: illa de miſterio ſūme trinitatis cogitās: mēte exceſſit. In quo exceſſu tāta ei ſunt reuelata de illa ſūma ⁊ eterna trinitate. vt ſuo cōfeſſori illa ſiue modū eiuſdeꝫ viſionis explicarē nō poſſꝫ. Ecce ſic copioſe dn̄s viſioni noſtre condeſcendit. Ipſe eſt quē Jacob in ſomnis vidit innixū ſcale. Angeli vero aſcēdentes ſiue deſcēdētes ſunt ceteri ut dictū eſt: ordines ciuiū celeſtiū: deſcēdentes nobis apparēdo ⁊ aſcēdētes ſe noſtris viſibus ſubtrahēdo. Ipſi enī ſūt Chriſti corpus ⁊ membra. ¶ Apolloni⁹. Qua ſimilitudine ſ ¶ Ceſarius. Similitudinem tibi dicā ſatis manifeſtā. ca. xl.

CAput Chriſti de⁹ caput eccl'ie Chriſt⁹. Oculi Chriſti ſunt āgeli. ſēp faciē patris videntes. aures eius patriarche legē dei audiētes. Nares Chriſti ſunt ꝓphete que futura erāt ꝓcul odorātes. os eius apoſtoli qui ab ipſo viderūt ⁊ audierunt mūdo predicātes. Barba Chriſti ſunt martires. fortitudinem mētis quā barba deſignat in ſuis tormētis oſtendentes. Vbera Chriſti ſunt cōfeſſores verbo ⁊ exēplo infirmos nutrientes. Venter eius virgines ⁊ cōtinētes fructui carnis caſtitatis amorē anponentes. De his ſpōſa dicit in cāticis cāticoꝝ dilecto. Venter tuus eburneus diſtinctus ſaphiris. Ebur qd' frigidiſſimū eſt deſignat virginitatē. Iacinct⁹ vero qui aerei coloris ē pfectōnem viduale. ¶ Apollonius. Hijs non inutiliter p̄miſſis precor vt de ſingulis ordinibus ſi quas noſti ſubiungas viſiones. ¶ Ceſarius. Hoc libēs faciā ⁊ hoc p̄mo de āgel'. ¶ Ca. xli.

QVot ſunt ordines angeloꝝ. ¶ Apollonius. Noueꝫ. angeli. archangeli. virtutes. poteſtas. p̄ncipat⁹ dn̄ationes. chori cherubin ⁊ ſeraphin.

Dicuntur autē angeli id ē nū
cij q2 diuinam voluntatē ſug
gerendo nobis nūciant. Qui
libet hō habet āgelum ſibi a de
o deputatū ad cuſtodiam. ab
hora natiuitatis vſq3 ad diem
mortis quorū miniſteriū quā
tum ſit hominibus neceſſariū
q̄buſdā tibi pādā exēplis. xlij.

In francia virginem quā
dam religioſam ⁊ inclu
ſā Sathanas grauiſſime per ſti
mulū carnis calaphizauit Illa
neſciens v̓tutem infirmitate p
fici iugiter cū multis lacrimis
deū rogauit. quatenus eiuſ pi
etate a tā immūda temtacōne
mereretur liberari. Cui cum di
e quadam oranti angelus do
mini apparuiſſz viſibiliter dix
iſſz q3 Vis ab hac temtacione
liberari? Et reſpondiſſz illa Vo
lo domine volo. celeſtis nūciuſ
ſubiunxit. Dic verſiculū iſtum
pſalmi. Cōfige timore tuo car
nes meas. a iudicijs enim tuiſ
timui ⁊ libereris Angelo vero
recedēte vel pocius diſparēte.
Illa verſiculū cecinit ⁊ mox tē
tacio ceſſauit Mira res fugato
ſpiritu fornicaciōis ſtatim ac
ceſſit ſpiritus blaſphemie a q̊
tāto forcius quanto periculoſi
us temptabatur. Cepit enim
dubitare de deo ⁊ fide Chriſti
ana Tūc magis q̄ꝑ prius miſeri
cordiam diuinam inuocans ſe
a tam nefanda temtacione libe
rari cum lacrimis orauit Tunc
angel9 domini ſcd̄o ei apparēs
ait. Quomodo habes modo ſo
ror? Reſpondit illa. Nūquā pe
ius domine Et angelus Putas
te poſſe viuere ſine temtacōne
Neceſſe eſt vt alteram iſtarum
habeas Elige quam volueris.
Ad qd̄ virgo reſpondit Domi
ne ſi ſic necc̄e ē eligo p̄mā tem
tacionem. licet enim fuerit im
mūda. humana tn̄ erat Iſta ve
ro quam nunc patior proſuſ
dyabolica eſt Cui angel9 dic
verſiculum iſtum. Feci iudiciū
⁊ iuſticiam nō tradas me calū
niātibus me ⁊ liberaberis Qd̄ cū
feciſſet p9 āgeli diſceſſum blaſ
phemie ſpiritus eam deſeruit.
⁊ ſtimulū carnis recepit. A
pollonius. Quis tibi āgel9 vi
detur iſte fuiſſe? Ceſarius.
Ei9 vt puto xp̄i9 q̄ illā maluit
i carne t̓bulai q̄ꝑ nō meri Tem
tacō ei cuſtoſ ē hūilitatiſ ⁊ ma
teria excende virtutis v̓ginib9 ⁊
eis q̄ n̄ peccauert iam ſ gl'a atq3
ſupbia ipoꝛtūi oēs eē ɔſueuert
Rn̄ ſolicite ſci āgeli ſibi cōmiſ
ſoꝝ opa bō ɔſiderēt vt deo illa
rep̄ſentēt ſequens ſermo decla
rabit. Ca. xliij.

Conuſus quidā de Hem
merode cuiuſdā eiuſdez
domus Grangie magiſter erat·
vir bonus ac diſciplinatꝰ Iux
ta hūc cū exiret ad opā manu
um ſiue ad negocia domꝰ ſue:
alius quidā ſimplex conuſus
āgelū domini ābulantē freque
ter vidit· Qd cū retuliſſz dño
Hermanno abbati ſuo· referen
ti rñdit· Quia viſionem retu
liſti nūꝙ̄ āgelū de cetero vide
bis· Qd ita factū eſt· ¶ Apol
lonius· Non videtur mihi frat
iſte deliquiſſe ſi ſibi diuinitus
reuelata abbati ꝓpo manifeſta
uit· ¶ Ceſarius· Satis puto
ꝙ nō abſqz aliqua cordis iac
tancia ouerſus viſionez eādez
recitauerit· Et qr hoc abbas cō
ſiderauit· qd futurū eſtimabat
pdixit Erat enī vir prudēs et lrā
tꝰ añ cōuerſionez ſcōꝝ apoſto
rū in Colonia decanꝰ· ¶ Ceſa
rius· Cū quilibet hō duos ha
beat āgelos vt dicis ſibi depu
tatos bonū ad ſuggerēdūz bo
nū· et malū ad ſuggerēdū ma
lū quid eſt: ꝙ tā facile homis
volūtas angelo malo conſētit
ad peccādū? Eſt ne bono in cōſi
liis efficatior et ad vim inferen
dā valētior? ¶ Ca· xliiii·

Licet homo habeat angeluz
bonū ad cuſtodiā et ma
lū· propter exercitium neuter
tñ illoꝝ volūtati humane vim
inferre valz vt propter illius
cōſiliū violenter inclinet ad
bonūz ſiue ob huiꝰ ſuggeſtō
nez trahat ad malū· Contulit
deus homini liberū arbitrium·
¶ Apollonius Quid eſt liberū
arbitriū? ¶ Ceſariꝰ Facultas
volūtatis et racōis qua eligit
bonū aſſiſtēte gratia· malum
vero deſiſtēte grā Liberū dicit
propter volūtatē que libera ē
et ſine neceſſitate arbitriū ꝓpt
racōnem que ea que volūtas
appetit arbitratur et diſcernit·
Et licet racō ſepe volūtatē ſeqt
ad peccati cōſenſū: nunꝙ̄ tam
approbat malū· Qꝛ vero volun
tas tā ꝓna eſt ad peccādū cau
ſa ſbeſt· Habet enī dyabolus
duos ſatellites eciā ſe crudeli
ores quibus illa impellitur fo
mitē ſcilicet caris quē ſcriptu
ra vocat tyrānū: et mūdū Ca
ro cōcupiſcit dyabolus concu
pita incēdit· mūdus incēſa ne
extinguant ſe obiicit· Ex pecca
ti fomite multa oriūtur vicia·
dyabolus multa ſibi aſſumit
ſbſidia· mūdus inumerabilia
offert oblectamēta· Ecce currꝰ
et equites regis Syrie· i· dya
bolus miſſi ad capiendū He
lyſeū· i· iuſtū· Quibus viſis

id eſt in ſcemitu tuo cõſideratis ſi
clamaueris cum miniſtro Heliſei. Heu heu heu domine mi q̄d
faciemus voce ꝯplexetica tibi rñ
deo. Noli timere plures enĩ nobiſcum ſunt q̄ꝫ cum illis. Aperi
oculos et vide. Habes intra te
racionem cõtra carnis fomitē;
circa te angelos contra diabolum. turbam contra turbam.
Et ecce inquit mons plen⁹ equorum et curruũ igneorum id eſt
cuſtodiam. non vnius ſꝫ multorum angelorũ circuitu Heliſei id eſt hominis electi. Cõtra
carnis incentiua oppone virtutes naturales. Habes ſuper hec
omnia gratiam diuinam. que
mox vt menti tue ſi in peccatis
fueris infunditur carnis incentiua reſtrigit: dyabolũ retũdit.
mundi gloriam tibi in odium
vertit. Hoc eciam ſcias q̄ꝫ q̄dã
facimus ſine iſtinctu vtriuſqꝫ
angeli. Que ſi bona fuerit amplius in eis meremur. Si mala plus demerẽ ¶ Apollonius
Satis de hijs expeditus ſum.
nũc q̄ꝺ reſiduũ de viſionibus
ãgelicis noſti mihi maifeſtes
¶ Ceſarius. Quod animas ſibi cõmiſſorũ deo repreſẽtent
ex h⁹ q̄ꝺ ſeq̄t potẽis ꝓbaẽ. c. lv
Soror Chriſtina de Volmũtſteine ſcĩmonialis in

Burgis cui⁹ in ſupiorib⁹ meminitãte fuerat pfectõis vt pñſens vita ei eſſꝫ i tedio et mors
in deſiderio. Tempore quodã
quadrageſimali cum ſe in primo paſcha putaret eẽ morituram mente excedẽs rapta ẽ in
locum amenĩſſimũ haud dubium quin i Paradiſum In quo
vidit altare miri decoris et ante
altare multe reuerencie pſonã
cui⁹ pulchritudo ineſtimabil
eãt nimis Quã cũ interrogaſſꝫ
q̄ eẽt vel cui⁹ officiñ rñt. Ego
ſum archangelus q̄ preſeto animas ante dominũ Et illa Nũ
quid domine et animas de ordine noſtro preſentas? Eciam
inquit. Omnium in ordine tuo bene viuencium animas monachorum videlicet conuerſorum et ſanctimonialiũ ego pñto ante deũ Et adiecit. Nõ modo morieris ſed in proxio paſcha
Quod ita factum eſt Nam cũ
per aliquot dies egrotarꝫ et pene q̄tidie cõmunicaret in agoi
ã poſita viaticum ſibi dari pecijt cum quo nundum plene
maſticato ſpiritum reddidit
celo. Cum eſſet adhuc in predicto mentis exceſſu venerabilis vere beata virgo Chriſtina vidit ſuper altare mitram
magnĩ decoris pendentem.

Et cu; requirerz ab ãgelo q̃d
futur eẽt de aĩa cuiuſdã ſacer
tis quẽ ſpãlit' diligebat cuius
tũc recordabatᷣ rñdit. Cũ obicit
mitra hec capiti eius ĩpõita añ
dñm illũ repñtabo. ¶ Apollo
nius. Quem putas ãgelũ iſtũ
fuiſſe? ¶ Ceſari9 ſanctũ Mic
haele; qui vt dicit auctoritas
prepõitus eſt paradiſi. Ceteris
eñi angel' diligẽtior eſt circa
genus humanu;. Vnde in Da
niele legitur fuiſſe princeps fi
liorũ iſrahel. Hinc ẽ q' ſua; me
moria; in terris haberi voluit
vt ab hominib9 de quor ſalu
te ſolicitus eſt agnoſcẽtur dili
geretur et obſequijs veneraret'.
¶ Apollonius. Quid ſi in ali
quo loco ſibi deputato minus
veneratur? ¶ Ceſarius. Ibi et
minora eius beneficia experiũ
tur. Ita vt aliqñ eciã pñcialit'
inde recedere videatur ſcdm te
ſtimoniu; ſubſequentis viſio
nis. ¶ .Ca.xlvi.

Eo tempe quo dominus
Theodericus Coloniẽ
archiepiſcop9 q̃ ad huc ſup
eſt caſtr in Hudinſberg edifi
cauit ſacerdos quida; religio
ſus a Colonia rediens cũ mõti
iã dcõ nominis ꝓpinquaſſ; ſan
ctu; Michaele; archangelu;
in ſpecie bene nota de eo in vici
nũ montẽ q̃ Strõbg dicitur
in quo memoria ẽ petri princi
pis apoſtolor alis extẽſ vo
lare cõſpexit. Eodẽ tẽpe hõ quĩ
da; Theodericus nomĩe de vil
la prima cu; vxore ad eccãa; ꝓ
perãs. De predicto monte cap
ſella; cũ reliquijs qua; ſepe vi
derat ſup Strõbg p aerẽ duci
vidit. Ambo illã viderũt et vſ
q; hodie teſtes ſunt ambo tan
te viſionis. Si mihi min9 cre
dis ĩterroga dñ; Wuilhelmũ
ſacerdote; in Strõbg q̃ ſe ab
ore illor q̃ hec viderũt audiuiſ
ſe teſtatur et dic; tibi. Habebat
eñi et adhuc ſanctus Archan
gel9 in Hudinſberg vel vt alij
dicũt in Wuudinſberg eccãa;
nomini ſuo cõſecrata;. Et cum
eſſ; mons ide; fortis ſatis et ad
muninem prouincie bene ſit9
nullus tñ in eo caſtrũ edificarẽ
pſumpſit. q' hoc nõ poſſe fieri
ob predictã memoriam ab in
colis referebatur. Predictus ve
ro Theoderic9 huiuſmodi ver
ba nõ attẽdens et caſtru; in eo
edificans anteq̃ muros eius
perfeciſſ; depõitus ẽ. Nec miror
ſi ab eodem caſtro ãgelica rẽceſ
ſerũt ſubſidia cuius omnia edi
ficia pene ex vſuris cuiuſdã iu
dei quem prefatus epiſcopus
ceperat ſunt conſtructa. Quĩ

potenſ ſact9 Michael electoꝝ animas in exitu ab inimicis defendat. Audies in diſtinctõne xij. ca. v. Non ſolũ btũs Michael cum ceteris celeſtis milicie exercitibus fideles ꝓtegit cum moriũtur ſꝫ eciã in pñti ab hoſtibus viſibilibus ¶ Ca. xlvij

NOn eſt diu ꝙ ſex milites tẽpli in vicinia ſarrachenoꝝ horã q̃ndã canonicã proſtrati dicebãt. Ex inopiato paganis ſupueniẽtib9 cũ illi ſurgere vellẽt ⁊ fugere. magiſter eis innuit ut iacerẽt. Mira res Vt rex celeſtis oſtenderꝫ quãtum ei magiſtri fides ⁊ diſcipulorum obediencia placerꝫ ãgelos ſuos miſit a quibus infidelĩu turba turbata eſt q̃dã capti ⁊ plures occiſi. Cũq; eos q̇s angeli vinxerãt tẽplarij coram preſẽdiſſent. ⁊ illi dicerẽt vbi eſt exercitus quem dudũ vidimus a quo capti ſumus ⁊ occiſi. Rñderũt. Qñ neceſſe habẽ9 veniũt nobis in auxiliũ qñ nõ indigemus reuertũtur in tabernacula ſua. Intellexerant enim ſanctos ãgelos illos fuiſſe q̇ſ ipi videre nõ potuerũt qui laudantibuſ deũ ſẽp aſſunt. ipoſq; cuſtodiũt. Ipi reuera ſũt caſtr̃ dei qui Jacob cum tiore reuertenti in terrã ſuã venerũt in auxiliũ. Fuerũtq; ei ut dicit ſcriptura obuiam angeli dei. Quos cum vidiſſꝫ ait. Caſtra dei ſũt hec. Hoc miraculũ cũ recitatũ fuiſſꝫ regi Philippo in caſtris cũ rediret de obſidione Colonie. rñdit. Certe ſi habuiſſeꝫ legẽ pone in ore. ego pſalmũ reliq̇ſſem ⁊ fugiſſem. Hec dicta ſint de viſionibus angeloꝝ. Porro de viſionibus patriarcharum atq; prophetarum pauca dicere habeo. quia rarius ſactis noui teſtamenti apparent. ¶ Apollonius Que ſit cauſa illius raritatis. qui eciam fuerint patriarche. qui prophete. ⁊ q̇re ſic dicti precor ut ediſſeras. deinde ſi quas noſti viſiones. de illis ſubiungas. ¶ Ceſarius. Quanto brevius potero de requiſitis te expediam.

¶ Capitulum. xlviij.

PAtriarche ſunt viri iuſti et glorioſi cũ quibus locutus eſt deus. Abrahã ſcilicet Yſaac et Jacob ⁊ alij q̇ pluẽs qui illos tẽpe ⁊ precedebant ⁊ ſequebantur Dicũtur ãt patriarche quaſi patrum principes eo ꝙ alijs facti ſint via recte credendi et norma bene viuendi Hoꝝ ſucceſſores extiterũt ꝓphete ⁊ ipi viri magni ⁊ incliti q̇ xpi ſacmenta ⁊ eccĩe ⁊ ſi qua

alia futura erãt tã pſpicue pui
dert ⁊ pdixerũt ac ſi ocul eorũ
corpeis fuiſſent obiecta. Vñ
quidã illoꝝ dicebat Non faci
et dñs verbũ ſup terrã qđ nõ
p9reuelꝫ ſeruis ſuis ꝓphetis. P
phete fuerũt. Yſayas. Iheremi
as Eſechiel. Daniel ⁊ duodecĩ
ꝓphete. qui etiaꝫ ea que pui de
rũt vel predixerũt ſcripto per
petuauerũt Vnde ꝓphete dicti
ſunt videtes vel ſignificantius
ꝓphete dicũtur quaſi pfatoẽs
vel quaſi porro fantes. i. a lon
ge. Quare autẽ rarius aplis
ſiue martirib9 nobꝫ appareãt
cã eẽ videtur ꝙ reſpectu iã deo
ruꝫ ordinũ modica ⁊ pene nul
la ẽ eoꝝ memoria apud ecclĩaꝫ
latioꝝ. Greci vero in natalicijſ
illoꝝ ſolemniſant ⁊ ideo forte
ſepi9 illi appẽt. De ſcõ Iohãne
baptiſta cuius memoria cele
bris eſt p vniuſã ecclĩam aliqſ
viſiones ſbiungã Ipſe eſt enĩ
nouiſſimuſ ꝓphetaruꝫ ⁊ pl9 ꝙ
ꝓpheta. Naꝫ lex ⁊ ꝓphete teſte
dño vſqꝫ Iohãnẽ. ¶ Ca. xlix.

In clarauallẽ monachuſ
quidã iuuenis eſt etate
Iohãnes nomine mir9 dilcõr
ſancti Iohãnis baptiſte In die
ſiquidẽ natiuitatis illius ẽ na
tus ⁊ ob hoc a parẽtib9 Iohẽs
vocatus. Supra reliquos ſã

ctos illũ diligit ⁊ quociens ali
quid ad ipm ptinẽs pſallitur
vt ẽ cãticũ patris ei9 Zacha
rie. ibi voci penitus ñ pcit. No
cte quadã cũ idẽ cãticuꝫ in cho
ro cãtarꝫ ⁊ ventũ fuiſſꝫ ad illuꝫ
verſiculũ Et tu puer ꝓpheta al
tiſſimi vocaberis ac ſacerdos q̃
dam ſtãs in choro oppõito flã
mã de capite eius ſurgẽ vidit.
Vocatur enĩ Vuilhelm9. ẽqꝫ
ſacerdos religioſus cui multa
diuinit9 reuelãtur. Qui dcĩs
matutinis dñm Sygeꝛ prio
reꝫ adijt. ⁊ q̃d de fratre Iohã
ne viderit expoſuit Quem ſta
tim vocauit prior dicens. Dic
mihi bone frater Iohãnes q̃d
cogitaſti in laudibuſ. Rñ ichõ
atũ ẽ cãticũ Bñdict9 dominuſ
deuſ iſrahel. Cui ille rñdit Cre
dite mihi domine ego cogitaui
ſi eẽs in celis vox tua nũꝙ rau
ceſceret Et ſemp deũ laudaẽs cũ
ãgelis. Et prior. Quid habu
iſti in corde infra iſtũ verſiculũ
Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vo
caberis. Ad qđ iteꝝ rñdit Ita
accẽſuꝫ eſt cor meũ in hora illa
ad memoriaꝫ ſcĩ Iohãnis bap
tiſte quem valde diligo vt vix
me capere poſſem p gaudio Et
cognouit prior ꝙ flãma eadeꝫ
ſignũ fuiſſꝫ vehemẽtiſſimi amo
is de corde adoleſcentis in celũ

aſcendentis. Anno preterito vi
ſio hec a predicto priore clare
uallis priori de clauſtro recita
ta eſt a quo ego illam didici.

¶ Capitulum. l.

Retulit mihi domina Irmi
gard magiſtra de inſula
ſancti Nycolai ãno preterito
cuiuſdã ſãctimonialis bene ſibi
note mirã dilectionem erga p̄
dictũ dñi precurſorem. Plus
omnibus ſãctis illum dilexit.
Nec ſuffecit ei de illo cogitare
illum obſequijs et oracionibus
honorare cõſor ribus illius pro
gatiuas predicare. qñ eciã ad
ꝑpetuãdã eius mẽoriã v̾ſificaẽt
de eius ãnũciacõne natiuitate et
gaudio pntũ. Irãta ſiquidẽ fue
rat et iõ v̾ſibus ꝓſequi ſtuduit
q̃cq̃d de illius ſc̃itate legẽt. Oẽs e
tiam pſonas ſeculares cũ q̃bus
loq̃bat̾ monuit. et rogauit vt
liberos ſuos Johẽz vel Zacha
riã noiarẽt filias v̾o Eliſabeth
Cũq3 moitura ẽẽt Johes mõchus
de clauſtro eã viſitauit. Sciẽs
q3 eius affectũz ẽca ſcũm Johẽz ait
Matertera cũ fueritis defũcta q̃
lẽ miſſaz vultis vt p̃mũ cãtẽ p
aĩa vr̃a p defũctis ã de ſcõ Johe
baptiſta? Ad qđ illa ſine oĩ de
liberacõe rñdit de ſcõ Johe. Cũ
q3 ad extrema puemiſſz opaſſa
ſorori ſibi ſeruienti ait. Vade
ſoror ſup ſolariũ et quieſce mo
dicum. Quod cum feciſſz et le
ui ſopore quieſceret huiuſmo
di vocem per ſomnum audiuit
Quid hic iaces ſanctus Johan
nes baptiſta inferius ẽ cũ ſoro
re Hildegũde. Hoc illi nomẽ eãt
Ad quã vocẽ ſanctimonial' ex
pgefacta neglc̃is veſtibus in
camiſia deſcendit et iam illã ex
piraſſe inuenit. Circa quã tam
ſuauiſſimus odor eãt vt nõ du
bitaret illic adeẽ pñciã ſancti
Johannis qui animã ſue dile
ctricis choris ſociaret angeli
cis. Narrauit mihi et aliam vi
ſionem iſta adhuc iocundio
rez quã ſibi a magiſtra domus i
qua viſa eſt dicebat eſſe reci
tatam

¶ Capitulum. li. ∴

Due ſanctimoiales fuere
et adhuc ſunt vt puto i
lutteremoaſterio dyoceſ. Tre
uerenſ ex quibus vna ſpeciali
ter diligebat ſanctũ Johãnẽ
baptiſtam. Altera vero ſãctuz
Johannẽ euangeliſtã. Que q̊
ciens conueniebant inter ſe de
illorum maioritate contende
bãt. Ita vt magiſtra quãdoq3
vix poſſz eas opeſcere. Illa oia
dilc̃i ſui puilegia i mediũ ꝓpo
nebat. cui iſta ſui dilc̃i p̃roga
tiuis valide ſatis obuiabat.

Nocte quadā an̄ matutīas ſā
ctus Johānes baptiſta ſue di
lectrici in ſōnis apparēſ ſic ait
Soror noueris ſcūm Johānē
euangeliſtā mihi equalem eē
Nūq̄ hō caſtior ſuit illo men
te ſiml' et corpe virgo. Ipſum
Chriſt9 ad apoſtolatū elegit
ipm ceteris apoſtolis plus di
lexit. ipi gloriaʒ ſue traſſigura
tionis oſ̄dit. Ipſe beatiſſimuſ
in pectore Jhū i cena recubuit
ipe morienti aſtitit ipi virgini
Chriſtus virgo matreʒ virgi
nem cōmendauit. Ipſe ceteris
euangeliſtis altius volans et
oculos mētis in totā diuinita
tis plenius defigēs: euāgeliuʒ
ſuum ſic exorſus eſt. In princi
pio erat verbū et c̄. Scripſit et
apocalipſim qua nihil in cele
ſtibus figuris obſcurius eſt.
Plurima etiā pro Chriſto paſ
ſus eſt tormēta flagella feruēs
oleū. exilia Ecce propter iſta et
alia multa ſua priuilegia eq̄l'
mihi eſt. Mane ergo voceſ ſo
rorē tuā an̄ magiſtrā et pcidēs
ante pedes illius pete: vt igno
ſcat tibi q̄ tociēs eaʒ exacerbā
ſti mei cauſa Que ad ſig̃ matu
tialia expergefacta de tā clara
viſione cogitare cepit. Dictis
vero matutinis cuʒ ſe altera ſo
pori dediſſʒ ſcūs Johēſ euāgeli
ſta p viſū affuit et ſb̄ ſenſu v̄bo
rū hoꝶ ſuā allocutus ē dilectri
cem. Soror ſcias beatū Johā
nem baptiſtā lōge maioreʒ eē
me. Inter natos mulieꝶ teſte
Chriſto nō ſurrexit maior illo
Ipſe ꝓphēta et plus q̄ ꝓphēta.
Ab āgelo eſt annūciatuſ a ſte
rili matre cōtra naturā ꝯcept9
in vtero ſupra naturā ſāctifica
tus. in heremo ſine ōni peccato
conuſatus. Qd̄ de me dici non
poteſt qui lucris inhiāns int'
ſeculares ſecularis ſecularit' vi
xi. Saluatorē queʒ i vtero ꝯg
nouit int' turbas ad ſe venien
tem digito demonſtrauit et in
iordanis ſacris manibus bap
tiſauit. Ipe celos vidit aptos
patrē audiens in voce filiuʒ vi
dēs in homine ſpiritum ſanctū
in ſpecie colūbe. Tandē p iuſti
cia martiriſatus eſt. Ergo me
maior eſt. Vnde hodie vocare
debes ſororē tuā an̄ magiſtraʒ
tuam et ꝓſternere te pedibus
illius. Sicq3 eā rogare vt tibi
ignoſcat. q̄ totiens illam exac̄
baſti me cōtencioſe precurſori
domini preferendo. Mane ſin
gillatim ad magiſtrā veniunt
quid viderit exponunt. Tunc
ſimul ſe ꝓſternēteſ et ab inuicē
ut eis iuſſum fuerat veniam po
ſtulātes mediāte matre ſpūali

reconciliate ſunt. monēte illa
ne de cetero de meritis ſāctorū
otenderet q̄ ſoli deo nota ſunt
¶ Apollonius. Satis me edi
ficat tanta in ſupnis ciuib9 hu
militas. ¶ Ceſarius. Nulla
quantū ex preſenti viſione col
ligere poteris in regno celorū
p̄mioꝝ eſt cōtencio quia illic
teſte apoſtolo omnis euacua
tur prelacio. Hoc tamen ſcias
ꝗ ſicut ciues ſupni viſitant cū
multa cōſolatione ſe diligētes.
Ita q̄nqꝫ cum inuectōne et pla
gis ſe cōtēpnentes.
¶ Capitulū. liij.
Canonicus quidam erat
in ecc̄ia Bunenſi. qui fre
quent' cum ſodalib9 ſuis mo
niales i ditkirchen ſolebat vi
ſitare. Nec erat in eadem viſita
cōe aliquid r̄ligioſitatis ſꝫ leui
tas et periculum animaꝝ. Quo
ciens em̄ eum oportebat intra
re clauſtꝝ. per monaſteriū qđ
in honore beati Petri et ſancti
Johannis baptiſte dedicatum
eſt trāſibat erecto collo nec v
nā quidem vice coram altarib9
caput inclinans. Nocte q̄dam
venerabilis baptiſta i ſomnis
illi apparens et toruo vultu i eū
reſpiciens ſic ait. Et tu inique
to ciēſ per oratoriū meum trāſi
ens nunꝗ̄ aliquid mihi exhi
buiſti honoris vt ſaltem vel vna
vice ceruicem flecteres corā alta
ri meo. Leuans qꝫ pedem tā va
lide truſit eum i ventre ut tam
ex terroē icrepacōis ꝗ̄ ex doloē
tuſionis euigilaret. Ab illa. n.
hora cepit infirmari et paulati
intumeſcēte ventre ydropicuſ fi
eri. ſic et vadens donec inualeſ
cente morbo moreꝛ. Et ſi vis
ſcire Johes ē nomen ei9. forte
ex hoc ipſo ſcis ampli9 turba
baꝛ ꝗ ipā nomis ei9 equiuo
cacio nil reuerēcie cordi ei9 im
preſſerat circa ipſum ¶ Appo
lonius Cum maioꝛ ſit pfectio
patrie ꝗ̄ vie quid eſt ꝗ ſancti
tam dure ſuas iniurias vindi
cantꝛ ¶ Ceſarius Voluntaſ
comprehenſorum ſic diuine vo
luntati vnita eſt vt nō poſſint
aliud velle. niſi ꝗ illum noue
rint velle. Viatores vero pro
inimicis tenentur orare. illiqꝫ
diuine iuſtitie conſentire. Mer
curiuſ martir iulianum iam cū
xpriſto regnans occidit qui
in via forte pro occaſoribuſ ſu
is xpriſtum exorauit ¶ Appo
lonius Placet qđ dicis. Sed
quid queſo ꝗ ſanctus bapti
ſta quo nulluſ maioꝛ eſt inter
natos mulierum dicente id do
mino noſtro Jheſu Chriſto tā
ta ludibria paſſus eſt i morte

vt conſilio adultere ad petico
nē ſaltatricis occideret. ¶ Ce
ſarius Vt nullius iuſti mors
abhorreretur. Ad huc enī idē
maxim9 ꝯplexitarū in ſuis reli
quijs ludibria expit. Ca. liij.

NOn ē diu ꝙ quidā mer
cator terre noſtre mare
trāſiens cū brachiū ſancti Jo
hannis baptiſte in eius hoſpi
tali vidiſſʒ a deſideraſſʒ intelli
gens cuſtodē reliquiarū quan
dā procaci feminā. Sciensqʒ
nil eē qḋ mulieres huiuſmōi a
viris nequeant extorquere ac
cerſiens illā ait Si feceris me
habere reliquias ſancti Johā
nis baptiſte qḋ ē penes cuſto
diam amaſij tui cētū quadra
ginta libras argenti tibi tradā
Illa oblatā pecuniam ſitiens
hoſpitalario cōſēſum pbere re
cuſauit donec ſacrū brachium
obtineret. Qḋ ſtatim negocia
tori tradidit a pdictū pondus
argēti recepit Cernis quantū
ludibriū. Sic olim caput ſā
cti Johānis ab Herode p mer
cede ſaltacōnis traditū eſt laſci
ue puelle a ab illa datū matri
adultere. Ita hoc tēpe brachi
um eiuſdē datū eſt p munere
fornicacōnis ab hoſpitalario
nō min9 Herode malo: turpi
femine a ab illa vēditū merca
tori. Qḋ ille nō terre ſuē Hero
dias ſʒ purpurā iuoluēs ad vl
timū terre pene fugit a ad ciui
tatē Bruningē que ſita eſt in
itroitu Friſie puenit domū in
ea opauit a i quadā eius colū
na brachiū occultans valde
diteſcere cepit. Die quadam
ſedēte eo i taberna cū ei quidā
diceret ecce ciuitas concremat
a iam incēdiū appropinquat
domui tue. Ille rn̄dit Domui
mee n̄ timeo bonū ibi reliqui
cuſtodē. Surrexit tn̄ a domū
intrauit in qua dū colūnam im
motā cōſideraſſʒ ad tabernam
redijt miratibus cunctis que
nam eēt cā tāte ſecuritatis. In
trogatus de cuſtode dom9 ſue
cum p ambages rn̄diſſʒ a hoc
ipſum cōciues notare intellex
iſſʒ. timens ne forte ſibi vim in
ferrent brachiū extrahens cui
dam incluſe cuſtodiendum cō
miſit Que ſecretū celare neſciēs
cuidā depoſitum pdidit. a ille
ciuibus Qui ſtatim reliquias
tollentes a ad ecclīam deportā
tes depoſitori cū lacrimis ſua
repetēti durius rn̄derūt. Que
cum interrogaſſent cuius ſan
cti eſſent reliquie ſe nomē ne
ſcire dixit nolens eis illas pro
dere. Ex dolore tn̄ ciuitatem de
ſerens a pauperiem incurrens

nō multo poſt infirmat9 ē gra uiſſime. Qui cū mori timeret cui9 eēnt reliquie. a quo illas optinuiſſȝ cōfeſſori ſuo patefe cit. Ad vbi cōptū eſt ciuibus thecā argēteam et deauratam gēmiſqȝ p̄ciosis ornatam ad ſimilitudinē brachij fecerūt. in ea reliquias reponētes. Ego añ bienniū idē brachiū vidi et eſt pellea carne veſtitū vidi ibi et crucē puā aureā reliquijs re fertā Frederici ipatoris q̄ p̄dcō homini cū brachio data fueāt. ¶ Appolloni9 Cū ſancto Jo hanne ſanctorū nemo credat eē maior quid eſt q nullū ſig nū legit' feciſſe in vita ſua. ¶ Ceſarius Vt dn̄s oſtenderet ſanctitatē non cōſiſtere in ſig nis ſȝ in bona vita. Poſt mortē eni bonis ſignis claruit innūe rabilib9 et magnis Predicti ve ro ciues reliquijs ſācti Johan nis timētes retro altare fecerūt domūculā ex talib9 ſatis firmā in cui9 cacumine noctib9 ſacerdo tē dormire fecerūt. Sub quo p̄ ma nocte ſic domus cōquaſſa ta eſt vt nō puū ei horrorem i cuteret. Secunda vero nocte dormientē excuſſit i pauimen tum illū proijciens. Cūqȝ vn9 ex potentibus de ciuitate infir maretur et Theodericus eccle ſie illius ſacerdos ab illo roga tus brachiū in domū eius detu liſſȝ ac denuo aſſȝ tam brachiū q̄ purpurā cui fuerat inuolutū repit recēti ſanguie infectum. Hec mihi ore ſuo retulit. Sa cerdos ab eodē brachio modi cū carnis p̄cidens cū illā in ma nū occulte deferrē tātū ſēſit ar dorē ex eo ac ſi ignitū carbonē portaēt. Multa ſiquidē ſigna ac ſanitates p eaſdem reliqui as in illa fiūnt ciuitate meritis ſācti Johannis baptiſte

¶ Capitulū. liiij.

Est enī apud nos dens molaris et magnus eiuſ dem p̄curſoris tria habens cor nua qui qualiter ad nos deue nerit et quid p illū apud nos opat9 ſit dn̄9 tibi r̄citabo Cūqȝ vaſtata fuiſſȝ ciuitas cōſtātino politana a cruce ſignatis. et diui ſi diuiſa diripuiſſent Henric9 miles de Vlme inter reliq̄as p̄ cioſiſſimas eciā iā dictū dentē ſancti Johannis tulit de eccle ſia ſancte Sophie Quē repa trians in tm̄ dilexit vt i caſtro ſuo oratoriū edificaret. ibi eū condere volens i altari. Quod ei germana eius magiſtra in i ſula ſancti Nicolai propter af fectum quem habuit et habȝ erga domum noſtrā diſſuaſit

ſ; tunc pſuadere nō potuit Qui
poſt breue tempus a Wuerne
ro de Bonlāt captꝰ ſpe orōnū
noſtraꝝ iuſſit eū nob trāſmit
ti. Item cuidā ſororū predicti
cenobij in ſōnis oſtenſum ē q̄ q̄
cito deus veniret ad locū noſtrū
Henricū eſſe liberādū. Qd ita
factū intelleximꝰ. Nam p̄or no
ſter p quem trāſmiſſus eſt in
flumine Rem. illiꝰ bñficio max
mū euaſit piculū. Henricꝰ co
mes Seynenſ bñs militem ho
neſtū ſ; mēte captū cum eo ad
nos venit ſperās illū tū virtute
reliquiaꝝ. tū bñfitio orationū
noſtraꝝ poſſe ſaluari. Qui de
te ſacratiſſimo ſig̃tus ⁊ tactus
tā celeſtem virtutis eiꝰ ſēſit ef
fectū vt vix ad iactū baliſte de
monaſterio ꝓgrediēs ſe ſana
tū gratularet̃. Eſt enī vt ſupra
dixi magnꝰ ⁊ fortis ⁊ tāto ma
gis ad curādas īfirmitates va
lidus quāto minꝰ in maſtican
dis cibis delicatis eſt vſitatus
Hec dicta ſint de ꝓphis. De apo
ſtol' vero q̄ ordīnē ꝓpheticū ſe
quūtur tpe aliquas tibi ſb iun
gā viſiones ¶ Apolloniꝰ. Pri
us volo mihi exponi q̄re a Chri
ſto apoſtoli ſb duodenario nu
mero ſint electi ⁊ quare apoſto
li vocati. ¶ Ceſarius. Vtrūq;
nō abſq; magno ſacramento

factū ē. ¶ Ca. lv.

Hic dicit euāgelia Chri
ſtꝰ aſcendēs mōtem voca
uit ad ſe q̄s voluit quos ⁊ apo
ſtolos nominauit. Apoſtolus
īterpretat̃ miſſus: teſte Chri
ſto qui ait. Nō eſt apoſtolus
maior eo qui miſit illū. Bene
aūt duodecī ſunt vocati q̄ aliis
miſteria fidei p̄dicarēt qꝛ duode
narius numerꝰ ꝯſtat ex quat̃
tribꝰ vel ex ter q̄ter. Ad hoc
ergo duodecī ſūt electi vt per q̄
tuor ptes mūdi miſſi fidē ſcē tri
nitatis oībus nūciarēt ⁊ credē
tes ad vnā gloriā eterne beati
tudinis ꝯuocarēt Duodecī apo
ſtoli duodecī ſunt ſig̃ celi. xij m
ſes ānī. xij hore diei. xij ſtelle in
corōa ſpōſe. Chriſtꝰ vero celum
eſt. ānus eternitatis ē. lux eſt.
corō ſcōꝝ eſt Apoſtoli xij ſunt
filij Jacob. i. Chriſti. xij fontes
deſerti: xij lapides in veſte pōtifi
cali. xij panes ꝓpoſicionis. xij
lapides altaris xij lapides de
iordane ſublati. xij boues ſub
eneo mari. xij fūdamēta celeſtis
iheruſalē. ¶ Apolloniꝰ. Diis
vtiliter p̄miſſis nūc ſcdꝫ ordi
nem ſb nectas viſiones ¶ Ce
ſarius. Licet ſancti apoſtoli p
viſionē mltis appareant ⁊ mul
ta p eos miracula q̄tidie fiant
de paucis tn̄ pauca tibi referam

ſed quantū ad exemplū ſuffi ciencia. ¶ Ca. lvi.

Onſuetudo eſt maxime prouīcie noſtre matroīs ut tali ſorte ſpecialē ſibi apl'm eligāt. In. xij candelis. xij. apo ſtolorū noīa ſingula in ſingul' ſcribūtur q̄ a ſacerdote benedi cte altari ſimul īponūt' Acce dens vero femīa cui9 nomē per candelā extrahit illi plus cete ris ⁊ honoris ⁊ obſequij īpendit. In hūc modū cū q̄dā matro na ſanctū Andreā extraxiſſ3 et nō ei placuiſſ3 repoſita cādela aliū habere voluit ſ3 iterū idem occurrit Quid plura? Tandē traxit ſibi placētē. Cui cū mul tū exhibuiſſ3 obſequij p oīs dies vite ⁊ ad extrema pueni ens eēt moritura nō illū ſ3 bea tū Andreā ſibi aſſiſtē vidit. En inquit ego ſū ille deſpectus An dreas. Ex quo colligit' q̄ non nūq̄ ſancti eciā vltro ſe ingerāt hūane deuocioni. Quātū beat9 iſte apoſtol9 ſe inuocātib9 ſuc currere valeat ſequens narra cio declarat. ¶ Ca. lvij.

Rāt duo iuuenes. iuxta ecclām ſancti Andree hi tātes qui p ſuis mercacōibus remotas ꝓuincias petere ſole bant Tempe quodā cū profe cturi eſſent in Norwegiā frat- Reynerus mōchus noſter tūc canōic9 ſcī Andree in Colōia ſicut ipſe mihi retulit quiq3 ſo lidos illis dedit petēs vt ex eis cōparēt pellē vrſi albā quales regio illa gignit ad ſbſtrato riū corā altari ſancti Andree Q̄ ꝯ cū feciſſent ⁊ reuerterēt' tanta orta eſt i mari tēpeſtas ut oēs mitterēt in deſpacōnem Hoc ideo factū reor ut dn̄s apo ſtoli ſui virtutē oſtēderet. Re cordati vero predicti iuuenes pellis ſancti Andree ꝯtra pro cellas intueſcentes votoſq3 fre mentes illā cū fide leuauerūt ⁊ ecce dn̄s apl'i ſui meritis quē de mari vocauit ſuffragātibus īperauit mari ⁊ ventis ⁊ facta eſt in ipſa hora trāquillitas tā magna ut oīs qui i naui erāt mirarent'. Reuertētes vero co loniā denarios reddiderūt. pel lē beato Andree gratis offerē tes collati nō īmeōres bn̄ficij.

Juis q̄dā de ¶ ca lxviij. traiecto iferiori cū filio ad ſactū Jacobū ꝓfcūs ē Accidit ſi bene memī ut in q̄dā loco hoſ pes ei9 neſcio q̄d ꝑdēt ⁊ ſuſpi cōe3 de eo hn̄s furtū illi corā iu dice ciuitatis īponēt Quo negā te ⁊ dn̄te de9 nouit ⁊ ſāct9 Ja cobus teſtis eſt me nunquam fuiſſe furem neq3 furis ſocium

verbis iudex non credidit ſʒ ſu
ſpēdiȷ ſnīa innocētē ʒ dānauit·
Vidēs filius patrē dānatū nec
aliq̄d ei pdeſſe frm̄ teſtimōia
flēs ⁊ eiulans dixit ad iudiceʒ
Rogo vos domine q̄tin9 intui
tu dīa ſancti Jacobi me ſuſpen
datis: patre meo dimiſſo· Ego
eni̅ noui innocētiaʒ illi9· Cui9
fletib9 ⁊ inſtācia tādē iudex vi
ct9 patrem abſoluit ipmqʒ ſu
ſpendit· Pat̄ vero triſtis nimiſ
cū ſocijs pcedēs ⁊ limina beati
Jacobi viſitās· ipiqʒ p anima
filij ſupplicās· Poſtq̄ ad locuʒ
ſuſpēſionis rediȷt ait fratribus
Ecce fratres fili9 meus precor
vt paululū ſubſiſtatis donec il
lū deponā ⁊ ſepeliā· Audita vo
ce patris rn̄dit· Bn̄ venias pr̄
adhuc eni̅ viuo· Depōit9 ab eo
⁊ interrogat9 que nā eēt cau
ſa tāti miraculi ait· Sanct9 Ja
cobus apoſtolus ab ea hora q̄
huic patibulo appenſus ſum·
vſqʒ nūc manib9 ſuis ſuſtēta
uit me· Nō eſuriui nō ſitiui ni
hil doloris ſēſi nec vnq̄ meli9
mihi fuit oib9 dieb9 vite mee
Statimqʒ piter ad beatū ppe
rātes apoſtolū fili9 vt votuʒ ſu
um ſolueret pat̄ vt grās repen
dēt· icolumes reuſi ſūt ī ciuita
te Traiectēſem· Et ē idē miracu
lum in eadē ciuitate ſicut nobꝭ

retulit Vuilhelm9 monach9
noſter ibidē canonicus· valde
celebre atqʒ notiſſimum· A
pollonius· Stupēda ſūt que
dicis· Ceſarius· Referā tibi
aliud miraculū de ſancto Tho
ma apoſtolo: meo iudicio ma
i9 iſto· Ca· lix·

In villa que dicitur Ho
lēbach miles quidā ha
bitauit nomine Berard9 Hu
ius nepotes adhuc viuunt ⁊
vix aliq̄s in eadē repitur villa
quē lateat miraculū· qđ de illo
dictur9 ſum· Hic ſanctum Tho
mā apoſtolū tā ardēter dilige
bat tā ſpecialiter pre ceteris ſā
ctis honorabat vt nulli paupi
in illi9 nomine petenti elemoſi
nam negaret· Multa p̄terea p̄
uata ſuicia vt ſunt orationes
ieiunia ⁊ miſſaꝝ celebracōnes
illi impēdere ɔſueuit· Die q̄daʒ
deo pmittēte ōiu bonoruʒ ini
mic9 dyabolus ante oſtiū mili
tis pulſās ſub forma ⁊ habitu
pegrini in nomine ſācti Thōe
hoſpiciū petiuit· Quo ſꝫ ōni
feſtinacōne intromiſſo cū eſſet
frigus ⁊ ille ſe algere ſimularet
Berardus cappā ſuā furratam
bonā ſatis q̄ ſe tegeret iens cu
bitū trāſmiſit· Mane vero cuʒ
is qui pegrinus videbatur nō
appareret ⁊ cappa q̄ſita nō fuiſſꝫ

inuenta vxor marito irata ait. Sepe ab huiuſmodi truttanis illuſus eſtis et adhuc a ſuperſticionibus veſtris non ceſſatis. Cui ille tranquillo animo reſpondit. Noli turbari. bene reſtituet nobis hoc dampnum ſanctus Thomas Hec egit dyabolus ut militem per dampnum cappe ad impacienciam puocaret. et apl'i dilcõnem in ei9 corde extingueret. Sed militi ceſſit ad gloriam qd dyabolus pparauerat ad ruinam et inde ille amplius eſt acceſus vnde iſte cõfuſus eſt ac opunctus eſt. Nã puo emenſo tẽpe Gerhard9 limiã beati Thome adire volens cũ eet in pcinctu poſitus circulũ aureũ in oculis vxoris in duas ptes diuidẽs eas qʒ corã illa cõiũgẽs vnã illi dedit et alteraʒ ſibi reſeruauit dicẽs. Huic ſigno credere debes. Rogo etiã ut qnqʒ annis reditũ meũ expectes qb9 expletis nubas cui volueris Et promiſit ei. Qui via vadens longiſſima tandẽ cũ magnis expẽſis maximiſqʒ laboribus puenit ad ciuitatẽ ſancti Thome apoſtoli Jn qua a ciuibus officioſiſſime eſt ſalutatus et cum tanta caritate ſuſceptus ac ſi vnus illorum eſſet eiſqʒ notiſſimus.

Graciam eandeʒ aſſcribens beato apoſtolo oratoriũ eius itrauit et orauit ſe vxorem et oia ad ſe ptinencia illi cõmendãs Poſt hec termini ſui rmiſcẽs et in eodẽ die quiquẽniũ cõpletũ conſiderãs ingemuit et ait. Heu modo vxor mea viro alteri nubet. Jmpedierat deus iter eius ꝓpter hoc qd ſequit̃ Qui cũ triſtis circũſpiceret vidit pdictũ demonẽ in cappa ſua deãbulanteʒ. Et ait demon. Cognoſcis me Gerharde? Nõ inqt te cognoſco ſʒ cappã. Rñdit ille. Ego ſũ qui i nomie apoſtoli hoſpiciũ a te petiui. et cappaʒ tibi tuli p qua et valde punit9 ſum. Et adiecit. Ego ſum dyabolus et preceptũ eſt mihi vt anteq̃ homines cubitũ vadãt in domũ tuam te tranſferam eo q vxor tua alteri viro nupſcit et iam in nupcijs cum illo ſedeat. Tollens eum in parte diei ab india in theutoniaʒ ab ortu ſolis in eius occaſũ tranſuexit et circa crepuſculum i curia ꝓpa illũ ſine leſione depoſuit. Qui domum ſuam ſicut barbarus intrans cum vxorem propam cum ſponſo ſuo vidiſſet comedentem propius acceſſit eaqʒ aſpiciente partem circuli in ciphum mittens abceſſit.

Qđ vbi illa vidit mox extraxit
ꝯ partē ſibi dimiſſaꝫ adiūgēs
ognouit eū ſuū eē maritū. Sta
tiꝫ exiliens in āplexus ei⁹ ruit
viꝝ ſuū Berardūꝫ illū eē ꝓcla
mās ſpōſo valedicens. Queꝫ
tñ Berard⁹ illa nocte ꝓ hone
ſtate ſecū retinuit. Ecce tam in
hoc ꝙ in ꝑdicto miraculo ſatis
ꝑpenditur quātū beati apl'i di
ligentes ſe diligāt atqꝫ gloifi
cēt. ¶ Apollonius. Nō miror
ſi diligentes ſe diligūt cuꝫ ſuꝑ
dcūm ē de ſcō Andrea ꝙ etiam
ſe cōtēpnēti fēie ad diligendū
ingeſſerit. ¶ Ceſarius. Sicut
ſupra oñſuꝫ ē de ſancto Johan
ne baptiſta ſicut apl'i diligen
tib⁹ ſe penā impēdūt. Ita ſuos
cōtemptores qnqꝫ puniūt. ¶
Apollonius. Da exemplū. ¶
Ceſarius. Prius de ſācto Bar
tholomeo ꝑmittā vnū miracu
lū deinde qđ petis ſbiungā exē
plum. ¶ Ca. lx.

IN monte ſancti ſaluato
ris iuxta Aquaſgrani nu
per incluſa quedā defūcta eſt
q̄ int' ſuas reliquias etiam den
tem habuit ſancti Bartholo
mei apl'i. Hec cū ſciſſꝫ ſacdos
qui ei miſſas celebrabat euꝫ qꝫ
poſtulaſſꝫ ⁊ illa nō ānuiſſꝫ re
ceſſuꝫ minabat' niſi ſaltem me
diā ei ꝑtem donarꝫ Illa vero de
tem multū diligens a ſacerdo
te carē nolens vt diuideret cō
ſenſit licet inuitiſſime. Mira
res. Mox ei vt ſacerdos cultel
luꝫ dēti ſuppoſuit ac ſi denuo ſā
ctus pateretur guttatiꝫ de illo
ſāguis erupit. Quo viſo ſacer
dos territus ē dētēqꝫ incluſe di
miſit integrū. Ego vero eūdeꝫ
dentē āno preterito vidi apud
ſanctimoniales i porceto. ¶ Qꝫ
qnqꝫ apl'i cōtempnētes ſe pu
niant ecce exēplū. ¶ Ca. lxi.

MAtrona quedaꝫ ſpālem
apl'm habere volens cū
eo modo quo ſuꝑ dictum ē de
ſācto Andrea ꝑ candelam bea
tum Judam vt puto extraxiſſꝫ
irata retro ciſtā candelam cuꝫ
nomine iactauit. Volebat ei
habere vnum de nominatis a
pl'is vtꝫ ē ſanctus Johannes e
uangeliſta ſiue beatus Jaco
bus. Cui nocte in ſōnis appa
rens dure ſatis corripuit conq̄
rens ſe ab ea ꝯtemptum ⁊ p⁹
ciſtaꝫ indigne piectū. Nec ſic q̄
euit donec verbis addite ſunt
plage. Integro enim anno le
cto palitica decubuit. ¶ Apol
lonius. Licꝫ ſic ꝑ ſortes apl'os
eligere? ¶ Ceſarius. Sorte
Mathias apoſtol⁹ legit' ele
ctus. Non tamē ideo ē electus
vt aliis anponeretur ſꝫ vt per

cū duodenariuſ p iudam dimi
nutus ſuppleret᷑. Puto tamen
ab eadē electōne huiꝰ modi ſor
tes deſcēdiſſe. Audiui Colonie
quendā lr̄atū ſacerdotē palā in
eccleſia reprobaᷓ tales electōes
Omnes inquit apl̄i eque ſūt
ſancti ⁊ idcirco omēs a nobis
eque honorandi ꝙ ſi alicui
illorū ſpecialis honor eſt exhi
bendus beato Petro p quem re
gio noſtra cōuerſa eſt ad fidē
illi iudico eē impendendū. Ipſū
ſpecialē apoſtolū nobis criſtꝰ
deſtinauit. Beatus vero heriƀ
tus ⁊ ſucceſſor eius peregrinꝰ
Colonienſ archiepī in ciuitate
Colonia omibꝰ apl̄is vnā ec
cleſiā cōuētualē cōdiderūt in q
bus omnibꝰ ſiml̄ equalis hōr
ideꝙ̄ ſeruiciū exhibet᷑. Quantū
em̄ merantur in ecc̄a eadē Chri
ſto eiꝰ ꝙ̄ apl̄is digne ſeruien
tes ex modico qd̄ ſequit᷑ pote
ris ꝑpendere. ¶ Ca. lxij.

CVm incendiū illud max
imū qd̄ erat ſub Adolpho
archiepō magnā ptē ciuitatis
Colonienſ cōſūpſiſſꝫ. mulier
q̄dam que erᷓ ſanctorū aplo
rū ꝓ ſua mercede braxare ꝯſue
uerat domū ligneā ꝓpe poſitā
hēbat. Cui cū icēdiū ex vicis do
mibꝰ ꝓpinq̄ſſꝫ filia eius vaſa ⁊
ſuppellectilē efferre cepit. Nā
vbi mater opit reſtitit dicens
Noli filia noli ſꝫ oia refer in do
mū. Sicꝙ̄ clauſa domo mat᷑
ſpem habēs in ſanctis apl̄is ec
cleſiam eorꝫ adijt ſicꝙ̄ orauit.
Sancti apl̄i ſi vnꝙ̄ vobiſ fide
lit᷑ digneꝙ̄ ſeruiui. cuſtodite
domū meā ⁊ vaſa vrā. Mira fi
des femie mira ⁊ virtus apol
rū. Qui ꝓpam eccam ex pte cō
cremari pmiſerūt braxatricis ſue
domū in medijs flāmis poitā
nō ſine admiracōe multorū il
leſā ſeruare curauerūt. ¶ Appo
loniꝰ. Valde honorādi ſūt apl̄i
p quos mūdus iſte iudicabit᷑.

¶ Ceſarius. Hec in ruo cāt
ad meōriā ciuis cuiꝰ dā dictū
ſiue factū relacōne dignū.

¶ Capitulū. lxiij.

IN Colonia burgēſ q̄dā
erat hō diues ac potēs Ka
rolus nomie pater domini Ka
roli abbis q̄nꝙ̄ vilarienſ. Hic
cū audiſſꝫ ꝙ̄ apl̄i iudicaturi eſ
ſent cogitauit itra ſe dicēs Pec
catū graue eſt ⁊ lapides anchō
rarei valde ſūt ponderoſi. Emā
ergo lapides tales ad futuram
fabricam ſanctorū apoſtolorꝫ
ut cū in die iudicij opera mea
bona necnō ⁊ mala poſita fue
rint i ſtatera apl̄i qui iudices
erūt iſtoſ lanci opa mea bona cō
tinēti imittēt ⁊ mox ꝓponderabit

Emit ergo nauim plenam la
pidib9 q̊s per curr9 portari et
iux̄ ecc̄iam apoſtoloꝝ depoī fe
cit. Quez cum canonici iterro
gaſſent q̊d ſibi vell; p lapides
illos. Rn̄t Aliq̄ dieꝝ renouan
da ē ecc̄a iſta ꝛ tūc erūt vobis
neceſſarij. Non multo poſt
cū extēderet ecc̄a: occaſione vt
puto eorūde lapidū in funda
mēto poſiti ſūt. Hec de apoſto
loꝝ viſioib9 dc̄a ſūt. Nūc aliq̄
tibi dicā de martirib9. ¶ Apol
loni9. Quid faciat martires:
quare martires dicātur. vel q̊t
ſint gn̄a martirij prius mihi
edicas. ¶ Ceſari9. Facil' hoꝝ
ſolucō eſt. ¶ Ca. lxiiij.

Cauſa nō pena facit mar
tires. Duo enim latrones
Chriſto affixi ſunt hinc inde.
Vnus martir effect9 ē ꝓpter
virtutē ↄfeſſionis. alteri pena
ſua initiū fuit eterne dānacōis
Martirēs enī grece teſtes dicū
tur latine eo ꝙ ꝓ teſtimonio fidei
occiſi ſunt. Sūt aūt quatuor
gn̄a martirij. Quidā occiſi ſūt
ꝓpter ſolā innocētiā. vt Abel.
Alij ꝓpter iuſticiā. vt ꝓphete ꝛ
Johānes baptiſta. Alij ꝓpter
zelū legis vt ſeptē fratres Ma
chabei. Alij ꝓpter fidē Chriſti
vt apoſtoli. eoꝝqꝫ ſucceſſores
q̄ hīj āthonōtice dicūtur mr̄es
id ē teſtes q2 ſāguīs ſui effuſi
onē fidei Chriſti ſubſcripſerūt
¶ Apolloni9. Attēdūt ſancti
cū a nobis venerātur? ¶ Ceſa
rius. Etiā. Adhuc enī p diūſas
viſiones ſuas manifeſtāt mor
libus reliq̄as. vt venerātibus
illas debitores fiāt. ¶ Ca. lxv

Quando renouata ē ecc̄a
Bunneñ q̊rūdā martirū
corpa ex ſacr̄ legione thebeoꝝ
illic repta ſunt. Ex quibus cū
vnū corpus itegꝝ ꝛ preterea
ꝑs alterius martiris nobiſ da
ta fuiſſꝫ cuidā adoleſcēti tal' de
eis viſio oſ̄ſa eſt. Videbatur
ſibi i ſōnis ſtare iuxta ſcriniuz
earūdē reliq̄aꝝ Cui cū q̄dā dice
ret noſti q̊d i iſto ſcrinio ↄtie
atur ꝛ monachus rn̄derꝫ etiaꝫ
corpus martiris noſtri Jlle ſb
iunxit. Falleris nā vir vnus ꝛ
dimidius in eo iacēt. Rō vſqꝫ
ad illud tēp9 ōnes nos latuit
Tāte enī virtutis ſunt eadem
ſacra oſſa vt aq̄ ſupfuſa varijs
infirmitatib9 fit medela Maxi
me tñ ſanat tūores ac inflatio
nes. Q2 vero fidelib9 in pericul'
ſuccurrāt viſio ſubſequēs decla
rat. ¶ Ca. lxvi.

Anno gr̄ie. m. cc. xvij. cru
ce ſignati ex tota Alema
nia ac Friſia cū trecētis fere na
uibus circa pd9 iulij intrauerūt

portū vlixis bone In quo dū p
aliquot dies morarentur plu
res naues illic expectantes ad
peticionē Seueri epi iā dicte ci
uitatis ⁊ epiſcoi eborenſis nec
non ⁊ tēplarioꝝ atqꝫ hoſpita
lariorū caſtrū ſarracenorū no
mine alkazer ideſt oim carcer
obſederunt. Sexta vero feria
p9 natiuitatē beate dei genitri
cis marie cōgregati ſūt contra
eos q̄tuor ſarracenoruꝫ reges
habētes in exercitu ſuo ad cen
tū milia pugnatoꝝ. Quibus
criſtiani numero minores ſꝫ fi
de maiores ſanctū Jacobū bea
tūqꝫ Vincēciū regiōis ili9 pa
tronū ⁊ alios ſi quos poterāt
ſanctos inuocātes hoſtib9 oc
currerūt In p̄mo vero congreſ
ſu vn9 regū cecidit interfecto
rū non erat numerus. plurimi
captiuati ſūt Qui cū p exercitū
ducerentᷣ a xpianis querebāt
ſigna victoꝝ aſſerentes cādi
diſſimā aciē cruces rubeas i pec
tore gerētes. ſuoꝝ multitudi
nem in fugam cōuertiſſe. Inſu
per galee quas p mare contra
criſtianos cōduxerāt celeſtis
illius viſionis terrore ſunt fu
gate. Quod peregrini audiē
tes gracias egerunt xpriſto q̄
martirū ſuoꝝ auxilia eis deſti
nare dignatus eſt de celo. Hec

ſi mihi relata ſunt ab hijs q̄ cer
tamini īterfuert et ex ore ſarra
cenoꝝ que dicta ſunt audiert
¶ Appolloni9 Eſt ne peccatū
cum martiruꝫ reliquijs ire ad
exquiſita nature. ¶ Ceſarius
Peccatū eſt ſi geſtantes illas
nō excuſauerit neceſſitas. Sā
cti nō abhorrēt fetorē natuē ſꝫ
culpe. ¶ Ca. lxvij.

Bernhardus monachus noſter tempe quodam
ante cōuerſionem neſcio quo
iturus. reliquias beatorū mar
tirū Johānis ⁊ pauli i capſula
ad latus portabat. Queꝫ car
nis incentiua ad delcācōnē mo
uerent. ſancti martires q̄ mo
tus illicitos reſtringē nō cona
retur p capſellā latus eius du
re ſatis tundere ceperūt. Rō cū
ille nō aduerteret ⁊ motibus
libidinoſis quieſcentibus ecīā
tunſiones ceſſarēt p horas ali
quas cū iterū titillacōes ſurge
rent renouate ſunt ⁊ punctio
nes. Ac ſi ſancti ſuū baiulū vo
ce ꝑphetica increparent dicē
tes. Mundare. qui fers vaſa
domini. Vaſa domini ſunt cor
pora ſanctoꝝ. Hinc ē q̄ achi
melech ſacerdoti cum heſitarꝫ
pueris dauid dare panem ſan
ctum. dauid reſpondit Et q̄d
eſt ſi de mulieribus agitur &c.

ɔtinuimus noſ ab heri ⁊ nudi
ulterius qn̄ egrediebam̄ ⁊ fu
ert vaſa .i. corpa puroꝝ ſcā .i.
mūda a ɔcubitu· Et ſicut retu
lit predictus Bernard9 mox
vt notare cepit penā inquātu
potuit compeſcuit culpā ex hoc
diſcēs q ſcīs plac; nō ſolū mū
dicia mtis ſ; ⁊ corpois ¶ Apol
loni9· Quid ſētis de pdicatori
bus illis qui tm̄ ꝓpter queſtu;
ſcoꝝ reliquias circūferūt mul
toſq; decipiunt? ¶ Ceſarius·
Q ſancti ad talium truphas
indgnētur dicā tibi qd mona
chus quida; de Bruuuilre m̄
recitauit· ¶ Ca· lxviij·

Quando eccīa; ſuā mona
chi iā dicti cenobij āpli
are diſpoſuerīt p quoſdā ſacer
dotes ſeculares in lingua potē
tes ⁊ ad emūgendū pecunias
efficaces dētez patroni ſui bea
ti pōtificis Nycolay ad diuſas
trāſmiſerūt puincias· Erat eni
criſtallo incluſus· Die quada;
cū pdicatore ɔducticij inho
neſte ſe gerēdo vas tātarū reli
quiaꝝ circūferrēt criſtall9 cre
puit ac ſi illoru; blaſphemias
pōtifex reuerendiſſim9 ſuſtinē
non poſſ;· Quo miraculo viſo
monachi dētez retulerūt neq;
ad tale opus vltr̄ eū de mona
ſterio efferri paſſi ſūt Ego rup

turā ei9 criſtalli vidi· ¶ Apol
lonius· Quid eſt q quidam
martires alijs maiora ſig faci
unt poſt mortem· Eſt ne hoc
ex aliqua eminētia ſāctitatis?
¶ Ceſarius Sicut ſupi9 dixi
miracula nō ſunt de ſba meriti
ſ; ſigna ſanctitatis· Quidā ſcī
in vita ſua multa ſigna faciūt
⁊ poſt mortē quieſcūt Alij ecō
uſo q nulla ſcītatiſ ſue indicia
in mūdo dederūt· p9 mortē mirā
culis clareſcūt· ¶ Ca· lxix·

Beatus vero Thomas epiſ
copus Cantuarienſ quī
noſtris tēporib9 ꝓ eccīe libta
te vſq; ad mortē dimicauit nl
lis miracul in ſuis pſecucōnib9
coruſcauit ſatiſq; de illo p9 oc
ciſionē diſputatū eſt· Quida;
dixerūt eū dānatū vt rgni pdi
torē alij martirē vti eccīe defen
ſorē· Eadē qo Pariſi9 inter ma
giſtros vētilata eſt· Na; mgr
Rogerus iurauit illū dignum
fuiſſe morte: et ſi nō tali· beati
viri ɔſtaciā iudicās ɔtumaciā
Econtra magiſter Petrus can
tor Jurauit eē martirē deo dig
nū vt pote ꝓ libertate eccīe tru
cidatū· Quoꝝ qſtione; Chri
ſtus ſoluit eū multis ⁊ magis
illū ſignis glorificauit Non io
tn̄ apoſtol ſiue alijs magnis
martirib9 in meritis pferend9?

eſt qui tanta et tam crebra miā
cula poſt morte; feciſſe non le
guntur. Simile habes de ſan
cto Annone Coloñēſi archie
piſcopo. Cui cum poſt mortē
multi detraherēt dicentes eum
ecclīarum fuiſſe dimēbratorem
et ciuiū ſuorū excecatorem. do
minus deus in trāſlacōne illiuſ
quante ſanctitatis eēt ſignis
plurimis oſtendit. ¶ Apollo
nius. Probabile eſt qḋ dicis.
ſʒ aliud eſt qḋ memoro; Sepe
contingit vt ꝓ reliquijs ſācto
rum alie res habeantur et ꝓ ve
ris falſa venerent. Videntur ti
bi huiuſmodi veneātores pec
caē an mereriſ ¶ Ceſariuſ Me
o iudicio ignorancia in tribus
excuſat culpam. pietas meret
gratiam. Hoc vero eſſe certum
eſt qꝛ quandoqʒ dominus per
falſas reliquias ad honorem ſā
ctorum quibus aſcribunt et ſi
de honorantibus illos miracula o
patur. Verbi gratia. ¶ ca. lxx

Miles quidam predcūm
martirem beatū Thomā
cantuarienſem ardentiſſime di
ligens ſi aliquid de illius poſ
ſʒ habere reliquijs circumqua
qʒ inueſtigauit. Hoc cum au
diſſʒ quidam doloſus ſacerdoſ
in cuius domo hoſpitabatur a
it illi. Ego frenū quo diu vſuſ

eſt beatus Thomas penes me
habeo. et ſepe virtutes eius ex
pertus ſum. Qḋ miles audiens
et ita eſſe putās ſacerdoti pecu
niam poſtulatā letus optulit.
et frenū cū multa deuocōne re
cepit Deus vero cui nichil ē im
poſſibile fidē militis remunera
re volens ad honorem ſui martis
multa per idē; frenū facere dig
natus eſt miracula. Qḋ miles
conſiderās in honore martiſ ecclīa;
cōdidit loco reliquiarū frenū
ſacerdotis peſſimi in ea reponēs
Hic ſit finiſ de viſionibus mar
tirꝫ qꝛ oportēdio vti volēs ad ordi
nē ſextio ꝯfeſſorꝫ ¶ Apollonius.
Qui ſint cōfeſſorēs et qre ſic di
cti in edicto poſtea viſiones
ſubiūgas ¶ ca. lxxi ¶ Monchꝰ

Ad ordinem confeſſorum
pertinēt pontifices abba
tes. clerici. monachi. necnon et
layci. religioſi. Chriſtū vita et
ore cōfitentes et ſine ſanguiniſ
ſui effuſione ad eum quem cō
feſſi ſunt migrantes. Tempoē
perſecucionis oēs Chriſtiani
cōfeſſores dicti ſunt Chriſtū i
ſuis tribulacionibus corde et
ore confitentes. maxime cum
hij q̄ ꝓ illo paſſi ſūt Qui pꝰ ea
antonoātice dcī ſūt martiēs et
nom̄ cōfeſſorꝫ ſpecificatū ē max
ime ad ſacerdotes dn̄i peccatorꝫ

confeſſiones recipiētes quibꝰ
data eſt a dn̄o poteſtas ligan
di atqꝫ ſoluēdi. ¶ Apollonius
Quid tibi videtur maiores mar
tires an confeſſores? ¶ Ceſari
us. Queſtio hec ſoluēda ē ſcdʒ
exceſſus ⁊ excedēcia licet ordo
martirū ordinē confeſſorū pre
cellat dignitate quidā tn̄ cōfeſ
ſores quibuſdā martiribus meri
to lōge ſunt ſupiores. Vn̄ ha
bes in ymno Plus currit in certa
mine confeſſor iſte ſuſtinēs q̄
martir ictū ſufferēs mucrone
fidens ſanguinē. Ecce exēplū
Certū eſt ordinē epiſcoporuʒ
digniorē eē ordine abbatū. at
tn̄ quidā abbates regales qui
buſdā epiſcopis gloria ⁊ honore
maiores ſunt. ¶ Apollonius
Cōſentio. ¶ Ceſarius. Quan
ta ſit in viſionibꝰ beatorū cōfeſ
ſorū cōſolacio paucis tibi expli
cabo. ¶ Ca. lxxij.

EST quidā apud nos cō
uerſus cuius nomē pdere
nō licet vir bone cōuerſacionis
⁊ ſanctū Nycolauʒ ſpālit̄ dili
gēs. Iſte ſic ab ore eiꝰ audiui
in quadā ſolemnitate infra ma
tutinas iā dictū cōfeſſorē pontifi
calibus indutū in choro ſtare
cōſpexit. De cuiꝰ viſione q̄ mag
ne fuit reuerēcie tātum gaudij
corde eiꝰ cōcepit vt ſibi altitudi
ne duorū pedū a terra ſuſpēſus
videretur. Nō ſolū hic beatiſſi
mus pōtifex pfectorū viſitator
ſʒ ⁊ miſerorū in ſummis neceſſi
tatibus eē dinoſcit. ¶ Ca. lxxiij

NOndū duo āni ſunt elap
ſi q in villa quadā iuxta
Coloniam ſicut nup illic audi
ui cū pterirē loco furis quidā
dephenſus eſt. Vtrū eēt reꝰ vel
innocēs mihi dici non potuit
Quē cū morti adiudicatū ⁊ la
queo collo eius iniecto in pati
bulo appendiſſent. ille nullū
dolorē ſuſtinens cuʒ iaʒ mortu
us eſtimaretur clara voce cla
mauit. In vanū laboratis non
poteritis me ſtrāgulare ſanctus
epiſcopus dn̄s meus Nycola
us mihi aſſiſtit. En video illū
Quod multi audientes ⁊ ita eē ex
perimento cognoſcentes putan
tes eū innocētem ob honorē
ſancti Nycolai de pōitū abire
pmiſerunt. Qui bruuuilre ad
memoriam ſui liberatoris cur
rēs grās egit ſe a ſuſpendio illi
us meritis abſolutū pclamās
¶ Apollonius. Audiui ab in
fancia q ſanctus Nycolaus ō
nes epiſcopos miſericordia p̄
cellat. ¶ Ceſarius. Tante
pietatis ē ⁊ miſericordie vt et
malos a morte ſicut dictū ē ſe
pe liberet ⁊ bonos mori deſiderꝫ-

Illos ut emendent. Iſtos ut e
terna beatitudine fruantur Re
uera diſſolui et eē cum Chriſto
multo melius eſt. Et bti ſunt
mortui qui in domino moriū
tur. ¶ Ca. lxxiiij.

Adam monachus de Luc
ka cuius in ſupiorib⁹ me
mini in quadam cōuentuali ec
cleſia Saxonie que Bucka di
citur ſcolas frequentauit. Cū
qȝ in cimiterio multi lateres eſ
ſent repoſiti ad fabricā oratorij
ipſe ſicut puer vnū ex eis tulit
et in eo ſculpere cepit. Qd cum
magiſter eius vidiſſet terruit
eum dicens. Depone laterem
qr excōicatus es Ad qd verbū
puer territ⁹ mox cepit īfirma
ri. Cūqȝ inualeſcēte morbo ad
extrema deueniſſȝ. et iam mori
turo data candela fuiſſȝ in ma
nu duos pontifices beatū ſcili
cet Nycolaū et ſanctū Paťnia
nū p̄fate ecc̄ie patronum coraȝ
ſe ſtare vidit et cognouit Sta
bant autem in habitu pontifi
cali et in claritate magna. dix
itqȝ ad ſanctū Paternianum
Beatus Nycolaus Vis ut tol
lamus puerum nobiſcum? Rn
dit ille. Non. quia in alio ordi
ne morietur. Sicqȝ diſparue
runt. Eadēȝ hora puer cōualeſ
cēs ſurrexit. et ingreſſo ei⁹ q̄ pn̄s



fuerat tūc tēporis miraculum
diuulgante in ecc̄ia eſt cōpul
ſatum. et ad honorem tantoꝝ
pontificum Te deū laudamuſ
decantatum. Hec mihi ab eo
dem Adam nuper relata ſunt
¶ Capitulum. lxxv.

In villa que Leiglinge
vocatur et circa duo mili
aria diſtat a Colonia ante hoc
ſeptēniū cōtigit qd dictur⁹ ſū
Puer q̄dā ſimplex cui⁹dā ma
trone illic pecora pauit. Hic be
atū Nycolaū in tm̄ diligebat.
ut ſingul dieb⁹ medietatē pa
nis ſui i honore illi⁹ paupib⁹ ero
garȝ Orōib⁹ eē aſſiduis miaȝ
ei⁹ interpellabat Cui⁹ deuotiſ
obſequijs beatus pontifex de
lectatus die quadā ei in agro
apparēs in forma et habitu vene
randi ſenis. ait. Puer bone mi
na gregem domū. Cui cū ille
rn̄deret dn̄e adhuc nimis ē ma
ne ſi hoc facerē dn̄a mea icrepa
rȝ me ſ ſeruiuerit ſcis. Fac qd dixi
qr hodie an̄ ſol occubitū morie
ris Ad qd puer territ⁹ cū itro
garet eū. dn̄e q̄s es? Rn̄dit ille
Ego ſum Nycola⁹ eps quē ſp
exoras et cui p̄ndiola tua diui
dē ꝯſueuiſti mō vẽi remunerare
te. Vade ergo ad hoſpitiū tuū
et accipe corp⁹ dn̄i et ppara te.
quia hodie vt dixi morieris.

Sicq3 diſparuit. Cūq3 puer
cū oībus reuerſus fuiſſ3 & do
mina eius iterrogaſſ3 quare tā
mane veniſſ3 rn̄t. Nccātas opulit
me quā noctē moritur⁹ fuī Et il
la delirās Reduc ergo ǵgē ad
paſtū q₂ nō morieris. Qui ſta
tim in lcō ſe reclinans cū ſacer
dotē petiuiſſ3 & ille veniſſ3. Ait
ei matrona Timeo puer2 iſtū
aliquid fantaſie vidiſſe. iueſti
gate ab eo diligēt' quid viderit
qd habeat vel quare talia loqt'
Qō cū feciſſ3 ſacerdos puer ei
viſionē p ordinē recitauit De
cui⁹ manib⁹ cū coicaſſ3 hora p̄
dcā exſpirauit Ecce in hijs du
obus pueris cognoſcere potei
tis pietatē ſcī Nycolay pontifi
cis Scolarē o filio ſancti Pat
niani diſtulit ſpe vite melioris
Paſtorē hunc fidelē ſecū duxit
ad paſcua eterne viriditatis.
¶ Apollonius. Quia ſcūs Ny
colaus crebrius alijs pontifici
bus in ecc̄ijs tā in ſcripturis q̄
picturis repn̄tatur vellē ſi eē
poſſ3 aliquā videre ymaginē
faciei illi⁹ ſimilimā per quā me
moria ei⁹ mēti mee tenaci⁹ im
primeret. ¶ Ceſarius. Oſndā
tibi quādā mirifici operis ycō
nā q ab eo qui ſcūm Nycolaū
in carne vidit fert' fc̄ta & ad
illius ſimilitudinē depicta.

In porceto. ¶ Ca. lxxvi
In monaſterio qd iuxta A
quaſgrani ſitū eſt tabula cubi
tal' eſt ymaginē bti pontificis
Nycolay ab vmbilico & ſurſū
in ſe repn̄tās quā beatus Gre
gorius regis grecie filius & ce
nobij eiuſdē prim⁹ abb atq3
fundator illuc aduexit Dicitur
eadē fuiſſe y cō quā barbarus
ſicut in miracul' ſācti Nycolai
legitur tulit & ad cuſtodiā ſui
thelonei poſuit cui⁹ occaſione
ad fidē couerſus eſt cū ſua per
didiſſ3 & ceſa ymagine eadē re
cepiſſ3. Plurime p eā virtutes
facte ſunt maxime in pregnan
tib⁹. Tpe quodā cū ad domū
cui⁹dā honeſte matrone i ptu
laborātis fuiſſ3 deportata & cō
tra eā ad parietē ſuſpēſa. ea ho
ra q̄ ptū edidit. ne parietē q̄ſi
attēderet cūctis qui aderāt intu
entib⁹ tabula ſe vertit. Eſt āt
ei⁹ dē ymaginis facie' oblōga
& obeſa mlt'e grauitatis & reue
rēcie i frōte caluicies capilli tā
capitis q̄ barbe cādide canici
ei. Nup vero mōchis cedētib⁹
ſāmoniales ordinis noſtri cu3
tabula locū receput ¶ Apollo
nius. Satis me edificat humili
tas bti huiu' cōfeſſoris qui ſe
ſupi⁹ cibatū gloriatur i pane
paupis paſtoris. ¶ Ceſariu'.

Quis maior Chriſto qui i iu
dicio dicturus eſt · Eſuriui et
dediſtis mihi manducaē? Nul
lus · Quantum vero Xpriſto
eiusqȝ beatis confeſſoribuſ ele
moſina placeat uł q̄ꝑ valenter
hijs qui faciūt illam i piculis
ſuccurrat ex ſequenti viſione de
monſtrabitur·

Capitulum·lxxvij·

Magiſter Johānes decanꝰ
Aquenſ cū ſcolaīs eſſet
tam grauiter tempe quodam
infirmatus eſt ut confeſſus ⁊ i
unctus nihil ei niſi mors ſuper
eſſe videretur· Cui cū materia
rapta eſſꝫ i cerebrū ſolus iacēſ
in exceſſum venit viditqȝ hoīeſ
ſibi ignotos ītrare qui lances
quas manibuſ portabāt cū lig
nis breuibus ⁊ quadratis an
te ipſū ponebāt Stantibꝰ eis
ex vna parte lectuli cōtempla
tus eſt introire tres inclitoſ cō
feſſores ſācṫū videlꝫ Martinū
thuronēſem ⁊ ſanctum Gode
hardū epiſcopū Hildeſhemē
ſem beatūqȝ Berwardū q̄ eū
ex parte altera circumſtetere·
In quorꝫ aſpectu puer Johan
nes vnī iponitur lanci ⁊ ligna
pōderis altere· Cunqȝ eleuata
ſtatea inuētus eēt eger minus
hn̄s p̄dc̄i ɔfeſſores puerū par
uulū ⁊ mendicū ſinū eiꝰ ipoſu

ērt· qui ſił lancem adūſā mox
ſuſpēdentēs lignis ḡuiores ap
paruert Statiqȝ Johes q̄ mi
hi viſiōeꝫ hāc rtulit in ſudoreꝫ
erūpēs chriſim fecit ⁊ de eadem
īfirmitate citiꝰ ɔualuit· Apol
loniꝰ Rō ſcolaīs egretātis pō
deracio vel quid pueri paupis
ſignificet adiectio peitꝰ igno
ro· Ceſariꝰ Puer idē valde
paup eāt ⁊ deſ pectꝰ cuiꝰ i tm
miſertus ē Johes ut ei ⁊ paneꝫ
frequēt̄ daret ⁊ mat̄ omēda
rēt Hoīes barbaros q̄ eū i lan
ce appendebāt demones fuiſſe ſuſ
picor q̄ ſp morientibꝰ ſe igerūt
ligna puei pc̄cā· Que qꝛ meri
tis eiꝰ ḡuiora videāt̄ ſancti cō
feſſores quos ſepiꝰ int̄pellaue
rat eleōſiarū eiꝰ lanci imiſerūt
cuiꝰ bn̄ficio adiutus ē· Rō vo
vita hūana qn̄qȝ ꝓpter eleōſi
nas morti ſbtrahat̄ habes ex
emplū in vita ſācti Johis eleꝑ
mō de Petro theolonario pene
i ɔſili cau ⁊ viſiōe· Hinc eſtꝙ
nabuchodonoſor regi cū ſe ivi
ſione vidiſſꝫ ſb figura arbois
ab angelo eē p̄cidendū Daniel
ɔſuluit ut pc̄cā eleōſinis redi
meret· Rō vero ob peccata cā
am ante tempus qn̄qȝ vita ho
minis p̄cidatur· idem Daniel te
ſtis eſt· Cūqȝ Balthaſar pre
dicti regis filiꝰ cum vxoribus

et cõcubinis in vaſis tẽpli domi
ni cõuiuãdo deũ irritarz: vidit
cõtra ſe articulos man9 ſcriben
tis in pariete tria hec v̾ba Ma
ne thechel phares. Quã ſcriptu
rã ſic Daniel regi interp̄tatus
eſt. Mane id eſt añ tẽp9 diu
numerauit deus regnũ tuum:
et cõpleuit illud. Techel appẽ
ſuz ẽ in ſtatera et iuẽtũ eſt min9
hñs ſcilicet de iuſticia. Et q2 pec
cata p̄põderauerũt eadẽ nocte
occiſus ẽ et diuiſuz ẽ regnũ ei9
medis et p̾ſis. ¶ Apollonius.
Placet qd̉ dicis. ¶ Ceſarius.
Tres p̄fati põtifices alioꝝ tri
um epiſcoporuz viſionẽ mihi
ad memoriam reuocãt relatu
dignã. ¶ Ca. lxxviij.

BOne memorie dominus
Berardus abb̄ clareual
lis qui noſtris tẽporibus fuit
cũ tẽpore quodã viſitãdi grã
p̱geret ad clauſtꝝ et apd̉ reli
gioſos fratres ſancti Mathie
hoſpitaretur eadẽ nocte dict9
matutinis ecc̃ie criptã ſolus in
trauit ⁊ ſepulchr̄ ſcõꝝ Eucha
rij Valerij atq3 Matn̄i q̄ Tre
uerorꝝ primi erant epiſcopi et
noſtraꝝ regionũ ap̄li deuotẽ
ſatis orauit. Maxime tam̄ peti
uit ſibi reuelari diuinit9 vtrũ
mai9 expediret in officio abba
tie manẽ vel illã reſignaẽ. Cui
gloriosi illi tres preſules i mi̾
to ſplendore ſimł appñtes dix
erũt. Frater nequaq̄ officium
tuũ reſignes q2 in breui cũ pal
ma martirij ad nos puenies.
Sicq3 diſparuerũt. Mane cũ
eẽt p̱fecturus p̄poſitus ſancti
Simeõis cũ ut ſecũ in reditu
hoſpitari dignaretur rogauit
qd̉ et p̱miſit. Cũq3 cõpleta vi
ſitatione rediret Treueri de p̱
miſſiõe ſatis eũ penituit. volẽs
iterꝝ orare vbi p̉us quedã neg
lecta in p̉ma viſitatiõe ſperãs
ſibi denuo eẽ reuelanda. ¶ A
pollonius. Que fuerũt illa? ¶
Ceſarius. Vbi aĩa ſancti Ma
terni fuiſſz infra illos quadra
ginta dies quibus ſepultus fu
erat. Quid plura? Promiſſi fui
memor in domo prepõiti ſe rec
pit et ſicut ipſe p̱curauerat i ipa
nocte ſolito maturi9 ſurgens
et matutinas decãtãs. mõchis
relictis et conuerſo aſſumpto ad
ecc̃iam ſancti Eucharij perrexit
criptã intrauit vbi ſb̄ forma p̉
oris viſionis p̄fatos põtifices
videre meruit. Ad quẽ ſanct9
Eucharius. Noui ad qd̉ veni
ris. Ecce Maternus iterroga
eũ. Qđ cuz feciſſz rñt ille. Anima
mea p illos quadraginta dies
fuit i padiſo et q2 ſciebat ſe ad
corpus eẽ reuerſurã mercede ſibi

in celeſtibus preparata frui n̄
potuit. Mane ergo in officio
tuo q2 per palmam martirij ci
to nobis ſociaberis. Quod ita fa
ctū eſt. Nam a quodā miſero
ꝓpter zelū ordinis latenter in
terfectus eſt. Deinde beatus Pō
tifex adiūxit. Exiſtēte me in pa
diſo nil actū eſt in mūdo qd nō
viderim. Vides quāta ſit potē
cia electe anime a corpe exute.
Si tanta vidit in terreſtri para
diſo qn̄ta putas videt qn̄ fruit
deo. ¶ Appollonius. Non am
bigo qn̄ omnia tunc ſciat et vi
deat. Si ſanctus Benedictus
adhuc exiſtens corruptibilis
ex beneficio vnius anime celos
penetrans totū mundū vidit
ſub vno radio ſolis ante ocu
los ſuos collectum non mirū
ſi anima deo vnita contemplat
omnia. ¶ Ceſarius. Bene ſen
tis et hic de confeſſoribus ſit fi
nis. De viſionibus vero quarū
dam v̄ginū aliqua tibi referaꝫ
prius tamē de ipſo ordine vir
ginali te expediā. ¶ ca. lxxxix.

TAnta eſt gloria virgina
lis ut angelis comparet
quia qui non nubent neqꝫ nu
bentur erūt ſicut āgeli dei. Hic
eſt q2 in tabernaculo federis ter
cio opimento qd erat de pellibꝫ
rubricatis qrtū fuerat ſuppoitū
de pellibus iacinctinis. Per pel
les rubricatas deſigt martiriū
qd eſt cōſūmacio oim virtutū
p iacinctinas que aerei ſunt co
loris v̄ginitas. q ut qdā dicūt
ſup oēm v̄tutē eſt et angelicā
redolet ꝯuerſationē. Virgines
ſequūtur agnū quocūqꝫ ierit
vtroqꝫ pede id eſt integritate mē
tis et corpis. ¶ Appollonius.
Ergo virgines cōtinētibus et
cōiugatis maiores ſunt. ¶ Ce
ſarius. Maiores ſūt ſi ꝯpares
ſtatū ad ſtatū. q2 dignior eſt
ordo v̄ginū q̄ ordo cōiugatoꝝ.
Attn̄ in ordine cōiugatorū vel
viduarū multi ſunt multis vir
ginibus in merito multo maio
res. q2 penes carnis integrita
tem q̄ virtus non ē. quā eciā i
fideles habēt meritū non conſi
ſtit ſꝫ penes caritatē. Quis ergo
audeat aliquas virgines eciā
ſanctiſſimas patriarchis pro
phetis. et aplis qui coniugati
erāt pene oēs anferre. ¶ Appol
lonius. Quid ergo ē q2 ſancti in
tātū cōmēdāt v̄ginitatē. ¶ Ceſarius.
Vt oſtēdāt qn̄tū deo placeat
caſtitas. Hec in v̄ginib9 vocat v̄gi
tas ſiue cōtinencia v̄ginal' in ꝯiu
gib9 pudicicia ꝯiugal' i viduis
cōtinēcia vidual' vn̄ de eod ſeie
qd de manu ſeiantis cecidit i bonā
terrā aliud fecit fructū tricesimū

Aliud ſexageſimum. Aliud
cẽteſimũ. Primus debetur con
iugatis. ſc̃os viduis ⁊ cõtinẽ
tibus tercius virginibus. Et eſt
ſepe in p̃mio triceſimus maior
cẽteſimo. ⁊ hoc ꝓpter intẽtiõe
caritatis. Hinc eſt ꝙ beatam
Mariã magdalenã eccĩa i Le
tanijs añpoſuit virginibus. ne
ille propter ruinã inferior vide
atur. Noueris tñ melius eẽ con
tinẽ ꝙ nubere ꝙ Chriſtus qui
ſapiẽtiſſimus eſt virginitatẽ
elegit ⁊ ſtudiũ ſeruãde virgini
tatis p Chriſto. caritatis vir
tutẽ plurimũ incedit. Rñn ſint
iocunde ꝙ ſalutifere viſiones
ſanctaꝝ virginũ ſequencia de
clabunt. ¶ Ca. lxxx.

Venerabilis Theodericus epiſ
copus de Liuonia cuius
ſupra memini cũ tpe quodã
ſanctimoniales conſecraret ſã
ctã Mariã magdalenã viduis
aſtare vnus monachoꝝ vidit
beatã vero Margaretã virgi
nibus. Inter ſtãtes deambula
bant beatas pñtabant. coro
nas ⁊ velamina cõponebant.
Erat enĩ tali viſione dignus vt
pote vir bonus ⁊ religioſus.

In Vilario. ¶ Ca. lxxxi.
domo ordinis noſtri ⁊ di
oceſ Leodienſ monachus qui
dam eſt Arnoldus nomine vite



laudabilis ⁊ magnũ hñs zelum
circa ordinis diſciplinã. Hic cũ
ex nimia abſtinẽtia in tãtũ ſtõ
chũ ſuũ infrigidaſſꝫ vt vix ali
quos cibos recipet ꝑmo recep
ta mox eijceret tpe quodã ad
tm̃ deueneãt defectũ vt lecto de
cubẽs mortẽ minaretur. Cui
beata Maria magdalena no
cte apparẽs viſibiliter pectoẽ
diſcooperto cõtr̃ locũ ſtõchi
manũ miſit ac deliniuit. Qui
ex ſacre manus attactu adeo cõ
fortatus eſt vt mane ſurgenſ
ſanus nõ abſqꝫ magna frm̃ am
miacõe choꝝ itr̃ret. ¶ Ca. lxxxij.

Recordor nũc domine Ger
trudis abbiſſe de Houe
ne que ſatis mirabiliter p viſi
onẽ cuiuſdã ſacre v̓ginis ſicut
ipſa mihi retulit ſanata ẽ. Hec
cũ pene p didiũ ãnũ vel amplius do
lore oculoꝝ cruciaretur ſãctã
Luthildẽ virginẽ cuius memori
a in eodẽ cenobio celebs ẽ ſtu
duit inuocare meritis eius ſpe
rãs adiuuari. Quodã mane in
lecto ſuo pene ceca iacẽs ⁊ vigi
lãs iã dcãm virginẽ in veſte cã
dida corã ſe ſtare cõſpexit. Cu
ius oculos cũ tã veſte ꝙ manu
terſiſſet. cõtinuo clare vidit ⁊ õ
nis dolor illa recedẽte receſſit.

In eiuſdẽ ſacre ¶ Ca. lxxxiij.
virginis altari ſcilicet.

ꝓ ornatu ymago glorioſe mr̄
tiris et virginis Katherine lig
nea et ſculpta decenter ſtare cō
ſueuit. Die quadā matrona q̄
dam honeſta Alheydis nomie
vxor cuiuſpiā milit de greʒue cō
rā illa cū pediſſequa ſua ad ora
cōnem ſtetit Erat aūt ymago
p negligenciā ut puto ſic poſi
ta ut pene uultū totaliter ha
beret ad parietem. Que dū ſe
multū moroſe in oculis iā dcā
rū feminarū verteret clamauit
famula. Videte dn̄a videte q̄li
ter ymago hec r̄giret ſe Rn̄dit
illa Et ego video Viderūt hoc
ipſū et alie mulieres illic ſtan
tes vix annus expletus eſt ex
quo contigit hec viſio miraculo
ſa. Apollonī9 Quia huius
ſacratiſſime v̄ginis Katherine
oſſa oleū ſtillare nō ceſſant cer
tū eſt illā multum eē ſuauē ac
miſericordē. Ceſarius Virtu
tum earūdē indiciū emanās ex
oſſibus eius eſt oleum.

Capitulū. lxxxiiij.

Retulit nobis dom9 He
ricus abbas de ſtimenu qd̄ de
oſſe eius dū nobis de eodēʒ pti
culā frangeret gutta olei eru
pit. Quā ne ſuper terrā caderet
vix retinuit. Sed quid dicam
de gutta cū ei9 ſacra tūba ſicut
hij q̄ in iſtā ti de ſyna venerunt
teſtant oleo ſit repleta. Vide
rūt enī caput eius cū capilliſ et
oſſibus natare in oleo De quo
cūa monachis loci diuiſa vaſ
cula ſacri liquoris recipent tā
nobis q̄ȝ ceteris religioſ iuertē
tes eadē p bn̄dictione diuiſerit
Apollonī9 Velleʒ nūc ali
quas de nr̄is v̄ginib9 ſcilicʒ vn
decī milib9 audire viſiōes que
nos ad ampliorē illarū incita
rēt veneracioēʒ. Ceſarius Re
ferā tibi q̄dā q̄ hn̄tib9 earū reli
quias terrori ſint ſi circ illas ſu
erint negligētes conſolacionī
aūt ſi habitas venerētur.

Capitulum. lxxxv.

In Foleodesrode domo or
dinis ciſtercienſ q̄ in Thu
ringia ſita ē abbas q̄dā an an
nos paucos Deſūctus eſt qui
circa ſanctorum reliquias ſa
tis extiterat deuotus Vnde ei do
minus huiuſmodi eiviſionem
oſtendē dignatus eſt. Nocte
quadam in ſomnis Coloniam
in eccleſiam ſanctarum vnde
cimū miliū virginū ſe tranſpo
ſitum vidit extra eiuſ ſepta iux
quendam murum tria virgi
nū corpa ſepulta itellexit q̄rū
noia ſūt Theumata Eleumata
Criſtācia Mox Coloniā pgēſ
et locū reuelatū ex cūctis indi
ciis cognoſcens: abbatiſſam

adijt: viſu; expoſuit ⁊ vt ſibi
querẽ liceret q̃s videãt petiuit
⁊ optinuit. Dñ̄s eſt ei q̃daʒ
nomine Vlricus cui ↄſuetudo
erat earūdẽ ſacrarū martirum
corpa effodere. Cōductus ve
ro ab abbe cū in loco denomi
nato duos reperiſſʒ ſarcopha
gos ⁊ vno aperto inter oſſa
ſacra pectinẽ pulcherrimuʒ vi
diſſet ↄcupiuit ⁊ tulit eūqʒ cp
rotkece ſue immiſſuʒ in ſinū p
iecit. A quo cū impediret̃ in fo
diendo eū extraxit. ſup foſſam il
lū ponẽs in loco eminēti. Sup
ueniẽs quedã ex ſororib us taʒ
curialitate q̃ꝛ ſcitate pectinis de
lectata ſecrete tulit ⁊ abijt. Cor
porib9 vero effoſſis ⁊ i ſcrinio
decẽt' ↄpoſitis cū mãe abb cū eis
pficiſſi ⁊ pō fuiſſʒ eadẽ nocte in
forma ⁊ abitu v̄ginali illi in ſo
nis apparẽtes dixerūt. Tecū ire
nō poſſum9 Quibus cū rñdiſſʒ
quare dilectiſſime dñe ſbiũxit
vna. Quia pectinẽ meū pdidi
quē mihi mater mea dedit cuʒ
de patria mea egrederer. Et ille
Quis habʒ illū dña mea. Rn
dit. Rn̄ Vlricus ſepulchrum
meū aperuit ⁊ vidiſſʒ illū cypro
thece ſue impoſuit cū q̄ abſcon
dit illū in ſinu ſuo. Quē cum ex
tractū ſup m̄ginẽ foſſe poſuiſſʒ
ſupueniẽs quedã ſcāmonialis
Friderũdis nomine furata eſt il
luʒ. Mane ad abbatiſſaʒ veni
ens ait. Qđ eſt nom̄ hoīs q̃ vir
gines has effodit. Rn̄t Vlri
cus. Et adiecit. Eſt hic aliqua
dña q̃ vocet̃ Friderũdis. Rn̄de
te ea. Eciã ſbiecit. Peto vt vter
qʒ vocet̃. Qđ cū factū eēt ait Vl
rico. Rn̄ corpa ſacra effodiſti:
pectinẽ ibi iuemiſti certã que ſu
p̃dcã ſunt adiũgens. Rn̄dẽte
illo dñe verꝫ eſt. Cōuerſus ad
Friderideʒ dixit. Et vos dña tu
liſtis illū. Qua ↄfitente ſbiũ
tulit. Rogo ut reſtituatis pecti
nẽ q̄ꝛ ſine illo mecū ire rēnuũt
Queʒ cū celeri9 retuliſſʒ ⁊ ab
abbe in ſcrinio poſitus fuiſſʒ ad
monaſteriū ſuū illas deuexit in
quo cū mlta gloria ſūt ſuſcep
te ⁊ in loco honeſto locate. In
magna fuerãt veneracōe ſʒ hoc
q̃ꝛ diu vixit abbas ille cui ſe re
uelauerãt. Tpe ſciſmatis qđ e
rat int̃ Philippū ⁊ Ottoneʒ re
ges Romanoꝝ cū diuerſa bel
la occuparēt thuringiã timoꝛe
illoꝝ eadeʒ ſacra corpora cū ce
teris reliquijs ⁊ ornamētis de
portata ſunt ſup quandam te
ſtudineʒ locū ſecretū ſatis. Pa
ce terre r̄ddita cū ſingula locis
ſuis r̄ſtituerētur ſcrinū cū vir
ginibus neglectū eſt in iã dcã
teſtudine. Vnde indignantes

duabus vicibꝰ thecā ſuam ter
ribiliter cōcuſſerunt. Ita ut om
nibus poſſet audiri. His eciā
ſacriſte in ſomnis apparuerūt
dicētes ꝙ recedere vellent de lo
co in quo ita haberent̄ cōtēp
tui. Que cū nō proficerēt neqꝫ
cōcuſſionibꝫ neqꝫ reuelacōibꝰ
in quadā nocte ſolemni infra
matutinas āte gradū preſbite
rij ſtantes et in habitu decentiſ
ſimo omnibꝰ apparentes. Primū
inclinauerūt verſus altare dein
de more eorū qui in via ſunt di
rigendi ſe vertētes abbi et om
nibus inclinātes p quoddam
oſtiū qd pene ſup clauſū erāt ex
ierūt. Quas licet oēs vidiſſent
eſtimabāt tamē ſinguli ſe illas
ſingularit̄ vidiſſe. Dictis matu
tinis unꝰ monachorū ducto ſeor
ſū abbe cōfeſſus eſt ſe ante gra
dū hora et mō p̄dcō tres ſpecio
ſiſſimas vidiſſe virgines. Cui cum
reſpondiſſet. Et ego vidi venerūt
alij et reſpōſum eis ſile e. Cūqꝫ
deprehēdiſſet ꝙ ab omnibꝰ viſe
fuiſſent cepit cū omnibꝫ q̄ſtiona
ri q̄ nā eēnt vel q̄ cā foret illiuſ
viſionis. Cui cū diuſi diuſa reſ
ponderēt. Ait unꝰ diuinitꝰ vt
puto inſpiratus. Puto eas fuiſſe
ſacras illas v̄gines q̄ de Coloniā
nobis ablate tanto tēpe ſuper
teſtudinē talē a nobis neglecte

ſunt. Statī accedētes ad ſcrini
um cū nihil in eo repiſſent ter
riti abbatem miſerūt Coloniā ut
illas reduceret. Veniēs v̄o Co
loniā cū abbiſſe et cōuētui rem
p ordinem recitaſſet atqꝫ eaſdē
virgines in locis vnde ſublate
fuerāt repiſſent abbati vt ſibi
redderentur ſupplicātī totuſ cō
uentus r̄ndit. Bene veniāt no
bis dilectiſſime domicelle nr̄e
bene veniant. Certe ex quo vo
biſcū eſſe noluerūt non eas il
luc remittemꝰ. Datūqꝫ ei eſt ca
put cuiꝰdā alterius v̄ginis cū
quo triſtis repedauit. Adhuc
puto eādem. Friderū dixit viuere et
vix aliqua ſoror eſt in eadē ec
cleſia quā tā iocūda lateat hi
ſtoria. Capitulū. lxxxvi

SVnt apud nos de eodē
ſacro collegio due ſacre
virgines eciā p reuelacōes inuē
te dn̄a. Eufemia abbiſſa q̄ ante
ānos paucos defūcta eſt cum
adhuc puella eſſet in ſcolis. Due
ei v̄gines in ſōnis apparuerūt q̄
ſub extrema pte dormitorij qd
cellario cōtinuū erat ſe indigne
iacere cōqueſte ſunt. Illa ſicut
puella viſum ut viſū reputanſ
tacuit. Poſtea cū eſſet adulta ſe
cundo ei in loco eodē ſub forma
et habitu ſpecioſiſſimarum vir
ginū cingulotenus apparuerūt

Quaſi diceret Exīe de loco iſtō
nō poſſumus niſi p te. Tūc me
mor prime viſionis eā que po
cior videbatur īterrogauit di
cēs Qđ eſt nomē tuū? Rñdit il
la Anaſtaſia. Ab illo tempore
Eufemia importūe conuentui ce
pit ſuggerere quatin9 cellari
um vſqȝ ad finē dormitorij ex
tenderēt. dicens ſine ābiguitate
duas ibi virgines eē repiēdaſ
Pollicebatur etiaȝ q tres ſoli
dos cōibus expēſ ſupadderet.
Acquieuit tādē cōuentus a ſicū
mihi retulit Rembodo cōuerſuſ
noſter cui idē opus fueāt com
miſſuȝ cuȝ tra tota fuiſſʒ eiecta
in pñcia pñ dcē ſanctimonialis
ſb fūdamēto muri ſacrī illa duo
corpa ſunt repta. Quas illa pº
usq̄ abbatiſſa fieret nobis trāſ
miſit a celebrata eſt de eis eodē
die miſſa ſolemnit̄ in cōuentu
Apollonius. Nō putabam
hactenus tā efficaces eē viſio
nes nocturnas. Ceſarius.
Sepe p ardēcia lūinaīa corpa
caȝ oñdūtur. nec tñ eadeȝ lūi
naria ut aiūt q̄s videre poteſt
niſi corpe ſit virgo. Multa de
huiuſmodi viſiōibus Cōrad9
prior loci ſancte Marie dicere
cōſueuit. q̄ cā breuitatis omitto
Apolloni9. Placet ne ſacris
illis virginibus q ſic caȝ corpora p diuerſas puīncias diui
dūt? Ceſai9. Ad hoc enī ſe
oñdere dignantur vt in mltis
locis earum memoria habeat.

Homo qui. Ca. lxxxvij

Hdaȝ religioſus de ordine
viatorȝ cū apđ quādaȝ matro
nā tuiciensē hoſpitaret cōque
ſtus eſt illi q dēcē ānis laboraſ
ſet p reliquijs ſcāȝ vndecī mi
liū virginū nec aliquid tamē
ex eis poſſʒ optinere. Cui9 ad
hoc cū auxiliuȝ imploraſſʒ. illa
homini cōpaſſa eccleſiam caȝ
adijt. ſororib9 p eo pces porri
gere volēs. Cūqȝ ad tūbā vni
us virginis oraret. genu lapi
di ſuperpoſito q̄ maximus erat
apponens temtauit qđ tñ fieri
poſſe nō ſperauit. Mira pietas
ſacraȝ martirȝ. Mox vt imbe
cillis femina lapidē pſſit modi
cuȝ ille ceſſit. adeo vt ea que in
tus erāt videret. Que dum nul
lū adeē conſpiceret manu imiſ
ſa q̄tū voluit de oſſibus tulit
dans ea viatori. Statīqȝ lapi
de q̄ vix a ſex viris abſqȝ īſtrumē
tis moueri poterat eadē qua pº
us facilitate reuoluto. grās ſā
ctis agēs vgīnib9. leta redijt
ad ſua. Sanctoȝ anime licet
ſemper vultū cōtemplent dñium
habēt tñ reſpectū ad corpa ſua
a cū viderit nos deuotos circa

illa mu ltū in hoc delectantur.

MOnuſus q̄dā lxxxviij. de ordie nr̄o cū ex eadē ſocietate quedā v̓ginū capita ad monaſteriū ſuū deferret ex deuocōe ea cū vino lauit. loca de oſculans Eadem nocte puella valde ſpecioſa in ſomnis eidem apparuit ouſo eūq3 oplexās ait Heri qn̄ caput meū lauiſti tā amicabilit̓ me deoſculatus es ego tibi mō vicē rependam Ille pfeſſione3 ſuam cōſiderans ut oſculū puelle vitaret caput retraxit ſicq3 ex eo dē euigilauit. Qui ſtatī intellexit viſionem

Appollom9 Cum in ſtratis et cetis ciuitatis Colonie beatarū virginu3 vndecim miliū paſſim oſſa repiantur videtur mihi fieri poſſe vix qn̄ ſepe aliena eis oſſa admiſceant̄ Ceſari9 Retulit mihi mōchus q̄dam de veteri monte in quo ampli9 q̄ mille dicūt̄ eē corpa qnt̄ laſ falſas it̄ ſe eē paciāt̄ r̄liq̄as.

TEmpore q̄dā cū lxxxix. pluria illic allata fuiſſēt corpa mōchi lauert̄ illa Cūq3 eadē poſuiſſent ſup ſedes capituli. pānis mundis ſubſtratis et ſiccarētur fetor intollerabil̓ quaſi ex eis exalans oīm naēs infecit. Timēs dn̄s Hoſwyn9 abbas fetorē eundē ex aliq̄ dyabolī ludibrio fuiſſe creatū ut p eū deuocōnem fratrū erga reliquias martirū extinguere3 aſſumptis ſecū ſacerdotib9 veſtes ſacras induit cū quibus circa oſtiū capituli ſtans ſic ait Adiuro te immunde ſpūs p eū qui venturus ē iudicare viuos et mortuos et ſeculū p ignem ut ſi aliq̄d tui operis eſt in hoc fetore mani feſtetur et annichiletur. Desq3 honorem deo et ſāctis hijs Mira res Vix verba opleuerat et ecce os grāde equinum cūctis videntibus de medio reliquiarū exiliēs. ex capitulū q̄ſi turbine impulſū piectū ē. Cū q̄ et omnis fetor extractus ē. adueniēq3 odor ſuauiſſim9. Tūc oēs deo grās egerūt quia dyabolū i ſuo ope cōfudit et ſāctos ſuos glorificauit Hec de de virginib9 audiuiſſe ſufficiat. ſie ferā tibi adhuc vnā viſioē3 mirificā a virgine viſam q̄ ſupra dictis ordinib9 equalit̓ cōueniat et v̓ginū viſiones cōcludat.

NArrauit m̄ nu xc. per ſacdos q̄dā de ſaxonia i q̄dā mōſterio cui9 nomē m̄ exprimēnō potuit: puellā fuiſſe puulā q̄ tn̄ feſtiuiſ noctib9 vigilijs ſolēnibus intereſſe pmittebatur et eiſdem nondum explēs ire dormitum conpellebat̄

Jn quadã feſtiuitate cũ mgrã
in tercio ut puto Nocturno v̓
ginẽ ſcapul' ad excudiẽdũ impelle
ret a illa remitteretur nec pficere
ret. triſtis quidem exiuit ſʒ iuxͣ
choꝝ remanens reſidua pau
dire voluit. Cũqʒ inceptus fu
iſſʒ ymnus. Te deũ laudamus
celos vidit apiri a i ipos cho
rũ cũ cãtãtib9 ſbleuari. Qñ ve
tum ẽ ad locuʒ illũ. Tibi õnes
ãgeli a reliqua vidit vniuſos
ordines ãgeloꝝ a ſingulorũ
ordinũ ãgelos ſingulos demiſ
ſis capitib9 flexiſqʒ genib9 ma
nibus extẽſ deũ adorare ſimul
õibus pclamãtib9. Sãctus
ſanct9 ſanct9 domin9 de9 ſaba
oth q̃ trinitatẽ pſonaꝝ in vni
tate cẽcie cõfitebãtur. Simi
le fecerũt apoſtoli ad illũ locũ
Te glorioſ9 apoſtolorũ cho
r9. Et cũ chorus incepiſſʒ Te
pphetarũ laudabil' numer9 õ
nes patriarche a pphete pdcõ
modo adorabãt. Venerunt a
martires in ſuis diſtinctõib9
a i primo verſiculo ſcilicet Te
martiꝝ cãdidatus laudat ex
exercitus in laudẽ erũpẽtes ma
ieſtati pcidebãt. Jdẽ de cõfeſſo
ribus vidit a virginib9. Cũqʒ
extremus ymi verſicul9. i. Jn te
dñe ſperaui nõ cõfundar in et̃
num decãtaretur chorus ad t̃
ram deſcendit a celũ ſe clauſit.
Puella õia hec vidẽs a ſuſpi
rans ſe tãto bono defraudataꝫ
oculis pprijs cõqueſta eſt. Cũ
qʒ vbertim fleret a mane ſorori
bus eãm ſciſcitãtibus viſuʒ di
cere nollet mgrã eaʒ aggreſſa
eſt. Cui rñdit. Deus vobis ig
noſcat q̄ tãtã mihi grãm hac
nocte ſbtraxiſtis a recitauit ei
viſionẽ. Cui illa. Noli flere bo
na filia nũq̃ de cetero te exire
cõpellã. ¶ Apollonius. Mirifica
ſunt que recitas. ¶ Ceſarius.
Vis nũc audire octauo loco
ex hijs aliq̃ que viſu. auditu a
guſtu pcepta ſunt. nec tñ p̄di
ctis ordinibus pter diſtãciaꝫ
inſeri potuerunt. ¶ Apollonius
Volo ac deſidero. ¶ Ceſari9.
Sicut in capite huius diſtin
ctionis p̄miſſuʒ eſt. ſcalã erexi
p quã huane viſiõi ſancti con
deſcenderẽt cui9 duo laterã duo
dixi gñã viſionũ corpale a ſpi
rituale. Octo eciã inſerui ſcan
dilia. ſupmuʒ attribuẽs Chri
ſto reliqua ſex. ſex ordinibus
ſanctorũ de quib9 ſufficienter
dictũ eſt. Jn octauo autẽ gra
du diuſaꝝ rerũ viſiões locabo
p̄mo tñ eã q̃ viſa ẽ de loco nr̃o
Ju anteq̃. ¶ Ca. xci.
D onuentus noſter de clau
ſtro eiſſ9 fuiſſʒ dñs Hermã9

nunc abbas loci ſancte Marie
tunc ſimplex mōchus in clau
ſtro. nocte quadā p viſu ante
gradū preſbiterij ſibi ſtare vi
debatur ⁊ datus eſt ei in manꝰ
crucifixꝰ ut fieri ſolet in emiſſi
one alicuiꝰ cōuētus Stabant
⁊ circa eū viri cādidati. Vidit
eciā in choro fluuiū limpidiſſi
mū q̄ p vtrūq; chorū fluebat
⁊ in eo naui. Quā cōſcendens
cū tā rapidiſſimꝰ eſſet curſus
eius ut nauis in vnā colūnarū
impegiſſ; niſi p themonē eius i
duſtria fuiſſ; auerſa. nō ſtetit
donec venirent ad locū quēdā
infirmitorio noſtro proximum.
Venerūt ⁊ cū eo ſupdicti viri
candidati. Tunc oſſa arida
humana cum capitibus ex om
ni parte mirabili quadam vir
tute a deforis vltra murum ca
debant Erant enim ut Ezechie
lis viſionis recordor multa val
de. Stante conuentu īter mō
tem Stromberch ⁊ iam dictū
locum Saluator qui īt̄ eos
ſtare viſus eſt vnum ex mona
chis dure ſatis retraxit alium
modeſtius ammonens ſtatuit
Ecce talis fuit viſio ¶ Appol
lonius Que eſt illius īterpre
tacio? ¶ Ceſarius Deus illi p
oſtendit q̄ futura erant de loco
noſtro tūc quidē; obſcura mo
do plana valde. Dominus Phi
lippus Colonienſ archiepus
ſciens ordinem vigere ī Hem
merode ⁊ de illo limpidiſſimo
fluento ariditatē ſue dyoceſ
irrigare deſiderās de eadē domo
cōuentū ſibi dari petiuit ⁊ op
tinuit Electi ſūt ex mōchis xij
⁊ predictus Hermānus in ab
batē eis ordinatus eſt Qui an
gradū preſbiterij ut lōge an
te preuiderat crucē ſuſpiciens
cū eis p nauigiū venit in mōte
Stromberch In quo tribꝰ an
nis commorati deſcenderūt in val
lem q̄ nūc dicitur vallis ſancti
Petri illic muro de quo ſupradi
ctū eſt ſe claudentes Oſſa illa
arida deſignāt hoīes ſeculares
ſpiritualis gracie immunes q̄i
valle conuerſi ſunt ad vitam
religioſam. fluuius qui p ora
toriū cum impetu fluebat ſigni
cat domus eius religionem q̄
clara eſt p puritatem tradicō
nū et impetuoſa per feruorem
obſeruacōnum Quod nauim
a colūna auertit ſine cauſa nō
fuit. Nam cum ꝯuentus ſuper
prefatum veniſſet montem. et
multa neceſſaria deeſſent q̄daꝫ
reminiſcentes edificiorꝫ ⁊ alio
rū multorū que dimiſerant et
murmurantes vellent redire do
miꝰ Hermānꝰ abbs cum ſemel

ac ſcd̄o de pſeuerāciā eos monu
iſſʒ nec ꝓfeciſſʒ q̄i themonem
nauē a columna ſubmouens ait.
¶ Ceſſate ſtate. nullus noſtruʒ
reuertetur. Ego aūt themōeʒ
abieci. Is aūt quē dure retrax
it Chriſt9 cū alijſ quidē ſcrip
tus fuerat ⁊ nominat9 ſʒ ſubſe
quētis importuna peticōe ſub
motus. Ipe eſt Johānes ſacer
dos quē dn̄s modeſte extra hos
ſeorſum ſtare fecit. Cū cōuētu
emiſſ9 cū cōuentu nō ſtetit qꝛ
p licēciā extortaʒ remiſſus eſt.
Hec eſt viſionis interpretacō
ſcd̄m ꝙ ab ipſo didici abbate
Hermāno. ¶ Apollonius Ni
hil hic ut video actū ē ſine nu
tu diuino. ¶ Ceſarius. Naui
gātibus eiſ i reno ſicut adhuc
ōnes q̄ ex eis viuūt teſtes ſūt
viderūt ſupra ſe in celū circuluʒ
lucidū ⁊ ſeptē in eo ſoles. ¶ A
pollonius. Quid p circulū vel
quid p ſeptē ſoles videtur tibi
intelligendū. ¶ Ceſari9 Per
circulū eū dem intelligo eterni
tatē ſancti ſpiritus p ſepteʒ ſo
les ſeptē eius dona quib9 bo
no exēplo eiuſdē cōgregatio
nis puicia eāt illūinata. ¶ xcij.

Quidā cōuerſus qui cū
eodeʒ cōuentu miſſus eſt
Rudolphus nomine vir bon9
ac religioſus cū die quadā de
pūata veniens illotis manib9
oratoriū noſtruʒ intraret ⁊ ex
ordine ſe aſpergere teneretur
intra ſuas cogitacōnes dicē ce
pit. Aqua hec ſācta eſt ⁊ bene
dicta nec decet ut manib9 imū
dis te illa aſpergas. Cui mox
in aere vox clara rn̄dit Q d ego
mūdaui tu nō potes polluere.
Et cognouit ibi magiſ deo diſ
plicē immūdicias cordis ꝙ cor
poris. In anime puritate deus
delectatur. ¶ Ca. xciij.

Monacho cuidaʒ deus oſ
tēdere volēs anime ſue puri
tatē in exceſſuʒ mētis illū addu
xit In quo exceſſu puerum pul
cherrimū intra ſua viſcera cōtē
platus eſt. Ad ſe aūt reuſus in
tellexit eūdem fuiſſe animā ſuā
dei munere ab ōni labe criminū
mūdataʒ. Puer enī a puritate
dicus eſt. ¶ Apollonius. Puto
ꝙ nō ſit tutū ſi homo multiſ cō
ſolacōnes ſuas manifeſtet. ¶
Ceſarius. Per mltos labores
⁊ temtacōnes ⁊ hec ſecrete diui
necō ſolacōnes adipiſcūtur. ⁊
facilime manifeſtate ſubtrahū
tur. Vtrūqʒ verū eē ſingulꝭ tibi
ondaʒ exēplis. ¶ Ca. xciiij.

Duʒ nup hoc āno ſcilicʒ i
quadā domo ſcīmonali
ū ordinis noſtri a celleraria p
totū conuētū pictācia id ē pua

frixa diuideret neſcio quo ca
ſu, vna ex eis neglecta eſt. No
tamen arbitror actu caſu ſed
diuino nutu ut dei gloria mani
feſtaretur in illa. Pacientiſſime
autē defectū illū ſuſtinēs ymo
neglectā ſe gratulans cū deo gra
cias referr; ſūm⁹ ille abbas iuui
ſibilem ei pictanciā miſit. Cu
ius inenarrabili dulcedine ſic
repletū eſt os eius fauces viſce
ra et venter, ut nūquā aliquid ta
le ī vita ſua ſentiret dulcedo hec
corpalis erat. Porro in mēte et
in anima dulcedine ſpūali de⁹
tā copioſe viſitauit eā ut diceret
abbi noſtro quod omnib⁹ dieb⁹
vite ſue pictanciis omnib⁹ ca
rere vellz dūmō in cōſili dulce
dine et hoc tm vna vice ſibi lice
ret deliciari. Pro qua idē abbas
noſter ad ei⁹ peticōnē p graci
arū actōne ymnū. Te deū lauda
mus ſingulis nobis iniunxit.
¶ Appollonius Si deus ſic ex
cellenter tantillū remunerat in
pñti vita nō ambigo qn mag
nas tribulacōes mirifice remu
neret in futuro. ¶ Ceſari⁹. Qz
facile hmōi cōſolacōnes in pre
ſenti perdant. Ecce exēplū.

¶ Capitulum. xcv.

Conuerſus quidam ī He
menrode cū in oracioib⁹
ſuis mellifluam diuinitus accē
piſſz dulcedinem et ob hoc ſe
pe labores ſuos negligeret ma
giſter ſuus crebro eum arguit
dicēs. frater certis temporib⁹
eſt orādum et certis tempibus
laborandū. Ille ſicut homo ſim
plex ut increpantem placaret
reſpondit. O magiſter ſi ſcire
tis cauſam non mihi imputa
retis. Rogo ut detis mihi oſcu
lum. Putabat enī quod impſſione
labiorum eādem ſentire poſſz dul
cedinē. Cui mox ut oſculum de
dit ille: graciā irrecuperabilit
ut puto perdidit iſte. Simile
pene habes ſupra capitulo q
drageſimo ſecundo. de conuer
ſo qui angelū ſepe viditā di
cendo graciam pdidit. Cauſas
vero ſubtractionis gracie ī pñ
ti plures ee alibi tibi aſſignaui
Quidam tamen licet aliis ſibi
diuinitus oſtenſa referāt non
ob hoc graciam pdūt ſicut ſu
pradictū eſt de Herico conuer
ſo in Hemenrode. ¶ Ca. xcvi

Henricus idem cū grangie
que hart dicit preeſſz a
die quadam in Maio ſegetes
curtis oracōes ſuas ruminādo
ſolitarius circuiret hominem
quendam ſub arbore piro ſti
lis q illic ī agro ſinglarit ſitaē
otr ſe ſtare aſpexit. Erat ei decētis
ſtatue capill. can⁹ barba plixa

tunicā habēs talarē et clauſam
ſcapulare vero latū vltra genu
a logū· eratq̧ vultus eius āge
licus. Quē cū ꝓpius accedenſ
ſalutaſſz dicēs· bn̄dicite frater
rn̄dit ille domin9· Et adiunxit·
Quomō placet tibi ordo tuus
frater? cōuerſo rn̄dente bene·
iterū adiecit Bn̄ tibi placere de
beret qꝛ nulla vita tāte pfectiō
nis eſt in eccia dei Cui9 aſpect9
cū multā cōuerſo incuteret re
uerēciā; volēs cōuerſus aliquā
ei dare occaſionē petēdi aliqd
ait· Cur ſic nudis incedititis pe
dibus· Rn̄dente illo tal' eſt cō
ſuetudo noſtra· Subiunxit· Pe
to vt mihi liceat vob̄ dare calce
os et nobiſcū hodie pn̄deatis·
Et recuſauit vtrūq̧ dicēſ Mo
dicus cibus mihi ſufficit et ſoci
is meis Cūq̧ aliqua ſecre eius
tractaſſent is qui viator vide
batur conſulto aliū diem ad eū
dem locū pfixit A quo modicū
diſcedēs in plano loco nuſquā
comparuit· Quo viſo Henri
cus expauit Feſtināſq̧ ad clau
ſtrū priori ſuo Hermāno nūc
abbati in loco ſcē Marie que
dcā ſunt vel geſta p ordinē re
citauit· Cui ille· Cautus eſto
frater qꝛ nō omne verū eſt qd
verū appar;. Mox ut eū videris
ex remoto ſignab te et cū ꝓpin



quaueris ei iterū eo vidēte ſig
nab te· diceſq̧ benedicite. Qd
cū feciſſz ſbriſit ille dicens· Iu
ſte facis ſignādo te· qꝛ nō ōne
verū eſt qd verū apparet. Neq̧
hoc ipm hēs a te ſz prior tuuſ te
docuit· Ego inquit illū diligo
eo qꝛ religioſ9 ſit et amator diſ
ciplīne et qꝛ quotidie orat pro
oi ecclia et ordine· Qd et verū eſt
Mēcionē etiā habuit domini
Euſtacij abbatis clauſtrie do
mini Henrici abbatis nr̄i in illo
aliqua corripienſ et in iſto plu
ra commēdans· Et recitauit ei
omnia more Heliſei q̄ in cōcla
ui cū priore ſine alijs fuerat lo
cutus· Poſtea cū idem cōuerſus
die quadā dicto cōpletorio ali
quid optinē niteretur a deo ve
nijs et lacrimis et nō pfeciſſz· il
le curia clauſa oſtioq̧ firmato
diligent' oratorij ad eū intrauit
increpans eū et dicens· Stoli
de putas qꝛ vi poſſis aliquid
extorqre a deo? Si nō eſſz tibi
modo paratū ꝓpter priorē tuū
forte amēciam incurriſſes No
cte quadā cū idē Henric9 de fu
cto aliquo in ecclia deportato
ſediſſz an altare infirmorū· Vi
ator de quo dicere nō poſſum
vtrū āgelus fuerit an homo: ei
apparēs ſignauit ubi prior eſ
ſet Cui cum ille reſignaſſet in

infirmitorio eſt ſigno reſpon
dit. Ego noui hec. bene eſt ibi
Inclinanſq; corã eodẽ altari re
cedens et ante alia tria altaria
que ſũt in abſide ſimile faciẽs
chorũ monachorũ intrauit et nõ
cõparuit. Sepe illũ teſtabat᷑
ſe vidiſſe in choro circueũtem
imuta claritate. Cui cũ ex pte
prioris conuerſus tunicã optu
liſſet et cingulũ: tunicaq; recuſa
uit cingulo ſuſcepto Ego inqt
eũ dabo bono cuidam monacho
Eberbacenſi et magis ei pderit
qȝ ſi ego vterer illo. Remiſit ei
et cingulum laneũ. precio quidẽ
uiliſſimũ ſȝ v̓tute precioſũ Per
quod et ſanitates facte ſunt et
plurimũ valet contra ſtimulũ
carnis. Quem cũ eciã rogaret
ut ſe priori oſtendere dignaret᷑
reſpondit. Dñs noſter nos fre
quẽter mittit in iheruſalem et
alia eque remota loca et ſi vi
deret me prior poſſȝ p eius in
terrogaciones legacio mea ĩ
pediri. Et adiecit. Dic priori
vt ſollicitus ſit circa excitãdos
fratres ne dormiãt cum pro de
functis cantant quia ſicut mi
lites cõgregãt᷑ ad torneamẽ
tum Ita anime cõfluũt ad offi
cia defunctorũ. ¶ Apollonius
Puto qȝ mortui viuis i hoc of
ficio ſollicitis dũ indigent vicẽ
caritatis rẽpẽdãt. ¶ Ceſari9 Hoc ti
bi vno oñdã exẽplo. ¶ Ca. xcvij.

EST quidã canonic9 i Alden
ſele Rudolphus noie lõ
gendeu9 et circa officia diuina valde
ſolicitus Nũqȝ aliquã horã in
choro negligit dũmõ incedere
poſſit ſicut teſtis eſt Alardus
nr̄ nouici9 quõdã illi9 canoni
c9 Quodã tẽpe dũ defcm̄ natu
re patet᷑ Ita ut incedẽ nõ valẽs
lecto decũbẽt nec tñ aliqd doloris ſe
tiret cũ horas ſuas dicere non
poſſȝ quoſdã viros cãdidos i
ſuppellicijs et tõſura clericorũ
certis horis adeſſe vidit qui ei
oẽs horas decãtabant. Qui
bus dictis dicebãt ad inuicem
Nõ exeamus et ſinam9 eũ qui
eſcẽ Quos cũ frequẽter cõtẽpla
retur et filiã ſororis q̃ ei miniſtra
bat nõ poſſe illos videre deplẽ
diſſȝ Intellexit qȝ anime cõca
nonicorũ ei9 erãt qb9 ipe bene
ficia impenderet. Quia ad ſacra
mẽta corpis et ſãguis Chriſti
feſtino. diuiſ hic viſionib9 finem
ipono. ¶ Explicit viij diſtictio.

¶ Incipit plog9 in nonã diſ.

LOcutur9 tecũ de ſacrãmẽto
corpis et ſãguis xpi cũ ti
moẽ illd attẽpto qȝ vbi ſola fi
des opat᷑ et rõis iudiciũ exclu
dit᷑ nõ ſine piclo diſcurrit᷑ vñ
nl noui ſui iuſitati ide dicẽs pſuo

ſƺ que ſacti ſiue doctores eximij de illo ſeſerũt ſũmatim replica bo. Adijciã ⁊ exẽpla plurima q̃ mihi a pſonis ꝓbatis memini recitata. In quib⁹ ſi aliqua fu erit queſtiõe digna ut ſcrupu l⁹ remoueat̃ tua diſcutiantur interrogacõe.

Explicit Prologus.

Incipiũt Capitula in diſti ctione nonã.

De ſacramẽto corpis ⁊ ſan guinis Chriſti Interro gatõ. quid ſit ſacramẽtũ: que res ſacramẽti: que cauſa inſtitu tionis: que forma: q̃s mod⁹ diuiſionis vł ſũptionis: Ca.i

De Godeſcalco de Volmũſtei ne qui Chriſtuƺ ſb ſpecie īfan tis in manib⁹ ſuis vidit. ca.ij.

De Adolpho ſacerdote qui in hoſtia vidit virginẽ cuƺ infan te deĩn agnum poſtea crucifix um. Ca.iij.

De Epiſcopo Liuonie q̃ Chri ſtũ vidit in altari. Ca.iiij.

De ſacdote de Vuitkindiſbg qui i canõe dubitãs vidit cru dã carnẽ. Ca.v.

De ſacdote q̃ hoſtiã in ore ob maleficia ſuãs de eccĩa egredi nõ potuit. Ca.vi

De corpe domini in eccĩa fura to qđ a bobus in agro prodi tum eſt. Ca.vij.

De Apibus q̃ baſilicaƺ corpi dñico fabricauerũt Ca.viij

De pena mulieris paliticoe ꝓp ter corpus dñi qđ ſup caules ſuos ſeminaueãt. Ca.ix.

De muſca q̃ circa corpus dñi in hora ſũptionis volitãs mor tis penã ſoluit. Ca.x.

De muribus qui hoſtias non bñdictas rodẽtes lrãs non te tigerũt. Ca.xi.

De corpe dñi qđ in flumẽ pie ctũ hẽticos dimiſit. Ca.xij.

Itẽ de corpe dñi qđ naue cõ fracta ad reliquas naues na tauit. ca.xiij.

De corpe dñi qđ Colonie de manibus ſacerdotis labẽs lapi di inaculoſe ipreſſuƺ ẽ. ca.xiiij

De hoſtijs in Anro de clicorũ inſamia excuſſis. ca.xv

De eccĩa obuſta ⁊ corpe domi ni intacto. ca.xvi.

De abbate Daniele q̃ formaƺ ſanguinis vidit i calice. ca.xvij

De Heilardo ſacerdote de Vunniſdorp q̃ formam hũa ni cruoris vidit i calice. ca.xviij

De ciue hildẽſhemẽſi: q̃ i cano ne vidit caliceƺ cũ dubitarƺ ſã guinẽ dñi exuberãtẽ. ca.xix.

De Hertuuico ſcolarẽ q̃ vidit formam ſanguinis in calice in Riſene ca.xx.

De Hildebrãdo ſacerdote de

muſteme q̄ vidit ſpeciē cruoris
i calice cū duob9 militib9. xxi.
De corporali ſacramento infu
ſo qđ ablui non potuit donec
incluſa dubitās illud videret.
Item de corporali in ca. xxij.
fuſo i quo ſanguis hūan9 ap
paruit. ca. xxiij.
De infirmo cui ablucio cōuer
ſa eſt in ſanguinē. ca. xxiiij.
De nobili femina cui vltima
ablucio ꝑ panē ſuſcepta cōuer
ſa eſt i ſanguinē. ca. xxv.
Qualʼ dēat eē vita ſacdotū xxvi
Que exigantur in ſacerdote vt
xp̄i corpus poſſit cōficere.
De ſacerdote clauſtri xxvij.
in cui9 manib9 infra canonem
xp̄us viſus eſt. ca. xxviij.
De Hermanno abbē in cuius
manibus Henricus de bart cri
ſtū vidit in miſſa. ca. xxix.:
De ſacerdote qui īfra canonē
a terra ſuſpenditur. ca. xxx.
De Vlrico monacho vilarieñ
De ſacerdote cui ca. xxxi.
dn̄s tantā cōtulit deuocionem
ut venter eius dirūpi videatur
accedenti ad altare ca. xxxij
De Richmūde que hoſtiā in
eleuacōne ad inſtar criſtalli vi
dit ꝑlucidam ca. xxxiij:
Item de deuocione eiuſdem
quando cōmūicabat et de clari
tate quā vidit ſuper altare i ca
none ca. xxxiiij.
De femina religioſa Braban
cie quā Chriſtus ꝓpriis mani
bus cōmunicauit ca. xxxv.
Itē de Hildegūde vidua quā
Chriſt9 ꝑ ſeipſū cōicauit.
De cōuſo liuonie q̄ cōi xxxvi
care deſiderans hoſtiam repeit
in ore ſuo ca. xxxvij.:
Item de Erkebaldo de burde;
cui idē cōtigit cū ei ob occaſio
nem cognati ſacramentum fu
iſſet negatū ca. xxxviij.
De corꝑali dulcedīe ſcōialis
quā ꝑcipit i ſacro canoē xxxix
Item de dulcedine Aleydis
abbatiſſe monaſterienſ ex ſac
cōmunione ca. xl
De cōuerſo qui cōicaturus vi
dit Chriſtū ſanguinem ſuū q̄
ſtillare in calicem ca. xli.
De conuerſo qui vidit i os al
terius conuerſi ſacerdote; mit
tere puerum pulcherrimum.
capitulum. xlij.
De Mauricio epiſcopo pariſi
enſi qui in fine ſuo per conmu
nionem ſacram ſeſum recepit.
De puerulo ca. xliij.
qui hoſtiam non benedictam
corpus non eſſe domini depre
hendit. ca. xliiij.
De conuerſo qui per deſideriū
conmunicandi ſpiritum meru
it ꝓphecie. ca. xlv.

De femina religioſa que com munione ſibi negata dulcedi nē ei9 ſēſit in gutture ſimilit' illius odorē ex remoto percipi ens. ca.xlvi.

De femina q̄ de ſolo corpore Chriſti vixit. ca.xlvij.

De milite qui virtute ſacre cō munionis in duello triumpha uit. ca.xlviij.

De milite qui ſuſpēſus mori n̄ potuit donec Chriſti corpus p̄ cepit. ca.xlix

De ancilla ſacerdotis q̄ gratia dominici corporis ſenſum recē pit. ca.l.

De milite qui coram Chriſti corpore in luto veniā petēs luti immūdicias nō ſēſit. ca.li

De hereticis qui in eccl'ijs fura ti ſunt corpus dn̄i et vno ꝓpter hoc ſuſpēſo. ca.lij.

De ſacerdotibus indigne con ficientibus. ca.liij.

De ſacerdote in Waldemare q̄ carbones viſus eſt maſticarē in pceptōe ſacramti. ca.liiij.

De ſacerdote Friſone q̄ calca uit corp9 dn̄i. ca.lv.

De Petro medico qui ſb̄ ſpē panis tm̄ credidit eē ſacramtuʒ et nō rem. ca.lvi.

De ſacerdote malo a q̄ infans Chriſtus in miſſa faciem auer tit. ca.lvij

De Eruuino ſacerdote q̄ cor p9 dn̄i i miſſa pdidit. ca.lviij.

De Daniele abbate qui in ca lice repit crudā carnē. ca.lix

De ſacerdote ſine ordinib9 ce lebrāte cuius manus ſacer ig nis deuorauit. ca.lx.

Item de alio q̄ ſine ordinib9 celebrans crucifixū vidit lacri mantē. ca.lxi.

Quomodo ſacra Eucbariſtia ſumi debeat. ca.lxij.

De Viurico diuſo qui carbo nes ſumere viſus eſt loco ſac̄ menti. ca.lxiij

De cōuerſo ꝓpetario q̄ corp9 Chriſti ſumere non potuit. Capitulum.lxiiij.

De hoſtia q̄ in Belle de corpo rali reſiliuit ob vermiculū in ca decoctū. ca.lxv

De corpali quod ob tactū im pregnate ſanctimonialis ſan guineam contraxit maculam. Capitulum.lxvi

Item de corpali qd' Godeſcal cb9 i exſiccatōe rupit et dn̄a virtus repauit. ca.lxvii.

Expliciunt none diſtinctio nis capitula

Eadem nona diſtinctio: de ſacramento corporis et ſangui nis Chriſti Incipit feliciť.

Intertogacio q̄d ſit ſacra
mentum: que res ſacramen
ti: que cauſa iſtitucionis: q̄
forma: quis mod⁹ conuer
ſionis vel ſumpcionis. ¶
Ceſarius ¶ Capi. p̄mū.

VNiuerſa eccle
ſie ſacramenta.
corporis et ſāgui
nis Chriſti ſac̄
mentū precellit
In ipſo via. veri
tas. et vita. Via quia digne acce
dentes ducit ad deum. Vnde et
viaticū dicitur Veritas quia ede
tes Chriſto incorporat. Vn̄
et ſacra cōmunio vocatur. Vi
ta quia Chriſto incorporatos
in anima mori non ſinit Vnde
et eucbariſtia dicitur ideſt bo
na gracia. De primo ſaluator
dicit. Ego ſū panis viuus q̄ de
celo deſcendi. Si quis mandu
cauerit ex hoc pane: viuet in e
ternum et cetera Ecce via. Qui
deſcendit ipſe eſt et qui aſcēdit
ſecum ducens omnia ſua men
bra. Alia in re. Alia vero in ſpe.
De ſecundo Item dicit. Caro
mea vere eſt cibus et ſanguis
meus vere potus eſt. Ecce veri
tas. Ait et de tercio. Qui man
ducat panem hunc viuet in e
ternū ecce vita. Simile intelli
gas de calice Nec abſq; miſterio



de corpore et ſanguine Chriſti in
nona diſtinctione tractandū
ſuſpicor quia numerū nouenariū
phus exterminatori omnium
ideſt morti aſſignauit. Et xp̄c
qui eſt vita omnium nona ho
ra diei in cruce expirauit. Sa
cramentum hoc fit in commeo
racionem dominice mortis. Vn
de apoſtolus in prima epiſto
la theſſalonicenſibus ſcribit di
cens. Quocienſcumq; mādu
cabitis panem hunc et cali
cem bibetis. mortem domini ā
nunciabitis. ideſt repreſenta
bitis donec veniat ad iudiciū
ſcilicet Ita gloſa exponit. Ap
parente eo in gloria ceſſabit fi
gura Omnia que in ſuperiorib⁹
diſtinctionibus dicta ſunt ſci
licet de conuerſione. de contrici
one. confeſſione. ſatiſfactione
et ſimplicitate. quedam ſunt
preparamenta ad hoc ſacramē
tum. Nulle eciam viſiones ma
gis fidem roborant quam cum eū
quem ſub ſpecie panis et vini
latere credimus oculis corpo
reis intuemur. ¶ Apollonius
Antequam mihi viſiones diſſeras
peto ut breuiter me expedias
Quid ſit hoc ſacramentum.
que res ſacramenti. que cauſa
inſtitucionis. que forma. quis
mo⁹ cōuerſionis. quis mo⁹ ſumpcionis

¶ De ſacramēto Euchariſtie tractand' eſt cū timore ac reue rencia q? magis i illo opātur fides q̄ racō hūana· Audi tam̄ breuiter que maiores nr̄i de il lo ſenſerūt· Tria ſunt in ſacra mento hoc cōſiderāda· Vnuz qd tātū eſt ſacramentū· Alte rum qd eſt ſacramentuz et eſt res· Terciuz qd eſt res et nō ſa cramentū· ¶ Apollonī9 Quid eſt ſacramentū tātū? ¶ Ceſa rius Spēs viſibil' panis et vi nı· ¶ Apollonius Quid eſt ſa cramentū et res? ¶ Ceſarius· Caro Chriſti ꝓpa et ſāguis? ¶ Apollonius Quid eſt res et nō ſacramentū? ¶ Ceſari9 Miſtica Chriſti caro ecclēe ſci licet vnitas· ¶ Apollonius· Quare dicitur ſacramentuz? ¶ Ceſarius Quia ſacre rei eſt ſignū· Aliud ibi videtur Et ali ud ibi creditur· ¶ Apollonius Que fuit cauſa inſtitutionis? ¶ Ceſarius· Quia dominus vt dicit Euſebi9 Emiſſen9 cor pus aſſumptū ablaturus erat ab ocul' noſtris et illaturus ſi deribus neceſſe erat vt in die ce ne ſacramentū vei corpis et ſā guinis cōſecraret vt coleretur iugiter p miſterium qd ſemel offerebatur in preciū ¶ Apol lonius· Que eſt vtilitas in hāc

inſtitucōne? ¶ Ceſarius· Du plex eſt in eo vtilitas q? in illi us pceptione augetur virtus ideſt caritas et eſt medicina q̄ tidiane infirmitatis· Vnde Au guſtin9· Cōſecratur quotidie hec oblacio licz Chriſt9 ſemel paſſ9 ſit q? quotidie peccam9 peccatis ſine q̄bus mortlis infir mitas viuere non poteſt· Et q? q̄tidie labim̄ : q̄tidie Chri ſtus p nobis miſtice immolat' ¶ Apollonius· Que eſt forma huius ſacramenti? ¶ Ceſari us· Forma attēditur in verbis et in rebus· In verbis q? cū hec vba pferūtur· hoc ē enī corp9 meū· Et poſt· hic eſt ſanguis meuſ cōuerſio fit panis et vini in corpus et ſanguinē Chriſti Vnde Ambroſius· Sermōe Chriſti hoc oficitur ſacramtū quia ſmo xp̄i creaturā mutat et ſic ex pane fit corp9 xp̄i et vi nū cū aqua in calicem miſſum fit ſāguis· cōſecracione verbi celeſtis· ¶ Apollonius· Quis eſt modus ouerſionis? ¶ Ce ſarius Modus ē ineffabilis· Panis vt dictū eſt : cū hec ver ba pferūtur hoc eſt corp9 me um dei virtute p miniſteriū ſa cerdotis trāſit in corpus Chri ſti Simile intelligas de vino manentibus tn̄ accedentibus

coloꝛe ſcilicet pondere et ſapoꝛe
¶ Appolloni⁹ Poteſt de aliq
grano niſi de frumento hoc ſa
cramentū confici? ¶ Ceſari⁹
Sicut ſanguis nō cōficitur ni
ſi de vino et hoc expꝛeſſo ita nec
coꝛpus Chriſti nō de frumento
et hoc in panē redacto qꝛ dn̄s
grano frumenti ſe cōparauit nec
nō et pani ¶ Appolloni⁹ Quis
eſt modus ſumpcionis? ¶ Ceſa
rius Dupliciter ſumitur. ſpiritu
aliter et ſacramētaliter Bon⁹
vtroqꝫ mō manducat Malus
vero ſacramētaliter tātū Sic
nō māducās manducat et ecō
uerſo. ¶ Appollonius Quare
ſumitur ſub duplici ſpecie cū ſub
vtrāqꝫ Chriſtus ſit tot⁹? ¶ Ce
ſarius Vt oſtenderet ſe totam
hūanā naturā ſuſcepiſſe vt to
tam redimēt Panis enī ad coꝛ
pus ſanguis ad aīam refertur
Hec tibi breuiter dicta ſuffici
ant qꝛ in ſentēcijs de hijs ple
nius tractatur ¶ Appolloni⁹
Cū omnia que dicta ſūt credā
Quatuoꝛ tamē mihi pꝛobari deſi
dero non ſentencijs ſꝫ exēplis
Primuꝫ eſt qꝫ ſub ſpecie panis
ſit verum coꝛpus Chriſti natū
ex virgine. Scōm qꝫ ſub ſpē
vini ſit verus ei⁹ ſanguis Ter
cium qꝫ digne conficiētes ſiue
communicantes mereantur grā

ciam. indigne autem penam.
¶ Ceſarius Dicam tibi plura
de ſingulis exēpla fidei noſtre
ſatis neceſſaria que mihi a per
ſonis pꝛobatis ſunt relata.
¶ Capitulum. ij.

Fuit apud nos monachus
quidam Godeſcalc⁹ no
mine de caſtro Volmenſtey
ne oriundus et in maioꝛi eccle
ſia Colonie canonicus. Ante
conuerſionem ſatis extiterat lu
bricus ſꝫ bn̄ moꝛigeratus Mo
dica ei ſciencia litterarum ine
rat ſed ſpiritus ſciencie et pieta
tis ad magnā vite pꝛfectionem
illū puexerat Hic cū an̄ hos ſex
ānos in die natal' dn̄i ad pꝛiua
tū quoddā altar' miſſam cum
multa deuociōe et lacrimis ut ei
moꝛis erat inchoaſſet ſcilicet.
Puer natus eſt nob'. factaqꝫ
tranſſubſtanciacione nō iam
in manibus ſuis ſpeciem pan'is
ſed infantē pulcherrimū pꝛimo
ſpecioſiſſimum illum foꝛma pꝛe
filijs hominū in quem et ange
li pꝛoſpicere cōcupiſcunt tenu
it et vidit. Cuius caritate ſuc
cenſus et mira pulchritudine de
lectatus complexus eſt euꝫ ac
deoſculatus. Timens tamen
moꝛam pꝛopter circumſtantes ſu
per coꝛpoꝛale dilectum poſuit
et ille ut miſſa perfici poſſet

formā ſacramentalem reſum
pſit. Qm̄ diu beatus ille vidit
ſpēꝫ infantis nullā ibi vidit ſpe
ciem panis et ecōuerſo. Qui cū
neſcio cui viſionem reuelaſſet
tacita perſona ſua et ille aliis q̄
dā die de auctore tāte viſionis
interrogatus me audiente rn̄
dit Certiſſime illa die xp̄c hic
viſus eſt et nihil plus dicere vo
luit. Poſtea duobꝰ ſacerdotibꝰ
Theoderico ſcilicet de Lurcke
et Cōſtantino viſionē reuela
uit. Quod intelligēs Vuinā
dus infirmariꝰ noſter poſito eo
in infirmitario ait. Bone frat
Godeſchalce vidiſtis in miſſa
ſaluatorē? Reſpōdente illo ſim
pliciter. eciā. adiecit. In quali
forma? In forma inquit infan
tis. Et ille. Quid feciſtis ei? Reſ
pondit Oſculatus ſum eū ante
os ſuū. Ad q̄d Vuinandus.
Et q̄d pꝰtea actū ē? Ego ait
ſup altare eū poſui et reuſo eo
in formā priorē ſumpſi illum
Eadē die moriens cōfeſſus eſt
abbati noſtro dn̄o Henri
co. ¶ Apollonius. Glorioſa ſūt
que dicis. Sed miror ſi talia
aliqñ reuelātur eciam mal' ſa
cerdotibus. ¶ Ceſarius. Sic
bonis ad bonitatis remuneraci
onem ita nōnūq̄ dominꝰ ma
lis ſacerdotibus ſe oñdere dig
natur ad correctionem verbi
cauſa. ¶ Ca. iij.

Dum dominus abbas pre
dictā viſionē viſitādi grā
tia pergēs in Friſiā cuidā mili
ti recitaſſꝫ ille Adolpho ſacerdo
ti de Dieſerne recitata replica
uit. Qd vbi ille audiuit ſuſpi
rās ait. Ad quid dominus deꝰ
viris ſāctis et i fide perfectis ta
lia oſtendit? Mihi peccatori
meiqꝫ ſimilibꝰ qui ſepe de hoc
ſacramento dubitamus huiꝰ
modi viſiones deberēt reuelari
Die quadā. Cū ideꝫ Adolphꝰ
miſſam celebrarꝫ et añ Agnus
dei hoſtiā leuaſſꝫ ad frangēdū
In ipa hoſtia virginē in ſede
reſidere infantēqꝫ in ſinu ſerua
re cōtemplatus eſt. Noſſe vo
lens quid eſſꝫ ex altera parte
mox vt hoſtiā vertit agnum in
ea coſpexit. Quā rurſum regi
rās vidit in ea quaſi p vitrum
Chriſtūꝫ in cruce pēdentem ca
pite inclinato. Vides hoc ſac
dos extimuit diu ſtans et delibe
rās vtrum ibi ſbſiſtere vel ſac
mentū pficere deberet Cuiꝰ fle
tibus dominus placatus ſacra
mento formā priorē reddidit
et ille miſſam perfecit Cūqꝫ po
pulus de tāta mora miraretur
ipe ābone aſcēdēs cū lacrimis
ppl'o viſionē retulit et ſignati

ſunt eadē hora ab eo homines
q̄nquaginta. Erat enī octaua
apoſtolorum Petri et Pauli.
Nec miror ſi ſic perſpicue et tā
iocunde ſicut Godeſcalchus e
um videre non potuit. quem q̊
tidie ſibi ad iudicium immola
uit et ſumpſit. Habebat enim
concubinam. Nuper tamen au
diui q̄ vitam ſuam occaſione
ut ſpero eiuſdē viſionis emen
dare incipiat et feminam in mo
naſterio ſāctimonialium ī Ru
nengen locare proponat Hec
mihi a Bernardo monacho no
ſtro recitata ſunt ipſiq̄ ab eo
dem Adolpho ſaluator corporis
ſui veritatem in hoc ſacramen
to ut prefatus ſum homīs ſacer
dotibus oſtendere dignatur vt
conſolentur in fide nutantibus
ut erigantur male viuentibus
vt terreantur ecce exempla.

Capitulum quartum.

Venerabilis epiſcopus Li
uoniensis magiſter Lamb
tus decanus ſanctorum apoſto
lorum ī Colonia cum ante an
nos paucos ſimul ad curiā per
gerent imperialem et in via de
ſcripturis ſermocinarentur eci
am mencio habita eſt de corpe
Chriſti. decano in hoc ſacramē
to efferente fidem Chriſtianam
epiſcopus reſpondit Ego noui
ſacerdotem qui nuper oculis
corporalibus Chriſtum ī alta
ri vidit. A quo cum decanus p
ſonam tanta viſione dignam
extorquere tunc non potuiſſet.
ultima die quando ſeperandi e
rant ab inuicem epiſcopus ei cō
feſſus eſt quia ipſe eſſet. Hec idē
decanus retulit prepoſito Plei
ſenſi et ipſe mihi Q̄ vero deus du
bitantibus de hoc ſacramento eciā
ſuam carnē oſtēdat ſubſequens
ſermo declarat.

Capitulum quintum.

Nondum puto duos an
nos eē elapſos: q̄ ſacer
dos quidam de ſacramēto cor
poris Chriſti dubitās ī caſtro
cui nomen wickindiſburg ce
lebrauit. Cui cum in canone
de tam mirabili conuerſione pa
nis in corpus Chriſti heſitarē
dominus ei in hoſtia carnē cru
dam oſtēdit. Hanc cum vidiſ
ſet eciam vir nobilis widekindus
ſtans poſt tergum eius dicta
miſſa ſacerdotē in partē traxit
et quid infra canonem egerit
vel cogitauerit diligenter inquiſi
uit. Ille vero tam de viſione q̄
interrogacione territus confeſ
ſus eſt et nō negauit ſe eadem
hora de ſacramento dubitaſſe.
Et retulit vterq̄ alteri ſe crudā
carnem in hoſtia vidiſſe.

Itē. Vuidekinus filiam habet
Syfridi Rinkel in cōiugio fi
liā ſororis abbiſſe de Rindorp
que mihi āno p̄terito eādē vi
ſionē recitauit. Vis etiā noſſe
ꝙ male vite ſacerdotibus do
minus oñdat ꝙ ab eis crucifi
gatur? ¶ Apollonius. Volo.
¶ Ceſarius. Audi viſionē ter
ribilē. ¶ Ca. vi.

SAcerdos quidā luxurio
ſus feminā ꝑcabatur. Et
cum illi⁹ non poſſꝫ habere ōſē
ſum dcā miſſa corpus domini
mūdiſſimū in ore tenuit ſpērās
ſi ſic illā deoſcularetur ꝙ vi ſa
cramenti voluntas eius ad ſu
os libitus inclinaretur. Sꝫ do
minus q̄ ꝑ Sachariā ꝓphetā
cōqueritur de huiuſmodi ſac̄
dotib⁹ dicēs Et me crucifigitis
gēs tota die tali ordine male
ficia eius impediuit. Cū exire
vellꝫ de oſtio ecclīe ſic ſibi creſ
cē videbatur ut laq̄ar oratorij
vertice pulſaret. Territus mi
ſer hoſtiā de ore ſuo extrxit et q̄
a mtis inopſerat in angulo ec
cleſie eā ſepeliuit. Timēs vero
vltionē diuinā ſup ſe oci⁹ ven
turā ſac̄doti cuidā ſibi familiari
cōfeſſus eſt ſacrilegiū. Qui ſi
mꝉ ad locum accēdētes reiecto
puluere nō reperūt ſpēm panis
ſꝫ formā licet modicā hominis
in cruce pendentis. Erat enī car
nea et crueta. Quid poſtea de
ea factū ſit vel quid ſacerdos
egerit nō recordor ꝙ diu eſt ex
quo hec mihi ab Hermanno
cantore noſtro cui hiſtoria ſa
tis nota erat recitata ſunt ¶ A
polloni⁹. Deterior fuit iſte cru
cifixoribus Chriſti. ¶ Ceſari⁹
Verū eſt q̄a ſi illi cognouiſſent
nūq̄ dn̄m glorie crucifixiſſent
Iſte cognitū cōtempſit et cōtē
pnendo crucifixit. Iā tibi ſatis
ꝓbatū arbitror ꝙ ſb ſpecie pa
nis ſit verū corpus Chriſti et
tā a malis q̄ a bonis ſacerdoti
bus cōficiatur. ¶ Apollonius
Si ſacerdotes omnes talia au
dirēt auditiſq̄ crederent puto
ꝙ plus q̄ mō deifica ſacramēta
honorarent. ¶ Ceſarius. Sa
tis mirabile ē ꝙ nos homines
pro quorū ſalute hoc ſacramē
tū inſtitutum eſt tam tepidi ſi
mus cū bruta animalia vermes
et reptilia in illo creatorem ſu
um recognoſcant. ¶ Ca. vij

IN villa que Comele dici
tur nocte fures ecclīā in
fringentes inter cetera etiā ſcrī
niū cū corpe domini inde tulerūt
Qui cū nihil aliud in eo p̄ter
reliquias et pixidē cū ſacramē
to repiſſent nil prorſus de eis
curātes eandē pixidē ſup ſulcū

agri ville proximi ponẽtes cõ
fuſi receſſerunt. Mane cum ru
ſticus cum aratro et bobus in e
odem agro araret veniſſent q̄
animalia iuxta pixidẽ ſtupen
tia ſteterunt. Quos cum ara
tor ſtimularet nec procederẽt
nunc recalcitrando. nunc exor
bitrando iratus ait. Quis dy
abolus eſt in bobus iſtis? Nõ
enim clare videre poterat qui
a in ortu diei arabat. Diligẽci⁹
tamen circumſpiciens deprehẽ
dit ante pedes boum pixidem et
ſcrinium eccleſie ſue iuxta illã
Tunc cauſam rebellionis non
ignorãs omnibus i agro dimiſ
ſis in villã recucurrit tã ſacerdo
ti q̄ ceteris q̄ acta ſunt referẽs
Tunc omnes ſimul in agrum
deſcendentes cum cruce thuri
bulo et cereis corpus dominicũ
in eccleſiã reportauerũt Huic
proceſſioni interfuit Godefri
dus p̄or de Houene qui mihi
iſta recitauit. Silenter hono
rem ei A ſini exhibuerũt de pla
tea in lutum deſcendendo ſicut
me dixiſſe recolo diſtinctione
quarta capitulo nonageſimo
octauo. Audi nunc de vermi
culis. ¶ De apibus que baſili
cam corpore dominico fabrica
uerunt.
¶ Capitulum. octauum.

Mulier q̄dã cũ apes mul
tas nutriret et ille n̄ pficerẽt
ymo paſſim morerent̄ cũ cõn
hoc remediũ circũquaq̄ que
rẽt dictũ eſt ei quia ſi corp⁹ do
mini inter illas locaret mox lu
es ipſa ceſſaret. Que eccleſiam
adiens et ſe communicare velle
ſimulans corpus domini ſup
ſit q̄d ſtatim a ſacerdote recedẽs
extraxit et in vno ex alueolis il
lud locauit. Mira dei potẽcia
Vermiculi creatorẽ agnoſcẽ
tes de fauis ſuis dulciſſimis ho
ſpiti dulciſſimo capellulam mi
re ſtructure fecerũt in qua alta
re eiuſdẽ materie erigentes ſacra
tiſſimũ corp⁹ ſup illud poſue
runt Et benedixit dominus op
ibus eorũ. Proceſſu tẽpis cum
femina idem vaſculum aperuiſ
ſet et iam dictum oratorium cõ
ſideraſſet expauit currensq̄
ad ſacerdotem confeſſa eſt ei
omnia et que egit et q̄ vidit.
Tunc ille aſſumptis parrochi
anis ſuis ad vaſculum vene
runt apes circumuolantes et in
laudem creatoris bombizantes
abegerunt. capellule parietes
feneſtras. tectum. campanile.
oſtium. et altare admirantes.
corpus domini cum laude et
gloria retulerunt. licet autem
mirabilis ſit de⁹ in ſãctis ſuis.

mirabilioꝛ tñ in hꝯs minimis p̄
dicatur. Ne ergo aliquis de
cetero tale quid preſumat refe
ram tibi rē terribilē quaꝫ mihi
āno preterito magrā de inſula
ſancti Nycolay recitauit. ca. ix.

Fuit ī eadeꝫ inſula puella
quedaꝫ obſeſſa layca ta
mē quā ⁊ ego ibidē vidi Requiſi
tus dyabolus a quodaꝫ ſacer
dote cur tāto tp̄e taꝫ crudeliter
Hardiſa de eo geme torquere
tur p os puelle rn̄dit. Quare
bene ⁊ optime meruit. Ipſa al
tiſſimū ſup olera ſua ſeminauit
Qui cū verbū min⁹ intelligēt
nec ille exponere velleꝫ. ſacerdos
feminā adijt. quid de ea diabo
lus dixerit expoſuit. monēs ne
notaret ſi intelligeret Que ſta
tim culpam cōfeſſa eſt dicens.
verbū bene ītelligo q̄ nunq̄
tñ homini p me publicatuꝫ eſt
Rn̄ iuuēcula erā ⁊ ortuꝫ excolē
duꝫ ſuſcepiſſem nocte quadā
mulierē vagā hoſpicio recepi
Cui cum dāna orti mei expoſu
iſſeꝫ aſſerēs ōmia holera ab eru
cis deuorari Reſpondit illa Bo
nā te inſtruā medicinam. Acci
pe corpus dn̄i ⁊ cōminue illud
ſicq̄ʒ ſup holera ſpgas ⁊ ſtatiꝫ
lues ceſſabit Ego miſerā cui ma
ioꝛ cura erat de orto: q̄ de ſa
cramēto cum in paſcha corp⁹
domini ſuſcepiſſem ⁊ extractuꝫ
de ore feciſſem ſicut edocta fue
rā. q̄ holeib⁹ in remediū mihi
teſte dyabolo factū eſt in tormē
tuꝫ. ¶ Apollonius. Crudelioꝛ
erat mulier hec miniſtris Pyla
ti qui Iheſu mortuo pepercerunt
ne oſſa ei⁹ cōminuerēt. ¶ Ce
ſarius. Idcirco vſq̄ʒ hodie luit
maximū id peccatū ⁊ ſunt cruci
atus eius inauditi. Attēdant
hanc penā ⁊ ſi non culpā qui
deifica ſacramenta ad tempoꝛā
lia vel quod execrabili⁹ eſt ad
maleficia cōuertunt. Eciaꝫ ver
mes ſi reuerēciā circa hoc ſacrā
mentum negligant aliquādo
pena mulctātur. ¶ Ca. x.

Anno p̄terito cū quidaꝫ
ex ſacerdotibus noſtris
coram epiſcopo Theoderico miſ
ſam quotidianā de domina no
ſtra celebrareꝫ. In ipſa hora fra
ctionis muſca grandis circa ⁊
ſupra calicem volitare cepit ita
importune ut quaſi vi velle in
trare videtur Sacerdos timēs
ac tremens cuꝫ man⁹ haberet
occupatas ⁊ muſcā exſufflareꝫ
nec pficeret Henricū diaconū
qui hora eadē epiſcopo pacē
porrigebat tuſſiendo crebrius
aduocauit. Tūc illa alacri vo
latu altius labens preſūpcōis
culpam ibi luit q̄ p⁹ morulā

cōpleta ſumpcōne atqꝫ ablucı
one intuente ſacerdote quem
turbauerat quaſi lapillus int̄
cōrle et calicē extīcta ruit Quā
diaconus de altari proiecit. ¶
Apollonius. Satis me delcāt
horum oracio. ¶ Ceſarius. E
ciam dominꝰ in ſimplici pane
tanto ſacramento aſſigto qn̄
qꝫ miracula opatur. ¶ Ca. xi.

NOndum annus vt puto
transijt qꝫ hoſtie plures a
miniſtris propter fiſſuras ſiue
puſtulas reprobate in Ebba
co in feneſtra altari contigua
proiecte ſunt Accedentes vero
mures omnia que erant extra
circulos deuorabant litteras et
que intꝰ erant in nullo penitꝰ
ledebant. Sacriſta iſta cōſide
rans reputauit p miraculo ¶
Apollonius. Quid eſt queſo
qꝫ mures vel vermes in ſacram̄
to altaris comedūt? ¶ Ceſari
us. Spēs tm̄. In illa Chriſtus
videtur et tangitur et ab indig
nis iniuriatur. Corpus eius ve
rum qd̄ ſub illa latet glorifica
tum eſt Et quia immōrle eſt n̄
poteſt corrumpi quia ſplendi
dum eſt nō poteſt a nobis vi
deri. quia ſubtile eſt. non pōt
a nobis palpari. A ſacerdote
quidē tenetur ſꝫ non tangitur
niſi mediante ſpecie. Species

ipſa videtur. tangitur frangit̄
maſticat̄ ſaciat corrumpitur et
iniuriatur. Quando aliqd̄ hor
attribuitur corpori Chriſti de
ſpecie debes intelligere. Tanta
eſt gloria huiꝰ ſacramenti vt
non ſolum bruta in quibus ai
ma motabilis eſt. ſed et inſenſi
bilia eciā virtutē eiꝰ ſeciāt ver
bi cauſa. ¶ Ca. xij.

TEmpore illo quando ma
nifeſtari ceperunt hereſes
Albienſes quidā maligni. vir
tute dyabolica ſuffulti quedā
ſigna atqꝫ portenta oſtēderūt
qbꝰ et eaſdē hēſes roborauert
et multos fideliū in fide ſbuerte
runt. Sup aqs ābulauerūt et
nō ſunt ſubmſi. Cernens hoc
ſacerdos quidam fide catholi
cus et vita religioſus ſciens ve
ra ſigna cum falſa doctrina eē
non poſſe. corpus domini cum
pixide ad flumen vbi illi popu
lis ſuas oſtenſuri erant virtu
tes deportauit Dixitqꝫ in audi
encia omnium. Adiuro te dia
bole per eum quem in manibꝰ
porto ne in hoc flumine ad hu
ius populi ſubuerſionem per
hos homines tantas exerceas
fantaſias Poſt hec verba illis ſup
vndas fluminis ābulātibꝰ vt
pꝰ ſacdos turbatꝰ corpꝰ dnicū
i fluuiē iactauit mirā xpi potēcia

Mox enī ut elementū tetigit
ſacramentū fantaſia ceſſit veri
tati· ⁊ pſeudo illi facti q̄i plum
bum deſcēdentes in ꝓtendum
ſunt ſubmerſi· Pixis vero cum
ſacramento ſtatī ab angelꝫ ſb
lata eſt· Videns ſacerdos hec
ōnia de miraculo quidē exulta
uit· ſꝫ de iactura ſacramenti do
luit· Totā vero noctē in lacri
mis ⁊ gemitu tranſiens mane
pixidē cū ſacramento repit ſu
per altare· Hec nob eodē tēpe
relata ſunt Aliud i mari de cor
pore dn̄i cōtigit miāculū qd n̄
ſileto· ¶ Ca·xiij·

Quando in iſta magna ex
pedicōne naues ex omni
pte Alemānie cōgregate mar̄
intrauert· ob cauſas diuerſas
p̄ceptū eſt ſacerdotibus ne in
aliqua naui corp⁹ dominicum
ſeruaretur Que cū ōnes iuſſis
obtēparēt vna ſola nauis Fri
ſonū obedire noluit que citiuſ
inobediencie penā ſoluit Dei ſi
quidē iudicio ofracta eſt ⁊ pi
xis ſeruās corpus dn̄i cū ceteris
que in naui erāt eiecta· Homi
nes vero alijs nauibus ſbueni
entibus liberati ſunt· Et ecce vi
dēt emin⁹ pixidē in pelago na
tātē que tā celeri motu ad na
ues feſtinabat vt velificare vi
deretur· Que cū in nauim vnā

recepta fuiſſꝫ aliud in ea viſū
eſt miāculū Cū opculū ei⁹ eſſꝫ
patulum nec zona circa nodū
firmatū inter vndas illas pro
celloſas ne vna quidē guttula
intrauit· Herman⁹ decan⁹ ſan
cti Bereonis in Colonia qui
pn̄s fuit ⁊ hec vidit ꝑ magno
miāculo ea ſolꝫ recitare· Terra
enī in hoc ſacramēto ſuū recog
noſcit auctorem· ¶ Ca·xiiij·

Pleban⁹ ſancte Colūbe
in Colonia cū in quadā
ſolemnitate Paſchali populū
cōmunicaret hoſtia de manu
eius lapſa cecidit ſup pauimē
tum lateribus ſtrātum Vt autē
dn̄s ſe ondērꝫ dn̄m terre ſicut
⁊ maris· mox vt hoſtia quan
tū ad ſpeciem modici pōderis la
pidem tetigit lateris illi durici
a ceſſit· ita vt circulus ⁊ littere
in illo apparerēt: queadmodū
fieri ſolꝫ· cū molli cere ſigillum
imprimitur Sacerdos territ⁹
mox hoſtiā leuauit ⁊ laterem
eruit In quo cū taꝫ ipſe q̄ mlt̄i
alij tm̄ miāculū vidiſſent ⁊ ex
pauiſſent: conſilij inops ſacer
dos: locū tā miābiliter hoſtia
ſignatū raſit: Puluerē ponens
inter reliquias Huic miāculo
Arnold⁹ monachus noſter
dicit ſe interfuiſſe Vt etiam do
minus oñderet in aere potēciā

ſuam tale quid fieri permiſit.

¶ Capitulum. xv.

IN villa cuiꝰ Haynrode vocabulū eſt. ſacerdos quidam eſt nomine Euerhardꝰ Hic ante ānos paucos. ad eccleſie eiuſdē feſtiuitatem vicinos ſacerdotes cōuocauit. Solemniſantibus eis in veſpis circa altare ⁊ inſanientibus vnꝰ ex eis pixidem que ſuper altaē cū corpore dn̄i pēdebat caſu cūtit: ⁊ quiq; ex ea hoſtias excuſſit. Quod vbi cōperunt ceteri mox organa ſua ſuſpēderunt. Querentibus eis hoſtias ⁊ nō inuenientibus populo eiecto ⁊ foribus obſeātis. dum omnes angulos perſcrutarentur nec cōpererent. Unus eorum diuino nutu ambitum qui erat circa murū aſcendit. vbi eaſdem hoſtias in modū crucis diſpōitas attendit. Erat enim idem circuitus pixidi multo altior. Obſequēs aer ſuo domino corpus eius de pixide lapſum excepit ne ſuper terram laberetur. Vbi ab angelis ſuſceptum in locum illum ſblimem deportatum eſt. Hec mihi a methilde magiſtra de Vſenīch relata. Cognouit ⁊ ignis ſacramenti huius virtutem.

¶ Capitulum. xvi.

NOn eſt diu ꝙ quedam eccleſia i prouincia noſtra exuſta eſt. Cuncq; omnia que cremari poterant in cinerē fuiſſent redacta flammis ſopitis homines intrantes ſolam pixidem cū corpore Chriſti illeſam ſuper altare repererūt. Qđ ꝓ miraculo magno ſicut reuera fuit Cōrado priori loci ſācte Marie ⁊ aliiſq; pluribus referentes. deum glorificauerunt. plurimum per hoc in fide cōfortati. Ecce habes ex hiis que dicta ſunt euidentiſſima argumēta ꝙ omni creature racionabili vt homini irracionabili vt animalibus inſenſibili aque ſcilicet terre aeri. ⁊ igni. manifeſtata ſit virtus huius diuini ſacramēti ¶ Apollonius. Satis mihi probatum eſt ꝙ ſub ſpecie panis ſit verum corpus Chriſti. Nunc autem verum eius ſanguinem eſſe ſub ſpecie vini. ſimilibus mihi exemplis oſtendas ¶ Ceſarius. Noueris conſimiles cauſas eſſe ſubſequentium viſionum quas ⁊ precedētiū Quibuſdā vt iuſtis forma ſanguinis oſtenditur ad deuocionis ſue remunerationē. De ſacr̄mto dubitātibꝰ ad ꝯfortacōnē Male viuētibꝰ ad correpcōnem. Ecce exempla.

¶ Capitulum·xvij·

Bone memorie Daniel ab
bas Sconauie· qnq̄ꝫ p̄
cõ noſter cū in die quadā miſ
ſam celebraret formā humanī
ſāguīs in calice vidit· Et q̄a
tūc tpis nō fuit ſibi oſci⁹ alicu
ius mo̾alis eandē viſionē neq̄
q̄ ſibi ad iudiciū ſꝫ ad oſolati
onē cō ceſſam ſperauit· Huius
viſionis teſtis eſt Gerbardus
monachus noſter aliqn̄ con
canonicus ei⁹ in ec̃cia maiori
Colonie· Competur igitur vi
ſio hec viſioni Godeſchalci: q̄
dn̄m vidit ſb̄ ſpecie pais i for
ma infantis ſicut dictum eſt ca
pitulo ſc̄do Porro q̄ aliqn̄ for
ma ſanguinꝭ q̄buſdā de ſacrā
mēto dubitātib⁹ oñ datur ad
cōfortacōnē ꝑmo ſequens de
clarat· ¶ Ca·xviij·

Heylard⁹ ſac̃dos de Vun
hiuſdorp: cū die quadam
in ec̃cia dc̃e ville miſſam dicerꝫ
⁊ de ſacramēto ex immiſſione
dyaboli piculoſe dubitarꝫ ·qn̄
vētum eſt ad orōnem dn̄icam
vbi calix diſcoopertus deponi ſo
let· hūani cruoris ſpeciē in illo
vidit ⁊ expauit· Ac ſi ei dicerꝫ
domin⁹· Si nō credis ſacram̄
to: veritatē diſcas experimento
Et cū fides via ſit ad ſpeciē· ſpēs
hec ſanguinea te reducat ad ſi

deꝫ· durauit aūt forma illa vſqꝫ
ad ſūptioēꝫ Interfuit eidē miſſe
Hildebold⁹ comes de Limberg
vir fide ⁊ ope parū catholicus·
Heylardus vero ſibi timens:
mg̃ro Johanni decano Aqueñ
viſionē retulit· a quo illā ego
didici· Quod autem huiuſmodi vi
ſiones qnq̄ꝫ fiant nō ſolum ex
culpa ſacerdotiſ ỹmo etiam ex
pſidia circūſtantiū ſb̄ſequens
ꝓbat exēplū· ¶ Ca·xix·

Retulit mihi iā dc̃us mg̃r
Johānes aliā de ſāguine
dn̄i viſionem ſatis terribilem·
Cū in ec̃cia ſc̃e Vualburgiſ
in Hildenſheim· vn̄ ipe oriun
dus eſt ſacerdos miſſaꝫ celebr̄
ret nomine albert⁹· cuius q̄dā
p⁹ tergū eius ſtans· cū ea que
ibi tractabātur min⁹ crederet li
quorē ita in calice exundarē vi
dit· vt ad inſtar olle feruentis
ſupfluens totaꝫ altaris ſupfici
em operiret· Qua viſione ſatis
eſt territus· ⁊ ſpero q̄ ꝑ illam
ad fidē ſacramenti ſit reductus
Habebat autē liq̊r exuberans
formā ſanguinis hūani· Ac ſi
ei voce Chriſti diceretur· Ego
i ara crucis ꝓpter te ſicut aqua
effuſus ſū ⁊ tu de medicina tua
dubitas· ¶ Ca·xx·

Johānes paſtor de Raſe
ne frater carnal' mg̃ri

noſtri Bernardus miſſam q̄
dam die celebrauit ⁊ miniſtra
uit ei ſcolaris quidam adult⁹
nomine Hartuuicus. Qui cū
poſt percepcionem corporis ⁊
ſanguinis Chriſti vinum cali
ci infunderet. viſibilis cruoris
formam in eo vidit. Sacerdoſ
vero videre non potuit. ⁊ ideo
forte q̄a ipſe in culpa non fuit
Idem adoleſcens clericatum de
ſerens factus eſt miles ⁊ vſq̧
hodie ſe Chriſti ſanguinē fun
dere oſtendit. quia multos de
predatur. ⁊ affligit. Referam
tibi aliam viſionem de qua m̄
non cōſtat vtrum propter ſa
cerdotiſ aliquod meritum ſiue
culpā vel ↄ̄cuſtāciū oſſa ē. Ca. xxi

Hildebrandus ſacerdos de
Meſcede iuxta Couardi
am cum die quadā miſſam ce
lebraret. facta tranſſubſtāciaci
one ſanguinem ſacramentalē
ſepedicto modo trāſformatū
vidit in calice. Volens tanti
miraculi habere teſtes duoſ mi
lites ex parrochianis ſuis qui
de miſſe ei⁹ itererāt aduocauit
Qui cum non vini ſed cruoris
ſpeciem cū ſacerdote vidiſſent
expauerunt valde. multum ta
men cōfortati ſunt in fide. A
pollonius. Satis expeditus ſū
de ſacerdote ⁊ circūſtantibus.

ſ; miror ſi aliquando huiuſmo
di miracula otingunt propter
eos q̄ p̄ntes ſunt. Ceſarius
Eciam frequenter. Ca. xxij

Sacerdos quidam in dio
ceſi Colonienſi. quadā
die miſſam celebrans iuſto dei
iudicio calicem cum ſanguine
in canone fudit ſuper corpale.
Qd̄ ſtatim humani cruoris ce
pit formam. Cumq̧ dicta miſ
ſa ſacerdos nimis merens ſup
calicem illud crebrius lauiſſet
rubium colorem abluere non
potuit. Tunc amplius territus
oraciones omnibuſ ſuis parro
chianis inſtituit. corporale la
uit. ſ; non proficit. Quo viſo
tollens ſecum ſacrum linthū
Rodolphū ſcolaſticum Colo
nienſem. virum magni nomiſ
acceſſit ⁊ caſū expoſuit. corpale
oſtendit ⁊ q̄ nullo liquore co
lor ille ſanguineus ablui. nul
laq̧ arte ſiue oracione poteſt
deleri. conteſtatus eſt. Cui ille
ſicut vir prudens reſpōdit Eſt
ne aliq̄s i prochia vr̄a q̄ de hoc
ſacrmēto dubitꝫ. Ait ſacerdos
Eſt q̄dā incluſa q̄ frequent̄ in
de dubitꝫ. At ille Oſ̄dite illi for
te ideo de⁹ veſtigia ſāguis in
hoc corpali delei nō ſinit q̄tin⁹
eius viſ illa i fide robo'ret. Qd̄ faciꝫ
fuiſſ; expauit mlier ⁊ credidit.

et de9 priſtinū colorē in lithꝰo
reformauit. ¶ Ca. xxiij.

Similʼ caſus cōtigit apud
nos. ſine tamē diſſimili.
Cū ſacerdos quidā in eccīa cu
ius nom̄ excidit ſicut a ſacerdo
tis miſſā feſtinant' et neglige̅
ter diceret calicē fudit. Timēs
vero ꝑ tāta negligentia ſi ad
aures p̄latorū deuenirē diuciꝰ
ab altaris officio ſuſpendi caſū
ſuppreſſit. Dictaqꝫ miſſa corpe
rale cōplicauit et abijt Eſtima
bat enim qꝛ nemo vidiſſꝫ Erat
enī ſacerdoſ ille et forte adhuc
eſt male vite. Vagus et negli
gens valde. Cāpanarius vero
quā negligēcia minime latueāt
poſt diſceſſuꝫ ſacerdotis corpe
rale reuoluit. et ecce ſāguis ru
bens ac madēs in ōmibus parti
bus per quas liquor calicis de
fluxerat apparuit Territus ho
mo de tā mirabili viſione ſtati
Coloniā cucurrit. Cōradū nūc
prepoſitū maiorē tūc decanuꝫ
ceteroſqꝫ priores conuenit Et
quid predcō ſacerdoti otigerit
quid ve viderit p ordinem reci
tauit. Cui preceptū eſt ut tali
die allato ſecū corpali Colonī
am rediret vt et veritatē pleni
us agnoſcerent. et qualiter de
tāta negligencia ſatiſfaciēdū
eēt pleniꝰ deliberarēt Ego eo
de tpe veni Coloniā. et recitata
ſūt mihi ōnia hec a Bernhar
do maioris ecc̄ie canōico Quid
vero poſt hec actū ſit nō intelle
xi. Eſt ne tibi adhuc ſatiſfcūꝫ
tot et tantis exēplis an adhuc
plura requiris? ¶ Apollonius
Sic mihi ſatiſfecit oro tua vt
iā nō dico credā. ſꝫ qd̄ āplius
eſt ſciā poſt cōſecracōnē ſb̄ ſpe
cie vini verū eē ſanguinē Chri
ſti Cū enī apoſtolus dicat fidē
eē ſb̄ſtāciā rerꝫ ſperādarꝫ argu
mentuꝫ nō apparentū. q viſu tam
manifeſte ut dcm̄ eſt ꝑcipiū
tur iam nō credūtur. ſꝫ ſciūtur.
Nō ſb̄ tā mlʼtiplici teſtimonio
viſum eſt me vidiſſe reputo. ¶
Ceſarius. Adhuc ſb̄iūgā duo
exēpla p que cognoſces qꝛ eci
am qnqꝫ dn̄ſ in ſimplici liquo
re opetur miracula ad honorē
tāti ſacramēti. ¶ Cap. xxiiij

Sacerdos qdā ſicut mihi
alius quidā religioſus
ſacerdos rtulit infirmū aliquē
viſitauit. Erat idē infirmꝰ lap
cus admodū religioſus. Qui
ait ſacerdoti. Dn̄e mi hodie cele
braſtis? Rn̄dente illo. Eciā. E
grotus ſb̄iūxit. Peto vt manꝰ
quibus tractaſtis ſacrū Chri
ſti corpus et ſanguinē corā me
abluatis. Eritqꝫ mee infirmita
ti eadē ablutio ātidotū. Nō cuꝫ

feciſſʒ. aqua in cratera mundā
recepta eſt. De qua cum bibiſ
ſet infirmus reſiduā in ciſtam
poni iuſſit. et diligenter operiri
Poſtea cum eande aquam req̄
reret puer ad ciſtam accedens
non aquam in cratera. ſʒ purū
ſanguinem reperit. Quo illato
pro ſacerdote miſſum eſt. a q̄
in eccleſiam deportatus. int̄ re
liquias poſitus eſt. ¶ Apollo
nius. Quid ſentis de ſanguine
iſto? ¶ Ceſarius. Non credo
fuiſſe Chriſti ſanguinem. q̄a
aqua in illū minime vertitur.
nec vinum quidem abſqꝫ d̄ita
ſacerdotis benedictione. Deus
vero ob deuocōnem hominis.
elementum mutauit vt oſten
deret ꝙ eundem ſanguinē quē
ſacerdos cōtinue ſumit in eccle
ſia ſacramentaliter. fidelis q̄ſʒ
ī omni loco poſſit ſumere ſpiri
tualiter. ¶ Ca. xxv.

Quedam nobilis femina
de Entenich ſicut a quo
dam edocta fuerat. terciam ab
lucionem ex digitis ſacerdotis
in pane recepit. credens ſi ean
dē per quatuor partes agri ſui
recondere. ꝙ nulla aeris intē
peries vel grādo ſegetes lederē
Paneʒ interim in ſcrinio ſuo re
ponens. Dum tempe oportūo
accederet. quatinꝰ eū per agrū
ſuum diuideret. in ſanguinem
coagulū eum vidit cōuerſum
Territa nimis marito eum oſtē
dit atqꝫ ſacerdoti. Pro qua re
omnes a prioribus Colonienſi
bꝰ citati. ſacerdos ſatis puītꝰ
eſt. illis vix ſe excuſātibus ꝙ
nullū forʒ in eā maleficiū. Non
enī placʒ deo. ſi ad aliq̄s vſus tē
pales ſac̄menta illa ducantur.
¶ Apollonius. Placʒ qđ dicis
Nūc peto vt exempla pferas de
digne oficientibꝰ ¶ Ceſarius
Prius tibi oſtēdē volo q̄lis eē de
beat vita ſacerdotū digne cōfi
cientium. ¶ Ca. xxvi.

Gloria vite ſacerdotal' in
duobꝰ p̄cipue cōſiſtit ca
ſtimonia videlicʒ et ſc̄ia. Debet
ei caſtꝰ eē et lr̄atꝰ. Exēplū caſti
monie h̄es in Zacharia pr̄e Jo
hānis de quo Lucas ſic ait. Et
factum eſt vt impleti ſūt dies
officij eius. abijt in domū ſuaʒ
Vicis ſue tēpore pōtifices tem
pli tantum officijs mancipati
n̄ ſolū a cōplexu vxoris. ſʒ eciā
a domo et ingr̄ſſu abſtinebāt. No
ſtris aūt ſacerdotibꝰ a quibus
nō carnal' ſucceſſio. ſʒ ſpiritua
lis p̄feō querit' qui q̄tidie p̄ſto
dēnt eē altari ꝑpetua caſtitas i
dicitur. Q̄ vō lr̄atus eē debeat
teſtis eſt Malachias: qui di
cit. Angelus ſcienciarum eſt.

a legem ex ore eius requirerent
Hinc eſt q Heli ſedebat ante
fores tabernaculi vt rñderz oi
quenti. Audi quid illitterato
ſacerdoti p Oſee dicatur Quia
tu ſciam repuliſti: repellã te ne
ſacerdocio fungaris mihi. ¶
Apolloni9 Nũquid ſacerdotes
illitterati repellendi ſunt a do
mino ? ¶ Ceſarius Nõ ſz qb9
deẽ vſus ſcie exterioris. habeãt
vt predictum eſt lumbos pre
cinctos et lucernas ardentes in
manibus id eſt opa bona. Qz
ſi ſibi omiſſos illuminare non
valẽt verbo predicacõis. ad
diuinũ amorem illos accẽdere
ſtudeant exẽplo bone cõuerſa
cionis Introiẽs ſacerdos ad al
tare lauare debet faciẽ os et ma
nus. Id eſt maculas cogitacõ
nis. locutionis. et opũ In labro
eneo: qd fecit Moyſes ex ſpe
cul' mulierũ. Aqua eſt otritio
mãutergiũ ofeſſio Yd illa ab
luit: iſta abſtergit. Specula
mulierz ſunt exẽpla ſcãruz aiã
marz. fides ſcilicz Abrahe. obe
diencia Yſaac. lenitas Jacob.
Manſuetudo Moyſi. humili
tas Dauid. zel9 Helye. pietas
Joſie. caſtitas Daniel' In hijs
ſi ſacerdos ſe oſiderauerit facile
cognoſcet ſuam imperfectõnẽ
¶ Apolloni9 Qual' eẽ debeat

cõficiens ſatis oñdiſti. Nunc
me expedias ĩ quib9 oſiſtat po
tẽtia conficiendi. ¶ Ceſarius
Que de hijs legi vel audiui
paucis explicabo. ¶ Ca. xxvij

Tria exiguntur in ſacerdo
te vt poſſit cõficere. ordo
verba intencio. Quartũ ẽ ſba
panis et vini. ¶ Apollõi9 Quid
ſi in calice poſt bñdcõnem pa
nis vinũ p negligentiam non
eẽt ĩ calice ? ¶ Ceſarius Ex cõ
ſuetudine ordinis noſtri cogi
mur credere ibi eẽ corp9 Chri
ſti qz benedictionez panis nõ
repetim9 ſz calicis tñ Simile ſe
cio ſi ſacdos p9 placõnẽ verbo
rum illorz. Hoc ẽ corpus meũ
ſubſiſterz. neqz calicis benedi
ctionẽ pficẽ poſſz Magr petr9
cãtor et ſequaces eius hoc non
cõcedũt. dicẽtes nõ poſſe fieri
trãſubſtãciationẽ panis in cor
pus Chriſti donec plata ſint
hec verba Hic eſt ſãguis et cetã
Quib9 multi doctoruz contra
dicere videntur in ſuis ſcriptis
ſimiliter et verba euangelica.
Prius domin9 benedixit porri
gens illũ diſcipulis ad mãdu
candũ. iã non panem: ſz corp9
ſuũ. Poſteaq̃ cenatuz eſt aliq̃
interuallo ĩteriecto bñdixit ca
licem. Quis dicere audeat ibi
non fuiſſe corpus Chriſti niſi

calice prius conſecrato Nullꝰ
omnino ¶ Apollonius Eſt ne
in tali caſu ſanguis Chriſti ¶
Ceſarius. Etiam non in calice
ſed in corpore. Non enim corpus
Chriſti eſt ſine ſanguine Nec
tamē ineſt per conuerſionem.
quia ante prolacionem horū
verborum. hic eſt ſanguis vinū
nō eſt conuerſum in ſanguinē
¶ Apollonius. Da mihi exem
plum quod ſub ſpecie panis ſit
corpus Chriſti antequam calix be
nedicatur ¶ Ceſarius. Sup
ius capitulo ſecundo habes ex
emplū in viſione Godeſcalchi
qui mox prolatis hijs verbis
Hoc eſt corpus meum. vidit
Chriſtum in forma humana
¶ Apollonꝰ Si ſtatim Chri
ſtus eſt ibi totus ſuperflue vide
tur mihi calix conſecrari. ¶ Ce
ſarius. Sub duabꝰ ergo ſpe
ciebus celebrat hoc ſacramētū
eccleſia. vt anime et corporis ſuſ
cepcio in Chriſto et vtriuſque li
beracio in nobis ſignificetur.
Nec plꝰ ſub vtraque. nec minꝰ
ſub altera tm̄ ſumitur hoc ſacra
mentū. Eadē enī racō eſt vt ait
Hilarꝰ in corpore Chriſti que in
māna pceſſit. De quo qui plꝰ
colligebat. nō amplius habebat
nec qui minus parauerat. minꝰ
inueniebat ¶ Apollōiꝰ Satis
de hijs expeditꝰ ſū. ¶ Ceſariꝰ.
Nō inutiliter hijs premiſſis vi
deamus quātū gracie et glorie
mereantur ſacerdotes digne cō
ficientes. ¶ Ca. xxviij.

In hemmenrode ſacerdos
quidā ſenex Henricꝰ no
mine ante paucos menſes defun
ctus eſt. vir ſctūs et iuſtꝰ. qui an
nis plurimis in eodem cenobi
o fuerat ſacriſta. Hic cum die
quadam in choro cōuerſorum
ad altare ſci Johānis baptiſte
celebraret quidā ex cōuerſis cir
cūſtantibꝰ ſaluatorē in effigie
hominis in manibus eiꝰ contēplatꝰ ē
Ipſe tn̄ ſacerdos nō vidit Hec mihi re
tulit quidā ex ſenioribus domus
illius. ¶ Ca. xxix.

Cum in eodē clauſtro et
ad idem vt puto altare
dominus Hermannꝰ die qua
dam miſſam diceret Henricus
conuerſus de Hart cuius ſupra
ſepe memini. in canone colum
bam miri candoris iuxta cali
cem vidit reſidentem. Vidit
et ante ſumptionem infantem
pulcherrimum qui ex manibꝰ
eius vſque ad ſummitatem cru
cis aſcendere viſus ē. Qui mox
deſcendens ſub ſpecie panis a
ſacerdote ſumptus eſt Ex qua
viſione colligitur quod ſub ſpecie
panis ſit veritas corporis dnici.

et q̄ illa ineffabilis trāſubſtā ciato autoritate fiat ſpiritus ſcī. Hermānus vero viſionē non vidit. Apollonius. De malis ſacerdotibus queſtio mihi nulla eſt. quare aūt boni ſacerdotes eū quē in altari eē credūt nō videant ſatis ammiror. Ceſarius. Vt nō videndo. ſʒ credendo amplius mereātur. fides vt ait Gregorius nō habet meritum cui humana ratio p̄bet experimentū. Cū idē Hermānus tūc prior exiſtēs in Hemērode nocte quadā infra matutinas deuʒ oraſſʒ vt ſibi reuelare aliquid dignaret̄ de ſtatu ſuo mox vt reſidēs oculos clauſit quidaʒ ei aſſiſtens fratrū i quali ciphi a conuiuātibus portari ſolent argēteū oñdit. Ipſe vero ſic mihi retulit oracōnis premiſſe remiſcens. cū intra ſe diceret. quō ptinet ad ſtatū tuū viſio fratri huius ille ſtatū ſuperioreʒ thecam cuius cacumē in nodū deſiēbat manu ſuſpendit. et ecce vidit pixidē dominici corpis cathena aurea ex eodē nodo depēdenteʒ. Sicqʒ viſio diſparuit. Et ognouit prior corpus fuiſſe dñi cum qd iugiter in theca ſui cordis p memoriam circūferre cōſueuit. ſperās ex hoc ſuū ſtatuʒ in oculis dñi minus eē deſpectuʒ.

Quātum in ſacerdotibus digne celebrātibus grā aſcendat. et merita creſcāt viſiones ſubiūcte declarāt. Ca. xxx.

Noui quendā ſacerdoteʒ ordinis noſtri qui hanc grātiā accepit a dño ut quociens cū deuotione miſſam celebraret p totū canonē vſqʒ ad ſacramēti pceptioneʒ i aere ad menſuram pedis vnius ſe ſtare ſentiat. Nec mirū deuotio enī ignea eſt et ſemper nititur ſurſuʒ. nec magni pēdo: ſi qñqʒ ſibi attrahat ſuū exterius domiciliū. Interior vero eius caſa ſiue domiciliū menſē. In qua maiorem habet poteſtatē q̄ illud i celuʒ ſublevat. Cūqʒ tātam gratiam ab alio quodā ſacerdote eius amiciſſimo cōpiſſeʒ ſcire volēs veritatē nō abſqʒ timore ab ipſo cepi ſciſcitari que audieram Qui ſtatim rubore pfuſus. cuʒ me cōfundē nollet ita eē cōfeſſus eſt. Quando feſtinant̄ et ſine deuotione celebrat vel quādo ſtrepitu circunſtantiū impeditur. predcā ei gratia ſubtrahitur. Apollonius: Quantum ex hijs collego ſūmū ſilentiū ſacerdotis deuotio i miſſe ſilētio requirit. Ceſarius Verum dicis. ſi ſacerdos legalis oratu⁹ p ſalute populi ſol⁹ intrauit

in ſancta ſanctorum et omnis
populus ſicut de Zacharia
legitur erat foris expectans.
hora incenſi ne oratem impedi
ret. quanto magis ſacerdos
gratie qui non iam corruptibi
le vna gente ſacriſitium. ſʒ pro
tocius mundi ſalute pater of
fert filium. ſummam in altari
pacem requirit et ſilentium.
Vnde et beatus Ambroſius p⁹
euangelium monere ſolebat
populum vt a tuſſi et omni in
quietudine ſe temperarēt tem
pore canonis. Quod vero deuoci
o ignea ſita ſurſum nitatur vt
prefatus ſum ſequens viſio de
monſtrat

Capitulum. xxxi

In vilario Brabancie an
te hoc biennium monach⁹
quidam defunct⁹ eſt nomine
Vlricus iuuenis diſciplinatus
et valde gratioſus tam corpore
quam mente virgo. Hic cum in na
murco die quinto decimo ante
mortem ſuam miſſam celebra
ret ſicut mihi retulit loci pre
dicti prior. Venerabilis inclu
ſa Vda nomine cui deus multa
reuelare conſueuit. globū igne
um ſup caput eius cōſpexit. E
rat enim tunc temporis Bran
giarius. Qui cum infirmus
in extremis ageret et abbas de
eſſʒ. dixit ei quidam ex circum
ſtantibus. velletis dominū ab
batē mō videre? Eciā inqt Val
de illū videre deſidero vt preſes
ogaudere poſſʒ mihi eunti ad
nupcias. Et adiecit Cras habe
bitis propt̄ me feſtum ſcil; du
as miſſas. Quod ita factū eſt. Nā
altera die dicta miſſa in cōuen
tu. Poſt primam erat enim ka
lendis octobris. animam vgi
neam efflauit. que a celeſtib⁹
paranimphis ſuſcepta in ethere
um thalamū ad nupcias agni
et ad amplexus ſponſi deducta
eſt. P⁹ terciā vero celebrata pro
eo miſſa ſolempniter in conuen
tu. ſcdm quod ipſe predixerat terre
cōmendatus eſt. Et ſicut mihi
dixit dominus Vuilhelmus
nunc abbas vilarienſis. tunc
prior ibidē ne vnum quidē; pec
catum mortale deprehendere
potuit in eius extrema et gene
rali confeſſione. fuerat ſiquidē
magne ſpei Iuuenis vultum
habens angelicum. moribus
bonis adornatus. nacione Co
lonienſis. predicti vero ſacer
dotis perſonam mihi prodere
non licet. Eſt enim vir tante
perfectionis. vt tanta gratia
dignus ſit et verbis eius non
credere. ſi tibi propalaretur ſa
crilegium iudicares. Apollōi⁹

Vlricū quantū ad predictam
viſionē ſimileꝫ iudico ſancto
Martino. De cuius capite cuꝫ
altare bn̄diceret etiā glob⁹ ig
neus emicuit. ¶ Ceſarius. In
vtroqꝫ ſignū fuit mḡne deuo
cionis cui⁹ auctor ſpiritusſan
ctus eſt qui ī igne ſup apoſto
los apparuit. Vn̄ n̄ immerito a
ſacerdote an̄ canonē ſurſuꝫ cor
da habere monem̄ ¶ ca. xxxij.

Alium itidem noui ſacerdo
tē cui accedenti ad altare
tātaꝫ dn̄s ſepe cōtulit deuocōēꝫ
vt eēt vent⁹ eius ſicut ſcriptuꝫ
eſt in Job quaſi muſtū abſqꝫ
ſpiraculo qd̄ lagūculas nouas
diſrūpit Et ſicut ipſe mihi con
feſſus eſt adhuc eni viuit tam
vehementes motus nōnunq̄ in
corde eius deuotio excitauit: vt
pectus diſrūpi videretur Opte
bat eū motus eoſdeꝫ propter
circūſtantes reprimere. Que
peccatorū vincula huiuſmodi
impulſus n̄ diſrūperēt? Huic
cōgruit id dauiticum. Diſrupi
ſti vincula mea tibi ſacrificabo
hoſtiā laudis et cetera. ¶ Apol
lonius. Puto ꝙ valde mundis
manibus ſacrificent qui tam
flāmeum pectus habent ¶ Ce
ſarius. Qꝫ huiuſmodi ſacerdo
tes nō ſolū mundas ſꝫ lucidas
tpe ſacrificij manus habēt exē
pla ſequencia declarāt. ¶ ca. xxxiij

Cum die quadā ſacerdos
quidaꝫ in monte ſancte
Vualburgis miſſaꝫ celebraret
religioſa virgo Rigmūdis cu
ius memini in diſtinctōe octa
ua. capitulo ſeptimo p⁹ tergū
eius ſtans: hoſtiam in eleuacō
ne tā lucidiſſimam vidit et taꝫ
pſpicuā ac ſi fuiſſꝫ criſtallina et
radio ſolari pluſtrata. Nec im
pediebāt pollices ſacerdotis q̄
bus hoſtiaꝫ tenebat in aliqua
parte hoſtie claritatem. qꝛ ea
de grā pollices dotabātur. Nec
duꝫ tamen fcām ibi fuiſſe puto
trāſubſtanciacionē Vocabat̄
autē ſacerdos Vuilhelm⁹ etate
quidē iuuenis. ſꝫ vite regularis
in capella iux̄ Nuſſiaꝫ pfeſſus
Viſionē hāc Richmūdis ipa
ſuppriori noſtro Gerlaco retu
lit. ⁊ ipe mihi. ¶ Apollonius
Si tanta claitas fuit in pane
vt opiaris benedcō puto mḡ
num eē fulgore in ipſo corpore
dominico. ¶ Ceſarius. Hoc ſe
quēs viſio pdit. ¶ Ca. xxxiiij

Cum eadem Richmūdis
ſicut ab eius ore audiui
in predcā eccīa ad miſſam ma
tutinalem ſtaret infra canonē
circa ſacramentū maximā con
tēplata eſt claritatē. Putans
pmo ꝙ radius ſolis p feneſtrā

demiſſus altare illuſtraret ꝓpi us acceſſit. et ecce claitas eadẽ ſenſim ſe oculis eius ſubtraxit Et intellexit ſtatim q̄ lux eadem fuiſſ3 ex claritate corpis Chri ſti non ex ſole naturali cui⁹ or tū eadem hora longe preceſſe rat. De ipſa vero Richmūde et de eius deuocõne circa illud ſac mentū mira dicturus ſum. Qn vero gracia cõicādi accedebat ad altare aliqñ ante percepci onem. aliqñ poſt labebatꝰ te nebatur. trahebatur. nūc men tis exceſſu3. nūc corpis defectū incurrens ita ut dicere poſſet cū Jheremia. Factus ē quaſi ig nis flammigerēs i oſſib⁹ meis et defeci ſufferre non ſuſtinens Videntes hec ſacerdotes ſepe turbabantur et circumſtanteſ admirati ſunt Hec de ſacerdoti b⁹ digne celebrātibus dcā ſuf ficiant Vis nūc audire aliqua de hijs qui digne accedunt et tamen ſacerdotes non ſunt? Appollonius Volo et deſidero valde Ceſarius Qñtū apud deū mereantur gloie et dulcedi nis qñtū gracie et fortitudinis quantū ſalutis et honoris dig ne communicātes ſiue commu nicare deſiderantes varijs tibi pandam exemplis De femi nā religioſa Brabantie: quã Chriſtus ſuis proprijs mani bus communicauit.

Capitulum. xxxv.

Nondū duo anni ſūt elap ſi q̄ quedam rligioſa fe mina in Brabancia Vda no mine de villa que Thorinbais dicitur ardenter nimis cõmuni care deſiderās grām eandẽ; ſibi a ſacerdote ſuo impēdiri humili ter et inſtanter poſtulauit. A quo repulſam paſſa dicente il lo non debere feminas laicas p libitu ſuo cõmunicare ſꝫ certo tempoē fleuit et ingemuit Cu ius ardorem ſummus ſacdos at tendens non diu paſſus eſt eã fraudari a deſiderio ſuo Eadē3 enī nocte cum i ſpū ſuo iacēs vigilaret et oracionibus vaca ret ſaluator cum multo ſplen dore cubiculum eius ingreſſus Pixidem in qua corpus eius in ecclīa ſolebat poni ꝓprijs mai bus portabat. Erat quoq3 cir ca eum flagrancia miri odoris et multitudo angelorum in cir cuitu eius qui concorditer can tabant anthiphonam. Spe cioſus forma pre filijs hominū et cetera Cunq3 illa beata ad tantam gloriam ſtupēt ſtanſ coram ea dominus ait Quia ſa cerdos ille corpus meum tibi negauit nec te cõicare voluit

ego meis manibus te cõicabo
Qđ cũ fecit hoſtiã vnã de pixi
de tollens. Sicqꝫ receſſit. Erat
aũt alia femina religioſa eius
ſocia·in eodẽ cubiculo iacẽs ꝛ
ipa vigilans·q̄ omnia que di
cta ſunt vidit· Qđ cũ ignora
ret altera eſtimans eãꝫ ſopore
fuiſſe depreſſam mane ſciſcita
ta eſt ab ea·vtrũ naꝫ aliq̄d vi
diſſꝫ· Que rñdit· Etiam hec ꝛ
hec de te vidi · Tũc cercior de
viſione effecta mox eciam in
trauit· altare adijt ſacerdotẽ
ꝑ quaſdã verborũ ambages
quid de corpe domini facẽ vel v
bi illud ponere ſoleret interro
gauit· Cui cũ locũ oñdiſſꝫ ſub
iecit. O ſi mihi ſẽp hic liceret v
ſari ꝛ reſpicẽ ad locum hunc
ſcm̄· Petiuit eciam ſibi thecam
reſerari· Qđ cũ factũ fuiſſꝫ ait
ſacerdoti· Noſtis domĩe: quot
hic rꝑoſueritis ꝑticulas? Sic
enĩ hoſtias vocare ſolent· Rñ
dente ſacerdote Etiam optime
Subiũxit mulier Rogo vt nu
meretis illas· Qđ cũ ille feciſſꝫ
ꝛ vna minus repiſſꝫ ·ex nimio
terrore pene amens effectus:
corruit ꝛ fleuit Cũcta ſiquidẽ
fir macula tã ſcriniĩ q̄ pixidis
ſalua inuenerat ·Tũc cũ femi
na cõſolata· q̄d viderit vel q̄d
de hoſtia actũ ſit expoſuit· mo

nens ne de cetero a tãta grã tã
vehemens deſideriũ repelleret
Hec nob relata ſunt a Johan
ne monacho noſtro· qui eodẽ
tpe de predcã villa veniens ve
raciter ea ibidẽ contigiſſe cog
nouit· ¶ Apollonius· Bñdcã
ſit gloria domini de loco ſacto
ſuo ¶ Ceſarius· Non minoris
glorie eſt qđ ſequitur ꝛ ſi nõ
tam manifeſtũ· ¶·Ca·xxxvi·

IN villa Lubbelare q̄ du
obus muliarijs diſtat a
Colonia vidua quedaꝫ hone
ſta ꝛ religioſa erat· Hildegun
dis nomine amica dñi Henri
ci abbatis noſtri Hec more ei9
vidue euangelice pene nunq̄
recedebat de tẽplo ieiunijs ꝛ ob
ſecracõnibus ſeruiens deo· Ha
bebat autẽ filiũ militem iuue
nem nomine Wilhelmũ a q̄
modicũ ei impendebatur hono
ris amoris ꝛ cõſolationis · Et
cum abundaret immemor na
ture ſinebat illam egere: mul
tis modis eam exaſperans Nõ
eſt recordatus ſcripture dicen
tis· Maledictus a deo qui exa
ſperat matrem Similia ꝑpeſſa
eſt a nuru vxore filij· Que cũ
infirmata ad extrema deueniſ
ſet· dixiſſꝫ ancille· Fac me ha
bere ſacerdotem ut cõicem illa
vba ei9 detulit ad nurũ dicẽs·

domina mea petit ſacerdo tem. Cui illa ſubſtomachando reſpondit. In ebdomada iſta accepit corpus domini et tamen videtur mihi ꝙ adhuc viuat. Et adiecit indignando vade ad eum. Qui cum veniſſet cū corpore domini ait infirme Qua re veniſtis domine? Reſpondente ſacerdote vt communicē vos Reſpondit. dominus meus cuius corpus petiui iam hic fuit preſencialiter et ſuis manibus me communicauit. Ex hoc nū ꝙ̄ ſuſcipiam illud ab homine. Poſt aliquot vero dies defuncta eſt. Et quia ſcriptū eſt Qui non honorat patrē et matrē non letabitur in filijs. dominꝰ eadem ebdomada wilhelmi pͦmogenitum extinxit reliqui vero eius liberi cum fere eſſent duodecim ſecūdum ordinem infrͣ breue tempus omnes defūncti ſunt ¶ De cōuerſo. Liuonie q̄ cōicare deſiderās hoſtiā recepit in ore ſuo. ¶ Ca. xxxvij.

Retulit nobis dominus Bernhardus de Lippa abbas Liuonie nūc epiſcopꝰ ibidem rem ſatis glorioſā; Cū quidam ſi bene memini cōuerſus qui nuper fidem ſuſceperat monachos communicare vidiſſet et ſibi hoc minime licere cog nouiſſet. ſtans cōn altare cōicandi deſiderio ſuſpirauit. Et ecce piꝰs dominuſ ſine ſacerdotis miniſterio de altari per ſacrā mentū deſcendere dignatuſ eſt in os eius. Qui mox hoſtiam apto ore oſtendēs eādē tante gratie manifeſtās. cūctos qui aderāt in ſtuporē conuertit. Eādem enī hoſtiā defuiſſe rpert in altari. Sile huic cōtigit ān hoc biennīū qd̄ tāto erat mirabiliꝰ. quāto ſenſui humano pfundius ¶ Ca. xxxviij.

Erkēbaldus de Burbay vir nobil erat et poteſtātus amator iuſticie vt nullā in iudicijs reſpiceret pſonā. Hic cū grauiter infirmaret lectoq; decūberet in pxiā cameā tumltū clamoreſq; femineos audiuit Qui cū de cā ſciſcitaret nllꝰ ci circūſtantium veritatē dicē pſūpſit. Tūc mittēs vnū ex pueris ait Precipio tibi ſb interminacōe oculoꝝ tuoꝝ vt dicas mihi merā veritatē Cui ille pauens rn̄dit. Domine domicellꝰ meꝰ filius ſororis vrē feminā vi opprimē voluit et hec fuit cā clamoris. Ad qd̄ vbū valde commotus dixit militibꝰ. Jtea ſuſpēdite illū. Milites obediēciā ſimulātes Poſtꝙ̄ egreſſi ſunt dixerunt adinuicem. Si occiderimus

iuuenē hūc nobileꝫ et dominus
noster sicut opiabile est mor
tuꝰ fuerit vel morte mulctabim
vel erimus extorres Omnia ta
mē iuuenī intimātes et vt pn̄ci
e auūculi se ſbtraheret omonē
tes post horas aliquas ad do
minū suū ingressi se eius ipſesꝯ
se mādatū affirmauerūt· Qui
to vero die iuuenis estimans
auūculū de culpa eē placatū vel
immemorē apto ostio itrospexit
Quē vt infirmus cōspexit v̄bis
blandis iux̄ se sedere precepit
Vno vero brachio collū eius
stringēs et manū altera cultellū
suū clam extrahens· guttui eiꝰ
infixit et occidit· Qui cū plan
ctu et dolore multoꝝ elatus to
ti puīncie incussit horrorem·
Sed et Erkenbaldo additus
est dolor dolori adeo vt iualeſ
cēte ifirmitate p episcopo mit
teret petens sacrū sibi corpus
deferri· Qui cū venissꝫ: ille cū
multis lacrimis et cōtritiōe cor
dis oīa peccata sua ofessus est
tacita tamē iuuenis interfectiōe
Sup quo episcopus iratꝰ rn̄
dit· Quare ſbticetis parricidi
um qd̄ cōmisistis in cognatū
vestrū? dicente illo fuit ne hoc
peccatū? ſbiecit episcopus Eci
am crudele nimis· Et ille· Ego
neqꝫ pctm̄ iudico neqꝫ a deo m̄

remitti depo sco Rn̄te ep̄o· Ego
vobis Christi corpꝰ nō tradā n̄
parricidiū idē cōfiteami Sub
iūxit vir nobil'· Sciatis domi
ne me illū ōccidisse ex aliquo
rācore siue motu ire Sed solū
modo ex dei timore zeloqꝫ iusti
cie· Nuquā aliquis filiū soro
ris plꝰ diligere potuit q̄ ego
illū dilexi· Si mihi corpus do
mi mei negaueritis ego illi cor
pus et animam meam cōmitto
Hec enī dixit et egit propt' exē
plum ne iusticie et iudicio dero
gare videretur· Vix enim pon
tifex limē domus egressus fue
rat · et ecce egrotus cū reuoca
uit dicens· Reuertimini dn̄e epiſ
cope reuertimini Videte si i pix
ide habeatis corpꝰ Christi· Qd̄
cū fecissꝫ nec aliquid in ea rep
issꝫ subiūxit ille Ecce quē mihi
negastis ipse se mihi non nega
uit Apparuitqꝫ hostia in ore eiꝰ
Et impletū est in eo qd̄ p sapi
entē dictū ē· Diligite iusticiā
qui iudicatis terrā· Sētite de
domino in bonitate et in simpli
citate cordis querite illū q̄m
inuenitur ab hijs qui nō tem
tant illū· apparet aūt eis qui fi
dem habent in illū· Ep̄us vero
pauens tantū miraculū vbiqꝫ
diuulgauit p quē etiam q̄buſ
dam abbatibꝰ ordinis nostri

innotuit qui anno preterito
illud in capitulo generali reci
tauerunt cunctis dominum glorifi
cantibus. qui facit mirabilia
magna ſolus. ¶ Apollonius.
Valde me letificat horum rela
cio. ¶ Ceſarius Aduerte nunc
quanta ſit in corpore Chriſti
dulcedo ¶ De corporali dulce
dine ſanctimonialis quam per
cipit in ſacra communione.

¶ Capitulum. xxxix.

Noui quandam ſanctimo
nialem ordinis noſtri.
que illam a domino accepit gra
tiam vt quando communicat
tantam ex ipſo ſacro corpore
dulcedinem ſenciat ac ſi mel re
cipet Non ſaporem panis ſed
mellis vt dixi in maſticacione
ſentit tota illa die maxime ante
percepcionem cibi corporalis ſa
liuam habens mellifluam. Nec
mirum legitur enim de manna.
quod guſtus eius fuerit quaſi ſimule
cum melle. Eſt autem eadem
ſanctimonialis virgo vite ve
nerabilis cuius perſonam ſup
primo. eo quod adhuc viuat a ſe
prodi non permittat ¶ Ca. xl.

Similem graciam et forte
maiorem audiui collatam
fuiſſe domine Aleydi prime ab
batiſſe Monaſterij ciuitatis
Vueſtfalie. Hec quotienſcunque
corpus domini a ſacerdote ſuſ
cepit non panis ſoliditatem.
inter dentes. neque panis ſapo
rem intra fauces ſenſit. ſed ipſum
ſacramentum quaſi fauus mel
lis ſine maſticacione per gut
tur eius in ventrem defluxit.
ſic vt mira ſuauitate omnia e
ius interiora replerentur Quando
defuncta eſt dominus Floren
cius abbas de Campo ſancte
Marie qui pater eius fuerat
ſpiritualis atque confeſſor poſt
ſepulturam eius omnibus qui conflue
rant eandem graciam predicauit. ¶ A
pollonius Si de cadauere leonis
vt legitur in iudicum egreſſa eſt dul
cedo non miror ſi de corpore chriſti qui
eſt leo de tribu iuda dulcedo eg
ditur ¶ Ceſarius Iuſte moueris
videtur huic beate congruiſſe illud
ſponſi in canticis canticorum fauus diſtil
lans labia tua ſponſa ſcilicet laudis eſt
tibi corpus meum. ¶ Apollonius
Que tibi videtur fuiſſe cauſa illius dul
cedinis in ſacramento atque liquefactionis.
¶ Ceſarius Ardor perfecte caritatis
qua eſtuabat Nam cum eſſet naturaliter
vel pocius ex abſtinencia et labori
bus ſemper pallida atque macilen
ta quociens eam communicare
contigit. ita inflammabatur vt facies
illius igneo colore reſplenderet
Legitur in exodo quod incaleſcen
te ſole liquefiebat manna.

Māna ſua dulcedīe atq3 albe
dine ſignificat Chriſtū qui ait
Ego ſū panis viuus qui de ce
lo deſcendi de quo et ī pſalmo
ſcriptū eſt. Panē angeloꝝ mā
ducauit hō. Sol quia calet et
illuminat pfecta caritas ē. Si
cū māna liq̄fiebat in caleſcēte
ſole nō mirꝫ ſi eius ſignificatū
dulceſſit et liq̄ſcit in ardeſcente
caritate. Et licet in ſacra cōiōe
huiuſmodi dulcedo corporalis
ſiue liq̄factō ſit rarior non tam̄
ea dulcedine ſeu liquefactione
que in aīa fit ſpiritualiter ē ſa
lubrior. Bene xp̄i dulcedinē
ſenſerat qui ait. Dulcis et rectus
dominꝰ. et ī alio loco. Q̄m dul
cia faucibus meis eloquia tua
ſup mel ori meo. De liquefacti
one ſpōſa dicit in cāticis. Aīa
mea liquefacta eſt vt dilectus
locutus eſt. ¶ Apolloniꝰ Pla
cet qđ dicis. ¶ Ceſarius. Cor
pus dominicū māna eſt abſcō
ditū: omē delectamentū in ſe ha
bens et oīs ſaporis ſuauitatem
¶ Apollonius Si tāta gratia
eſt in ſacramento altaris quid
eſt q alij alijs rarius cōicant?
¶ Ceſarius. Quidā ſe ſubtrā
hūt ex hūilitate īdignos ſe iu
dicātes. Alij minus curāt vel
propter morſum oſc̄ie accedere
non audent. Priores ſpirituali
ter cōmunicāt: ſequentes mag
na gratia ſe priuant. Quidam
ſunt qui et libent' cōmunicant
et tanta grā ſe dignos exhibēt
hij beati ſunt. Ponatur duos e
quales ee in caritate. et vnꝰ ſim
pliciter ad Chriſti corpus ac
cedat alter vero ſimpliciter di
mittat ī cōmunicāte ſicut credo
intēdit caritas et ſit in eis mor
meriti inequalitas. ¶ Apollōi
us. Vn̄ hoc pbas? ¶ Ceſariꝰ
Mānā nō deſcendit ſine rore.
neq3 Chriſti corpꝰ a bonis ſu
mitur ſine augmento gratie.
Qꝫ bonū ſit bonis cōmunicare
duobus tibi exēplis pandam
ſequentibus. ¶ Ca. xli.

IN clauſtro cuiꝰ ſepe me
mini ſicut mihi ſcripſit q̄
dā ex ſacerdotibꝰ domꝰ eiuſdē
In quadā ſolemnitate natiui
tatis dn̄i fratres ad ſacrā com
munionē ſe preparabāt. Cūq3
pacē iā acceptui poſt Agnus
dei terre vt moris eſt pcuberēt
vidit frater quidā puerū Ihe
ſum nō tamē quaſi recent' na
tum: ſꝫ in cruce quaſi paſſum
cuiꝰ oīa vulnera cruorē ſtilla
bant quē tn̄ calix ſtans ſubter
poſitus totū recipiebat. Vnde
frat' ille tātis ſumendis ſacra
mētis ſe indignū reputās ad
ſuperiora ſtalla diuertit alijſq3

ĩnnuentibus vt procumberet
ſe non ꝓceſſuruꝫ ſignauit Pri
ma autem canta ta alijs ad ca
pitulum exeuntibus ipſe ad o
racionem faciendam vt quidā
facere ſolent diuertit. Demiẽſ
qꝫ ad altare ſancte crucis oraci
oni intendit. ⁊ videbatur ei tē
pus breue pre deuocionis mag
nitudine Cumqꝫ oracionem ꝓ
traheret ⁊ abire tempus nō ſe
tiret. apparuit ei beata dei geni
trix. ⁊ alloqui eū dignata eſt
Cur inquit hodie ſacroſāctū
corpus ⁊ ſanguinem dilecti fi
lij mei nō ſumpſiſti? At ille nō
ore ſed corde ſe indignum cla
mabat. Ad quod beata virgo
reſpondit. Tu te indignum co
gitas ⁊ quiſputas. tanta re
dignus eſſe poteſt? Hanc igitur
offenſam tibi condonabo. ſed
vide ne de cetero ſimilem feceris
Igitur cum oracioni intentus
⁊ confabulacione beate virgi
nis delectatus q̄ſi in extaſi rap
tus eſſet. tandem ad ſe redijt et
ad capituluꝫ poſt alios occur
rere feſtinabat. Ibat ⁊ ecce oc
currebāt illi aliquanti fratres
ſacra altaria circumeuntes. ca
pitulum vero finitum erat. Ip
ſe autem neſciēs ⁊ tempeſtiue
ad capitulum occurrere exiſti
mans adhuc orabat ſed ſubſe

quens monachus ſignum ter
cie pulſauit. Tunc demum in
telligens que circa ſe gereban
tur ſe ab hac noxa illi abſoluē
dum commiſit qui eum ſic ab
ſentauerat. ¶ De cōuerſo qui
vidit in os alterius cōuerſi ſa
cerdotem mittere puerum pul
cherrimum. ¶ Ca. xlij.

Ibat poſt hec in cena do
mini quidam frater ad
ſacrā communionem. fuit pla
ne in maximo torpore ⁊ diffidē
cia ita ꝙ eciam ſi fieri poſſet vel
let ſe ſacre communioni non i
tereſſe. Procedebat igitur ad al
tare vel pocius eundo ſe quaſi
ſubtrahebat a deo. vt ſequenti
bus eſſet moleſtus. ipſumqꝫ ꝓ
pellerent. Cumqꝫ ventum eſſet
ad gradum preſbiteri conuer
ſus vidit alium fratreꝫ de quo
ſupradictum eſt ſequentem.
Venitqꝫ ei in memoriam viſio
quedam quam ab illo didice
rat. ac ſubito mutatus in vi
rum alterum ibat ſpirans ⁊ an
helans ſpiritu iudicij et ardo
ris accenſus quaſi furnus ⁊ in
flammatus ita vt ſe capere vix
poſſet. In tali ergo ſpiritu cuꝫ
eſſet ⁊ iam ad altare alacriter fe
ſtinaret vidit ille ſubſequens.
⁊ ex ſignis apparentibus interio
ris hominis illius ſtatum coniecit.

Humiliate itaque se illo vidit iste posterior speciosissimum puerum manibus sacerdotis sup altare accipi et in os illius fratris depo ni. Et cum videret terre procumbens ipsum quem videat adoravit. Mo ti sunt autem sup hac venia illi qui daeo q inordinate fecisse vide retur. Et convenit cum vnus i au diencia plurium minas se eum p clamaturum. At ille causam ei qui sciebat commisit ut ab hac eum ve cundia tueretur. Qui immisit ei spiritum silencii et quietis et non mo uit illum. Porro ille qui puerum Jhesum susceperat et portabat ibat circumtebatur in similitudine fulguris chorusantis. Incedebat vel pocius ferebatur in iubilo cordis in ardore spiritus vehementis et in tantam spiritus ebrietatem deve nerat ut quasi a sensu alienatus quemodum se non sentiret et vix ad stallum suum sine titubacione rediret. Sup hoc ab illo alio sepe mul tumque conventus omnimodis occulta bat donec ille tandem ei quid de statu eius dixerat aperire compulsus est. Et sic demum mutua sibi collacione quod viderant et senserant innotue runt. Apollonius. Si se a sac communione subtrahere s a beata dei genitrice sic corripiuntur. si ipse dei filius sub eodem sacramento tam veraciter et tam gloriose per cipitur et ex ipsa perceptione cari tas intendit amodo liberius commi cabo. Cesarius In sacra Eu charistia quod multiplex sit gratia quod multiplex virtus et medicina subiecta declarabunt exempla. xliii.

Magister Mauricius Pari siensis episcopus ante mortem su am tam graviter infirmatus est ut ma teria rapta in cerebrum sensum ei subtrax eit In tali defectu positus cum corpus domini cum instancia postulasset ab hiis qui circa eum erant propter sensus inopiam illud ei dare non auderent procura uerunt cum sacerdote vt hostiam non benedictam apportaret. Qui cum venisset cum multa reverentia qualiter decebat episcopum communicare more vt liminum domus sacerdos attigit episcopus cla ra voce clamavit. Tolle tolle non est dominus deus. Revelaverat deus auriculam eius vt intelligeret quod circa se ageretur. Stupente sa cerdote necnon et aliis qui aderant reversus est verum xpi corpus de ferens. Quod cum verbis catholicis valde atque compunctus adorans devote suscepit cum quo et sensum ad dei gloriam subtractum perfecte recepit Sicque in bona confessione plenus fide et caritate migravit ad dominum.

Simile conti. Ca. xliiii.

Sigitur quidam infantulo sicut fratres eius carnales Ludolphus et Henricus monachi nostri

mihi narrauerunt. Qui cum in
firmaretur ſpirituſancto affla
tus corpus Chriſti ſibi dari pe
tiuit. Cumqȝ eum parentes cō
peſcerent. ille fortit' clamauit
Date mihi corpus domini dela
tum eſt verbum ad ſacerdoteȝ
Qui cum diceret non eſt ſecu
rum tali puero qui non intelli
git quid ſit dare corpus domi
ni. hoſtiam ei detulit non bene
dictam Quam cum ei porrige
re vellet et diceret. ecce hic eſt
corpus domini. vt dominus ex
ore infantis perficeret laudem
et deſtruerēt perfidiam multoꝝ
qui de eodem ſacramento ma
le ſenciunt inſpirauit puero vt
reſponderet. Quare me vultis
decipere? Non eſt corp⁹ domi
ni qd mihi offertis. Ad quod
verbum ſacerdos admirans et
puero aliqd diuinit⁹ inſpira
tum arbitrans ſacram ei com
munionem attulit. quam ille
deuote ſatis ſuſcepit. ¶ Apol
lonius. Sicut conſidero per
deſiderium eucariſtie vterqȝ
iſtorum meruit ſpiritum pro
phecie. ¶ Ceſarius Tante vir
tutis eſt illius deſiderium vt p
ſpiritum quidam eciam reue
lacionibus illuſtrentur. Ver
bi cauſa. ¶ De conuerſo qui
per deſiderium communicādi

ſpiritum meruit prophecie.
¶ Capitulum. xlv.

Conuerſus quidaȝ de Cā
po ſancte Marie. Cum
in quadam ſolemnitate petēt
a magiſtro ſuo licenciam eun
di ad monaſterium gratia cōi
candi et ille non concederet ce
teris euntibus ipe triſtis rmā
ſit habebat enim maximum de
ſiderium communicandi Eadē
nocte et ſequēti die omnia que
intra monaſterium ſpiritualit
agebātur diuinitus ei ſunt re
lata. Et licet abſens eſſȝ corpo
re ſpiritu tamē pn̄s fuit cōicās
ſpūalit et ſi nō ſacramētaliter
Reuſis fratrib⁹ ipe eis p ordi
nē indicauit q̄s miſſaȝ maioreȝ
celebraſſȝ q̄s legiſſȝ epl̄am. q̄s
euāgeliū Siliʒ ad vigilias qui
mōchi q̄s lcōnes vel q̄ rn̄ſoria
cātaſſent cūctis mirātib⁹ expo
ſuit ¶ Apollōi⁹. Nūtū ex hoc
loco cōicio. nō benefaciūt qui
tā ſalubre deſideriū ipedīūt ¶
Ceſarius. Hoc veꝝ eē ſequēs
narracō declābit ¶ De feia reli
gioſa q̄ cōiōe ſibi negata dul
cedinē ei⁹ ſēſit i guttue ſiliʒ illi⁹
odorē ex rmoto recipiēs. xlvi.

Quedā religioſa vgo ſcu
lais tn̄ cum a ſacdote ſuo
corpus domini petēt ille iratus
cum indignacione reſpondit.

Vos mulieres ſp̄ vultis cõmuni
care ſcd̄m libitũ veſtrũ et nõ de
dit ei. Illa vero p̄ totã miſſam
et poſtea diu in ore et i gutture
ſuo tãtã ſenſit dulcedinẽ: vt n̄
dubitaret adeſſe tocius dulcedinis
auctorẽ. Eadem virgo cum die
quadã ex remoto deferri videret
corpus domini miri odoris ſen
ſit ex eo fragrãciã. Quã tanto
plenius percepit quãto ſacramẽ
to plus approximauit. Herla
cus ſuprior noſter hec mihi re
tulit. Dicẽs ſe ab ore predicte vir
ginis ea audiuiſſe. ¶ Apolloni
us. Cũ corpus domini tãte ſit
dulcedinis tãtiq̄ȝ odoris miror
quare ſolo eius eſu corpora nõ
ſuſtẽtentur. ¶ Ceſarius. Cor
pus dn̄i licet ore percipiatur ma
gis tamẽ cibus anime q̄ȝ corporis
eſt nec nobis incorporatur ſed Chri
ſto nos incorporat. Attamen q̄
corpus cõmunicantis quãq̄ȝ ſu
ſtentetur illo duplici tibi pãdã
exẽplo. ¶ Ca. xlvij.

Femina quedam ſicut mo
nachus noſter Reinerus
quõq̄ȝ ſcolaſticus ſancti Andree
in Colonia mihi recitauit ex mul
ta deuocõe ſepe ſolita erat com
municare. Que quãto plus ci
bũ celeſtẽ cepit appetere. tãto
amplius corpalẽ cepit faſtidiẽ.
Quod vbi ſenſit ex pmiſſione
ſui ſacerdotis: ſingulis diebus do
minicis cõmunicauit. Cui cibus
ille vitalis tãtam contulit fortitu
dinem ut ſine omni eſurie corpo
rali primã expectaret dominicam
hoc multo tempore actitãs gratiam ſibi
collatã p̄dicto ſacerdoti cõfeſſa ē.
Illa vero cũ epo loci rem tam
mirabilẽ recitaſſet timẽs eps ali
quid fallacie ẽe in eã. ſicut vir
ſapiens rn̄dit. Cũ denuo vene
rit ad te loco dn̄ici corporis ho
ſtiã ei porrigas nõ bn̄dcãm; per
quã citius rei huius experieris ve
ritatẽ. Quod cũ feciſſet ſacerdos fe
mina temptatã ſe ignorans mox
ut domũ rediit tã vehementer
eſurire cepit. ut morituram ſe cre
deret ſi nõ ocius mãducaret. Cur
rens tamẽ prius ad ſacerdotẽ et eã
dem famem peccatis ſuis impu
tans pedibus eius ſe proſtrauit
et gratiam diuinitus collatã ſibi ſub
tractam lacrimabiliter expoſu
it. Quod vbi ille audiuit gauiſus
valde. gratias egit deo. qui facit mi
rabilia magna ſolus. et dedit ei
verum Chriſti corpus. Cuius vir
tuti mox omnis eſuries ceſſit
et gratia ſubtracta acceſſit. Eps ve
ro hec audiens a ſacerdote et ip
ſe deũ glorificauit. ¶ Apolloni
us. Rem recitas valde miracu
loſam. ¶ Ceſarius. Si Helyas
propheta in fortitudine panis

ordeacei ambulauit quadrāgin
ta diebus ⁊· xl· noctibus vſq;
ad montem dei oreb· quid mi
raris ſi femina hec incolumis po
tuit viuere paſta pane vite ·
Multiplex ex illo fortitudo eſt
non ſolum anime· ſ; ⁊ corporis
Aliud habes ſupra exemplū
de virgine dequido que preter
Chriſti corpus nihil comedit·
excepta vua quam ſugebat in
diſtinctione ſeptima capitulo
viceſimo hoc reperies · Audi
nunc rem ſatis glorioſam· ¶

De milite qui virtute ſacre cō
munionis ī duello triumpha
uit ·

¶ Capitulum· xlviij·

Lodewicus comes Locē
ſis pater huius qui ad
huc ſupereſt· eciā comiciam te
nebat de Rēhecke · Cui prop
ter licenciam miles quidā mi
niſterialis bene natus multas
inferebat iniurias ſua ſibi vſur
pando ⁊ homines ad comiciā
pertinentes depredando · Qđ
cum omnibus amicis ſuis coēs
cōquerētur Et die quadam di
ceret cuidam nobili viro qui
ab eo bona tenebat · q̄re mihi
non capitis illum predonem?
Reſpondit Bene eum caperem
ſi eſſem ſecurus q̄ a vobis ī cor
pore non lederetur· Quē cum
ǎccepta fide cepiſſet· comes ſo
phiſma faciens protinus ſepul
chrum fieri iuſſit in quo militē
mollibus inuolutum ſine pcta
poni fecit· Sicq; terra opertū
extinxit Cuius cognati mox fu
rentes coram imperatore fre
derico auo huius qui nunc im
perat: contra prefatum virum
nobilem cum multa vociferaci
one querimoniam depoſuerūt
dicentes q̄ accepta pecunia cōi
ti illum tradiderit· Cunq; imp
ator fremeret innocentē dam
naē volens· miles quidam ho
neſtus aſcenſo ſcāno loquēdi
licenciam petiuit et obtinuit·
Domine inquiens medietatē
vix verborum audiuiſtis· Si
miles preſens eſſ; forte bene ſe
excuſaret· Reſpondente impera
tore licenciam habeas adducē
di eum· miles militem adduxit
Qui cum per aduocatum ple
ne ſe excuſaſſ; inſtigantibus ad
uerſariis imperator reſpondit
Verba ſunt· non ſic penam e
uadet Reſiſtente ei milite qui
illum adduxerat· et dicente·
Domine ſi eum leſeritis nunq̄
de cetero verbis veſtris crede
tur· placatus imperator adiecit
Modo liber abſcedat ⁊ ſi a me
vel a meis poſtea captus fuerit
tradicionis penam exſoluet·

Cumq; vir nobil' remiſſꝫ ad lim palacij ſciens lōgas regib9 eē man9: ſtans et apud ſe delibe rās rediit ad iudiciū dicēs. Do mine non poſſum effugere ma nus vřas: tm̄ p̄ſumo de mea in nocētia et dei mia: vt in inſtāti patus ſim me defendē ſcd̄m q̄ iuſticia dictauerit. Et cum ſim nobil' iuri meo cedo. Rn̄dit im pator. Modo loqueris ſicut pbus vir. Queſitus eſt in pte adūſaria miles fortiſſim9 qui cum ſingulari duello impeter; Die vero altera vir nobil' p̄miſ ſa cōfeſſione corpus dominicū ſuſcepit. ſicq; cū adūſario ſuo ſpem habens in eodē ſacramēto circulū pugtur9 intrauit. Quē cū ille ſicut vir validiſſim9 im pelleret et ppelleret et veniſſent ſimul ante impatorē; audiēte tā impatore q̄ circūſtantibus pncipib9 pugil clara voce ait ad militē. Dic mihi cōedisti ali quid hodie? Rn̄dente illo etiā corpus domini mei cōedi miſer ille ſbiunxit. Etiā ſi dyabolum comediſſes. Hodie te pſternā Vt aūt pius dn̄s ſacramenti virtutē oñderet. mox poſt ver ba blaſphemie vires blaſpho ſubtraxit. et ſuū militē adeo ro borauit. ut illū corā ſe minaret vt puerū nec ſtare poſſit. Qui tandē ſe reddidit. Sicq; p eſū dn̄ici corpis miles fidelis victo riā adeptus cum multa gloria ad ſua liber r̄pedauit. Hec no bis retulit Theodericus mona chus noſter qnq; cōes i Vui eda. qui duello interfuit et hec que dctā ſunt vidit et audiuit igitur ſac cōio ſal9 eſt et aīme et corpis. ¶ Ca. xlix.

Miles quidā nobilis frāz habēs et caſtr̄ apud pre dictū Fredericum impatorē; a mltis accuſat9 eſt q̄ puintiā ſpoliaret. Quē cū ſepius citaſ ſet et nō cōparuiſſꝫ tādem pſcri pſit mādās ſuiſ ut illū caperēt Qui cū later; ñ tn̄ min9 rapi nas exercer; cāu a quodam ex officio captus patibulo ſcd̄m q̄ impator preceperat appēſus eſt. Tercia die miles quidam p̄teriēs cū vidiſſꝫ illū ait ſeruo ſuo. De9 q̄ pulcher homo iſte erat. Rn̄dente puero. Vir ille nobilis eſt. o ſāguine9 veſter acceſſerūt pp̄i9 vt depoſitū ſepe lirēt. Ad quos ille de patibulo clamauit. Deponite me adhuc enī viuo. Eſtimātibus illis q̄ fantaſma eēt. ſbiunxit. Nolite timē quia homo Chriſtianuſ ſū depoſitus vero ſic ait. Modi cū obſequij ego peccator deo i pendi propter qđ miſt9 ē mei

Singulis diebus tres oraciõ
nes dominicas cũ totidem venijs
ſancte trinitati dicere cõſueui
angelica ſalutacióe premiſſa.
Quandoqꝫ vero orationes cum
quĩqꝫ venijs et Aue Maria qñ
qꝫ vulneribus Chriſti Simili
modo vnam oracõnem ideſt
pater noſter angelo cui cõmiſ
ſus ſum. Item eodẽ modo vnã
corpi Chriſti qđ ſingul' dieb9
conficitur per vniuerſum mun
dum. quatinus ĩ fine vite mee
tanto munĩri viatico mererer.
Qđ et domin9 mihi preſtabat
ſua miſericordia. vnde rogo vt
vocetis mihi ſacerdotẽ. a quo
illud ſuſcipiam. Qui cum ve
niſſꝫ confeſſione premiſſa cõi
cauit. moxqꝫ ſpiritum emittẽs
ad eum cui incorporatus fue
rat feliciter migrauit. Quem
in cimiterio ſepelientes tã grã
de miraculum diuulgauerunt
vbiqꝫ. ¶ Apollonius. Bene
iam ex hoc cõſidero qꝫ ſacra cõ
munio ſalus ſit mentis et corp
is. ¶ Ceſarius Qꝫ ſalus ſit mẽ
tis habes exemplum in diſticti
one ſecũda. capitulo ſextode
cimo. de milite Remẽſe qui ei9
eſu cõpũctus eſt ad penitenciã
Qꝫ vero ſalus ſit corpis non ſo
lum exemplum eſt nobis pñs
miles qui eius virtute cõſerua
tus eſt ne moreretur. ſꝫ et ſbie
cto pleni9 cognoſces exemplo
¶ De ancilla ſacerdotis q̃ grã
dñici corporis ſenſum recepit.
¶ Capitulum .I.
Anno preterito in wide
ciuitate Vueſtfalie cũ
ancilla ſacerdotis de domo ſero
exiret et diabolũ in forma cui9
dã a quo amabat' conſpiceret
et aſpectu illius horrens ſe ſig
nauit. et monſtrũ mox diſpa
ruit. Cui dyabolus iterũ appa
rens ait. Si non feciſſes hoc
ſignum domum viua nõ intrꝰſ
ſes. Quam cum vocaret et illa
exire renueret. ſubiũxit Tol
le veſtem iſtam. Erat enim ſtr
gulata. Que tam in voce q̃ in
horrore dyabolum intelligẽs
retrorſum cecidit. et ſenſum pri
tus amiſit. Sacerdos vero ho
ſtiam quaſi pro remedio mit
tẽs in os eius non benedictã
cum nihil ei prodeſſꝫ. digito ſa
liua madefacto corpus domini
tetigit. Quem cum in os miſiſ
ſet mulieris. mox illa ſenſum
recepit locuta eſt et ſana ſurrex
it. Hec apud nos canonicus
quidam premonſtrãteſis reci
tauit aſſerens ſe eodem tempe
fuiſſe in predcã ciuitate. Predi
ctũ miraculũ audiui a q̃dã reli
gioſo abbate nigri ordinis.

Aduerte nunc quantum con
ſequatur honoris Chriſti cor
pus honorantes. ¶ De milite
qui coram Chriſti corpore in
luto veniam petens luti immun
dicias non ſenſit.

¶ Capitulum. li.

Tempore ſciſmatis inter
Philippum et Ottonem
dominus Guido cardinalis ali
quando abbas Ciſterciensis cum
miſſus fuiſſet Coloniam ad con
firmandam electionem Otto
nis bonam illic conſuetudinem
inſtituit. Precepit enim vt ad
eleuacionem hoſtie omnis po
pulus in eccleſia ad ſonitum no
le veniam peteret. ſicque vſque ad
calicis benedictionem proſtra
tus iaceret. Precepit eciam vt
quotiens deferendum eſſet ad
infirmum ſcolaris ſiue campa
narius ſacerdotem precedens
per nolam illud proderet. Sic
que omnis populus tam in ſtra
tis quam in domibus Chriſtum a
doraret. Retulit eis eodem tem
pore caſum ſatis miraculoſum
Miles quidam in Francia fu
it tante deuotionis. vt quoci
enſcunque Chriſti corpus ele
uari ſiue deferre videret: proſtra
tus illud adoraret. Contigit
vt die quadam veſtibus ſuis
precioſis indutus intraret ciui
tatem. Cumque platea in qua e
quitabat nimis eſſet luto ſa ex
improuiſo obuium habuit
corpus domini. Quo viſo mo
dicum intra ſe deliberans ait.
Quid facies modo? Si in tan
ta profunditate te proſtraue
ris. perdita ſunt veſtimenta
tua hec delicata. Si vero non
deſcenderis ſaluberrime conſue
tudinis tranſgreſſorem te ſem
per accuſabit conſciencia. Quid
plura? Preualeſcente deuotione
de equo proſiliens in lutum ſe
miſit: in quo flexis genibus e
leuatis manibus Chriſti cor
pus adorauit. Et quia dulciſſi
mus dominus honorantes ſe
non ſolum in futuro remunerat
ymo eciam in preſenti nonnun
quam rehonorat. Hoc egit ſua po
tentia: vt tocius luti nec vna
quidem guttula veſtimentis
eius adhereret. Tunc equum
cum multa ammiratione reaſcen
dit et amplius in fide conforta
tus deum glorificauit. Simile
contigit cuidam religioſe femi
ne in prouincia noſtra. ¶ Apol
lonius. Satis delector in iſtis
miraculis. ¶ Ceſarius. Hoc
eciam noueris quia ſicut dominus
ſua ſacramenta vt predictum
eſt: honorantibus rependit ho
norem ſic blaſphemantibus illa

nonnūq̄ in preſenti penaleꝫ
inducat confuſionem. ¶ De he
reticis qui in eccleſijs furati ſūt
corpus domini et vno propter
hoc ſuſpenſo. ¶ Ca. liij.

NOn eſt diu quod quidaꝫ ſch
ſmate religionis venien
tes in dyoceſim Colonienſem
in diuerſis eccleſijs corpus do
mini furati ſunt. De reliquis ve
ro ornamentis. calicibus ſcili
cet libris ſiue indumentis ſac
dotalibus. nulla eis cura fuit.
Ex quibus vnus in prouincia
noſtra deprehenſus. et vbi nā
feciſſꝫ corpus domini requiſitꝰ
Rn̄dit. In lutum iactaui illud
propter quod miſer ſuſpenſus ꝓ
iectus eſt in cloacam inferni.
In proxima vero ſynodo a
domino Engelberto epiſcopo
preceptum eſt vt in omnibus
eccleſijs dioceſis ſue corpus
domini ſub clauſura ſeruaretur
¶ Apollonius. Quid eſt quod
heretici hoc ſacramentum taꝫ
vehementer perſecuntur? ¶ Ce
ſarius. Quia fideles illud an
te omnia venerantur. Idcirco
heretici idem ſacramentum illis
in odium maxime execrantur.
Multa in diſtinctione quīta
capitulo viceſimo ſecundo de
errore hereticorum dixiſſe me re
colo et forte nimis timeo enim
aliquos inde poſſe ſcandaliſari
ſꝫ quicquid ibi dictū eſt. ſicut
teſtis eſt mihi dominꝰ dixi ad
gloriam Chriſti atqꝫ catholi
corum et ad cōfuſionem hereti
corum. ¶ Apollonius. Satis
factū mihi fateor quantum gra
tie mereantur digne cōicātes.
Nūc ad indigne cōficiētes ſermo
procedat. ¶ Ceſarius. Prius
tibi ex ſcripturis oſtendam quā
periculoſe et quam grauiter peccent
ſacerdotes indigne cōficiētes.
¶ De ſacerdotibus indigne cō
ficientibus.
¶ Capitulum. liiij.

SIcut legitur in regum O
ſa ſacerdos bobus recal
citrantibus ad archam ne de
clinaret manum extendit. et
mox ſuper temeritatē eius do
minus occidit. Dicitur eadem
nocte fuiſſe cum vxore ſua. Si
ſacerdos accedens ad archam
figuralem ſubleuandam. ob
iam dictam cauſam morte mul
ctatꝰ eſt. Quid putas pene
merentur ſacerdotes adulteri
et fornicarij: manibus verum
Chriſti corpus tangētes? Si
Johannes vt ait Auguſtinꝰ
a puericia in heremo cōuerſatus in
vtero matris ſanctificatus auſus
nō fuit illū tremēdū et reuerēdū
angelis domini verticē tāgere.

quomodo tu peccator et pollutus non dico verticem: ſed totum Chriſtum deum et hominē nō ſolum tangere: ſed in ergaſtulo polluti corporis quaſi includere et incarcerare preſumis? Multa alia contra malos ſacdotes proferre poſſem teſtimonia ſed magis te edificant exēpla. ¶ De ſacerdote in Hademare: qui carbones viſus eſt maſticare in percepcōne ſacramenti.

¶ Capitulum. liiij.

In Hademare villa dioceſis Treuerenſis. Cū quidam ſacerdos qui adhuc viuit miſſam celebraret. Theodericus monachus Ebarbacēſis i hora ſumpcōnis: carbones nigerrimos illum vidit maſticantem Eſt enim ſacerdos ſimplex et rectus, et multa ei diuinitus reuelantur Exiſtente me anno preterito cum abbate meo in eadem villa. Habet enī domus de Eberbaco grangiam in eadem villa. et ad eū ſpectat diuina illic procurare. retulit nobis magiſter Grāgie dicēs Tantum pecunie oportet me dare ſacerdoti predicto ne eccleſia diuinis careat. Eſt enim homo vite peruerſe ac luxurioſus. tres miſſas frequenter in die celebrans. Cui abbas reſpondit. Prius ei darem pecuniam ne celebraret. Qui enim manducat et bibit indigne iudicium ſibi manducat et bibit ¶ Apollonius. Quid ſignat qđ carbones viſus eſt manducare? Sumuntne mali corp9 domini? ¶ Ceſarius Sumūt ſicut et boni ſed tantum ſacramētaliter. Carbonem ignis creat et eſt carbo extinctus ignis nutrimentum Qui enim indigne Chriſti corpus tractat et manducat gehennā ſibi preparat et niſi de tanta culpa peniteat. erit in combuſtionem et cibus ignis eterni. ¶ De ſacerdote Friſone qui calcauit corpus domini.

¶ Capitulum. lv.

Retulit mihi anno preterito prelatus quidam religioſus de partibus Friſie rem nimis horrendam de quodam ſacerdote in eiſdem partibus Habet enim manus tā tremulas. vt corpus domini non niſi per fiſtulam poſſit ſumere Die quadam cum ex eius manibus ſacramentum ſuper terram cecidiſſet. timens ne ab aliquo poſſit videri. qui culpā proderet. timēs eciā eccleſie ſue plus quam anime. pede illud dicit'

calcaſſe ¶ Apollonius. In om
nibus Chriſti paſſionibus nō
legi talem contemptuꝫ. ¶ Ce
ſarius Idcirco enī dicit Augu
ſtinus Super illum locum de
derūt in eſcam meam fel de cru
cifixoribus eiꝰ Quibꝰ ſimiles
ſunt indigne inquit ſumentes
et conficientes. Grauius enim
peccant ꝯtempnētes Chriſtū
regnantem in celis quam qui
crucifixerunt ambulantem in
terris. Nō vero ab eis concul
cetur. alibi dicit Cōculcat Chri
ſtuꝫ qui libere peccat. et qui eo
indigne participat Ob huius
modi exceſſus hijs tempoibꝰ
grauiſſime plagata eſt friſia.
ſicut dixiſſe me memini in diſti
ctione ſeptima. capitulo terci
o de pugile qui corpus domini
ſacerdoti de manibus excuſſit.
¶ Apollonius. Si mali ſacer
dotes Chriſti corpus in altari
vt mihi videtur crederent nun
ꝙ talia preſumerēt. ¶ Ceſari
us. Quidam crederent Quidā
non crederent. Vt enim taceā
de malis. de bonis ſacerdotibus
tibi referam exemplum. ¶ De
Petro medico qui ſb ſpecie pa
nis tantum credidit eſſe ſacra
mentum. et non rem. ¶ ca. lvi.
Colonie in eccleſia ſancti
Andree. canonicus qui
dam extitit ordine ſacerdos ar
te medicus Petrꝰ nomine Cū
die quadam quidam ex eius
concanonicis infirmus eo pre
ſente eſſet communicaturus. et
ei ſacerdos diceret Credis hoc
eſſe veruꝫ corpus domini qđ na
tum eſt de virgine et pro te paſ
ſum in cruce? illeqꝫ reſponderꝫ
credo. Prefatus Petrus vtrorū
qꝫ verba notans expauit. Po
ſtea ſolus ꝯueniens Eucehar
dum ſcolaſticum ecc̄e. qui et
ipſe cōmunioni interrerat ait In
terrogauit ſacerdos infirmuꝫ
illum bene? et reſpondit ille be
ne. Eciam inquit. Qui aliť cre
dit hereticus eſt. Tunc Petrꝰ
eiulans pectus qꝫ tundens ex
clamauit dicens. Ve mihi mi
ſero ſacerdoti quomodo hac
tenus miſſas celebraui. Nam
vſqꝫ ad hanc horam putabaꝫ
ſpeciem panis et vini. poſt con
ſecracionem tantum eſſe ſacra
mentum id eſt ſignum et repre
ſentacionem dominici corporis et
ſanguinis. Poſtea vero ad de
leccionem eiuſdem ignorancie
q̄ nimis erat craſſa in hōre beate
Marie magdalene in ſtolgiuā
ſe et capellām hoſpitale in qbꝰ nūc
habitāt p̄dicatōes edificauit.
Si vō ſacerdos litťꝰ et bone ad
modum vite ſic errare potuit.

quid dicā de p̄dictis et malis?
¶ Apollonius. Si Chriſtus
in altari tam a malis q̄ a bonis
tractatur et ſumitur. puto q̄ ma
los valde indigne reſpiciat. ¶
Ceſarius. Reſpectus Chriſti
non poteſt eſſe ſine miſericor
dia ſecundum ſubſequens ex
emplum quod periculoſius eſt
faciem auertit ab eis. ¶ De ſa
cerdote malo a quo infans Chri
ſtus in miſſa faciem auertit.

¶ Capitulum. lvij.

Sacerdos quidam cum
miſſaꝫ diceret et Chriſti
corpus in manibus haberet q̄
dam ex circumſtantibus in ma
nibus eius puerum vidit facie
ab eo auerſa. Quod vbi ag
nouit auerſionem eandem me
rito peccatis ſuis imputās tur
batus eſt. ita ut dicere poſſ; cū
pſalmiſta. Auertiſti faciem tu
am a me et factus ſum conturba
tus. Spero q̄ poſtea vitaꝫ ſu
am emendauerit. Quibuſdā
eciam ſacerdotibus indigne cō
ficientibus: pius dominus ſa
cramentum ſubtrahit ne ſibi
ad iudicium ſumant.

De Erwino ſacerdote: qui cor
pus domini in miſſa perdidit

¶ Capitulū. lviij.

Quidam ſacerdos Erwi
nus nomine Colonie in
eccleſia beati Petri apoſtoli ad
altare ſancte Crucis miſſas ce
lebrare conſueuit. Hic cuꝫ die
quadam poſt tranſubſtancia
cionem hoſtiam deponeret de
altari rotabatur. Quam cum
vbiq; circa altare quereret. et
populus cum eo non eſt inuē
ta. Haud dubium quin per
manus ſanctorum angeloruꝫ
perlata ſit in ſublime altare dei
ne ſacerdos luxurioſus eam ſu
meret ad ſuam damnacioneꝫ
Habebat enim concubinaꝫ ſu
am manifeſte. Simile habes
in diſtinctione ſecunda capitu
lo quinto de ſacerdote cui colū
ba ob fornicacioneꝫ ſacramē
tum tulit. Alij ſunt ſacerdotes
circa ſacramentum altaris taꝫ
negligentes et tā indeuoti vt ex
conſuetudine cōficiendi corpus
domini a cibis alijs non diſcer
nant. ¶ De Daniele abbate q̄
in calice reperit crudam carnē

¶ Capitulum. lix.

Abbas Daniel de Sco
nauia cum prior eſſet
apud nos ſicut ipſe nobis re
tulit celebrandi gratia capellaꝫ
ſācti Remoldi que ſita eſt iux
ta eccleſiā ſanctoꝝ Apoſtoloꝝ
in Colonia intrauit. Qui cum
ſacerdotalibus fuiſſet indutus
et populus ad audiendaꝫ miſſaꝫ

per n̄olam cōn̄uocatuſ cum̄ ca
licē; preparar et particulā cru
de carnis illi intrinſecus repit
adherentem. Territus valde
cum deliberaret vtrum ſibi eſſȝ
celebrandum vel ceſſandum
populum timens ſcandaliſare
ſi veſtes exueret panem calici
ſuperpoſuit. vinum ⁊ aquam
infundit ſicq; celebrans totū
ſimul ſumpſit. dicta miſſa req̄
ſiuit ab incluſa cui calix omiſ
ſus fuerat quis nouiſſime in e
odem calice celebraſſȝ. Que re
ſpondit. Dominus talis nomi
ne eum deſignans. Erat enim
dicte eccleſie ſanctorum apo
ſtolorum canonicus ſacerdos
ſecularis nimis modicum vel
nihil habens religioſitatis de
uocionis ſiue diuini tiois Ego
puto me eidē; miſſe interfuiſſe
Confeſſus eſt nobis prefat⁹
Daniel. ⁊ ſi tunc non mihi nū
q̄ȝ ſe aliqua miſſa tantum ha
buiſſe coſolacionis. antea vel
poſtea quantum in illa. Poſte
a cum idem Hertolphus hoſ
pitaretur apud nos abbaſ no
ſter negligenciam ei recitauit
ſed neſcio qualiter deo ſatiſfe
cerit. ¶ Apollonius. Melius
eſſet tam miſere vite ſacerdo
tibus de qualibus ſupradcūm
eſt tacitis verbis. ⁊ remota in

tencione tantum ſimulacione
celebrare q̄ȝ corpus domini cō
ficere ⁊ ſumere ad iudicium ſi
bi. ¶ Ceſarius. Plus iſtos q̄
dam auctoritas dicit peccare
quia nihil ſimulatorie nihil p̄
ſtigioſe. vel aliter q̄ȝ inſtitutū
eſt in eccleſia in hoc ſacramē
to fieri debet. Idem ſenciendū
eſt de hijs qui ſine ordinibus
celebrant ⁊ more ſymearum a
lios imitantur. ¶ Apollonius
Vnde hoc probas? ¶ Ceſari
us. Oſias rex iuda cum ex ni
mio feruore deuocionis officiū
ſacerdotale ſibi vſurparet. a
domino lepra percuſſus eſt.
Non enī puto quin multi ſub
eo eēnt mali ſacerdoteſ idigne
offerentes qui tamen puniti
non ſunt. ¶ Ceſari⁹. Sicut
enim ſecundum quantitatem
⁊ qualitatem culpe quantitas
⁊ qualitas pene moderantur.
Ita econtrario ex pena ɔgnoſcit̄
culpa. audi de hoc recens exē
plum. ¶ De ſacerdote ſine or
dinibus celebrante. cuius ma
nus ſacer ignis deuorauit.
¶ Capitulum. ſexageſimum.
Sicut mihi narrauit ſup
dictus Daniel. clericus
quidam quando Pariſius ſtu
duit horrendum ſatis ſpectacu
lū in eccleſia ſancte Marie dei

genitricis populo prebuit. Na ſacer ignis pene manus eius deuorauerat. Quem ſecretius cū campanaīs interrogaſſet cuius eſſet ordinis. et ille reſpondiſſet ſacerdocij ſubiunxit. Nunquam ſacro criſmate manus iſte peruncte ſunt Sentiens ille ſpiritu prophetico ſe deprehenſum confeſſus eſt culpam. Quantum Chriſto tanta preſumptio diſplaceat. ſequens exemplū manifeſtat. ¶ Item de alio qui ſine ordinibus celebrans crucifixum vidit lacrimantē.

¶ Capitulum. lxi.

Diaconus quidam Steueldenſis de ordine premonſtratenſi Gerhardus nomine apoſtatās circa quatuor tēpora ſe ordinem ſacerdotalem ſuſcepiſſe finxit. et Colonie in Baſilica ſancti Michaelis q̄ i porta martis poſita eſt quaſi primam miſſam inſtruente. cum ſacerdote miſerrimus celebrauit. Ego eidem miſſe tunc ſcolaris interfui et multas recepit oblaciones. Confeſſus eſt poſtea ſacerdoti qui ei aſtitit a quo ego audiui quod quociens ſe vertit ad populum crucifixū contra ſe ſtantem viderit lacrimantem. Eſt enim ymago eadem antiqua et ſculpta magna ſatis. Nam pius dominus qui olim fleuit ſup malicia ruiture ciuitatis Iheruſalem et de preſumpcione tāta lacrimari dignatus eſt Ex lacrimis vero ymaginis diuinā conſiderans magnitudinem culpe. penitēcia ductus. ſedem apoſtolicam peciīt. et in eadem via vitam finiuit. Hec dicta ſufficiant de ſacerdotibus indigne conficientibus. De indigne ſumentibus aliqua tibi dicam exempla. ¶ Quomodo euchariſtia ſacra ſumi debeat.

¶ Capitulum. lxij.

In exodo precepit dominus agnum paſchalē comedi aſſum igni et cum lactucis agreſtibus renibuſque ſuccīctis. Si de agno figurali p ſignificacionem hec precepta ſūt quomodo aliquis audebit accedere ad eſum veri agni ſine igne caritatis. ſine amaritudine cordis et caſtitate corporis Nycodemus attulit mirre et aloes quaſi libras centum et inuoluit dominum i ſindone mūda. et poſt ſepeliuit in monumēto nouo. in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. et tu quiſquis in peccatis es. ſine mirra et aloe id eſt ſine amaritudine penitēcie cordiſque contricione dominū

in ſepulchro fetido repōis Ag
nus paſchalis decima die mē
ſis tollebatur·et quarta decīa
die immolabatur·Per quod
oſtenditur·ꝙ non debet acce
dere ad eucbariſtiam·niſi qui
impleuerit precepta decalogi·
et precepta quatuor euangeli
orum·Audi nunc quid mere
antur indigne communicātes
¶ De wirico conuerſo qui car
bones ſumere viſus eſt loco ſa
cramenti· ¶ Capitulum·lxiij
IN Hemmenrode conuer
ſus quidam fuerat noīe
wiricus·Hic ante conuerſio
nem male vixerat·et in ordine
modicum ſe emēdauerat Die
quadam cum iret ad ſacram
communionem cum ceteris fra
tribus·In hora illa qua ei ſacˀ
dos corpus domini porrigebat
alius quidam conuerſus reli
gioſus vidit in os eius mitti·
non ſacramentum·ſed carbo
nem nigerrimum·Racionē ſu
pradictā capitulo quīquage
ſimoquarto·hic aſſigna de
ſacerdote de Hademmaē Quoſ
dam enim dominus corpus ſu
um ſumere non ſinit vt culpaꝫ
eorum manifeſtet· ¶ De conū
ſo ꝓprietario qui corpus xp̄i
ſumere non potuit·
¶ Capitulum·lxiiij·

Ante duo anni ſunt elapſi
ꝙ conuerſus quidam de
ordine noſtro infirmatus eſt
grauiter·in pictauia a domo q̄
dicitur Fumoringens·Cuius
confeſſioneꝫ cum abbas audi
uiſſet·eumqꝫ ſatis diligenter
ad emendacionem conſciēcie
monuiſſet·allatum eſt ei cor
pus domini Quod quideꝫ aperto
ore ſuſcepit·ſed os ad maſti
candum claudere non potuit
Mirantibus vniuerſis qui ad
erant·ſacerdos ſacramentum
extrahens alteri dedit infirmo
quod ille deuote ſatis ſine om̄i ſuſ
cepit impedimento·Non mul
to poſt conuerſus idem mortu
us eſt·et cauſa ſalutem eiꝰ im
pediens declarata eſt·Nam
quinqꝫ ſolidi non argentei·
ſed erei·cum eſſꝫ abluendus
circa eum inuenti ſunt·Non ei
ei licuit habere pecuniam·Et
glorificauerunt deum·videntes
hec Ad mandatum vero abba
tis in campo ſepultus eſt et ſup
eum iidem ſolidi proiecti·Dicē
tibus omnibus qui aderant·
pecunia tua quam clam nobiſ
contra profeſſionem tuam poſ
ſediſti tecū ſit in eternam ꝑdi
cionē·Hec cum idem abbas re
citaſſꝫ in ꝑximo capitulo gn̄a
liſ biduū rexit·Et vt ſciatis nullam

fuiſſe infirmitatem in cauſa · q̄
re corpus domini ſumere non
poſſet · Eadem die gallinam vi
te gratia cōcedit · Eſtimo tibi iā
ſatiſfactum ꝙ ſub ſpecie panis
ſit verum corpus Chriſti · et
ſub ſpecie vini poſt conſecrati
onem verus ſāguis Chriſti · et
ꝙ digne conficientes atq̄ʒ ſu
mentes mereantur gratiam · i
digne vero culpam · ¶ Apol
lonius Eciam ſi de hijs cogitaſ
ſem · ammodo dubitare nō poſ
ſem · ¶ Ceſarius · Dicam tibi i
fine nunc huius diſtinctionis
quantum deo placeat · ſi mun
da ſolicite fiant · q̄ tanto ſacrā
mento fuerint neceſſaria · ¶

De hoſtia que belle de corpora
li reſiliuit ob vermiculum in ea
decoctum ·

¶ Capitulum · lxv ·

Circa hoc biennium iux
ta Coloniam in villa q̄
Belle vocatur · geſtum ē qd̄
dico · Die quadam cum ſacer
dos miſſam celebraret · et dcō
euangelio · vt ſecularibus mos
eſt miniſtrante ſcolare · hoſtiā
patene ſuppoſitā ſup corpale
locaſſet · illa mox reſiliuit · Pu
tans hoc ſacerdos caſu accidiſ
ſe neq̄ʒ hoſtiam bene locatam
denuo eandē ſuperpoſuit que
remotius eo intuente reſiliuit.
ꝙ prius · Cumq̄ʒ tercio id tem
taſſet quaſi turbine impulſa
proiecta eſt de altari · Quo vi
ſo territus eſt valde et ſe tanto
miniſterio indignum reputās
precepit ſcolari · vt eadem hoſ
tia reſeruata aliam ſuperpo
neret · quam et cōſecrauit · Dcā
vero miſſa tollens ſecum hoſti
am predictam Coloniā pro
perauit · inueniensq̄ʒ priores a
pud ſanctos apoſtolos hoſti
am eis oſtendit · quid de ea ac
tum ſit recitauit · Cunctis cau
ſam mirantibus vnus clerico
rum hoſtiam contra lucem le
uans maculam in ea contempla
tus eſt · Quam cum in aſpectu
multorum fregiſſet · cymex qui
vulgo pediculus paietinus di
citur apparuit in ea decoctus :
Et glorificauerunt dominum
omnes qui aderant · Haud du
bium : quin a ſanctis angelis
reiecta eſt qui non ſunt paſſi
vt panis tam fetido vermiculo
corruptus per miniſterium ſa
cerdotis tranſiret in corpus do
mini ſui · Helleuuic9 prior mō
tis ſancte Vualburgis teſtat
ſe eandem hoſtiā vidiſſe · Sa
cerdos adhuc viuit · qui mihi
minus credit interroget illū
Vides quāta ſit negligencia
ſacerdotum noſtrorum · Olim

Olim ſacerdotes legales ad pa
nes ꝓpoſicionis agros ipſi ex
colebant. ſeminabant. tritura
bant. molebāt. pinſebant. pa
nes formabant et coquebant.
Erantq; de ſimula mūdiſſima
Attamen illis panibus ſola e
rat figura. heu modo panes ſb
quibus eſt veritas. id eſt cor
pus Chriſti poſt conſecracio
nem modo pinſunt. formant.
et coquūt negligentes vxores
campanariorum. et ideo tales
eueniunt negligencie. Unde
cum abbas noſter die quadā
celebraturus eſſ; miſſam i qua
dam eccleſia et eſſent hoſtie ni
gerrime. ait campanario. De
quo grano ſunt hoſtie iſte Re
ſpondente illo. De auena nolu
it celebrare valde arguens illū
dixit ꝙ nihil ibi fieret Apol
lonius. Quid ſenciendum eſt
de ſpelta? Ceſarius Requiſi
tus de hoc dominꝰ papa hono
rius per litteras cuiuſdam ab
batis ordinis noſtri. reſpōdit
ſpeltam magis pertinere ad or
deum ꝙ̄ ad triticum De corpo
rali vero tibi eciam referam ex
emplum. De corporali qd̄
ob tactū ipgnate ſcīmonial' ſā
guineā cōtraxit maculā. lxvi

In domo quadam ſancti
monialium cum cuſtos
cenobij eiuſdem femina religi
oſa die quadam corporale la
uiſſ;. Juuencula quedam que
ei ad ſolacium fuerāt deputata
cum ea lotū extenderet ad ſic
candum. Ad cuius tactū mox
macula ſāguis apparuit Qua
viſa cuſtos iterum corporale
lauit. et maculam abluit. ſed
mox vt iuuencula manum ap
poſuit. mox eadem apparuit.
Delatum eſt miraculū ad ma
giſtram iniūcte ſunt oracioēs
reuelata eſt cauſa. queſita eſt
et inuenta. Fuerat enī impreg
nata occulte. et ideo tactu cor
poralis indigna. Quantum
deo munde manꝰ placeant ad
idem miniſterium. ſequens de
clarat exemplum. Jtē de cor
porali qd̄ Godeſcalcꝰ in exſic
cacione rupit et diuina virtus
reparauit

Capitulum. lxvij.

Godeſcalcus de Volmunt
ſteine cuius ſupra memi
ni. cum die quadam corpora
le cum ſacriſta noſtro extēdiſ
ſet ad poliendum. illudq; per
medium rupiſſ;. cuſtos illud
complicans in theca repoſuit.
Poſtea autem illud explicans
cum integrum repperiſſet mira
tus eſt valde ſanctitati predi
cti ſacerdotis illud aſſcribens

Quantum gracie in exſiccacõ
ne vnius corporalis meruerit
virgo de quidẽ habeſ ſupra in
diſtinctione ſeptima capitulo
viceſimo. Igitur paſcha no
ſtrũm ꝑmolatus eſt Chriſtꝰ
Ipſe enim verus eſt agnus. q̃
abſtulit peccata mundi. Sine
eſu huius agni ſecuri nõ egre
diemur de Egipto. id ē de hoc
mundo. Differencia ⁊ modus
comeſtionis ventilata ſunt. ſic
illum comedere ſtudeamus vt
eius virtute de deſerto noſtre
religionis peruenire valeamꝰ
in terram vere promiſſionis in
qua per ipſum ⁊ cum ipſo vlti
mum ⁊ eternũm paſcha cele
brare mereamur.

AMEN

Ceſarij Ciſtercienſ mõ
nachi in valle ſancti Pe
tri: quaȝ vulgo Heyſter
bachum dicimus Nona
diſtinctio de venerabiliſſi
mo ſacramento corporiſ
⁊ ſãguinis domini noſtri
Jheſu Chriſti
Explicit feliciter

DEO GRACIAS

Incipiũt capitula diſtinctionis decime.

Quid ſit miraculum: a q̄ vel aquib⁹ fiat: ſeu i quibus: que etiã ſit cauſa miraculoꝝ. Ca. primum.

De Dũnãdo qui infra vnã horã ab ihr̃l'm trãſlatus eſt in dyoceſim leodieñſem. Ca. ij

De monacho y deota: qui in ſomnis accepit ſcientiã predicandi. Ca iij

De clerico qui per minutionẽ ſcienciam lrãrũ perdidit: et rurſum accepit eãdẽ ãno reuoluto ſaguinem minuẽdo. Ca iiij

De cõuerſo eberbacheñſi: cui⁹ tactu infirmi ſanabantur. v

De monacho cõtemtore temi paliũ: cui⁹ tactu veſtimentoꝝ infirmi ſanabant̃. Ca vi

De ruſtico in Heimersbach fornaci incluſo: et p ſanctũ Jacobũ liberato. Ca. vij

De abbate q̄ in caitate a mõcho ſuo ãmonitus: carnes cõedit Ca viij

De mõcho qui carnẽ fetidã cepit comedere: cũ abbati ſuo obedire noluit ad eſũ carniũ. Ca. nonum

De femina a demõio liberata et ab eo de ob inobediencia con fracta Ca x

De demone. quem Albertus ſco de hart iocula riter eiecit. Ca vndecimũ

De Theoderico milite de Rulãt qui i fluxu ſaguinis laborãs ſarracenos miraculoſe fugauit Ca. xij

De milite cui⁹ vinea collecta ob pfectionẽ decimatiõis: miraculoſe r̃pleta eſt Ca xiij

De cõuerſo cui⁹ oracõe olla cõfracta: miraculoſe reparata eſt Ca xiiij

De cõuiſo: ob cui⁹ obedienciam piſa in agro ficcans miraculoſe verſa eſt. Ca xv

De Sophia abbatiſſa cui tẽuis ceruiſia verſa ẽ in vinũ xvi

De piſtrice blaſphemãte: cũius paſta verſa eſt i fumũ xvij

De Octone de ſcõberh: qui p totam quadrageſimã carnes comedit. et poſt paſcha ill'e ſci nõ potuit. Ca xviij

De crucifixo apud ſcũm Boarẽ vulnerato de quo ſanguis exiuit. Ca xix

De cruce lanceata: cui ſimile contigit Ca xx

De furib⁹ qui i Traiecto crucẽ furati ſũt et ſuſpenſi ca xxi

De Matrona que ſine dolore peperit cũ cõſenſiſſet in mai ti ſignacõne Ca xxii

De diuiſiõe ſolis in tres partes Capitulum xxiii

Itē de eclipſi ſol' ⁊ morte Phi lippi regis· ca· xxiiij·

De ſtella que viſa ē Colonie poſt meridiē· ca· xxv·

Itē de ſtella maria q̄ apparuit poſt ſol' occaſū· ca· xxvi·

De tonitruo ⁊ fulmīe ī vigilia ſcā Mathie. ca· xxvij· ·xxviij·

De theatro ī ſaxonia fulminato

De ſacerdote ꝓpter pctā ſua a fulmine ↄſūpto· ca· xxix·

De Richwino a p̄donib; p tonitruū liberato· ca· xxx·

De vidua q̄ mēſuras ſuas ponēs ↄtra ignē: domū ſua; ab incēdio liberauit· ca· xxxi·

De ciue Suſacīēſe cui⁹ veſtis obuſta eſt cruce cuſtodita miraculoſe· ca· xxxij·

Itē de pomo obuſto ſona crucis: que circūligata fuerat illeſa· ca· xxxiij·

De clerico q̄ a mētrice infamatus incēdiū n̄ ſenſit· ca· xxxiiij·

De piſcatore fornicario: quē candēs ferrū ob ↄfeſſionē non leſit: ⁊ poſtea recidiuantē; aq̄ frigida obuſſit· ca· xxxv·

De viatore incēdiario quē frigidū ferrū in vſſit· ca· xxxvi·

De crucib⁹ que apparuerūt in friſia: tpe p̄dicacōis crucis· ʒʌ·

De cruce q̄ apparuit ī Soterſhuſē iuxta ſolē· ca· xxxviij·

De alia cruce q̄ viſa eſt in villa Dothevm in prouincia Friſie· ca· xxxix·

Itē de crucib; que viſe ſūt eodē tpe in villa Helledorp· ca· xl·

De nube que in ſaxonia cadēs multos ſūmerſit· ca· xli·

De mōſtro in puero p baptiſmū fugato· ca· xlij·

De pagano apud Babilonē baptiſato ⁊ ſanato· ca· xliij·

Itē de autoē h⁹ dyalogi q̄ bn̄ficio baptiſmi ↄualuit· xliiij·

De cane q̄ a ſcolarib; baptiſatus in rabiē verſus ē· ca· xlv·

De Richardo rēge Anglie ⁊ piculo eius in mari· ca· xlvi·

De preſſuris q̄ facte ſunt nr̄is tpib;· ca· xlvij·

De tremotu in cypro· xlviij·

De terremotu ī brixa· ca· xlix·

De terremotu ī Colōia· ca· l·

De igne: q̄ viſus ē de celo in terra comitis de mōte· ca· li·

De hoīe de fodina: in q̄ p ānū iacuerāt obrutus mirabilit' liberato· ca· lij·

De hoīe q̄ ſacramētū cinerū irridēs puluē ſuffocatus ē· ca· liij·

De ↄuerſo ſepulto ⁊ arbore eius meritis ſciſſa· ca· liiij·

De puella ⁊ ſilice in ſignū ſtabilitatis ſciſſo· ca· lv·

De auicula meritis ſancti Thome epi Cātuarīēſis a miluo liberata· ca· lvi·

De columbis quibus miles de
dit licentiā auolandi. Ca lvij
De coruis: quibus Ciſter
tienſ benedictōnē dedit. lviij.
Quod prudies ſep ſolita pe
tāt loca. Ca. lix
De Ciconia propter adulte
riū occiſa. Ca lx
De anulo Conradi ꝑpoſiti in
Eſoto ṙpto. Ca lxi
De aquis in ſāguinem verſiſ
ꝗ de piſcibus earū. Ca lxij
De bubalis qui cuſtodem ſu
ū interfecerūt. Ca lxiij
De Lupa. q̄ ſcolarē interfec
in Carpania Ca lxiiij
De homine: cuiꝰ oēs liberos
lupi ſuffocauerunt. Ca lxv
De lupo qui puellam traxit
in nemꝰ. ut os de guttere ſocij
extraheret. Ca lxvi
De bufone: qui pſecutus eſt
Theodericū cognomēto caue
rum. Ca lxvij.
Item de bufone qui in fiala
bibuli ſacdotis ṙptꝰ ē. lxviij.
De bufone qui reptꝰ ē ſup al
tare iudeoꝝ cū celebrarēt ceno
phegia. Ca lxix
De ſerpēte: qui volnꝰ ſatelli
tis ſuxit ꝗ ſanauit. ca. lxx.
De mrona Flādrenſi que ſer
pētē in cerbita bibit et in partu
eundem effudit. Ca lxxi
Itē de muliē cui dorīēti ſpēs

ꝑ os ingreſſus eſt: et ꝑ partū
egreſſus. capitulum. lxxij.

Diſtinctio decima Incipit
Capitulū p̄. Ceſarius

NOn ſine ratiōe poſt ſacra
mētū corpis et ſāguinis
Chriſti: tractādū ſuſpicor de
miraculis. quia q̄ digne illud
oficiūt vel eo pticipāt: nonnū
q̄ gloia miraculoꝝ illuſtrant̄
licet enī omnia que in ſupiori
bus diſtinctōibꝰ dicta ſūt. ſa
tis ſint miraculoſa. attamē in
pn̄ti diſtinctōe. aliqua de rebꝰ
miraculoſis dicere propoſui.
Et bene hoc fieri arbitror i diſ
tinctōe decima: eo q̄ Egiptus
x. plagis valde miraculoſe per
cuſſa eſt. Apollonius Quid
eſt miraculū? Ceſariꝰ. Mi
raculum dicimus quicquid ſit
cōtra ſolitū curſum nature. vn̄
miramur. Scd̄m cauſas ſupi
ores miraculū nl̄ eſt. Apol
loniꝰ. A quo vel a quibus ſiūt
miracula? Ceſarius Mira
cula ſiūt deo auctore. ſcd̄um q̄
in pſalmo dicitur. Tu es deus
qui facis mirabilia. Fiūt etiā
miracula. tā per bonos q̄ ꝑ ma
los. De bonis queſtio non eſt
De malis vero Saluator dicit
in Euāgelio. Multi dicēt mihi
in illa die. dn̄e domine. nōne in
nomine tuo prophetauimus.

⁊ in nomine tuo demonia eieci
mus et in nomine tuo virtutes
multas fecimus? et cetera: vſ
qȝ ad illud. Et confitebor illis
Quia nunquam̄ noui vos. ¶
Appollonius. Vellem mihi
nunc expediri o Ceſari. que
ſit cauſa miraculorum ¶ Ce
ſarius. Cauſa multiplex eſt:
mihiqȝ preſerti inexplicabilis
Aliquando deus miracula ope
ratur in elementis: vt mortali
bus ſuam oſtendat potentiā.
Aliquando genera dat lingua
rum: ſiue ſpiritum prophetie:
vt manifeſtet ſuam ſapientiā:
Aliquando gratiam dat ſani
tatum. vt ſuam magnam no
bis reuelet miſericordiam. ¶
Apollonius. Satis ex dictis
tuis intelligo deum eſſe cauſā
miraculorum principalem. li
cet finalis cauſa varietur. Su
per eſt ergo vt q̄ breuiter ex
pedias in quibȝ fiāt miracula.
¶ Ceſarius. In hominibȝ: ī ele
mentis: igne ſcȝ: ⁊ aere. aqua.
⁊ terra. in auibȝ. piſcibȝ. aīali
bus. ⁊ reptilibus. Que ut ma
gis tibi fiāt nota: aliqua de ſin
gulis tibi tradā exempla De ſā
ctis. qui noſtris fuerūt tempi
bus: miracula plīma tibi dice
re poſſem. ſȝ ſcripta alioȝ ſilen
tiū imponūt mihi. Aliqua tam̄
tibi referam: vn̄ ſatis miraberis
Noſtris enī contigit tempib9
quod ſequitur exemplum.

¶ Capitulum. ij.

In dioceſi Leodienſi: villa que
elſelo dicitur. laycus quidam
habitabat rligioſus. nomine
wimandus. matris monachi
noſtri wimandi: a quo nomē
traxit auunculus. Hic tempē
quodam peregrinacōnis gra
cia. cum quibuſdā prouintie
ſue hominibus Iheroſolimam
profectus eſt. In die paſche cū
poſt ſolemnia miſſarum ſe ad
reditum illi prepararēnt: eiſqȝ
p̄dictus wimandus ut homo
deuotus ſuaderet: dicens. Con
ueniens eſt fratres: ut in hac
ſacratiſſima die quieſcentes:
omnes eius horas peraudia
mus. ſuadere non potuit. Feſti
nantibus eis ad portum. ipſe
remanſit: omniaqȝ diei officia
illius peraudiens. ſolus poſt
eos die ſequenti iter arripuit.
Cui perſona magne reueren
cie illi in equo occurrens. atqȝ
ſalutans ait. Cur ſic bone ho
mo ſolus incedis? Vel vnde
venis? Reſpondente eo ab Ihe
roſolimis venio: et ſic atqȝ ſic
mihi contigit Ille protinus ſb
iūgit Aſcende a ſede poſt tergū
meum: bn̄ ſeqmur ſocios tuos

Qđ cū feciſſet eadēʒ die iuxta
predictā villam eum depoſuit
dicēs. Cognoſcis: vbi ſis. Di
cente illo . prouintiam quidē
cognoſco: ſed quid circa me a
gatur ignoro. eques adiecit.
Quia Chriſtū honoraſti: idē
co miſſus ſū ut te reducerē. Ec
ce dom⁹ tua: vade ⁊ enarra mi
rabilia eius: que circa te geſta
ſunt. Quē cum noti eius vidiſ
ſent. Dixiſſentqʒ: vbi ſūt ſocij
tui? r̄ndit. Hodie fui in Iheru
ſalē: et reliquerunt me ibidem
p̄cedentes me. Et nō crediderīt
ei dicētes. Senex iſte delirat.
Qui ſtatim cōciuiū ſB ſānacio
nes declinans: cū pecunia que
ei ſuperat ex gratia celeſtis cō
uectoris: limina bti Jacobi apo
ſtoli petiuit: ⁊ anq̄ꝫ ſocij ei⁹ re
dirēt ipſe redijt. Duplici ergo
teſtimonio glorificatus: pere
grinorū videlicet: ꝙ in paſcha
in ihrl'm ſit relictus: ⁊ cōciuiū
ꝙ die ſequenti in elſelo ſit vi
ſus: ab vtriſqʒ magnificatus
eſt dominus: tanta miracula v
biqʒ diuulgātes. ¶ Appollōi
us. Si Herbardus de Hollē
bach. ſicut dictū eſt in diſtinc
tione octaua capitulo quinq̄
geſimooctauo: tranſlatus eſt
in ictu tpis: ab India in proui
tiam noſtrā miniſterio dyabo

li. dei tamē precepto. nō hoc
miror de celeſti nūtio Antiqua
noſtris tēpoibus renouantur
miracula. Helias Thesbites
p currus ⁊ equos raptus eſt i
paradiſū. hic vero nō min⁹ mi
raculoſe: p equū ⁊ equitē i mo
rula tēporis trāſuect⁹ eſt: per
multa ſpacia maris atqʒ terra
rum. ¶ Ceſarius Ego tecū ſe
tio. Audi nūc aliqua de pſonis
ordinis noſtri miracula. ca iii

Relatiōe quorūdā abba
tū ordinis noſtri didici
quod iā dicturus ſuʒ. Mona
chus quidam per viſionē noc
turnam: in celeſte tēplū ſe trāſ
poſitū vidit: in q̊ alba ⁊ ſtola
indutus: coram domino. euā
geliū legit. Erat enī dyacon⁹
⁊ ꝑ deota. Qui cū legendi be
nedictōneʒ poſtulaſſet a dn̄o
huiuſmodi r̄nſuʒ accepit. Ab
hac hora habeas ſciētiaʒ ⁊ vir
tutē p̄dicandi verbuʒ dei: quo
tienſcūqʒ tibi fuerit iniunctuʒ.
Lecto vero euāgelio euigilans
intellexit. qđ ſomniū eſſet. Mi
ratus tamē de tam manifeſta
viſione. dicebat intra ſe Hodi
e lecturus es euāgeliuʒ ad miſ
ſā. ſi eiuſdem coloīs iueneīs ſto
lam. qualem in celo vidiſti. ve
ra ē viſio Nutu vero dei factū
eſt. ut a ſacriſta ſtola cōſimilis

exponeretur. Mox de viſionē quaſi certificatus: quid viderit abbati expoſuit. a quo iuſſus loqui verbū dei. vſqȝ hodie im̄ p̄meditate tā excellent᷑ ⁊ tam efficacit᷑ illud exponit. vt om̄nes auditores ſuos in ſtuporē ꝯuertat. Alijs ſiq̄dē tēporibus nullius eſt lr̄ature. ¶ Apollonius. Miraculū ſalomōis. qui in ſōnis ſciam accepit: ī iſto refultat. ¶ Ceſarius. Deus enī eſt ſciaꝝ dn̄s. Alijs ſciētiā vt dcūm ē miraculoſe ꝯferendo. alijs nō minori miraculo habitū ſb̄trahēdo. ¶ Ca. iiij.

Abbas de lapide ſcī Michael tp̄e. ca. gn̄al᷑ p Hēmrode trāſiēs caſū mirabilē nimis ibid̄ r̄citauit. Fuit apud nos iq̄t cleric9. bone admodū lr̄ature. Hic cū die quadā in vena ſanguinē minuerz. ſic ōnez ſcripturarum ſcienciam pdidit. vt eaz p ſanguinē effudiſſe videretur litteram ab illa hora nō ꝯgnouit. latinī ſermonis nec vnū q̄dem verbū intelligere vel pferre potuit ⁊ ut noueritis priuatiōez ſenſus non fuiſſe in cauſa ſed diuinam potenciam omnium rerum prius habitarum plene retinuit ſcienciam. Qui cum tam mirabilem litterature ſue iacturam cum dolore mul

tis expoſuiſſet. quidam ei ſuaſit dicens. Anno reuoluto eodem die ⁊ eadem hora iterum minuas. forte ſubtracta recipies. Quod cū feciſſet ſcienciaȝ priſtinam recepit. A domino factum eſt iſtud. ſicut ⁊ precedencia. ⁊ eſt mirabile in ocul᷑ noſtris. Alijs etiam per alios dominus tribuit gratiam ſanitatum.

¶ Capitulum q̄uintum

IN Eberbaco conuerſus quidaȝ extitit homo ſimplex et bonus etatis decrepite. Huic dominus tantam contulerat gratiam. ut tactu manus eius diuerſe infirmitates fugarentur. Quod vbi ſecularib9 compertum eſt ex utroqȝ ſexu tam diuites q̄ʒ pauperes gracia ſanitatum ad monaſterium cōfluentes virtutez benedictionis eius ſenſerunt. Ex quoꝝ concurſu videns abbas fratrū quietem turbari. ⁊ domum in expenſis non modicum grauari. eidem conuerſo ne alicui ſeculari de cetero manus imponerz. precepit. Ex illa hora in eo ceſſauit virtus miraculoꝝ. Hec mihi ante hoc biennium cū eēz i ebarbaco a mōchis reci tata ſūt Ego vero virū ſciuȝ adij ⁊ cū rogaſſez eū vt p me orarz

Simpliciter rñdit. Quotidie
oro pro te: et pro toto mundo
Retulit nob ¶ Ca vi
nup abbas qͣdam ordis
noſtri: de quodam mōcho: cui
tāta a dño cōceſſa ē grā: vt vir
tute veſtimētorum ei9 multi ſa
narent'. Sepe ſi tamen adhuc
viuit: dū fratres veſtes eius in
duūt: vel cingulo ſe cingunt ſa
nantur. Quod cū quodā tēpo
re eius abbas cōſideraſſꝫ: nec a
liquid ſpecialitatis in illo vidiſ
ſet. In hijs verbis eū ſecretius
allocut9 eſt. Dic mī fili: Que ē
cauſa tantoꝝ miraculorū? Rñ
dit ille. Neſcio dñe. Nō plus
ceteris fratrib9 oro: Non pluſ
vigilo: non plus ieiuno. non
plus laboro: ſed vnum ſcio: qꝛ
me non poteſt extollē proſpi
tas. neqꝫ frangere adūſitas. ſi
ue de pſona mea ſit ſiue aliorū
Cui cū dixiſſet abbas. Non te
turbauit qꝛ miles tal' nup grā
giā nrām incendit? Rñdit Nō
Totū enī deo conmiſi. Si mo
dicū habeo. cū gratiarū actiōe
accipio. Si multū. iterū graci
as ago. Et cognouit abbaſ qꝛ
cauſa tante virtutis eſſꝫ amor
dei. et cōtemtus rerū terrenarū
Sancte v̄tutes. fides videlicet
ſpes. et caritas. Juſtitia. humili
tas. obediencia. zelus diſcipliſ

atqꝫ cōpaſſio. ſepe gl'a miracu
lorū remūerāt' ſicut ſubſequē
tibus declaratur exemplis.
Iuxta coloniā ¶ Ca. vij.
due generacōneſ ruſtico
rū. int' ſe ḡues ſatis inimicicias
exercebant. Ex qͣbus vna infir
mior in caſtrū vicinū Hemer
ſbach ſe tr̄ſtulit. De qͦ ptem
adūſā ſatis dāmificās cū die qͣ
dam vnum ex eis cepiſſent. vo
lentes tres ex eis pecunie aliqͥd
ab eo extorqre dicebāt. Si nō
dederis nob pecuniā. puniemuſ
te. Quib9 ille reſpōdit. Tres o
boloſ habeo. emite ex eis cune
os et comedite. quia nihil am
plius habebitis. Fideqꝫ habēs
in deo. et in ſācto Jacobo ſubie
cit. Quīqꝫ marcas domi habeo
in ciſta mea. et calciamenta no
ua. quib9 limina petā ſācti Ja
cobi. non vobis dabo illam pe
cuniā. In die ſancti Stephai
pfectur9 ſum et ante ortū diei
a vob receſſurus. Mirantibus
eis verborū oſtanciā. duos illi
conpedes inpoſuerūt et in forna
cem illū mittenteſ. octo viros
nocte illa ad cuſtodiā ei depu
tauerūt. Que ſemel ac ſecūdo in
terrogantes vtrū adhuc ibi
eſſꝫ et ille totvicib9 rñdiſſet eti
am adhuc ſuꝫ. hijs tertio eadē
ſciſcitantib9: nihil rñdit: quia

v̄tus fidei iã illuꝫ clauſa forna
ce eduxerat De ſpe ī ſuprioib9
mlta dcã ſūt Virtutē vero cai
tatis ſeqncia declābūt ¶ca·viij

Abbas quidã ordinis no
ſtri mõcho ſuo īfirmo ꝑ
cepit carnes manducare· Ille
mox obediens licet inuitus ab
bati rn̄dit dicens· Ego vos ro
go in caritate eadē: vt mecuꝫ il
las comedatis Qui ſtatim de
precãti oſenciens reſedit: mor
cellū de ſcutella mõchi tulit ⁊
comedit Sequenti die ſi bene
memini in ecc̃a vbi homo a de
monio vexabatur deueīt roga
tus a circūſtantibus vt demõeꝫ
adiuraret in hec verba proru
pit Adiuro te inmūde ſpītus
in hac caritate q̄ pridie ꝓpter
monachū meū carnes ↄmedi
ut exeas ab ho̾ homie Qui mox
ad ideꝫ verbū exiuit ⁊ fugit Ac
ſi caritatis incendiū ſufferre n̄
poſſꝫ Quãtū deo caitas place
at ex iobedīa plei9 oñdit ¶ca·ix

Alius quidã abbas cum
haberet monachuꝫ infir
mū ut ad recupacionē virium
carnes cõederꝫ p̄cepit Sed il
le pertinax nimis p recipienti
non acquieuit Vt autem de
us oñderet meliorem eſſe obe
dienciam q̄ȝ ſtultoruꝫ victias
inobediens monachus mox in

fabiem verſus in agrū cucurrit
ubi caneꝫ mortuum inueniēs
carnes eius fetentes auidiſſi
me comedere cepit Et quia in
carnibus peccauit in carnibus
punitus eſt quid de eo poſtea
actum ſit ignoro Hec duo mi
racula mihi narrauit magiſter
Johannes decanus Aquenſis
aſſerēs ſibi illa veraciter recita
ta Audiãt hec mõchi ⁊ obedi
ãt neqꝫ inodītã abſtinenciam
caritati preponant Aliud ad
huc referaꝫ exemplum per qd̄
cognoſces q̄ȝ bona ſit v̄tus ca
ritatis ⁊ q̄ȝ periculoſum viciuꝫ
inobediencie ¶ca·x

Nobilem quandam femi
nam in Saxonia dyabo
l9 obſidens duriſſime vexauit
Quã duꝫ p remedio ſanitatis
ad diuerſa ſanctorum limina
miniſteriales ei9 duxiſſent Die
quadã ſacerdos quidaꝫ ſupue
niens forma quideꝫ deſpectus
ſed gratia dei preditus vracõ
mi illius cõpaſſus ē Ex multa
enī caitatē dn̄ꝫ exorãs demoniū
eiecit feiaꝫ ſãitati reſtituēs Cui
dedit ī mãdatiſ ut p q̄ragīta dieſ
ī eod loco manēs q̄tidie dicaēt
⁊ ſingulas hoãs canõicas ꝑdi
ctorū dieꝝ paudiēt Qd cū fciſ
ſꝫ noue dieb9 nihil mali ſui de
inceps ſuſpicãtes abduxert ea

Jnvia turbine maximo impulſa atqꝫ deiecta ſic totalit̃ cōfracta eſt a diabolo vt ōnia eius mēbra humanis viſceribꝫ ſilia appareret. ¶ Apollonius. Que fuit cā pene tā crudel'. ¶ Ceſarius. Jnobediētia. Simile habes in dyalogo ſancti Gregorij de quodā clerico obſeſſo et a ſcō Benedicto liberato. Cui cū pcepiſſz ne vnq̄ ad ſacros ordies accederet et ille poſt mlt̃os ānos tranſgreſſor exiſterꝫ mox eū dyabolus puaſit tam diu vexans donec ſpiritū exalaret. ¶ Ca. xi.

Abbas de Numburg que ē abbatia ditiſſima nigri ordinis in ſaxonia nup p nos tranſiens r̃tulit nob̃ miraculū de curacōne cuiuſdā obſeſſe iocundiſſimū. Eſt inquit apud nos miles quidā religioſus Albertus noīe cognomento ſcotbart. Hic an̄ cōuerſionē in armis erat tam ſtrennu⁹ in milicia tā nominatus vt pene oīs nobiles terre nr̄e certati ei ſua munuſcula dextrarios videlicꝫ et veſtimēta precioſa dirigerēt. quatinus illū ſibi aſſotiarent. Die quadā dum quedaꝫ puella duodecī annoꝝ cuiuſdaꝫ militis filia in q̄dam ſedens eccleſia a religioſis exorziſaretur in riſū reſoluta clamauit. Ecce amicus meus venit ecce amicus meus venit. Requirentibus illis de quo diceret. R̄ndit illa. Bene videbitis eū. Dicebat enim de pdicto milite qui eadē hora ſatis remotus fueāt ab eccleſia. Qui quanto plus propinq̄uit tāto pl⁹ illa exultauit. Qui cū eccleſiā intraret illa ei aſſurgens et manibꝫ plaudens ſalutauit eū dicens. Ecce iſte ē amicus meus cedite cedite. ſinite illū appropinquare. Erat enīꝫ indutus veſtibꝫ purpureis atqꝫ cuculatis. Qui cū acceſſiſſet ad eā et dixiſſet ſuꝫ ego amicus tuus. R̄ndit per os puelle dyabolus. Etiaꝫ amicus meus optimus omnē eīu voluntatē meā facis de quo v̄bo miles ſatis turbatus eſt licet diſſimilaret. Subridēs tamē ſic ait. Tu demō ſtultus es et fatuus. Si prudēs eēs nobiſcū ad torneamēta pgeres. in quibus homines capiūtur et occidūtur. Vt quid ſine cauſa vexas puellaꝫ hanc innocuam que non peccauit. dicēte dyabolo. Si vis vt tecū pgam ſiue vt intreꝫ in corpus tuū. R̄ndit miles. Certe nō intrabis in me. Et dyabolus. Concede vt ſedeam in ſella tua. Quod cū negaſſꝫ petiuit locū

ĩn aliqua pᵗe equi vl' freni que
omnia negata ſũt ei. Ad quem
rurſum dyabolus nõ poſſũ pe
des currere. Si vis ut tecũ va
dam aliquẽ mihi ſaltem locũ
concedas circa te. Miles vero
puelle compaſſus ait demoni.
Si illam volueris deſerere cõce
dã tibi vnã lingulã pallij mei
tali cõdiciõe ut in nullo me le
das et tam diu mihi adhereas
q̃diu torneamẽta quero. Q̃n
tibi p̃cepo bona tua voluntate
ſine cõdictõne recedes et iura
uit ei dyabolus dicẽs. Non te
ledã. ſʒ ꝓmouebo. Exienſqʒ de
puella lingule pallij ei⁹ inſilijt
mirabili motu ſe ꝓdens. Ab illa
hora tm̃ glorie i torneamẽtis
militi acceſſit: vt quos lancea
deijcere vellʒ: deijcẽt. quos cape
re capet. Cum eunte ibat et cũ
loquẽte loquebatur. Q̃n plixi
us in eccleſia orabat dicebat.
Modo murmuras nimis. Q̃n
aqua benedicta ſe aſperſit ite
rum aiebat. Vide ne me tãgas
Cui miles. Si vna gutta te te
tigerit nõ mihi placebit. Tem
pore illo quo crux predicabatᷣ
cum miles intraret eccleſiã grã
cia ſignacõnis. dyabolus eum
retrahere niſus ẽ dicens. Quid
hic agis? Reſpondit miles.
Deo propono ſeruire et tibi re
nunciare. Recede ergo a me hec
dicẽte milite. Reſpondit ſathã
Quid tibi i me diſplicuit? Nũ
q̃ te leſi ſed ditaui. per me glo
rioſus factus es nimis. Attamẽ
tecum manere niſi conſencias
non potero quia hoc tibi ꝓmiſi: et
iuraui dum puellam reliq̃ram
quia te in nullo lederem: ſed ſe
per promouerem. Tunc dixit
miles. Ecce crucem iam ſuſcipio
et ut ilico nunq̃ reuerſurus re
cedas a me in nomine crucifixi
te adiuro. Et reliquit eũ dya
bolus. Qui mox cruce ſigna
tus mare tranſijt. Vbi duob⁹
annis Chriſto militãs. reuſus
hoſpitale magnũ atqʒ ditiſſi
mum peregrinis et pauperibus
edificauit. habebat enim ãnu
atim plus q̃ trecẽtas libras ar
gẽti i redditibus teſte prefato
abbate. In quo hoſpitali vſqʒ
hodie cum vxore ſua in habitu
religioſo membris Chriſti ſer
uit religioſorum omniũ maxi
me ordinis noſtri ſuſceptor de
uotus. Quibus in ioco dicere
ſolet. Vos domini abbates et
vos monachi non eſtis ſancti
Nos milites torneamentis ope
rã dantes ſancti ſumus. quia
demones nobis obediunt. et
abſqʒ vlla leſione nos ſequũ
tur illoſqʒ ab homib⁹ eijcim⁹.

¶ Appollonius Reſciui demo
nes ſic iocularIter eijci poſſe ¶
Ceſari9. Non iocus: ſed vtus
conpaſſionis illū eiecit. Quātū
apd deū poſſit caritas atq3 fra
terna cōpaſſio: ſubiecto decla
ratur exemplo: ſiue miraculo.

Frater Vualte ¶ Ca. xij
rus mōchus in Hemero
de rferre ſol3 miaculū mirabile
: cui ſe interfuiſſe memorat Cū
pegrini in pma expedicōe ob
ſiderēt ciuitatē Achon: otigit q̊
dā die vt egreſſi ſarraceni ma
nu violēta ꝓpellerēt Chriſtia
nos in caſtra ſua. Erat aūt tūc
ibi miles q̊dam iuuenis Thxo
dericus noie: frater domini Cu
nonis de Rulāt: qui adhuc vi
uit. Js fluxu ſāguinis adeo la
borabat et infirmabatur: q͛ in
lecto ſuo nō p ſe ſed in linthcāi
nevertebatur Hic audito ſtre
pitu 7 clamore fugientiū inter
rogauit q̊d hoc eſſet. Et cū au
diſſ3 re3 iuſſit ſibi afferri arma
ſua 7 ſe armari in lecto ſedēdo.
Tandem fracto dexterario ſuo
7 accinct9 enſe iuſſit ſe leuari
ſup equū ſuū 7 fluebat ſāguis
eciā p ſella3. Acceptaq3 lancea
exiuit dicēs. deus adiuua me 7
ſanctū ſepulchꝝ Qui tanta ve
hementia prupit in ſarracenoſ
trāſiens 7 ꝯfugiēs. percutiēs 7



ꝓpellens: q͛ oēs chriſtiani aīa
tī 7 cōfortati ſūt p eū ſolū: adeo
q͛ eiecerūt hoſtes a caſtris ſu
is. Quo facto rediJt ad lectu3
īfirmitatis ſue 7 tertia die mor
tuus eſt Audi nunc de iuſtitia
miraculū ſatis glorioſum.

Miles q̊dam in ¶ Ca. xiij.
dandis ſuis decimis. tan
te erat deuocōnis ac iuſticie ut
ei ſūmū eſſ3 ſtudiu3 illas ſoluē
ſine mora. ſine dolo. ſine vexaci
one. Habebat aūt vineā quan
dā que cir decē carratas ānua
tim facere ſolebat. Tempoē q̊
dam vt poſt patuit magis ex
dei diſpēſacōne. q͛ ex aeriſ intē
perie poſtq͛ collectū eſt vinūq3
expſſum vna tātū inuēta ē car
rata. Quo audito miles ſeruo
ſuo verbū memoria dignū rn
dit. Qd meū erat inq̊t mihi do
minus tulit ego illi porcōnē ſu
am nō auferā vade 7 da ſacdo
ti carrata3 hanc p decima. Qd
7 factū eſt. Eodē tempe militiſ
germanus ſacdos q̊dam iux
pdcām vineā trāſiens ea3 viniſ
refertā vidit moxq3 ad fratrē i
trās de negligentia illū arguit
dicēs. Quare nō du3 collecta ē
vinea vrā. Rndente illo diu col
lecta ē: ſacdos ſtbiuxit. Neq͛q͛
Jā illā plenam vidi Queſitū ē
7 inuentū nec vnq͛ aliq̊ anno

vberiores fructꝰ fecit q̄ꝫ in illo.
Hec nobis eodẽ tempe recita
ta ſunt ⁊ ſatis doleo q̄ꝫ nomē
militis ſiue loci nō retinui. Ali
ud tibi referā de humilitate mi
raculū ſatis magnū.

Capitulū. xiiij.

Fvit in Hemmērode con
uerſus quidā bonus Eū
hardus nomīe cuſtos medie
porte. Is aliquādo egreſſus cū
fratribꝰ carpentarijs. tempore
hyemis in ſiluā eorum vtenſi
lia cuſtodiebat ⁊ cibaria pre
parabat. vna dierum cū ſolito
tardius ſurrexiſſent ad vigili
as egreſſis fratribꝰ ad laborē
ipſe oratiōes ſuas accelerabat
vt illis pulmentaria tempeſti
uius preparaꝛe potuiſſet Inter
orandum appoſuit ollam ere
am foco. ſed aquā oblitus eſt
infundere. Poſt horam oleā im
poſiturus inuenit ollam eandē
tē ſubitoq̄ꝫ turbatus ⁊ factus
ſine conſilio vt ſubueniret ol
le aquaꝫ frigidam infudit. At
illa vt ſue nature eſt ſtatim diſ
ſiliendo cōfracta eſt. Aliam ve
ro ollā in qua laborantes pro
curaret nō habens genua ad
orationem flexit ⁊ cū lacrimis
deum ſuppliciter implorauit.
vt miſericordiā ⁊ conſilium ſi
bi daret quatinꝰ pro nomine
ſuo laborantes expectato non
priuarētur eduleo. Pius domi
nus humilitatē miniſterij eius
attendens orationem eius ex
audiuit. Qui ſurgēs ab orati
one ollam eandem iuxta ſe in
tegram cōſpexit ſtantem. Gra
tias igitur agēs deo ollam ar
ripuit. aquam infudit. ignibꝫ
admouit. olera impoſuit ⁊ ca
q̄ꝫ velotius potuit coxit. Qui
bus ſuffitienter decoctis horaꝫ
tertiam ſignificauit et fratres
oratione completa ad refitien
dum conſederūt. Poſt refectio
nem autē profeſſi ſunt. q̄ꝫ toto
illo tempe quo ibidē demorati
fuerant tam bona oleānon co
mediſſent. ſimul ⁊ mirati ſunt
q̄ꝫ cicius ſolito tertiam ſigni
ficaſſet. cum ille ex diuerſo ip
ſos indignātes putaſſꝫ q̄ꝫ tar
dius ſolito eam pulſaſſet. Ni
mirum: in decoctione illam ho
ram ſibi plurimam preterijſſe
crediderat: quia diuine coope
rationis ineſtimabilem diſpen
ſationem non plene ſentiebat

De obedientia vero ſubiungā
miraculum iam dicto excellen
tius.

De cōuerſo ob cuius obedi
entiam piſa in agro ſiccās mi
raculoſe verſa eſt.

Capitulū decimūquintuꝫ.

IN prefata domo conuſi
piſam meſſuerāt: que dū
ad ſiccādum ſparſa iaceret in
agro: venerūt iidem conuſi ad
priorē dicētes. Niſi totus con
uentus oti9 exeat: necnon ⁊ in
firmi piſāq3 vertāt tota pibit
Timebant enī pluuiam immi
nentē. Et precepit prior omni
bus: q̄ ire poſſent ut ſe prepa
rēt. Mox ex infirmatario con
uerſoru3 frater quidā ſimplex
exiens: ex multo feruore obedi
entie ante oēs feſtinabat. Et
cum agro in quo piſa iacebat
ꝓpinquaſſ3 illa mirum i modū
in oculis eius p diuerſa loca ſe
vertebat. Quod vbi vidit: grās
agēs deo rediit. Cui prior oc
currens: ait. Cur reuerteris fra
ter? Rn̄dit ille. Dn̄e non ē ne
ceſſe: ut pcedatis. Quia ipſa
totaliter verſa eſt. Quis inq̄t
vertit illā? Rn̄dēte humilit' cō
uerſo: Ille qui bene facē potuit
Prior ut ita eē cōperit: nō abſ
q3 multa āmiratione cū cōuen
tu reuerſus eſt. Apollonius
Ia3 nō ābigo: quā magna ſit
virtus obedientie: q̄ tāto mira
culo remuneratur. Ceſari9
Sicut deus obedientia3 in ſb
iectis: ita 3elū diſcipline diligit
in prelatis.

Capitulum. xvi.

IN Houēne domo ſamō
nialiū ordinis noſtri: q̄
abbati noſtro ɔmiſſa eſt: āno
preterito quedam abbatiſſa
defuncta eſt nomine Sophia
hec tā feruēs ⁊ ita rigida fuit c̄
ca diſciplinam: ut ſorores ſepe
turbate: qd̄ erat virtutis vitiū
iudicauerūt: huic aliqn̄ te*uis
ceruiſia eſt in vinū conuerſa.
Quā etiam āgel9 domini qua
dam nocte. cū de matutinis exi
ret. cū lucerna āñcedebat. Hec
duo miracula in extremis con
feſſa ē abbati noſtro domino
Henrico. Hic cū canonic9 eēt
in eccleſia Bōnēſi. ⁊ ipa ſacti
monialis in ditkirgē. que eſt
domus nigri ordinis deo inſpi
rāte. ille relictis omnibus con
uerſionis grā ad domum noſt
rā venit. ⁊ ipſa p eius pſeuerē
tia quanto inteti9 potuit domi
no ſupplicauit. Paucis dieb9
elapſis: cū a fratribus ſuis car
nalibus vi fuiſſet eductus añ
habitus ſuſcepcōe3. ipa deſpe
rās dimiſit oracionem. Quam
ipſe mox in ſōnis ob hoc argu
ens: ⁊ ut omiſſas oracōnes rei
cipꝫret āmonēs: adiecit. Primā
miſſam mea3 audies in ordine
Ciſterciēſi. Quod ita dei nu
tu factum eſt. Nā ipſe ad nos
rediit. ⁊ ipſa habitū mutauit

ſicq3 in monte ſancte walbur
gis vbi tunc prioriſſa fuit. pri
ma; eius miſſam audiuit. ¶
Apolloni9. Non miror ſi deus
huic religioſe femie p̄dicti po
tus mutauit ſaporē cum mihi
nouitio vt de p̄fcis taceā ama
ra queq3 cõuerterit in dulcorē.
Melioris ſiquidē ſaporis nūc
mihi videntur noſtri incõdita
pulmētaria. q̄ ante conuerſi
onē fercula carniū delicatiſſiā.
¶ Ceſarius. Famula Helizei
id eſt gratia Chriſti fecit hoc.
Jordanus vero monachus de
Hemenrode aliq̄b9 annis quō
magis fuit miraculoſū ſtudio
abſtinētie ab oī potu abſtinuit
tempe tn̄ meſſiōis ſiue in mul
to caumate cū reliq̄s laborās.
Vt ad p̄dicta redeam9. ſicut
deus bonis a amara queq3 cū
gratiarū actione guſtantibus
cõuertit in dulcedinem. ita ali
quādo ingratis dulcia in ama
ritudinē. ¶ Ca. xvij.

Cum poſt cõfirmacõnem
Ottonis in regno tanta
eſſet abūdantia Annone vt in
epatu Colonienſi maldrū q̄n
q3 vel ſex denariis multo tpe vē
deretur contigit in quadā eiuſ
dē3 dyoceſis villa cuius nomē
excidit miraculū dignū memo
ria. Piſtrix quedam panes ad
coquendū formauerat. Et q2
tempe abūdātie piſtores mo
dicū lucrantur: illa cõmota cla
mauit ad puer3 ſuum. Mitte
hunc fimū in clibanū3. Juſto
dei iudicio factū eſt ei ſcd'm v
bu3 ſuū: a paſta pulcherrima
p decoctõnem cõuerſa eſt in fi
mu3. Extrahens vero panes cū
repiſſet formā non ſubſtantiā
extimuit a fimū fimo miſcens
tn̄ miraculu3 celare nō potuit.
Marcmānus mõach9 noſter
tūc tempis cellerarius: parte3
vni9 panis nobis attulit. quē
curioſius cõſiderantes nil in eo
vidim9 niſi fimu3 cõglutinatū.
Valde ei celebre factū eſt hoc
miraculū tempe eodē. Sepe eī
deus homies in ea re q̄ precant
punit verbi gratia. :

¶ Capitulu3. xviij. :

Nobil' vir Otto de Stom
burg: patre ſuo exiſtēte
ex illa p̄te maīs in ſeruitio dn̄i
ipe inque egit cõn dn̄m: a ad
uerſus ſeruū eius parētē3 pro
priū. Nā ſicut ipſe cū ſuis auxi
liariis condixeāt. ciues opidi
quod iam dicto caſtro attin3:
doloſe quaſi aliquid cum eis
tractaturus capere: et exactio
ne3 in eos facere proponebat.
Qui cū p̄muniti fugiſſent: vx
ores eoru3 a liberos ſpoliauit.

Et qꝛ tam iniq̄ egit cōtͣ ſuos·
dn̄s plaga inſanabili illū pcuſ
ſit· Addita eſt pena mirabilis·
Nam in p̄terita q̄dragesimā tm̄
appetitū habuit carnes come
dēdi· ut nō ſolū eis carere n̄ vel
let· ymo etiā coqū ſuū ad come
dēdū illas ſecū vi ōpelleret Quas
cū ptinatius mādūcaſſꝫ p totā
q̄dragesimā· ventū qꝫ fuiſſꝫ ad
feriā ſex̄ā an̄ paſca· dixerūt ei q̄
dā· Dn̄e hodie dies ē dn̄ice paſ
ſionis· dies xpiane afflictōis
Hodie carnes ōino comedē
nō licꝫ Quibꝫ rn̄dit· Ego ome
dā hodie ſic batten9 comedi·
Mira res In ipō ſanctiſſiō die
paſce qn̄ carnes bn̄dicūtur· a
fidelibꝫ p ſacram cōmūionem
illas comedere licētiatur ipē ill̄e
ob p̄dictā tn̄ſgreſſiōem iuſto
dei iudicio veſci nō potuit· piſci
bꝫ deinceps vtēs vſqꝫ in diem
mortis ſue· ¶ Appolloni9· Ju
ſtus ē dn̄s· ¶ Ceſari9 Ad horē
dn̄i ſaluatoris de eius ſac̄ yma
gine aliq̄ ſbnectā miracula· dei
deueniā ad elemēta· ¶ Ca·xix·

T Empe diſcordie int̄ Ot
tonē a Philippū in orato
riū ſācti Goari ōfeſſoris qd̄ ſi
tū ē in territorio Treuerēſi· a ē
firmiſſimuꝫ· tum ppt̄ ſituꝫ loci·
tum ppter ſtructuraꝫ puītiales
ſe ſuaqꝫ tn̄ſtulerūt· Quo cōg

nito werner9 de bonlāt vir po
tens a diues· cū ad expugnan
dū illud arietes machīaſqꝫ ap
plicuiſſꝫ· nec tn̄ pfeciſſꝫ ymagi
nē crucifixi ligneā hij q̄ deīnt9
erant· cōtͣ hoſtes i quādā fne
ſtram poſuerāt· ſpantes· qꝛ ob
illi9 reuerētia cōnē loco parcerēt
Quidā vō ex baliſtarijs de cru
ce nō curāns· ymo locāti illam
īdignās telū miſit· 7 ſacrā yco
nā in brachio pfunde ſatis vul
nerauit· Mox mirā̄ī modū ātiq̄
renouātur miracula· a ad iſtar
vene hūane ſāguis de loco vul
neris cepit ſtillare· Timore tā
ti miraculi poſtea p̄dc̄s werne
rus cruce ſignatus ē· Audienſ
tanta mirabilia dn̄s Philipp9
abb̄ Ottirburgenſ· locū adijt
de rei veritate inq̄ſiuit· Cui cū
ab ōmib9 hoc qd̄ p̄dictū ē dicer̄et
iude9 q̄ tunc caſu affuit· abbēꝫ
in ptē traxit dicēs· Vere dn̄e ve
riſſimū ē qd̄ audiſtis Et ſic ipē
mihi retulit· multo āplius dele
ctabat̄ in teſtimōio inimici Ad
huc telū ibi reſeruatur adhuc
vulnus 7 ſāguinis ſtigmata il
lic ondūtur Vtraqꝫ abbas nr̄
ſe vidiſſe teſtatur· ¶ Ca·xx·

C Irca idē temp9 Otto cōtͣ
Philippū aſcēdens· cū exē
citu vſqꝫ in wyzimburch pue
nit· Vbi ſatellitibꝫ ei9 eccīaꝫ

quandam intrantibus vnus ex
illis crucifixum in eminenti lo
co poſitum tunica linea et cum
multo ſtudio cōſuta tectū vi
dit et concupiuit. Quā cū ma
nu non potuiſſet attingere: lan
cea niſus eſt extrahere. Et quia
firmiter ymagini conexa fuit i
diuerſis locis illam pupugit
dominus vero ut ſibi factū oſtē
deret quicquid eius ymagini
iniurie vel contēptus irroga
tur egit ſua potētia ut de ſingu
lis punctionibus ſanguis vber
tim emanaret. Semel adhuc
mortalis cōfixus atqȝ lanceatus
eſt in terris. et tamen quotidie
ſedens ad dexteram patris. ſe
cōfigi per prophetam conque
ritur. dicens. Et me configitis
gens tota die. Quāta vero pe
na tales ſequatur: ſequēs mira
culum declarat.

## Capitulum. xxi

Apud inferius Traiectum
hoc anno ſacrariū in ec
cleſia ſancti Martini fures ef
fringētes: quoſdā theſauros
vna cum cruce precioſiſſima.
gemmis et auro decorata aſpor
tauerunt. Qui cum eēnt plures
duobus crucē cōmittentes: ip
ſi cū theſauris abierūt. Manē
cum tn̄ ſacrilegium: ad notici
am epiſcopi atqȝ canonicorū
peruenisset. dolentes valde maxi
me de cruce ob porciōem ligni
dominici. milites per diuerſas vi
as miſerunt qui fugientes inſe
querentur. hij vero qui crucē
portabant. per ſtratam publi
cā apte incedebant. Ad quos
cum peruenissent milites nil de
eis mali ſuſpicantes pertranſi
erunt. Chriſtus vero in quem
peccauerunt: fures a ſenſu alie
nauit. greſſum fixit: ita ut a ſtrā
ta declinantes paludem intra
rent: nec tamē motis pedibus
procedere poſſent. Altera vero
die predicti milites reuerſi: cū
eos pene in eodem loco et maxi
me lutum calcando vidiſſent.
mirati dixerunt Iſti ſunt: quos
heri hic dimiſimus. Ad quos
cum vnus clamaſſet: homi homi
nes male inceditis: quare non
aſcenditis ſtratam tritam? Re
ſpōderunt illi. Bene incedimus
non vos ſolicitet iter noſtrum
Tūc vnus ex militibus deo inſpi
rante: dixit ad ſocios. Aliquid
iſtud portendit: forſitā rei ſūt
teneamus illos. Ad quos cū
deſcenderunt illi crucem palu
di immerſerunt Interrogati ve
ro de furto. reſponderunt. Nos
crucem tulimus: vbi ſit ſcimus
ſed niſi certi de vita ſimus. nun
quam illam vobis oſtendemus.

Quid plura? Ducunt͛ ad epi
ſcopū gratia crucis ꝓmittit͛ im
munitas crux oñſa reportatur
extra prouintiā cōducitur. Et
qꝛ iuſtus iudex nullū peccatuꝫ
relinq̄t inultū ⁊ ſepe pctō pūit
peccatū: ꝑmiſit vt ſequenti die
iterū eccleſiā aufringerēt. in q̄
capti ſunt et ſuſpenſi. ¶ Apol
loniꝰ. Satis euidēs fuit hoc mi
raculū. ¶ Ceſarius. Tāta eſt
virtus crucis vt ⁊ ſuis ↄtēmto
ribus vt dictū eſt: inferat penā:
⁊ venerantibus illā reſtituat
ſanitatē. ¶ Ca. xxij.

Dum ſcolaſticus Coloni
enſis Oliuerus crucē pre
dicaret in Flādria. ſicut ipſe no
bis retulit. int͛ reliquos ſigna
tus eſt ibi miles diues ⁊ hone
ſtus. Qꝛ vbi vxor eius cōperit
afflicta eſt vſq3 ad mortē. Erāt
enī vicina ꝑtui. Ad quā Oliue
rus. cōſilio mariti ingreſſus. in
ter verba ↄſolacōis. addidit
⁊ hec. Si cōſilio meo adq̄eue
ris: ⁊ virū tuū Chriſto milita
re ꝑmiſeris ab imīnēti periculo
ſine dolore liberaberis. Cūq3 il
la verbis eius placata fuiſſet.
ſcolaſticꝰ ſbiecit. Tempe par
tus veſte mariti tui ſignata. te
cōtegas ⁊ crucis virtutē ſenti
es. Solebat enī cum maximiſ
cruciatibꝰ parere. Mira xpi cle
mētia. Inſtante hora pariēdi.
illa non immemor cōſilij. pallio
viri ſui ſe texit: ⁊ pene ſine ōni
dolore partū effudit. Alia de
cruce eq3 miraculoſa in ſequēti
bus tibi recitabo. q̄a ad elemē
torꝫ miracula feſtino. ¶ Apol
loniꝰ. Quot ſūt elemēta? ¶ Ce
ſarius. Quatuor. ignis videli
cet. aer. aqua terra. In quibꝰ
videtur tēporibus noſtris im
pleri hoc quod ꝑ ſaluatorē
in euāgelio dicit͛. Erūt ſigna
in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis: ⁊ in t͛ris
ꝑſſura gentiū pre cōfuſione ſo
nitus maris ⁊ fluctuū: areſcen
tibus hominibꝰ pre timore ⁊ ex
pectatiōe: que ſupuenient vniu
ſo orbi ⁊ reliqua q̄ ibi ſequūtur
Alibi p̄dicit bella ⁊ t͛re motuſ
ꝑ loca peſtilētias ⁊ famē terro
resq3 de celo ⁊ ſigna magna.
licet hec ōnia ante diē Iudicij
plenius ſint implenda. ex ꝑte
tamē ea vidimꝰ impleta. ſcdm
qꝛ ſubiecta declarabūt exēpla.
Vidimus enī ſigna ſtellarꝫ et
ꝑſſuras gentiū. audiuimꝰ ſoni
tus mais ⁊ fluctuū. audiuimꝰ
etiā qꝛ filius hominis i nubibꝫ
viſus ſit. t͛roreſq3 de celo ⁊ ſig
na magna. De igne elemento
q3 ſuperiori. ad quod ſtelle ꝑ
nēt. p̄mo loco dicēdū ē. Poſtea
de ceteris ꝑ ordinē. ¶ Ca. xxiij.

Anno dn̄i milleſimo du
cēteſimo ſeptio: Philip
po rege celebrāte curia; ſolem
ne; cū principib;. ſignū mag
nū apparuit in ſole. In tres ſiq̄
dem ptes diuiſus eſt: ita ut in
terualla eſſent inter ptē et par
tē ad inſtar lilij tres flores ha
bentis. Quod ubi notari cepit
multi ocurrerūt ſup tāto mira
culo diſputātes. Hermānus
vero Lantgraui9 interp̄tatus
eſt q vnus de p̄ncipib9 impe
rij eodē anno moriturus eſſet
nec erat ydonea eius interp̄ta
tio. Poſt multā horā coierūt p
tes: et redintegratū eſt corpus
ſolare. Abbas Karolus Vilariē
ſis: necnō et mōachus eius wi
gerus eidē curie interfuerūt. q̄
dicta ſunt viderūt. nobis eodē
tempe viſa referētes. Facta eſt
hec viſio tertio kalēdas febru
arij. Apollonius. Quid tibi
ſignificare videt tripartita hec ſo
lis diuiſio? Ceſarius. De9
ſtatū impij principib; ogrega
tis oñdere voluit. Sol videtur
hoc loco deſignaē romanū im
periū. Sicut ſol magnitudine
et ſplēdore pcellit vniuerſa ſide
ra celi. ſic idē impiū auguſtius
fulget ceteris regnis mundi.
Apud romanū impium qq̄;
fuit mōs ehpa ut ſicut ſtelle lu
men habēt a ſole: ita reges ut
rgnare poſſent haberēt ab im
patore. Triplex ſolis diuiſio
deſignabat ſciſma impij i tres
ptes diuiſi. qui oēs nomen
Romani rgis ſibi vſurpabāt.
Prim9 fuit Fredericus. qui ad
huc patre viuēte fuerāt in regē
a p̄ncipib9 electus. Secūdus
Philippus. Terti9 Otto fuit a
Colonieñ archiepiſcopo ſuis
q; auxiliarijs ſbſtitutus. Iſti
ambo Aquiſgrāni coronati fue
rant in regē. Horum vno occi
ſo et altero depoſito atq; defun
cto: Fredericus eiectus qui ho
die impat ſolus rgnare cepit
et quaſi ad ſuā plenitudinem
ſol diuiſus rediit. In q̄buſdā
prouincijs eodē die viſe ſunt
qñq; partes. Per tres partes
ſupradictos tres reges intelli
go. Per duas reliquas: Bern
hardū ducē Saxonie: et Bar
tolfum ducē Thuringie. qui
ſatis pro imperio ambo labora
bāt: accipio.

Capitulū. xxiiij.

Menſe ſequēti ſc; kalēdis
marcij. aliud ſignū appa
ruit in ſole. Nō dico miraculū.
q2 naturale ſ; magne rei pnoſti
cū. Facta eſt q̄ppe eclipſis ſol
tā magna tēpe meridiano. ut
vix aliquid ſupeſſ; ſplēdoris.

Multi vidẽtes extimuerũt: di
cẽtes aliquid magnũ fore futu
rũ. ¶ Apollonius. Quid tibi
videtur eadẽ eclipſiſ figuraſſe?
¶ Ceſarius. Non ſũ Daniel:
et ideo nõ aſſerẽdo ſʒ opinando
interpretor. Videtur m̃ defect
us ille ſolaris pſignaſſe mor
tẽ Philippi: qui ſequenti anno
occiſus eſt et defecit. Particula
illa luminoſa: que creſcere ce
pit et augmentari. Otto fuit.
Qui poſt Philippi mortẽ: fact
us eſt magnus atqʒ glorioſus
Videt̃ eiſdẽ tẽporibus adim
pletũ: qđ dñs in euãgelio dic̃
Nam virtutes celoꝝ mouebũ
tur. Celũ quoqʒ deſignat pñtẽ
eccleſiã ⁊ vniuerſalẽ Celi vero
eccłias ꝑticulares Virtutes er
go celoꝝ ſũt prelati eccłiaruꝫ
Epiſcopi videlicʒ abbates: ꝑ
poſiti. In predicto eñ ſciſmate
nõ ſolũ pricipes ſeculares: ſʒ eti
am ſpirituales moti ſunt: q̃a
tũ propter pecuniaʒ: tũ ꝓpter
amorẽ ſiue timorem iſtabiles
facti: nũc vni nũc alteri iurauе
rũt. Nam ipſe pn̄ceps epõruꝫ
ſcilicʒ Papa Innocẽtiꝰ. primo
Ottoneʒ fouit ⁊ coronauit. Pꝰ
tea ob cauſã multis notã illuʒ
deponẽs Fredericũ eius aduer
ſariũ ſuſcitauit. In luna vero
ſigna ñ defuerũt: duas eclipſes
magnas ſolito crebriuſ paſſa
Que ſi in ſtellis ſigna queris q̊d
vidi referã. Cã. xxv.

Poſt mortẽ Henrici imp
toris: cũ de ſuſceptione
Colonie in palatio tractaret̃:
poſt meridiẽ viſa eſt ſtella lu
cidiſſima. Tũc currẽtibus no
bis in curiã epi oẽs illã vidimus
ſʒ quid portẽderꝫ viſio tã inſo
lita ſcire nõ potuimꝰ. Ca. xxvi

Similiter hoc ãno p duaſ
ebdomadas viſa eſt pꝰ
ſolis occaſum ſtella tãte mag
nitudinis: ut ad iſtar igis ſplẽ
dorem de ſe emitterꝫ. Iudei aſſe
runt eã fuiſſe ſignũ aduentus
ſui meſſie. Hec dicta ſũt de ſig
nis ſtellaꝝ Porro de igne ethe
reo: fulmine ſcilicʒ atqʒ tonitruo
q̃ ex colliſiõe nubiũ gignunt̃
aliqua ꝓferã exẽpla. vt noueis
ſcdm verba ſaluatoris: terro
res de celo et ſigna etiã hiis tẽ
poribus cõtigiſſe. Ca. xxvij.

In vigilia ſcti Mathie
apoſtoli eit bienniũ: qꝫ in
Colonia cõtigit res ſatis mirã
culoſa: et ideo miraculoſa quia
inſolita In crepuſculo eiuſdeʒ
noctis ignis cadẽs de celo: tur
rim ſcti Andree incẽdit. ſimi
lit̃ et ſepeʒ circa curiã cuiuſdaʒ
canonici. que p mltos ciuium
labores extincta ſunt. Eadem

autē nocte glacies fuerat cōgē
lata. Vnde ⁊ miraculū reputā
bat: q tonitrua audiri ⁊ fulmī
na videri poterāt. Aliud tibi re
ferā exēplū t'ribile ſatis. Ca. xxviij.

SAcerdos quidā de Sax
onia nup miraculū mihi
retulit ſtupendū. Hoc inquit
āno in terra noſtra in quodā
theatro fulminati ſunt viginti
homines: ſolo ſacerdote euadē
te. fugit enī cū alios videret ar
dere. Decebat enī ut ignis quo
nihil leuius eſt. leuitatis ama
tores puniret. ¶ Apollonius.
Miror q ſacerdos nō eſt puni
tus. cū ipſe plus ceteris credat
peccaſſe. ¶ Ceſarius. Sepe
deus ſacerdotibus pcit ꝓpter or
dinē ſicut legitur de Aarō: quē
nō pcuſſit lepra ſꝫ ſororē. cū tamē
nō legatur ſorore minus peccaſ
ſe. Vel forte i eo aliquid homi
deus puidit: ꝓpter qd illi peper
cit. Qr vero aliqn ob huiuſmo
di leuitates deus ſacerdotes pu
niat pſto ē exēplū. ¶ Ca. xxix.

EſT villa in epiſcopatu
Treuerenſi Eliſacia vo
cata: in qua anno preterito qr
ta feria ante natiuitatem ſancti
Johānis contigit hoc grande
et terribile miraculum. Sacer
dos loci Henricus nomine dū
ſederet in taberna. facta eſt in
temperies aeris maxima. Quo
feſtinante cū campanario ſuo
in eccleſiam. cū cāpanas pul
ſarēt creuit tēpeſtas: ⁊ nebula
et inenarrabilis ſtrepitus ae
ris in eccleſia. Veniensqꝫ repente
ictus turbinis pſtrauit vtrūqꝫ
clericum ſcilicet et campanariū
ita q campanarius ſub clerico
iacebat. Campanarius vero in
nullo leſus eſt: clerico extincto
Cuius genitalia exuſta ſunt
reliquo corpe intacto. Que fi
lius eius accurrēs: calcādo ex
tinxit et auulſit. Ex quo patꝫ for
nicatorem illū fuiſſe. Veſtimē
ta vero eius ita ſunt lacerata.
ut nulla pticula coheret ſolide
parti. nec ſolida eſſent excep
ta illa particula in qua depen
dere ſolebat manipulus in ſini
ſtro brachio. ſed ⁊ ſinalia ſua
que noua erant ita ſunt dilace
rata. ac ſi fuſcinulis diſſipata
eſſent. Solee vero ſic ſunt fa
cte ac ſi i aqua feruida fuiſſent
decocte. Campanarius autē
in maximo timore ac ſtupore
iacens vidit demones inſultū
facientes in eccleſia. ſed et cap
ſula que erat poſt altare. pro
ſiliit ſup altare et aptura fcā eſt
i ea. q adhuc ita remanꝫ. Sā
vero qꝫ reliqe ibi ſunt. egreſ
ſi fortiter reſiſtebant demonibus.

a factum eſt inter ſanctos ⁊ de-
mones vehementiſſimū certamē
Tandē deuicti demones: cum cor
p9 domini aſportare nō poſſent
ptem tecti ſecum abſtraxerunt
Refert idem cāpanari9: ꝙ cor
pus ſacerdotis vſq3 ad tectum
turris ſb qua ſil' pulſātes ſte
terāt aſb qua pſtrati iacebāt
Violentia demonū aliquotiens
ſit rap tum. ſ3 beneficio ſctorū
relapſū Aiūt clericū eundē tūc
de nouo acqſiſſe coronam cori
ſando: quā qi victor iux domū
ſuſpendit. ut ibi ſtulti homies
luderēt ducentq3 coreas ¶ Ap
pollon9 Sic in hoc ſacerdote
conſidero: in dilaceratiōe veſti
um atq3 calciamentoꝝ de9 pu
niuit ſupbiā. ſicut in exuſtiōe
genitaliū luxuriam. ¶ Ceſari
us. Bn̄ ſentis. ꝙ ſepe pena rn̄t
culpe. Hoc eciam te ſcire volo
aꝓbare exemplo. ꝙ ſicut deus
ut dictum ē malos p fulmia at
q3 tonitrua de celo punit: ita p
eadem aliqn̄ bonis ſuccurrit. .

Richwin9 cel ¶ Ca. xxx.
lerari9 noſter: cū die qua
dā tempe diſcordie int' ſepedi
ctos reges de Colonia exirē n̄
pcul ab vrbe plures armatos
ex latere ſtrate publice in ſuis
dextrarijs ſedere conſpexit. Qui
bus viſis cum ſatis tiẽret. vn9
ex eis curſu rapidiſſimo ad eū
veniēs equū ei9 per frenū tenu
it: quē hijs vbis ſupbe allocu
tus eſt dicens. Dn̄e mōache de
ſcendite: oportet me hr̄e equū
iſtū. vix verba finiat. ⁊ ecce do
minus nō verbo ſed tonitruo p
domi p ſeruo rn̄dit ſuo. Nā cū
tota illa die nulla fuiſſent au
dita tonitrua ict9 tā validiſſi
m9 inopiāte pſonuit. ut equ9
ſatellitis genib3 terrā peteret ⁊
ipſe nutantis tergo vix inheret
Mox q3 manum a freno mōa
chi retrahens. ait ſatis huilit'.
Ite i pace. Bon9 enī vir eſtis
Cui ille regrāns letus pceſſit
dimitus ſe liberatū recognoſcēs
Hec mihi idē Richwinus ore
ſuo cōfeſſus eſt. ¶ Appolloni
us. Valde timend9 eſt. cui ſic
ether famulatur. ¶ Ceſarius.
Nō ſolum ignis ethereus. ſed ⁊
terrenus qui lignis nutrit'. et
ab hominibus ſuccēditur. deſ
uit ei. Nūc ad creatoris nutū
vim inābilem cohibendo: nūc
in re frigida nō mi9 miraculoſe
eandē exercēdo. ¶ Ca. xxxi.

In epatu Colonieñ oppido im
piali qd Douſburg dicitur vi
dua quedā ceruiſiā braxare ac
vendere ſolebat. die quadā cū
ciuitas caſu fuiſſ3 icenſa. ipſūq3 i
cēdiū3 domui ei9 appropinqſſ3

illa iaʒ nō hn̄s ſpeʒ i auxilio hū
mano · ad dn̄m ↄfugit · Nā oīa
ſua vaſa q̄b9 ceruiſiā emptori
bus mēſurare ſolebat · ad oſti
um dom9 ↄtra flāmas ponens
in mlta cordiſ ſui ſimplicitate
ſic orauit dicēs · Dn̄e de9 iuſt9
et miſericors: ſi vnq̄ aliquē ho
minū hijs mēſuriſ decepi · Volo
vt dom9 hec conburat̄ · Si aūt
feci qd rectū eſt i ocul tuiſ: Pre
cor iuſticiā tuā vt i hac hoā mi
ſericordie reſpicias nccītatem
meā et m̄ meeq; ſuppellectili p
cē digneris Miā fides feie mira
dei hūilitas · Is q̄ dixit · Qua
mēſura m̄ſi fueitis: remecietr vo
bis · ac ſi ei oracōe fidel vidue
ↄcluſū fuiſſʒ flāmas oia in circu
itu deuorātes a domo ei9 cōpeſ
cuit · cūctis ſtupētib9 q ignis
furēs materiā cremabilē haberet
nec incēderet · audi nūc alia eq;
miraculoſa · ¶ Ca · xxxij ·

Apud Suſatiaʒ ciuitatē di
oceſ Colomenſ · Ciuis
quidaʒ in hac vltia expedicōe
cruce ſignatus fuit · Eodem tē
pore vt militē ſuuʒ deus temta
ret ſicut legitur de ſcō Job pmi
ſit vt dom9 ei9 incendio pirʒ ·
Flāmis vero ſopitis cū oia que
incēdi poterāt i cinerē fuiſſent
redacta pticula veſtis eius quā
crux occupauerat integra intra



fauillas eſt repta Et miracli ſūt
omnes tātam ſancte crucis vir
tutē vbiq; dilatantes Simile
miraculū in alio loco cōtigit: ſic
audiui a magiſtro Johāne de
cano Aquenſi · ¶ Ca · xxxiij ·

Retulit mihi et aliud de vir
tute crucis miraculū · Ma
trona inquit quedā crucē ſuſcep
tā pomo circūligauit · ſicq; ſu
per aſſerē iuxta Piropū in quo
ignis vtrūq; ſil ponēs abceſſit
Caſu pximo qd verius eſt dei nu
tu · pomū cuʒ cruce in carbones
lapſū eſt Poſt modicū femina
reuſa · cum repoſituʒ quereret ·
nec inueniret: triſtis de cruce ig
nem perſcrutata eſt · Et ecce po
mum vidit in carbonē redactū
zonam vero leuauit intactam ·
Qd p magno miraculo repu
tans · predco Johāni recitauit
¶ Apollonius Satis eſt mira
bile · q ideʒ elementum eodem
momēto ſic in re diuerſa natu
ram ſuam mutauit · ¶ Ceſari
us · Hoc fieri pro diuerſitate
meritoꝝ quibuſdā tibi pādā
exēplis · ¶ Ca · xxxiiij ·

Gerhug9 ſcolaſticus Bū
nenſ nup veniens de ſtu
dio Pariſienſi hiſtoriā retulit ſa
tis mirabilē recēcioi tpe illā aſſe
rēs geſtā fuiſſe inquit cui9 dā vi
ri nobil atq; potētis de Francia ·

meretrix ſpetioſa ſeq̄batur Cū
qua cuꝫ multi indifferēter pec
carēt· Clericus quidā religio
ſus eiuſdē nobilis capellanus
de ſubūſiōe familie dolēs· domi
nū hijs verbis allocutus eſt di
cēs· Omnis pene familia veſtr̄
mētricis huius cōtubernio cor
rūpitur quoꝝ peccata ōnia de
us de manu vr̄a req̄ret· Et hec
ſciat nobilitas vr̄a· q̄ meo ſer
uitio carebitis ſi nō fueit amo
ta· Mox illa vocat̄ verba ei ſa
cerdotis intimātur ad q̄ ſic rn̄
dit· Dn̄e ex inuidia loquitur
hec· Quia voluptati eius cō ſen
tire nolui idcirco me pſeq̄tur·
Illo rn̄dente· mentiris· Vir ei
caſtus eſt· Illa mox ſubiunxit·
Ego celerius faciā vos experiri
veritatē· Statī accedēs ad cle
ricū ſub forma penitētis· lacri
mis pfuſa· Poſt fictā cōfeſſio
nē adiecit· Dn̄e tam vehemen
ter· de pſona veſtra tēptata ſuꝫ
niſi mihi cōſentiendo ignē a vo
bis ſuccenſū extinguatis· viuē
nō potero· Ad quod verbū cū
ſe vir iuſtus ſignaſſet· eamqꝫ
illa hora verb̄ quibus poterat
ſubmouiſſet· ſequēti die iteruꝫ
venit· verba iā dicta repetiuit·
hoc etiā adijciens Si nō feceri
tis qđ poſtulo · ecce meipſā in
terficio· Quo audito· cū plui
mū timet· nec tamē aliquo mō
libidini cōſentire· ꝓponeret rn̄
dit· Ecce tali die tali in loco· ſi
volueris tecū dormiā: dūmodo
te nō interficeis· Sic illa leto
animo recedens dn̄m ſuū mox
adijt: et q̄ capellanꝰ ſuus ſibi
talia ac talia ꝓmiſiſſet· proca
cibus verbis indicauit· Interi
clericus ſcolari ſuo p̄cepit: vt
in deſiḡto loco lectū ex lignis
planis ꝯponeret· ligna arida
cū ſtramine ſubijceret Deinde
linthea mē decenter ſuperextēde
ret· Qđ et factū eſt· Die vero
ſtatuto venit clericus· venit et
mulier ſꝫ clericꝰ ſtipula prius
ſuccēſa· lectuꝫ aſcendit· illā vt
ſimul aſcēderet vocauit· Que
flāmas ex ōni pte cernēs exſur
gere retrocessit· crebriuſqꝫ vo
cata: ad tā horrendos āplexus
venire recuſauit· Cleicus vero
dei adiutus gratia· nō alit̄ ſen
ſit illū ignem· q̄ ventum roris
flantē· nec eſt aduſtꝰ capillus
eius· neqꝫ veſtimēta eius in ali
quo fūt leſa· Qđ vt miſera illa
vidit territa: et ad horā de tam
grādi miraculo cōpūcta· tā do
mino ſuo q̄ ceteris publice cō
feſſa eſt· q̄ ſanctū virum ſine
cauſa ex ſolo rancore et inuidia
ob uindictam p̄miſſe accuſati
ꝑuis infamaſſet· Ipſe vero vir

venerabilis non ingratus deo
ad ordine; ſe tranſtulit predi
catorum.

Capitulū.xxxv.

REferre ſol; domin9 Bern
bardus de Lippa qnq;
abb̄ nūc ep̄us in Liuonia q̄d
da; miraculū iam dicto miracu
lo p̄ſus cōtrariū. Noui inq̄t
piſcatorē in ep̄atu traiectenſi
qui cū quada; femīa multo tē
pore fueāt fornicat9. Et qr eius
peccatū nimis eāt notoriū tem
pore quoda; in ſynodo iminē
ti accuſari timēs dicebat intra
ſe. Quid nūc facies miſer? Si
hac in ſynodo de fornicacōne
accuſatus fueis ⁊ cōfeſſus illa;
ī matrimonio mox ducere cogē
ris. ſi autē negaueris candenti
ferro cōuictus ampli9 cōfunde
ris. Statiq; ad ſacerdotē veni
ens magis vt poſt patuit tiore
pene q̄ amore iuſtitie peccatu;
cōfeſſus eſt cōſiliū queſiuit ⁊
inuenit. Si habes inq̄t ſacdos
firmū ꝓpoſitū nūq̄ peccandi
cū illa candēs ferrū ſecure pote
ris portare ipſūq; peccatu; ne
gare. ſpero autē q̄ virtus cōfeſ
ſiōis liberabit te. Qd̄ ita factū
eſt cūctis ſtupētibus q̄bus for
nicacō inotueāt. Ecce hic ignis
dei potentia ſicut in ſupiorib9
exemplis cōtr̄ naturā vim ſua;
reſtrinxit. Et ſicut in ſb̄ſeq̄nti
bus audies mirabilius cōtr̄ na
tura; incaduit. Quid plura?
Abſoluitur hō. Poſt dies plu
rimos cū alio piſcatore officij
ſui cauſa in flumīe nauigans:
cu; domū predicte mulieris vi
diſſent ait alter alteri. Valde
miror ⁊ multi mecū: quare te in
ſynodo nō inuſſerit ferrū cū tā
manifeſtū fuiſſet tuu; peccatū.
Ille de grā̄tia ſibi collata indig
ne gloriās. eo q̄ iam volunta
te; fornicandi cū illa concepiſ
ſet manu aquā fluuij ſeu flumi
nis pcuſſit ⁊ ait. Ecce tm̄ mihi
nocuit ignis ille. Mira dei iuſti
tia. Qui miſericordit̄ penitēte;
cuſtodiuit: iuſte ⁊ miraculoſe
nimis puniuit recidiuātē. Mox
vt aquā tetigit: candens ei fer
rū aq̄ fuit. Quā ſtatī cū clamo
re valido retrahēs pellē dimiſit
in aq̄ omīa circa ſe geſta ſocio
referēs ſera ductus eſt peniten
tia. Non diſcordat ab hoc mi
raculo: quod monachus no
ſter Lambertus recitare ſoli
tus eſt.

Capitulū.xxxvi.

RVſticus quidā contra
aliū habens inimicicias
cuidā maligno hoi de ordie vi
atorꝫ q̄les multi ſunt pecunia;
dedit vt domū illius incēderet.

Quaʒ ſb ſpecie religionis intra
uit a tēpore cōuenienti ſuccedit
Inmeodi miſerrimus hoſpitali
tatis. Poſtq̄ fuiſſꝫ reedificata
accepto p̄tio renouauit icēdiū
Turbatus homo repēte ōnes
de quibus ſuſpicionē habuit:
accuſauit qui per candēs ferrū
ſe expurgauerūt Denuo dom9
incēſa reedificata eſt a ferrum
idē in āgulū eius piectū. Quid
plura? Venit rurſuʒ pſeudo vi
ator ille antiq̄ corrupt9 auari
tia hūane ſatis ſuſcept9 cū fer
ruʒ. dēm vidiſſꝫ a quis eius
vſus eēt interrogaſſꝫ Rn̄dit il
le Neſcio quis domū hāc en al
tera vice ſuccēdit a cū de q̄buſ
dam habuiſſeʒ ſuſpicōnē can
dēs illud portauerūt ꝫ nō ſunt
exuſti. Tūc ille Ad aliquos v
ſus poſſꝫ ↄuerti. Q̄ d cuʒ nutu
dei leuaſſꝫ ſic in manu aduſt9
eſt ut cū clamore illud iactarꝫ
Quod vbi paterfamilias vidit in
cēdiariū pⁿſētē tenēs exclama
uit. Vere tu re9 es Mox ad iu
dicē ductus culpā velꝫ nollet
confeſſus eſt ſicq̄ꝫ pena rotali
damnatus. Multa enī huiuſ
modi miracula inuenies in diſ
tictōne ↄfeſſionis. Vnde hijs
omiſſis. Videam9 quid deus
miraculoꝝ opatus eſt in aere.
Q̄ vero ipſe dei filius Jheſus
viſus ſit in nubib9 celi non ta
mē in maieſtate ꝫ in humilita
te exemplis veris tibi potero de
mōſtrare. Ca. xxxvij.

Quꝫ Oliuerus ſcolaſtic9.
cui9 verbis hic vtor cru
cē p̄dicaret in Friſia in dioceſi
Monſterieſi villa Bediā mēſe
Maio feria ſexta an̄ pēthecoſtes
ſicut alibi me dixiſſe memi tri
plex forma Crucis apparuit i
aere vna candida verſus aq̄lo
neʒ. Alia verſus meridiē eiuſdē
coloris a ſtematis. Tertia me
dio colore colorata hēns crucis
patibulū a formā hominis i ea
ſuſpenſā eleuatis brachijs a ex
tenſis cū infixione in manib9
a pedibus a capite inclinato.
Hec media fuit int̄ alias duas
in quib9 non erat effigies hu
mani corpis. Ca. xxxviij.

Alia vice in alio loco i vil
la Friſie Soterſhuſen
tpe predicte p̄dicatiōis crucis
apparuit iuxta ſolē vna crux ce
rulei coloris. Ca. xxxix.

Tertia fuit apparicō in di
oceſi Traiectēſi in villa
Dotzym vbi ſanctus Bonifa
tius coronatus fuit martirio v
bi in diē martirij eiuſdeʒ cum
multa milia acceſſiſſent ad in
dictam ſtationē apparuit crux
alba et magna ac ſi trabs ex

trāſuerſo trbis artificialiter cō
poſita fuiſſʒ. Hoc ſignū vidi9
oēs. verba ſunt pdcī Oliueri.
Mouebatur aūt paulatī aba
quilōe ad meridiē. Huic viſi
oī int'fuerūt dn̄s Hericus ab
bas noſter ꝛ wīnād9 mōch9
eius ꝛ ipi viderūt.

¶ Capitulum. xl.

Retulit mihi quedam fe
mina religioſa hoc āno
ꝙ modico tempe āte crucis p̄
dicacōnē. in villa q̄ Helledorp
dicitur nō multū diſtans a co
lonia pt9 ſolis occaſum duas
cruces viderit in aere. vnā ma
iorem ꝛ alterā minorem q̄ pau
latim ab occidente mouebant'
ad orientem. volens tanti mīa
culi habere teſtes quoſdaʒ ad
uocauit qui ꝛ ipi viderunt.
Similes viſiones memini me
dixiſſe ſuperius in diſtinctōne
octaua capitulo decimoſeptīo
necnō decīooctauo. Primo de
duobʒ conuerſ' qui dominū vi
derunt in aere pendentēʒ in cru
ce deinde de Rudolpho conuīſo
de lucka qui Chriſtum vidit
crucifixū in aere ꝛ quindecī cuʒ
eo. Audi adhuc miraculum de
aere factum terribile valde.

¶ Capitulum. xli.

Hoc āno in Saxonia nū
bes integra de aere cadēs
inter duo montana. multis tā
in corporibus ꝙ in rebus fuit
damnoſa. Tantis enim aquis
abundabat ut monaſterium
in valle proxima ſituʒ ꝑuaderʒ
ut omnem in eo animaʒ viuen
tem ab homine vſqʒ ad pecus
extingueret. Officinas euertit
ſuppelectilem deuexit. ſepes de
ſtruxit. Cumqʒ tm̄ monachi
in turrim fugientes ex omnibʒ
ſaluati ſunt. Vocatur autē idē
monaſterium wīnedenburg ꝛ
eſt de ordine nigrorū. Deinde
idem torrēs intollerabilis impe
tu ſuo ciuitatem vicinam inua
dens cui9 vocabuluʒ eſt Iſlere
ſimilia ibi operatus eſt mala.
Omnſqʒ ecclīas necnō ꝛ oīa ci
uitatis hitacl'a violēter itruit
hoīes atqʒ iumēta ſubmerſit.
Et qrdeo nō eſt cura de bobus
ſed de hoībʒ. Magnum atqʒ
meōria dignū in ſuffocatis oñ
dere dignatus ē miracl'm. Naʒ
oēs illi qui trāſacto diluuio in
ecclijs ſiue domibʒ repti ſunt in
ueo cādore nitebātur. Qui aūt
in theatris ſiue in tabnis extin
cti eānt carbonib9 nigriores ap
paruerūt. Tali enim caractere
de9 bonos diſtinguebat a ma
lis. ¶ Appolonius. Sicut in
hac plaga cōſidero. nō caſu ſʒ
dei iuſto iudicio flagellamur.

¶Ceſarius. Hoc plenius noſcere poteris in diluuio Friſie. in quo amplius quam centum milia hominum ſimul extincta ſunt. ac deinde anno tercio circa quadraginta milia. Tempus et cauſam eiuſdem plage ſatis expreſſi in diſtinctione ſeptima. ca. iij. ¶Nouitius. Videntur mihi diluuia hec particularia celerem iudicis aduentum prenunciare. ¶Monachus. Verum eſt. quia eorum tempore impletum pro parte eſt quod ipſe premiſit dicens Erit in terris preſſura gentium pre confuſione ſonitus maris et fluctuum. areſcentibus hominibus pre timore. Nam ſicut mihi retulit abbas ſancti Bernardi timor tantus erat in Friſia. ut ſinguli ſingulis momentis mortem ſuam expectarent. et qui areſceret pre expectatione. In qua tanta facta eſt preſſura populorum ut multi Friſonum prouincias peterent alienas. ¶Nouicius. Ego iſta nunc temporis intellexi. ¶Monachus Ex quo loqui cepi de aquis oſtendere tibi volo quanta deus miracula eciam noſtris temporibus operatus eſt in illis. ¶Ca. xlij.

Godefridus magiſter nouitiorum noſtrorum ante conuerſionem parochiam quandam regebat. Hic cum die quadam puerum baptiſarat. De cuius latere pendebat caro miri horroris. mox ut infantem in nomine ſancte Trinitatis tribus vicibus immerſum extraxit. monſtruoſum illud apoſtema nuſquam comparuit. Quo viſo hij qui aderant glorificauerunt deum. baptiſmi virtutem vbique predicantes. ¶Ca. xliij.

Quando peccatis noſtris exigentibus in obſidione Damiate xpianus exercitus ex parte datus eſt in manus ſarracenorum: epiſcopus beluacenſis ductus eſt in babilonem captiuus. et cum eo multi. Cumque ſatis humane a ſoldano tractaretur femina quedam pagana ciuis Babilonica filium ſic habebat infirmum ut nulla ſpes vite eſſet in illo. Nocte quadam oſtenſum eſt ei in ſomnis. ut ſi predictus epiſcopus illum baptiſaret. mox omnem corporis ſoſpitatem reciperet. Illa ſolicita de filio. mane cum familia ac parentibus ad epiſcopum venit. quod derit expoſuit. baptiſari illum humiliter petiuit. et optinuit. Sic retulit Hericus miles de olmene qui preſens erat. Baptiſterium pagani circumſteterunt et riſerunt. quorum riſus verſus eſt in admiracionem. Nam adoleſcens qui deſperatus intrauit baptiſatus ſaniſſimus exiuit. Spero quod hodie in fide xpi perſeueret et forte alij eius exemplo crediderunt. Sed quid baptiſmi

virtutē in alijs cōmendo: cuius
illā mirabiliter ſatis expt9 ſum
in memetipō. ¶ Ca.xliiij.
Cum adhuc ſcolaris par
uulus tēpore quodaꝫ la
borarem in acutis ⁊ ſemel ac ſe
cūdo p9 criſim recidiuaſſem cō
tigit vt puella quedam paga
na quā matertera mea pecūia
cōparauerat baptiſaretur. Ha
bebat enī circa decē annos eta
tis. Suaſuꝫ eſt matri mee. vt
eodem lintheamine quo illa de
baptiſmo exierat adhuc madi
do me inuolueret. et ſaret grati
am ſanitatis celerius ſecuturaꝫ
Qđ cū factū fuiſſꝫ. attactu illi9
aque ſacratiſſime: mox in ſudo
rē erūpia conualui. Licet enī
baptiſm9 medicina ſit anime
multi tn̄ illi9 virtute ſanitateꝫ
corpuꝫ cōſecuti ſunt ſicut legit̄
de Trāquilino et Chromacio
vrbis prefecto. ¶ Apollonius
Vellē aliquod audire miracu
lū: in aquis ſimplicibus factū
quib9 nec cōſecratio nec ſacri
criſmatis infuſio tribuit virtu
tem. ¶ Ceſarius Prius tibi ad
huc vnū referā de baptiſmo cu
ius virtutē amplius etiam in
re aduerſa cognoſces.

¶ Capitulum.xlv.

Tempe quodam quidaꝫ
ſcolares ſacerdotum mo
rē imitātes in quodā flumine
canē ſb inuocōe trini nominis
baptiſauerūt. Canis vero vir
tutē tāti nominis ſuſtinere non
valens. mox illꝰ videntibus v
ſus eſt in rabiem. Pueris vero
eo qꝛ genus illud inſaniſſimū
ſit pepercit ſciens nō malicia ſꝫ
ex ſtulticia ſacramēto fcām iniu
riā. De aq̄s vō ſimplicib9 hēs
exēplū ſuperi9 capitulo triceſi
moquinto. De piſcatore queꝫ
aqua exuſſit. Habes etiā exem
plum aliud in diſtinctōe terci
a De homine peccatore ob cui9
vicia mare intumuit et poſt cō
feſſionē trāquillū factū ē. Si
mile tibi nūc recitabo de quo ſa
tis miraberis.

¶ Capitulum.xlvi

In prima expedicione Jhe
roſolimitana Richard9
rex Anglorum cum multitudi
ne peregrinorum copijſq3 ma
ximis trāſfretauit Die quadā
circa crepuſculum orta eſt in
mari tempeſtas validiſſima
ita vt naues procellis concuſ
ſe et vi ventorum impulſe mor
tem omnibus intentarent Rex
vero ſicut et ceteri mortem an
te oculos habens: tota illa no
cte clamauit. O quando erit
tempus: in quo griſei mōchi
ſurgē ſolēt ad laudādum deū.

Tāta enī bona illis feci·vt nō dubitē; qn̄ mox vt ceperint ꝓ me orare dn̄s nos reſpicere debeat Mira fides regis·Dn̄s vero qui dicit·Si habueritis fidē ſicut granū ſynapis dicetis huic monti trāſi hinc ⁊ tranſiet: euidenti miraculo fidē iam dicti regis remūerauit·Nā circa octauā horā noctis tempe matutiali monachorū ſurgentiū: dn̄s orōibus excitatus ⁊ ipſe per potentiā conſurgēs: imperauit ventis ⁊ mari: ⁊ facta eſt tranquilitas magna·ita vt om̄es de tā ſubita maris immutacōe mirarētur·Reuerſus vero idem rex gr̄a eiuſdē miraculi amplius ordinē honorauit·Quaſdā domus elemoſinis ditando·de nouo alias extruendo·Hec de miraculis aquarū dicta ſufficiant·quia ad miracula terre feſtino.

¶Ca·xlvij·

Videtur noſtris tēpib⁹ impletū qđ dn̄s in euangelio dicit·Surget gēs contra gentē: ⁊ regnū aduerſus regnū ⁊ terremotus magni erunt p loca ⁊ peſtilentie ⁊ fames·terroreſq₃ de celo ⁊ ſigna magna Licet de hijs aliqua dixeri exēpla ſupadđā nunc plura·Noſtris tempib⁹ gens ſarracenorū duce ſalatino rege ſyrie ſurrexit contra gentē Chriſtianorū a quo capta eſt Iheruſalem cū terra ſancta·Cōtra quā gētem pfidā tres vidimus expedicōnes maximas fideliū·Pria fuit ſub Frederico imperatore·Scđa ſub Henrico filio eius Tercia ſub Frederico q̄ hodie impat·Noſtris insup temporibus·gens latinorū ſurrexit cōtra grecos illorū pfidia prouocata·cepitq₃ cōſtātinopolim ⁊ magnā ptem grecie·Circa eadem tempa manifeſtari ceperūt hereſes albienſiū·Vnde zelo fidei cōturbate ſūt gentes Catholicorū ⁊ inclinata ſūt regna·vt pote Frācie: ⁊ Hyſpanie ad illius deſtructōnē·ſ₃ nondū eſt finis·Vt enim taceā de regnis gentiū infideliū·quanta fuerit bella inter regna fidelia vtī regna Francorū aduerſū regnum anglorū inter regnū allemannie contra gallorū regnū: nouimus om̄es·Quedā etiā gens anno pterito intruit regna rutenorū ⁊ totā ibidē gentē vnā deleuit·De qua nobis nō conſtat que ſit·vn̄ veniat·vel quo tendat·De peſtilētijs ⁊ fame legim⁹ ſatis nō in libris·ſ₃ in pſſuris noſtris·Poſt mortē predicti Henrici impatoris·tāta fames erat·vt maldrū filiginis

īn Alemania maſca Colomen
ſiū ⁊ in quibuſdā prouincijs
decē ⁊ octo ſolidis venederetur
⁊ ex magnitudie famis ipſius
innūerabilis extigueretur. De
t'remotib⁹ p loca noua ⁊ mag
na tibi referaʒ miracula.

Capitulū. xlviij.

In anno pn̄ti q̄ eſt. M. cc. xxij.
ab incarnacōne dn̄i. ſicut nar
rant q̄dam de eiſdē ptibus ve
niētes. Due ciuitates in cypro
a terremotu corruerūt In vna
vero illarū dū epiſcopus in al
tari ſtaret miſſamqʒ celebraret;
eccleſia tremefcā cecidit ⁊ taʒ
ipſum q̄ꝫ reliquum populū ex
tinxit.

Ca. xlix.

In aduentu domini heretici me
diolanēſes hereticis q̄ erant in
Brixa mlta plauſtra cū victu
alibus trāſmiſert. In ipſa vero
die natiuitatis dn̄i duʒ cōuiua
rent dn̄s terraʒ ꝯcuſſit ⁊ caden
tibus edificijs pluſq̄ꝫ duodecī
milia hominūʒ extinxit. Alij fu
giētes in campū cuʒ audirent
clamores morientiū nō fuert
auſi redire in ciuitateʒ ad illo
rum ſuccurſū. Mediolanēſes
vero ciuitatē ſuam deſerentes
pluſq̄ꝫ p octo dies in tētorijs
habitabāt timore eiuſdeʒ ter
remotus In pgamo. in cumis
in venetia. in cipro. in papho.
⁊ in alijs mltis prouincijs at
qʒ ciuitatib⁹ eodem tempe mlt
tos terruerūt terremot⁹. Nec
miruʒ. Tot turres. tot edifitia
corruerūt. vt nihil aliud niſi fi
nis mūdi videret' inſtare. Nā
a ſeculo eſt inauditū ſicut i ca
pite ieiunij magiſter Oliuer⁹
p̄dicauit Colonie duo mōtes
in papho habentes int' ſe ſtag
num coierūt ita vt efficerētur
mōs vnus dn̄s vero terre duʒ
p montē aque viam p̄pararet
cū tanta vi erupit vt obuiātia
queqʒ deleret.

Capitulū. l.

Paruo interuallo poſt iā
dictū terremotuʒ. id eſt
tertio Id⁹ ianuarij factus eſt
Colonie ⁊ circa nou⁹ terremo
tus tam valid⁹ vt pietes edi
fitiorū concuſſi ruinā minaren
tur Eadē hora abbas nr̄ in mō
te ſancte waltburgis. erat enī
ante ortum ſolis miſſam cele
brans ſic cōcuſſus eſt vt ex eo
dem motu eccleſiā lapſuraʒ ⁊
altare cui aſtabat a terra deglu
tienduʒ eſſe formidaret. Deīn
de circa tempus duarum ebdo
madarum aquēſes aliū ter
remotū ſenſerunt. venti etiam
tā validiſſimi hijs tempibus
vt noſti fuerunt vt non modi
cum nobis timorē incuterent

In hoc eodē anno de quo nūc
loquimͣ cōtigerūt duo miācu
la ſupͣdicta· ſcilicet ↄflagratio
theatri· ⁊ caſus nubis a baltes
capitulo viceſimo octauo · et
capitulo quadrageſimo ſcđo
Capitulum· li·

IN hac ſeptimana vigileſ
cuiuſdā caſtri Comitis
de monte· ſicut veraciter audi
ui ↄtra celū reſpicientes vidert
celū aꝑiri· ignemqꝫ de ipſo ex
ire · Qui ad aerē inferiorē deſ
cendēs ad diuerſa loca terribi
lit̄ ſatis ac mirabiliter moue
batur alicui⁹ magne rei ſe por
tentū oſtēdēs ¶ Apolloni⁹ Sa
tis me terret hec oratio ¶ Ce
ſarius · Adhuc habeo qđ tibi
dicā de miraculis terre· ca. lij·

IN dioceſi Treuerēſi vil
la cui⁹ nomē eſt Vuane
bach iuxͣ eccliā eiuſđ ville duo
homines in argēti fodina labo
rabāt· vnus īferi⁹· alt̄ vero ſu
peri⁹ in margine foſſe· Interi
laterib⁹ foſſe collapſ· homo q̄
in fundo erat molib⁹ terre atqꝫ
petrarū obruit̄· ſuperior vero cū
ill̄ cadēs ſic ↄtritus eſt · ut ter
cia die moreretur· Vxor autē
obruti putās eū defūctū: miſſā
ꝓ eius anima celebrari fecit Et
qꝛ paupercula erat nec ſufficerē
potuit ad celebratiōes miſſarū
ſingul̄ diebus in ecclīa corā al
tari pro remedio anime eius
thus incendit: trib⁹ tm̄ dieb⁹
neglectis Rđ cū feciſſꝫ ꝑ ānum
integrū: homies luč cā purga
re ceperunt fodinā Cūqꝫ inſtru
mentis ſuis obruto ꝓpinquaſ
ſet: clamauit ille· Parcite· par
cite· Maſſam ſic ↄpetenti⁹ reij
cite ut non obruatis me Illi ꝓ
mū putātes fantaſma eē· cū vo
cem eius ↄgnouiſſent fecerūt
ut poſtulauerat· Nudat⁹ autē
cū interrogatus fuiſſꝫ quomō
in tāto tꝑe viuere potuiſſꝫ rn̄dit
Singul̄ dieb⁹ tali hora diei
quodā odore aromatico ita ſu
fficienť refectus ſum· ut tota il
la die vſqꝫ ad eādē horā neqꝫ
māducare neqꝫ bibere delecta
rer· In hoc toto āno ꝑ treſ tm̄
dies eodē carui · ⁊ tūc fame pe
ne mortuus fui· Non tn̄ expri
mere potuit virtutē vel cām ei⁹
dem odoris· Vxor eius de hoc
requiſita: mox intellexit quod
ꝓ anima eius fecerit ut predic
tū eſt ōmb⁹ expoſuit ¶ Apol
lonius Si ſpiritualia aīabus
impenſa ſic proſunt corpibuſ
pn̄tocꝫ ill̄ in penis pōitis mul
tū poſſunt ꝓdeſſe ¶ Ceſari⁹
De hoc ſatis audies in ſequen
tibus· Quantū enim ꝓdeſt hu
milibus in ſacramētis eccleſie

fides et deuotio: tm̄ ſtultiˢ ac ſu
pbiˢ eorū̃ ſacramētorꝫ obeſt
irriſio. ¶ Ca. liij.

Retulit mihi abbas The
odericus noſter mōch⁹
quondā comes in Viueda rē
ſatis mirabilē. Noui inquit in
cōfluēcia carnificem quendaꝫ
hominē: in officio ſuo probū
ſatis nomen illius exprimēs
hic cum tēpore quodam tercia
feria ante cineres totam pe
ne noctē i commeſſacionibuˢ
expēdiſſet. Mane quaſi ad ab
luendas carnes. cum quodaꝫ
ſuo collega tabernā intrauit.
Cumqꝫ ad officium miſſe pul
ſaretur. et fideles ad eccleſiaꝫ
cōfluerent necnō ex eadem ta
berna. iāqꝫ ſoli hij duo illic re
manentes potarēt ait alt̄ car
nifici Certe modo diu nimiˢ ex
pectamus eamus ergo ad ec
cleſiam propter ſacros cinēs
Cui ille miſteriuꝫ cinerum irri
dendo rn̄dit. Sede Ego tibi da
bo cineres. et tu mihi. Tollēſqꝫ
cineres de lare iactauit ſuper
caput eius. Et ecce mox pena
irriſionis ſubſecuta eſt Naꝫ ſta
tim circa caput et faciem tantū
ſenſit puluerem ac ſi follibus
eiſ in ſufflaretur Cumqꝫ territ⁹
exclamaret. tantū ore cineris
hauſit vt pene ſuffocatus fu
iſſet. Accurrerūt m̄lti. plagaꝫ
tam mirabilem videntes. Du
ctus eſt in proximam inſulam
in qua nō puluis ſꝫ gramen e
rat. ſed nihil ei profuit. In vrbe
nōm pomerio. in ſolario neqꝫ
ī aliquo loco a turbine cinerū
ſe defendere potuit a quibus
tandem ſuffocatuˢ: penam irri
ſionis ſoluit. Ecce homo de q̊
ſupradictum eſt deuo cōīs gr̄
cia eciam ſub terra viuere potu
it. hunc i aere iā dicta culpa
ſuffocauit. Duo nūc ſubiciaꝫ
miracula. Primum meruit vir
tus humilitatis Sequens vir
t⁹ caſtitatis. ¶ Ca. liiij.

Liſardus cuius memini
in diſtinctione quarta
capi° q̄rto. ꝯuſus fuit ī Hemē
rode. Hic cū eēt hō bn̄ nat⁹ vt
p humilitatē apli⁹ mereret̄ por
cos monaſterij paſcē nō deſpe
xit. ymo p̄cib⁹ idē officiū opti
nuit. Die q̄dā cū iux̄ nem⁹ gre
gē porcorū paūiſſꝫ. Vidit ibi
duas arbores q̄ de vno trūco
pceſſerāt Cui cū vna placuiſſꝫ
dixiſſꝫqꝫ i corde ſuo de⁹ q̈ ydo
nea eēt hec arbor ad aluēoˢ por
corū. mox cecidit ac ſi ſecui ſue
ciſa fuiſſꝫ. Ecce nō orāti ſꝫ cogitā
ti lignū obediuit hec de humili
tate. Audi aliud miraculum de
caſtitate. ¶ Ca. lv

Hilardus nouicius nr̄ sic
ipse mihi retulit hȝ mat'
teraȝ nomine Juttā q̄ ante con
uiſiōem. licet corpe fuiſſȝ caſta
geſtibus tn̄ nimis oñdebatur
leuis ac laſciua. Erat enī nubil'
hec cū die quadā cū ſororibus
luderet: german9 eius magne
grauitatis clericus affuit. Qui
dolens de ſororis leuitate ſilicē
ſolidiſſimū. de flumine tulit et
ait. Pri9 ſcindet' lap̄ iſte in ma
nu mea. q̄ ſoror mea Jutta ſta
bil' fiat. ac mom ał. Deus vero
ut oñderȝ hominē n̄ eē iudicād
ſm faciē. mox ſylicez in manu
eius ſcidit. Rō vbi illa cōpit
tuȝ verbo fris. tū miraculo lapi
dis cōpūcta. nupcijs ac ſclō
valedixit. ⁊ in clauſtro ſcīmōi
aliū cui vocabulū eſt bethbue'
religionis habitū ſuſcepit. eū
lapidem vſqȝ hodie in teſtiomi
um caſtitatis atȝ conūſiōis ſue
reſeruās. Hec dicta ſūt de elem
tis. Placet nūc audire aliquid
miraculoſi de hijs que in illis
mouentur auibȝ. ſcȝ piſcibȝ aī
malib9 ac reptilibȝ. ¶ Appol
lonī9. Placet ¶ Ceſarius. Rō
ductur9 ſum vtrū ſcriptū ſit an
nō ignoro. ego enī illud nō di
dici ex lcōne ſed ex cuiuſdā vi
ri religioſi relacōne.

¶ Capitulū. lvi.

Matrona q̄dam btm̄ Thō
mā cātuariēſeȝ plurimuȝ
diligēs. aſſiduis infirmitatibȝ
laborabat. ⁊ cū doloribus age
retur. eūdem martirē hijs verb̄
inuocabat. Scē inqt Thō ad
iuua me. Habebat autē neſcio
cui9 generis auiculam q̄ ex aſſi
duitate audiendi eandeȝ abſo
lute ſatis pferre didicerat orō
nem. Die quadā miluus eā do
mūclam eam videns. rapuit ⁊
auolauit. In ipſo raptu dū vn
guib9 illius auis pmētur cun
ctis q̄ aderāt audientibȝ clama
uit de aere. Scē Thoma adiu
ua me. Et aūt mirabil' de9 mar
tiris ſui merita glorioſa demō
ſtrret. miluo ut auicl'aȝ dimit
tēt pcepit. Que ſtatī cū multa
alacritate redijt ad dn̄am et il
le rapine ſue penā luens mortu
us cecidit in t'rā. ¶ Appollōi9
Quid ē q̄ ſanct9 ſuccurrit pi
clitanti auicle ⁊ nō egrotanti
famule. ¶ Ceſarius. Quia il
la aliā vitam nō habebat quā
iſta expectabat. Voluit eciam
ei oñdere q̄ dilacō curacōis ei9
nō foret ex impotētia. ſʒ ex pru
dentia q̄ virtus in infirmitate pfi
citur. Audi aliud miāculū.

Miles q̄daȝ An ¶ Ca. lvij
ſelm9 noīe de villa liſere
columbas plurimas nutrire

ſolebat· dcm̄ ē ei q̄ grauiť nu
triēdo illas peccarȝ eo q̄ ſata et
ḡnaria lederēt p̄ꝛioꝝ· Die q̄dā̄
eis ad comedēdū annonā p̄ijci
ens cū oēs eēnt in vnū corā eo
cō̄gregate· clara voce cūctis q̄
aderāt audiētibȝ dicebat Vos
colūbe· ſi dei voluntas eſt· ut pe
nes me bitetis: manete· ſin aūt
p̄cipio vobis in eius nomine·
ut ſtatim recedatis· Ad qd̉ ver
bū mox oēs colūbe ſiml̄ ſe leuā
tes· ſiml̄ auolauerūt· neqȝ vltr̄
reuerſe ſunt ad illa domicilia·
¶Appollonī⁹ Nūo ibi manē̄
potuerūt cō̄n voluntatē dn̄ā ?
¶Ceſari⁹ Nō fuit dei volūtas
ut miles eaſdeȝ colūbas nutri
ret· nō tam̄ cō̄n dī voluntatem
ibi eē̄ poterant· voluntas dei po
tentia eius ē· vnde in pſalmo
Omia quecūqȝ voluit d᷑· fecit
in celo ⁊ in terra ⁊c̄· Putas deo
placere cuȝ m̄ſi accipitres· gru
es ⁊ cetere hmōi aues ad leui
tates nutriūť ? Abſit Poſſunt
tamē aliq̄ ut puta cyconie ad
neceſſitates a religioſ nutriri
ſiue hoſpitari· De quib⁹ prop
ter occaſionē miraculuȝ tibi re
citabo·

¶Capitulum· lviiȷ̄·

Apud Ciſterciū̄ vbi ca
put ē ordinis nr̄i· plime
hedificāt cyconie· Q̄d ido a fra
tribȝ religioſ p̄mittitur q̄ p il
las nō ſolum mōſteriū̄ ſȝ omia
in circuitu loca ab immūdis v̄
mibus mūdātur· Hyeme ap
p̄pinquāte recedūt ⁊ tpe certo
r̄dcūt· Die quadā cū acies ſuas
ordinaſſent ad pegrīnādū ne
hoſpitalitatis cō̄ceſſe imēores
eē̄ viderētur· Couētum q̄ eadē̄
hora ī agro laborabat petētes
eūq̄ȝ crebrius grucillādo circū
uolante· oms in ammiracōeȝ v̄
tert ignorātes q̄̄d peteret· Ad
quos prior· Puto q̄ licētiaȝ pe
tāt recedēdi· Eleuāſq̄ȝ manum
bn̄dixit eis· Mox mirū imodū
cū multa alacritate ſil̄ auolan
tes mōchis exeūtibȝ in viā q̄ re
gularē bn̄dcōnē accipe ſiue ex
pectare puipendunt magnaȝ
verecūdiā incuſſerūt ¶Appol
loni⁹· Quid dicturi ſunt homi
nes racōnales dei dono ingrati
cuȝ audierūt colūbas obedire
cyconias regratiari ? ¶Ceſari
us· Hoc ē qd̉ dominus p̄ Jhere
miam prophetā populo ſuo iſ
rahel impropat dicēs· Turtur
⁊ hyrūdo· ⁊ cyconia· cuſtodie
runt tempus aduētus ſui· Po
pulus auteȝ meus non cogno
uit iudicium domini dei ſui·
¶Appolloni⁹· Vbi habitāt
aues iſte ī hyeme ? ¶Ceſari⁹
In locis vtiq̄ȝ calidis· ca·lix

Sicut mihi retulit quidã
ſacerdos: pater aliq̃s fa
milias plurimos habẽs nidos
hirũdinũ in domo ſua ⁊ hoc ip
ſũ de quo tu q̃ris diſcere deſide
rans: vnaꝫ ex eis cepit cartulã
q̄ verba hec continentẽ. O hy
rudo. Vbi habitas in hyeme:
pedi eius alligãs abire pmiſit
Sciebat enĩ expimẽto: q̄ ſem
p loca nec nõ ⁊ habitacula ſo
lita repeteret. Illa cũ ceteris in
Aſiã veniens in domo cuiuſdã
Petri nidificauit. In cuiꝰ pede
cũ propter egreſſus vel ingreſ
ſus cotidianos p̃dictaꝫ cartu
lam ↄtemplaretur. ſcire volẽs
q̃d eſſet autẽ cepit cartulam le
git: ⁊ amouit alteramq̄ꝫ anne
ctẽs tali modo interrogationi
rñdit. In Aſia: in domo Petri.
Qđ cũ ſupdictus paterfamili
as in reuſione hyrũdinis fue
didiciſſet. Hiſtoriã hanc p mi
raculo multis recitauit. De cy
conijs vero multa admiratiõe
digna recitare tibi poſſem ſi ñ
ad altiora feſtinarẽ. Maſculi
ſuas feminas valde zelãt adul
teria grauiſſime vindicãt. Ha
bent tñ hic vnũ remediũ ſatis
miraculoſũ. Si ante aduentũ
ſui oparis aq̃s ſe imergere po
tuerit: culpã adulterij ille mi
me cognoſcit. ſicq̄ꝫ penaꝫ mor
tis euadit. ¶ Ca. lx.

In curia cuiuſdã militis ſicut a
quodã religioſo viro veraciter
audiui nidus erat cyconiaruꝫ
maris ſcilicꝫ ⁊ femine. Illa ab
ſẽte maſculo adulteriũ admit
tens frequẽter paludi que do
mui pxima erat ſe imerſit. Qđ
cũ miles notaſſꝫ. cauſã ſcire vo
lens. foſſaꝫ ſepibꝰ opiri prece
pit. Quid plura? Cũ illa ad
miſſo ſcelere ſolitã aquaꝫ pete
ret. nec ei ingreſſus pateret. in
teri mas venit crimẽ agnouit
adulterã roſtro impetiuit. Ad
cuius interfectõem cũ ſolus ñ
ſufficeret. cũ furore auolãs: ex
poſt horã rediẽs multis ſibi cy
conijs aſſociatis in oculis oĩ
um q̃ in curia aderant miſerã in
terfecit. ¶ Nouiciꝰ. Puto iſtã
zelotipiã aliq̃d in ſe cõtinere ſa
cramẽti. ¶ Mõchus. Bñ pu
tas. Sepe enĩ in ſcripturis deꝰ
auibus ſe opat. Cuius ſponſa
aĩa fidelis eſt. Adulteriũ vero
oẽ peccatũ mortale. qđ ab il
lo ſepat ⁊ dyabolo coniungit.
Aqua baptiſmꝰ eſt vel penitẽ
tia que ſemp reiteratᷣ ⁊ culpaꝫ
abluit ne deꝰ illã videat vel cog
noſcat ad vindictã hijs dictis
pro exẽplo. etiã de piſcibꝰ qui
de eodẽ elemẽto .i. aq̃ facti ſũt
aliq̃d tibi miraculoſũ recitabo.

Conradꝰ pre ¶ Ca. lxi.
poſitus ſancti Seuerini
in Colonia etiā prepoſitꝰ erat
Xanctēſis. Hic cuꝫ tēpe quo
dam ad idē opidū nauigaret
et manus extͣ naui in flumine
lauaret. anulus aureus bonuſ
valde ex eius digito labēs cec
dit in renū. Anno vero ſequēti
cū ad iam dictū oppidū iteruꝫ
iret nauigio. circa eundē locuꝫ
in quo anulū ꝑdiderāt piſcato
res obuios habuit a quibꝰ ſi
aliq̄s haberent piſces captos
inq̄ri ꝓcepit. Rñderūt illi. Ha
bemus eſotū vnū qui ꝓpoſito
Xanctēſi debetur quē vendere
nō audemuſ. Quibꝫ cū dicerēt
ecce ꝓpoſitus pñs eſt: piſceꝫ ei
obtulerūt. Quē cū cocus exen
teraſſet anulus ꝑfatus in eius
viſceribꝰ eſt reptus. Quē cū ce
lare nō poſſet nec vellet ꝓpoſi
to eū oñdit quē ille mox agno
uit et nō abſq̄ magno miraclo
recepit. ¶ Ca. lxij.

Sacerdos q̄dam et mona
chus de ordie nigrorū ā
no preterito retulit m̄ de aq̄s et
piſcibꝫ rē valde miraculoſā In
ꝓuintia inq̄t noſtra ſicͭ hodie
multi ſūt teſtes tempe quodā
omēs paludes et fluenta in ſan
guinē verſa ſunt. Quorū ama
ritudinē cū piſces ſuſtinere nō
poſſent relictis aquis aridā pe
tiuerūt. Anguille vero ſepes aſcē
dentes illis q̄ inherētes ſic ſūt
inuēte. Multitudo autē piſciū
in aquis mortua eſt ad inſtar
vnꝰ plage Egypti. Aliquid
nūc ſubiīciaꝫ de animalibꝫ et be
ſtijs q̄ in terris gradiūtᷣ qḋ mi
raculoſū ſit.

¶ Capitulū. lxiij.

Cum willhelmꝰ nouitius
noſter in p̄ma expeditio
ne Iheroſolitana rediret Rōm
cauſaꝫ ibi tūc recentē audiuit
vnde multi mirabātur. Bubul
cus q̄daꝫ bubalos iuxta vrbē
paucāt viginti ānis et amplꝰ
Die quadā cuꝫ nō ꝓcul ab pa
ſcentibꝫ in agro dormiret q̄tuor
ex eis cōuenientes frōtes qua
ſi ad colloquiū cōiungebant
et poſt horā ad ſuum cuſtodeꝫ
currētes tuꝫ pedibus calcando
tū cornibus ventilando eum in
fruſta diuidētes interfecerūt.

¶ Capitulū. lxiiij.

Retulit nobis abbas Da
niel de lupa rē ſatis mira
bileꝫ. In carpania inquit vbi
ſcolaſticus eraꝫ ſcolaribus die
quadam licentiatuꝫ fuerat ire
ad ſiluas. Qui in nemore lu
pe antrum repperiētes catulos
omnes eiecerūt. Quorū pedes
vnus bipenni ſua amputauit

Quibus recedētibuſ lupa rediēt
et ut catulorꝫ ꝑdes preciſos vi
dit recedentes īſecuta: ſolūmō
cuꝫ qui hoc egerat nimiū furēs
impetiuit. Ille vō timens arbo
rē aſcēdit. Quem cū inſequi nō
poſſꝫ: cepit vnguibus circa ra
dices fodere. Et cū ſic nō ꝑfice
ret alios lupos aduocauit In
terim nūciantibus ſcolaribꝰ ho
mines de villa cuꝫ gladijs cuſ
pidibuſ et bacul' ei in auxilium
venientes: lupos abegerūt. i me
dio ſui illū ducētes. Lupis iui
tatis ad horā ſequentibus et re
cedētibuſ illa ſola pſeuerauit: vi
dicare ſe tētās multiſ conatibꝰ
Et cū eēnt proximi ville lupa
ſe piculo dans: in vltionem ca
tulorꝫ: armatorū cuſtodias ir
rupit et ſcolaris gule inſiliens
ꝓtinus extinxit Que ſtatī occi
ſa eſt. Apolloniꝰ Satis mi
rorꝗ ſcolarē illū pre ceteris co
gnoſcere potuit. Ceſarius.
Multa huiuſmodi fiūt dei iu
dicio ex qbꝰ ē qꝺ ſeqtur. ca. lxv

Homo quidaꝫ iuxta Aqſ
grāni tres habuit liberos
Eo vero tpe quo Philippꝰ ibi
dem coronatus eſt multi in ꝓ
uincia lupi videbantꝰ. Ex qui
bus vnꝰ iā dicti hominis infan
tē extra domū repiens rapuit:
queꝫ collo ſuo inijciens ſiluaſ
petiuit. Miles quidā cāu per
viam equitās miſertus infan
tiſ poſt lupū curſitauit cūqꝫ vi
uū et incolumē ex dentibus eiꝰ
excuſſit. Non multo poſt idem
puer neſcioꝗ dei iudicio a lupo
rapitur. pſocat et comeditur
Habebat idem infanſ ſororem
maiorem ſe. q cū die quadam
miſſa fuiſſꝫ in agrū ad haurien
dum aquā de fonte. lupꝰ mul
tis videntibus ad illam cucur
rit et anteꝗ homineſ ſbuenire poſ
ſet puellā extinxeāt īteſtia eiꝰ
deuorans. Sic homo ille duo
bus liberis puatus cū tempoē
quodā guerre vxorē cum ſup
pellectili ſua in ciuitatē trāſtu
liſſꝫ terciū puerū ad cuſtodiaꝫ
domꝰ ſue quo aduſqꝫ reuertere
tur dimiſit. Quem reuerſus nō
inuenit nec poſtea vidit et veri
ſimile eſt ꝙ a lupo ſic ceteri fu
erit raptus atqꝫ ſuffocatuſ Ex
quo loquimē de lupis referā ti
bi de lupo qꝺ nup audiui vnē
ſatis mirabar. Ca. lxvi.

Iuxta villā cuiꝰ nomen
excidit lupus puellā ad
ultā inuaſit: dētibus brachiūꝫ
illiꝰ tenens. Quā cū ſecū trahe
ret: quotiēs illa clamare cepit
clamātēꝫ durius preſſit et tacē
ti pepcit Quid plura? ducta ē
ab eo in ſiluam ad aliū lupuꝫ

cui⁹ gutturi os fuerat infixum
Qui cu; nimis torqret̃ p os al
teri⁹ lupi man⁹ puelle ī guttu
re hyātis mittit̃ a qua os qḋ
īhęserat exhibit̃. Sanat⁹ vero
mox cū suo collega puellā ad
villā ꝓpa; reduxit. ¶ Apolloni
us Ego quēdā iuuenē vidi q̄ i
īfancia a lupis fueāt rapt⁹ a vs
q; ad adolescēciā educat⁹. ita
vt more lupoꝝ sup̄ man⁹ a pe
des currē sciretatq; vlulaē. ¶
Cesari⁹ Hec de bestijs dcā sint
Nūc vero de vmib⁹ aliq̄ sbiun
gā sicq; distictionem ɔcludā

¶ Capitulum. lxvij.

In carpaia villa diocesī
Coloienś cui⁹ supi⁹ me
mi: hō quidā fueāt de q̄ mihi n̄
ɔstat vtrū adhuc viuat rligi
osus ħ cec⁹ Theoderic⁹ noie
ɔgnomīto cāter. Hic tpe q̄dā
iuuētutis sue dū i agro t'bulos
aridos leuasſʒ buffonē; sb eis
magnū offēdit. Qui cū se coñ
cū in pedes suos posteioēs q̄si
ad pugnā erexisſʒ. ille irat⁹ ar
repto ligno vmē; occidit. Mi
rabilē deū. Cū theoderic⁹ nihil
minim⁹ suspicaretur vidit buf
fonē extīctu; sua īsequi vestigi
a. Quē cū denuo trāsfodisſʒ et
mlto ciēs ɔcremādo incineāsſʒ
nō tamē pfecit. Non fuit loc⁹
adeo mūdus. adeo rmot⁹. qui
ei ad dormiēdū eēt tut⁹. Noct
b⁹ p clippeū timore illi⁹ ad tr
be suspendebat̃. Cū tpe quodā
equitar; cū quodā venatorē so
cio suo eiq; tāta mirabilia oq
rēdo recitaēt. ecce vermē eundē
ille vidit caude eq̄ ei⁹ inhereētē
celeriusq; ad eū scādentē. Qui
mox exclamauit Caue caue en
dyabolus equum tuum ascen
dit Mox ille desiliens occidit
illu;. Alio itidem tempore sedē
te eo cū socijs suis ɔspicatur
sepedcūm vermē in poste prox
imi parietis. Ecce inquit Vbi
dyabolus ille. Nunq̄ ab eo li
berabor nisi se vidicaueit Mox
q; nudata coxa sinebat vermē
accedere. Quē cum momordis
set. mordente; manū iactauit
ipsumq; morsum celeri⁹ raso
rio ad hoc preparato abscidēs
longius proiecit. Mox miru;
immodū. ipsa precisura ob in
fectionem veneni adistar pug
ni intumuita crepuit. Sicq;
liberat⁹ est a verme illo immū
dissimo. Postea idem Theo
dericus a quodam milite inno
cēt' exoculat⁹ tāte effcā ē rligi
ositatis ut sp nudipes icedēt a
sic limia btoꝝ aploꝝ Petri et
Pauli nec non et sancti Jaco
bi apud compostellam mul
tis vicibus frequentaret.

¶ Appollonīꝰ Nunꝙ̄ audiui
talia ¶ Ceſariꝰ Sepe ꝑ hmōi
mōſtrā deus peccatores punit ut
nouerit quāta ſit in futuro. Ubi
vermis nō morietꝛ ⁊ ignis nō
extīguetur. vanis guloſ. nec
nō ⁊ luxurioſ. atqꝫ imūdis pe
na ē prepata. De vanis ut ſūt
venatores iā dictū eſt. De luxu
rioſ exēplū habes in vita ſācti
Malachie. vbi hō luxurioſus
ꝑ Buffonē fugatus ē a femina re
ligioſa. De guloſ memini me
dixiſſe in diſtinctōne q̄rta. ca.
lxxxvi. Ubi īteſtīna gallīne v̄
ſa ſunt in Buffonē. Referā tibi
de hoc eciā recēs exemplū.

In Bergē dioceſ ¶ Ca. lxviij
Colonienſ ſacerdos q̄dā cele
brat. Hō ſatis ſatis mirabilis ⁊
gule totus deditus. Nolo eum
noīaꝛ. ſpero ꝙ adhuc vitā ſuā
debeat emēdare. Huic conſue
tudo ē tempe eſtiuo ꝓpt̄ icitam
ta gule tm̄ in phialꝭ bibere id ē
in cyphis vitreis. die quadā
phialā ſuā vino repletā tollēs
cū neſcio cui ad potandū illā
porrigerꝫ Bufo magnꝰ fundo
īcedit. De qua viſiōe valde ter
riti mirabātur. quō corpꝰ tam
grāde intrare potuiſſꝫ. cū eidem
vaſi. qd̄ īferiꝰ diffundebatꝛ eēt
collū longū ⁊ exile nimis. Cū
qꝫ ſacerdos nō poſſꝫ vermē eij

cere neqꝫ vas vellꝫ frangere. in
locū vnde illū tulerat repoſuit
⁊ poſt horā reuiſus nihil ī eo re
pit. Nimirꝫ. liquor ille miracu
loſe conuſus fuerāt ī vermē hor
ridū. ut eius exemplo ſacerdos
abhorrerēt ebrietatē ¶ Ca. lxix.

Non ē diu ꝙ per hmōi vere
mē deus iudeos q̄ corpe⁊
cultu ōmino imūdi ſint miracu
loſe ſatis confudit. In villa ꝓxi
ma que wintere noiatur. tēpe
quodā iudei illic cōmorātes in
domo cuiuſdā militis quā con
duxerāt q̄ſdā ſolēnitates cele
brabāt. Cūqꝫ altare pānis mūl
tis ac mundis operuiſſent. tēpe
ſacrificij veſpertini ſilꝭ intrātes
ſacerdos ad altaꝛ accedēs poſt
ꝙ pānos reuoluit ſb eis circa
mediū altaris maximū Buffo
nē inuenit. Qui cū ex nimio hor
rore clamaſſꝫ: accurrē iudei ac
currerēt ⁊ xpiani. nec potuit la
tere viſio tā mōſtruoſa. Ples
ei milites ⁊ eorꝫ vxores. ad ſpe
ctaculū confluxerāt. q̄ in riſum
reſoluti iudeorꝫ ꝯfuſiōem aug
mentauerūt. Per quos etiā re
citatū eſt tūc tempis dn̄o Be
rardo abbati nrō a quō ego au
diui ¶ Appollonīꝰ. Satis de
lector in hmōi miraculꝭ q̄ ſūt de
ſtructiua erroris atqꝫ vicioꝝ ⁊ q̄
dā incētiua fidei atqꝫ virtutum.

¶ Ceſari9. Noueris eciaʒ ver
mes venenatos aliq̄s habēvir
tutes naturales. ¶ Ca.lxx.

Retulit nobis Henricus
de Foreſto miles q̄daʒ ho
neſtus ꝛ verax rē de ſerpēte ſatiſ
mirabilē. Satelles inq̄t q̄daʒ
iuxta noſ anno p̄terito vulne
ratus in latere ꝛ male ſanatus
erūpente ſanie torq̄batur. Die
q̄dā cum nudato latē. ſup trū
cū ſuccise arboris ſe reclinaſſet
ut ſanies effluerꝫ. obdormiuit
Interim ſerpēs aduenit et vul
nūs ſuxit. Expergefact9 ille ſer
penteꝫ excuſſit. Et licꝫ territus
fuiſſꝫ ꝓpt̄ venenū magnū tamē
mox ſenſit remediū. Suaſum
ē ei ut denuo in eodē loco p̄ dcō
mō colubro copiā ſugendi da
ret forte ſanitatē ōmno recipe
ret. Qḋ ita factū ē. Saniſſim9
vero effect9. in tm̄tū a ſp̄ete ce
pit diligi. vt i aliq̄ loco dormi
re n̄ poſſꝫ qn̄ ad ei9 lectū veniꝛ;
Cui9 conſortiū hō abhorrēs pui
ciā mutat interimq̄ꝫ p ānū fere
dimidiū illū nō vidit Reuſū de
nuo ſerpēs ſeq̄t̄. ꝛ cū nō poſſꝫ i
trare vbi ille cubabat mane āte
oſtiū rept9 ē. Suaſū ē ei vt mō
ſtꝝ occiderꝫ. Rn̄dēte illo cuāto
rē meū nō occidā tādē iportuni
tate ſerpētis exaſpatus occidit
illū. Sicq̄ꝫ ab eo liberatus eſt

¶ Appollonius. Melior erat
ſerpens iſte illo ſerpēte de q̄ di
ctum eſt in diſtinctōe ſexta ca
pitulo viceſimo ſecūdo ¶ Mō
chus. Ille pctm̄ maximū puni
uit. Ad hoc enī creatus fuerat.
¶ Q̄ntum ſerpentes hōīb9 par
cāt duobꝫ tibi pandā miracul.
¶ Capitulū. lxxi.

Matrona q̄dā in Flādria.
ſicut nup audiui a vige
ro mōcho Vilaienſi. cū īfantē
pepiſſꝫ. cir̄ illi9 corpuſculuꝫ ſer
pens maxim9 ſe oplicauerāt De
quo cū diſputatū fuiſſꝫ quō fo
ret ſine piclo infantis abſtrahē
d9 oſilio cuiuſdā gladi9 ſuper
eū poſitus ē. Ad cui9 frigidita
tē coluber territ9 ſe erexit ꝛ ab
infante cecidit. Qui baptiſat9
paucos ſupuixit dies. In orbi
ta eūdem ſerpentē matrona fer
tur bibiſſe.

¶ Capitulum. lxxij.

Simile pene contigit in di
oceſi Traiectenſi in villa
dulre. Nutrix alardi nouicij
noſtri ſicut ipē mihi retulit cuꝫ
quadaꝫ die iuxta alueola apū
dormiret: ingens ſerpens p os
ventrem illius intrauit. Adue
niente eius marito ut dormien
tem excitaret vidit caudaꝫ ad
menſuram digiti eiuſdem ſer
pentis adhuc in ore ſupereſſe

Que cu retrahere no poſſet illa euigilauit dicens. Valde in co mode ſoporata ſum. Et noluit ei maritus indicare qd acciderat ne ex ipo timore moreretur Erat enim vicina ptui. Cui a matre oſilio viri lac et dulcia queq miniſtrabant: vt ſerpens eiſdem potatus quieſceret. In hora vero ptus mulier cu infante ſerpente effudit. Que cum vir extracto gladio expectaſſet: et ille ſicut eſt naturalit' prudes ad femina rediret: poccupatis eius itineribus occiſus eſt. Adhuc eade mulier viuit. Si omia recitare vellem que meis tempib9 miraculoſe. quaſi otr ſolitum curſu nature facta ſunt an me tempus deficeret. q copia dicendoru. Interi iſta teneas. in hijs delecteris. qr ad ea q magis vtiliora ſunt feſtino. Quia ſcriptu eſt de do Memoria fecit mirabiliu eius que fecit. hor que dicta ſunt recordemur dicetes cu aplexta. Tu es deus q facis mirabilia ſolus. Non nobis dne no nob: ſed nomini tuo da gloria. Nome patris Chriſt9 eſt p que facta ſunt omia. Cui cu eode patre et ſpiritu ſancto honor ſit et impiu. p omnia ſecula ſeculoru. Ame.

Explicit decima diſtinctio.

Incipiunt capitula vndecime diſtinctionis.

Quid ſit mors et vn dicatur et de quatuor generib9 morientiu. ca. p.
De morte Memei ſacerdotis de clauſtro. ca. ij.
De morte Yſenbardi ſacriſte eiuſde cenobij. ca. iij.
De morte Figeri monachi. ca. iiij.
De morte adoleſcetis laici cu quo angeli cu moreret' loquebantur. ca. v.
De Opto conuerſo q moriens celeſte audiuit armonia. ca. vi.
De conuerſo coco. qui audiuit angelos offitia exequiaru oplere. ca. vij.
De morte fratris Hyldebrandi cui9 anima in ſpetie pueri ſpetioſi conuetus candidatoru deferebat. ca. viij.
De conuerſo mortuo circa cuius corp9 frat' wernerus cadelas ſtare vidit. ca. ix.
De morte Herwici prioris. capitulu. x.
De morte Mengozi couerſi q ad mandatum Biſilbti abbatis reuixit. ca. xi.
Ite de morte Hozberti conuerſi qui reuiuiſces viſa recitauit. capitulu. xij.
De finali otricone ſacerdotis quonda nigri monachi exiſtetis.

capitulū. xiij.
De Rudingero mōcho cui be
atus Dauid finē ſuum pdixit.
capitulum. xiiij.
De morte Berundi dūſi quē
hoīes nigri ꝛ vultures morien
tē obſeruabāt ca.xv.
De morte cōuūſi ſup quē reſi
debāt corui cū agoniſaret q̄ a
colūba expulſi ſūt. ca.xvi.
De morte Cunonis de male
bech mōchi i clauſtro ca.xvij
De morte Ludolphi mōachi
de porta ca.xviij.
De morte Alardi mōachi de
lucka cui xp̄c cū mrē ꝛ ſanctis
moriēti appuit ca.xix.
De milite occiſo q̄ ad inuocaci
onē dn̄i nois ſaluatꝰ ē ca.xx.
De Friſōe q̄ ſine ſacmētis obi
it ſatis a filio monitus ca.xxi
Itē de Friſone occiſo q̄ an̄ mor
tē oīa ſacra ſuſcepit ca.xxij.
De wigero milite q̄ a ſarrace
nis occiſus eſt. ca.xxiij.
De Theoderico de rulāt q̄ orās
ad ſepulchrū dn̄i ut morētur
pcibus optinuit ca.xxiiij.
De morte mōchi de oeſburg
q̄ viuē recuſauit ꝓpt abbatem
inordinatum. ca.xxv.
De abbē q̄ in Baioaīa icēdio
ſuffocatus poſtea. ſeu ptꝰ mor
tē miracula fecit ca.xxvi.
De morte incluſi de ſcō Mari
mino in Colonia ca.xxvij.
De morte Clemētie ſanctimo
nialis niuellie circa cuius cor
pus inuenti ſunt nouē circuli
ferrei. ca.xxviij.
Item de oſilia Leodienſe: que
circulis ferreis ſe ligauerat ca
pitulum. xxix.
De morte Ferbrandi abbatis
claricāpi ca.xxx.
De morte Widelledis ſanctio
nialis ca.xxxi.
De morte cōradi cellerarij no
ſtri ca.xxxij.
De morte mōchi nr̄i quē Rich
winus vocauit. ca.xxxiij.
De morte Gregorij armenij
quem mater defuncta vocauit
capi. xxxiiij.
De conuerſo de Cumа qui ꝓp
ter obulū reuerſus eſt ad cor
pus ca.xxxv.
De monacho qui propter cu
cullam quā moriēs exuerat p
hibitus eſt intrare paradiſum
capitulum xxxvi.
De ciue Strazburgenſi cuius
anima ad corpus redijt capi
tulum. xxxvij.
De magiſtro Thoma theolo
go qui dyabolum vidit i mor
te capi.xxxviij.
De vſurario Metenſe cui mor
tuo crumena cum denarijs cō
ſepulta ē cap.xxxix.

De vſuraria in Frechene: que
mortua denarios nūantes p̄mi
tabat. capitulū. xl.
Item de vſuraria de Backe cui⁹
aīa a demonib⁹ in ſpecie coruoꝝ
ewlſa eſt. ca. xli.
De Theoderico vſurario qui
moriens denarios maſticauit.
Capitulū. xlij.
De morte Vualteri clerici diſ
p̄ſatoris Luthariȷ̄ p̄p̄oı̄ iti Bū
nenſ. Ca. xliij.
De morte Godefridi cañonici
ſcī Andree ī Coloīa. Ca. xliiij.
De morte Hermāni ſecūdi de
cani in Colonia. Ca. xlv.
De morte Legiſte in Saxoī
a cui morienti lingua diuinit⁹
ſbtracta eſt. Ca. xlvi.
De Henrico ruſtico q̄ moriēs
vidit capiti ſuo lapidem igni
tū imminere p quē agros ali
enos p̄rio ſbtraxerat. ca. xlvij
Item de ruſtico cui dyabol⁹ pa
lū igneū mittē in os morienti
minabatur ob eandē culpam
Capitulū. xlviij.
De clerico mortuo qui rediēs
ſe iudicatū in man⁹ impiorū
traditū exclamauit. ca. xlix.
Item de clerico moriente qui ſe
tubā infernalē audiuiſſe teſta
batur. Ca. l.
De morte comitis Fulkenſis
heretici ob blaſphemiam occi
ſi. Capitulum. li.
De morte Johānis daīn qui
dyabolū vidit ī morte. Ca. lij.
De quōdā ſeruo quem duo
canes cum ſe ep̄m ſimularet la
cerauerunt. Ca. liij.
De morte Bernardi Monaſ
terienſ qui ſororiū ſuum occi
dit: Ca. liiij.
De latronibus Colonie in ro
tis poſitis. Ca. lv.
De ruſticis qui poſt mortē
ī ſepulchro otēdebāt. Ca. lvi.
De ſbita morte cuiuſdam cō
ūſi cōſpiratoris. Ca. lvij
De morte canonici qui velatā
ſāmoīalē ſtup̄uerat. Ca. lviij.
De morte puelle ī cui⁹ ſepul
chro canes ſeinuicē momorde
bant. Ca. lix
De muliē m̄gna quā demones
trāſferebāt. Ca. lx.
De hoſpitalario q̄ ſeip̄m ī aq̄s
ſuffocauit. Ca. lxi.
De matrona agoniſante quā
mors deſerēs clericū iux̄ aſtā
tē inuaſit. Ca. lxij.
Itē de monſtro qd̄ ī ſpecie femie
interfecit familiā duarū curiarū
cū ī eas reſpicēt. Ca. lxiij.
Itē de mōſtro qd̄ būne de vno
ſepulchro exiuit et aliud intr̄
uit. Ca. lxiiij.
De monacho qui in alna ca
dens expirauit; dū legeretur

euāgeliū Vigilate qꝛ neſcitis
ꝛ cetera. ¶ Expliciūt capitula
¶ Incipit vndecima diſtinctō
de morientibus. ¶ Quid ſit
mors. ꝛ vnde dicatur. ꝛ de qua
tuor generibus morientium.
¶ Cap. pmū. ¶ Monachus
Vndecima hoā di
ei ſolē trahit ad
occaſū. Hec eſt
etas decrepita q̄
morti vicina eſt
Nō ſine miſterio i diſtictōe vn
decima de morientibus tractā
dum ſuſpicor qꝛ vndenarius
eo qꝛ denarium in quo precep
ta legis diuine conſiſtunt: pri
mus trāſcendat trāſgreſſionē
deſignat. Per trangreſſionem
enī ꝓthoplaſtorū mors intro
iuit in orbem terraꝝ. Vn̄ mors
a morſu nomē ſuum accepit.
Mox vt homo pomum vetite
arboris momordit mortē; in
currit ꝛtā ſe q̄ totam ſuam po
ſteritatē neceſſitati illiuſ ſbiecit
Dicitur etiam mors ab amari
tudine. quia vt dicitur nulla
pena in hac vita amarior ē ſe
paratione corporis ꝛ aie. Sūt
autem tria genera mortiſ vt di
cit Yſidorus. acerba. immaturā
naturalis. Acerba: infantū. ima
tura: iuuenū. matura. i. natura
lis: ſenū. Et quia de morietibꝫ

loquī ꝓpoſuimus. nouēis qua
tuor eē genera hominum mori
encium. Quidam bene viuūt
ꝛ bene moriuntur. Alij ꝛ male
viuunt. ꝛ male moriuntur. A
lij male quidem vixerūt. ſꝫ dei
gracia bn̄ moriuntur. Et ſunt
qui quidē bene vixerūt ſꝫ iuſto
dei iudicio male moriūt. Hac
diuerſitatem per Ezechielem
dominus expreſſit ſatis. de be
ne autem viuentibus ꝛ bene
morientibus dicit Vir ſi fuerit
iuſtus ꝛ fecerit iudicium ꝛ iuſti
ciam: pꝰ enumeracionem mul
torum operū bonoꝝ ita cōclu
dit. Hic iuſtus eſt. vita viuet
ſcilicꝫ eterna. ait dn̄s deꝰ. De
male viuēte ꝛ male moriente
mox ſubiūxit dicēs. Quid ſi ge
nuerit latronē effūdentē ſāgui
nē ꝛ enuātis mltis opibꝰ iuſti
cie i fine ſic dic. Nūq̄ viuꝫ Nō
viuꝫ cuꝫ vniuſa hec deteſtāda
fecerit. morte morieť ſcꝫ etna
ſanguis eiꝰs in ipſo erit De eo
autem qui male vixit ꝛ finalit̄
penitet ſic ait Si autem impi
us egerit penitenciam ab om
nibus peccatis ſuis que opera
tus eſt. ꝛ cuſtodierit vniuerſa
precepta mea ꝛ fecerit iudiciū
ꝛ iuſticiam vita viuet et non
morietur. omnium iniquitatū
eiꝰ q̄s opatꝰ ē nō recordabor

Iniuſticia ſua quā operatus ē vi
uet ¶ Appollonius. Magna ꝯſo
lacio. ¶ Ceſarius. Non minus
terribile ē qd̄ ſequitur. Si autē
auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua et
fecerit iniquitatē ſcḋm oēs abhoīa
cioēs ſuas quas operari ſolz ipſi
us: nunquid viuet. Omes iuſticie
eius q̄s fecerat nō recordabunt
In pctō ſuo qd̄ peccauit morie
tur. Petrus bn̄ vixit et bene fini
uit Simō magus econtrario male
vixit et male finiuit. latro ī cru
ce male q̄dem vixerat. ſz bn̄ ꝯſū
mauit. Nicolaus aduena creditur
prius bn̄ vixiſſe. ſz nō bono fine
concluſit. ¶ Appollonius Qua
re boni bn̄ et mali male moriant
q̄ſtio mīn nulla eſt. qre autē diu
bn̄ viuentes nō pſeuerēt et diu
male viuentes bono fine dece
dāt noſſe vellē. ¶ Ceſarius Nō
ſum Chuſai ꝯſiliarius Dauid.
Quis enī nouit ſenſum dn̄i. aut
q̄s ꝯſiliarius eius fuit? ¶ Appol
lonius. Que ē mors bō. et que ē
mors mala? ¶ Ceſarius Qui
in caritate decedit. per lumē eius
videbit lumē eternū. hinc ē quod
foris morientes. lumē ardens te
nent in manibz. Qui vero ſine
caritate moritur mittetur ī tene
bras exteriores Vna .n. ſnīa om
nis hec diuerſitas ꝯcluditur.
Qualē inq̄t te inuenero talem

te iudicabo ¶ Appolloius Sa
tiſfactū mihi fateor p ſētētias
nūc precor ut exēpla ſubiungas
¶ Ceſarius. Faciā qd̄ hortaris
et hoc ſcḋm ordinē predcm̄. Quā
preciosa ſit in conſpcū dn̄i mors
ſanctorum eius. et mors pctōrum peſ
ſiā ſubiecta declarabunt exēpla.

EO tpe quo dn̄s ¶ Ca. ij.
ſim⁹ Dauid monachus clau
ſtrenſ ab hac luce migrauit.
Facta eſt in eadē domo q̄ alio
nomine Hemenrode vocatur.
mortalitas magna. dn̄o eligēte
ſibi eos quos vita ꝯmēdabat
ſanctiores. ad ſimilitudinē colum
be q̄ melioribz granis paſcitur
Erat ibi ſacerdos q̄dā nomine
Nemer⁹ quondā ecclīe ſancti Sy
meonis in Treueri canonicus.
et ſalutari admoniciōe ſancti
Bernardi abbatis ad ordinem
ꝯuerſus. Amplius quā triginta ān
nos in ordine fecerat. et p pluri
mos labores ad ſublime ſctītatis
culmē perueniat. Cumqz in eadē
domo ob ſuam pbitatē ad diuer
ſa electus fuiſſz officia. portatus
ſcz cellerarie. Bragiarie magi
ſterij nouiciorum. gradatim tn̄
oībus irreprehenſibiliter admīſtr
tis grauiter infirmatus mortē adeē
dolore vehemēs indicauit. Cuius
dolores abbas ꝯſiderans. in domū
ſecretiorē eū poni fecit. quatuor ad

mĩſteriũ eius deputatis Ille ve-
ro licʒ gauderʒ de ſolitudie tri
ſtabat᷑ tñ de exhibito honore
dicẽs abbi. Frẽs iſti vigilando
atʒ laborãdo ſũt laſſi neqʒ mihi
ſũt neceſſarij. Grata eſt m̃ ſoli
tudo neqʒ minꝰ ſolus ero: cũ ſo
lus ero. Nõ ei ſolꝰ eſt cui p̃ſul
ꝛ cuſtos dñs adeſt. Si careo
hoĩm obſeq̃o credo ꝙ nõ deeit
p̃ſidiũ de celo. Abbe recedẽte ꝛ
ad ſmões eius minꝰ attẽdente
ip̃e frẽs abire ꝯpulit lucnãqʒ
extiguẽ. Media nocte p̃ore iu
bẽte in candẽ domũ ad dicẽdaſ
horas minuti ꝯuenĩũt et ignis
acceſus ẽ. qꝛ hyẽps erat. Dñs
matutĩs viſitauit eũ p̃or fratri
bʒ lectũ eiꝰ circũſtãtibʒ. Quibʒ
ait. Tõ nocte ſolẽmſabã. Si
centũ liguas hrẽ int̃ ne iocũdi
tatis gaudiũ explicaẽ ñ poſſeʒ
Vidi deificũ lum̃: audiui cele
ſtẽ armoniã iterfui chois pſal
lẽtiũ in choro. Ab ꝙ̃ ꝯcdiatẽ ꝙ̃
diſtincte ꝙ̃ reuẽnt᷑ pſallebãt.
Voces q̃deʒ erãt multe ꝛ diuſe
ſʒ queãdmodũ i cithara vaietaſ
cordaꝝ vniformẽ reddit ꝯuẽ
tũ vel ꝯcẽtuʒ ita ꝯcors illa diu
ſitas in vnã ꝯueiebat melodi
ã ſup̃ hũanũ ſenſũ delectabilẽ
Pr̃uibʒ ſuccinẽtibʒ puellares
voces aſcẽdebãt faciẽtes diapa
ſõ. Cuiꝰ ꝯgaui ſuauitatẽ hũa
na infirmitas eſtimare ñ p̃t. Ad
mirãti m̃ ſup hijs. Aſtitit q̃daʒ
i habitu veneabili dicẽs Quid mi
raris? Hec ẽ laus vbi dei Et cũ
hec dixiſſʒ pſallẽtibʒ adiũctꝰ ẽ
ꝛ tota virtute pſallebat. Inte
rea grãtũ occurrit ſpectaculũ
videbam ſcalã ſpetioſã ſup me
directã iter ethꝛis in celũ p̃ten
tẽ. Vnꝰ ex nr̃is ſbito de medio
factus: hanc ingreſſus: ſupna
regna petebat. Letabũdus ꝛ
laudãs angelorũ vallatus co
pijs nullũqʒ paſſus õino di
ſcrimẽ celo receptus ẽ. Vertũ
frat᷑ ille ñ eſt m̃ defigtus ex no
mine. Quidã autẽ calũniabat᷑
frẽs noſtros duo obijciens ſcʒ
ꝙ defũctis fratribʒ debitã pen
ſionẽ negligẽter ſoluerẽt ꝛ vo
tẽs tunicas cũ nouas reciperent
nõ ſtati redderẽt. In altero me
rep̃hẽſibileʒ doleo ꝓpt᷑ vrgẽtes
eñ cãs miſſas nõ dũ pſolui q̃s
debeo ſʒ ꝙ̃ plura pſalteria dixi
Deo enĩʒ grãs ago labia mea
nũꝙ̃ ocioſa fuerũt a laude dei.
Hec ꝓſecutꝰ eſt ꝛ ꝯſequẽt᷑ ab
hac luce ſbtractꝰ fide fecit dñs
Aiũt de eo ꝙ i exterioribʒ agẽſ
ſepe p die duo pſalteria dicere
ſolitꝰ eẽt. Perſpicuũ ẽ ꝙ frat᷑ il
le q̃ ſbito de medio factꝰ cũ ho
nore celeſti deductꝰ viſus ẽ ipʒ
Meĩnerʒ [illegible] ſelegãter exp̃ſſit

euidenti declarãs iudicio q̄ ve
lotius morte ſubueniēte: ſine
omi diſcrimie tranſiturus eſſ&
de pſſuris ad gloriã. De morte
ad vitã. De mũdo ad Chriſtũ
cui eſt honor et imperiũ in ſecu
la ſeculoꝝ amē. ¶ Ca. iij.

Ebrotabat in eodē ceno
bio ſacdos Yſenbardus
nomie: cuſtos eccleſie pluſq̄
triceſimũ annũ agens i ordie
et ad extrema pductus ē. Me
dia nocte cũ ſup eũ miniſtroꝝ
vigilaret diligētia audiuerũt
eũ leui ſuſurrio verba ſonare.
Timētes q3 ne morti proxim⁹
aliena loquētur ori loquētis
aure adhibitã: intellexerũt ver
ba ſublimia edificacõis plena
de gloria celeſtiũ: et inenarra
bili leticia ſãctoꝝ. Dignũ ego
iudicãtes teſtem hijs ydoneũ
adhiberi nũciauerint hec abbi
q̄ et ipſe egni laborabat infirmi
tate. Vocat⁹ abbas affuit. In
terim cecidit orologiũ et occa
ſioe ſũpta ſic fari cepit A ch q̄
ſuauē noctem exegi. q̄ delecta
bili orologio tẽpando opam
dedi. q̄ dulces et q̄ ſuaues con
centus audiui choris in celo
pſallentiũ interfui. Ach q̄ cõ
cordĩter q̄ delectabilit' pſalle
bãt In noſtro cantu ſolet eſſe
diſſonãtia. tediũ. laſſitudo. ibi
longe alit' eſt. In vnã omnes
cõueniũt melodiã: ſup omne
qd delectat dulciorē. Infatiga
biles laudare nõ ceſſant: et q̄
to plus laudant tãto plus cre
ſcit amor laudandi et mirabili
atq3 ineffabili mõ hoc pueniit
in vſũ gratiſſime q̄etis: q̄ nun
q̄ vacãt a laude creatoris. Ibi
vidi hoies noſtri ordinis ſup
hoies alios eminere claritate
et dignitate et gratia pcellere.
Qui eñ magis hic humiliati
ſũt. mediocrib⁹ pro Chriſto
cõtenti. glorioſi⁹ ibi exultãt
Abũdantiorē accipientes ſo
lacõe3 fatie ſplendidiſſimi ſta
tura celſi veſte gloioſi Cũ hijs
familiariter conuerſatus fui et
amico refect⁹ colloquio Appa
ruerũt etiam mihi frēs noſtri
dñs wernerus prior et dñs. M.
et dñs. A. et dñs Cuno. et dñs
dauid. honore celſior cãdidiſ
ſimis induti cucullis quoꝝ ni
tor oculis meis tã erat impene
trabilis q̄ni radius fulguris
choruſcantis. Tãta gloria ve
ſtiũ delectat⁹ ſolicite querebã
ſi talē ego habiturus eēm. Et
dixerũt. Qui viuit irrephenſi
biliter talē veſte3 ſpare poteſt
Si vero vitiũ latuerit in cõſa
cõe. macula apparebit in veſte
Culpa eñ vite maculaz facĩt

veſte. Immaculatā ergo mēbit
habere veſtē. q̄ ſe a maculis ſer
uat imunē. Et dixi q̄ ſunt macu
le? Et ille. Murmuracō detrctō
inuidia. negligentia. ⁊ q̄cq̄d
ſinceritatē cordis maclat ⁊ cō
fundit. Qui talia agūt in glia
veſtis maculā ponūt. Tu vero
ꝓ multis laboribus: ⁊ vite ho
neſtate ſilem ſortieris veſtem
Hijs dictis faucibus arefactiſ
viribuſq; exhauſtis defecit lo
quēs. Poſt modicū iſtillata re
focillatus aq̄. reſumpto q; ſpū
ad loquēdū ſe pans. ſpem fecit
auditorib; ⁊ ait. Vtinā differ
r; me dn̄s vſq; dū ↄpleto ope
dei dn̄is nr̄is loq̄ poſſe;. Ab q̄
leti nūcij baiulus eē;. ↄpleta. q̄
ſtupēda narrarē. que vidi. que
audiui ⁊ ſenſi. que pata ſūt di
ligentibus deū. ⁊ in laude eius
vigilātib; ⁊ ab bas. Frat. quō
hec vidiſti? Et ille. Quat hac
nocte raptus ſum an deum. Pe
ctus meū aptu; ē ⁊ anima mea
educta eſt. ⁊ ſtatim fui int cho
ros angelo; ⁊ vidi dn̄am no
ſtrā in imenſa claritate cum ſu
is ſacris virginib; que ſe mihi
ꝓmiſit in neceſſitate affuturā;
⁊ ſanctū Michaelē cū multo
exercitu angelo; prepatum i
auxiliū mihi. Nam altai ⁊ me
morie ſue honorē ſolebam ſem

pēr impendere. ⁊ inumerabile;
multitudinē ſancto;. ⁊ quos
antea nō viderā. ſtatim agno
ui. Rurſu; ſpū ⁊ viribus defici
ens. loqui ceſſauit. Cōpulſus
itaq; de ſorbicula. pauxillū ac
cepit ⁊ guſtans ait. O q̄ dul
cis eſt dominꝰ guſtātib; O qn̄
ta eſt ſuauitatis eius abundā
cia. q̄ larga. q̄ indeficiens. ⁊ oi
um delicia; copijs affluens. q̄
me i hac nocte: reficere digna
tus eſt. O dulcedo illa. dulcedo
gratiſſiā. optabilis ⁊ pſtantiſ
ſima. O q̄ ſingularis. q̄ excel
lens ⁊ ineffabilis. Intus eram
in corde vtrāq; teneo. verb au
tem explicare non valeo. Quā
ſentire potui. nō poſſum effari.
rei inmietate victus. Tam felici
refectōne paſtus. Hanc ſuper
addere ſuperfluum duco. Hec
breue ⁊ modicum nutrimentū
preſtat. illa in ꝑpetuum reficit
⁊ ſaginat. O q̄ beati ſunt. qui
illa ſine fine fruituri ſūt. Iuben
te abbate. Vocati ſunt quidā
nouicij. Viri quondam in ſe
culo clari: virtute militai inſig
nes. quos ita conſolatus eſt.
Vere felices eſti ⁊ terq; quat
q; beati qui de vana veſtra ↄ
uerſacōne atq; mundana vai
tate per dn̄ā mia; vocati eſtis:
ꝓte i celis cum iuſtis habituri

Conſtat eni̅ de ſalute veſtra. ſi
tn̄ pſeuerauerítis. Nā dn̄s da
uid indeſinenter ꝓ vobꝫ preces
ad dn̄m fūdit: quatinus qḋ ſa
lubrit' inchoaſtis: feliciter cō
pleatis. Vnū autē eorū nomi
ne exp̄mēs de eo dicebat. ñ por
tas clauſtri ingreſſus fuiſſet.
mortis eterne portas non eua
ſiſſꝫ. Aderāt et hoſpites ouertē
di grā de ſedibus ſuis euocati.
ſꝫ nimio adhuc rerū tempaliū
amore detēti. rē arduā aggre
di dubitabant. Qui fiducialit'
accedētes ad virū dei. mentiſqꝫ
fluctuacōnem cōfeſſi. ꝙ vide
licet velle adiacerꝫ eis: pficere
autē bonū nō inuenirēt: suppli
cabant vt orationibus ei⁹ ad
iuti: mererentur in bono ſtabili
ri. Et ille. Rn̄diu mente adhe
retis ſclo: non poteſtis pfecte
placere deo: nec firmari i bono
hn̄tes voluntatē fixā in malo
Quapropter recedite omnīo
ab hijs q̄ inutiliter amatis et n̄
derit vobis grā ſaluatoris. Si
vidiſſetis: que ego vidi: oēm
gloriā mūdi vilem reputaretis
Deinde multa querebant: ille
de patre: ille de fratre: ille de ſu
o ſtatu futuro: ille de pn̄ti. Sꝫ
vir dei ita ſingul' rn̄ſū tēpauit
vt ſecretorꝫ reuelator. et oſciarꝫ
inſpector eē pbaretur. Mox vo
cāte domino ſancta illa aīma
carne ſoluta eſt ad dolores cor
pis vltra nō rēditura. ſꝫ vt credi
mus immortalitatis luce veſti
enda. et ꝑpetua gaudiorꝫ ſua
uitate reficienda. Duo hec capi
tula ſic qnqꝫ reliqua q̄ ſequūt'
a quodā repi notata: q̄ ſe ea
que dicta ſunt vidiſſe et audi
uiſſe ōmemorat. q̄ perire nō ſū
paſſus. Habent ꝑterea plures
teſtes qui adhuc ſupſunt. ¶
Apollonius. Proſequere obſe
cro reſidua que tāto ſūt audiē
tibus gratiora quāto tuo teſti
monio recenter geſta: ſcripto
ſunt mādata Ca. iiij

Fvit in eadem domo mo
nachus ſacerdos nomie
Siger⁹ etate iuuenis et ama
tor ordinis ſui corporis ſeuer⁹
caſtigator qui inter cetera vir
tutū opera ſcā: dei genitricē ar
denter diligebat. et quib⁹ po
terāt modis alios ad amorē ei⁹
accēdebat. Cū autē acceſſionis
ſue hora imminebat. eo ꝙ infir
maretur. et languor eēt fortiſſi
mus. quidā conuerſus magna
dei grā pditus. quē domin⁹ ſe
cretis ōſolacionibus ſuis freqn
ter conſolari dignatur huius
modi viſionē vidit. Viſa eſt
ei tabula defunctorū pulſari et
ire cepit ad muniendū fratris

exitu;· Et forte trāſitū hn̄s per
palaciū opis mirifici· īuenit re
ſidētē in eo matronā reuerēde
dignitatis cꝰ facies āgelica; p̄
ſēbat grām· ⁊ niueū īdumēta
cādorē· Vidēbat igit̄ defixis ī ea;
lūibꝰ· certꝰ tā deſiderābili pſoē
diuinū numen iceē· Deiq; tāte
dignitatiſ p̄ñcia auſū p̄bēte ꝓpiꝰ
accedit n̄ metuēs offēſe piculū
⁊ fāiliarit̄ v̄ba oſerit dicēs· A
mantiſſima dn̄a· q̄d cauſe hēs
īgredi ad nos: cū hoc n̄ ſit lici
tū matrōis? Et illa· Speciali ī
q̄t iure fungor in domo iſta· ⁊
venio viſitare fāiliares ⁊ dome
ſticos meos· Et ille piā p̄ fribꝫ
gerēs ſolitudinē· Ait· Ecce frēs
nr̄i iūnium decedūt iuuenes ⁊ ſe
nes· ⁊ mediocres· ⁊ n̄ eſt pſōa
rū accepcio· Quid inde nob̄ fa
ciēdū eſt? Et illa dētiſ decātare
Te deū laudamꝰ· Cū plura rn̄
derꝫ· hec tm̄ v̄ba retinuit vir ſim
plex ⁊ ſine lrīs· Interī vero pul
ſata eſt tabula ⁊ ceſſauit viſio
figuratiuā· Credimꝰ piam dei
genitricem utpote mrēm miſe
ricordie fideli ſuo in morte nō
defuiſſe· ⁊ tl'e īditū aduentꝰ
ſui dediſſe·

Capitulum· v·

EA tempeſtate venit ad
conuerſionem adoleſcēs
lapſus mundi corruptelam i
corruptus euadens· carnis in
tegritate ſeruata· q̄d eſt mag
num diuine miſerationis bene
ficiū· Hic cū ſe capitulo preſe
taſſet· cōſequenter languore
correptus inunctus eſt· Quo
inuncto· alius defunctus eſt·
Cuius exequiis cum vniuerſi
intereſſent īfirmiſ interim ſine
cuſtode relictis audiuit adoleſ
cens ille: choros angelorū; ob
ſequia funeris agencium ⁊ ſu
auitate pſallenciū magnifice
delectatus eſt Inſuper quidā
ex ipis preſencialiter aſtitert
ei ⁊ allocuti ſunt dicentes Ami
ce tu quid dicis? Placet ne tibi
hac vice venire ad nos? Et il
le vehementer cupio diſſolui
⁊ eſſe cum Chriſto Et angeli
Eſto paratus· Expletis preſe
tibus exequiis ſtatim nobiſcū
ibis· Ille promiſſi haud dubi
us ſuperni futurorum gaudio
rum primicias iam corde preſe
ciens· letus ⁊ hylaris redeunti
infirmario rem pandit per or
dinē et adiecit Sternite mat
tam· ⁊ pulſate tabulam ⁊ que
p̄paranda ſunt: parate celeri
us Iam enim iturus ſum ad do
minum Quod ita factum eſt
Porro quidam infirmus pro
ximus iacebat ei ⁊ quaſi con
tiguus tenui tantum pariete

diuiſus ab ipō q̃ audiuit āge
los cū eo loquētes qui adhuc
ſupeſt teſtis fidel' cuius teſtio
nio fidē facit vita laudabilis.
Erat in eadē do ¶ Ca. vi.
mo clauſtro ſimil' laic9
conūſus nomīe Optus vir mo
rib; ornatus. ⁊ actiōe circūſpe
ctus. a p̄mis adoleſcentie ānis
deſeruiēs in ordine. ad oē iubē
tis impium hilaris ⁊ pmptus
Hic ānis circit' triginta cū fri
bus infirmis tā deuotū q̄ ſedu
lū exhibuiſſet obſequiū. ipſe
q̃ꝫ diuerſa corpis ieqlitate cor
reptus ē ⁊ in magnis laborib;
ſupuiuēs ānis q̄ꝫ viginti. lōgū
trahebat mr̄tirū verūtn̄ licꝫ cor
pe inualid9 ai pruidencia non
deerat frm̄ ncc̄itatib;. prudent'
diſponēs oia. Tandem oborte
morlitatis vrgente pcella ⁊ lā
guore inualeſcēte. diē ſuū funct9
vita ſimil' ⁊ dolorib; ereptus ē
Nocte btī Stephani q̄ prima
ē natali dn̄i pulſata ē tabl'a de
functoꝝ p eo. ⁊ ſurgētes feſti
nanter aduenerūt frēs oracōi
bus munientes frīs exitū. Iace
bat autē ut moris ē poſitus ſu
pra mattā extremū trahēs ſpm̄
Dicta letania cū adhuc aliq̄d
ſpiramēti ſupeē videret' incepti
ſūt ſeptē pſalmi. Inter dicēdū
tāq̄ de leui ſomno excitatus re

uixit. circūferēs oculos. ⁊ iubē
te abbate repoſitus ē in lcm̄ ſu
um ⁊ reuerſi ſum9. Quidā aūt
rei nouitate pculſi māſerūt cir
cum expectantes donec cōuale
ſceret ſpus eius. cupiētes audiē
ab eo q̄d hoc eēt miraculi. Pt9
q̄ꝫ autē ſibi redditus ē ita dicē
exorſus ē. Et ego q̄d facio c̄te h̄
eē nolo. mō erā inter angelos
celeſtis armonie ſuauitate de
mulcebar. Deputatus erā btō
ptho martiri & hic ipi9 conſors
⁊ collega futur9. Hic ergo q̄d
facio. certe redire volo. Pt9 mo
dicū iteꝝ tabula pulſata ē ⁊ fe
licit' obdormiēs in dn̄o vt credi
mus non ē fraudatus a deſide
rio ſuo ptē habitur9 i ſorte ſā
ctoꝝ. Qꝫ aūt poſtēſa ſibi glo
ria reuerſus ad horaꝫ caruit in
hoc puſillanimitati nrē cōſultū
eē nō ābigim9 videlicet ut mi9
ſolicitos deuotos facereꝫ ⁊ pfici
entes ſtudijs meliorib; accēde
ret. ¶ Ca. vij.
IN eadē domo cec9 quidā conū
ſus fuit. cui de9 interioris hoīs
lumē contulit dānū corpois ce
leſti munere cōmutās. dedit. n.
ei ōmas videre viſiōes aliquā
do gloriā ſanctoꝝ freqnter pe
nas maloꝝ aſſidue ipſū demonē
flāmiuomos ignium globos
eructuantem. Mira ſunt hec ⁊

munera dei. Freq̄nter ãt patie
dēonū icurſus ⁊ ogreſſꝰ ita vt
ipi ipingãt in eū ⁊ ipē vel pugº
vel bac̄lo affligat eos. Hoſaſ
fultus pati ſolꝫ i q̄libꝫ loco ma
gis in ecc̄ia. maxīe cū p defūctiſ
orat. Ea tēpeſtate cepit iſte in
exequijs defunctoꝝ audiē cho
ros ãgeloꝝ pſallētiū. mō cum
mōchis mōdiuiſim. Cū ãt effe
rebant corpa p̄cedēte cōuētu
mãebãt ãgeli in choro exeq̄aꝝ
officia cōplētes. Int̄ſcūs ãt ⁊
pr̄ nr̄ ieffabiles ſolebat audiē
iubilos ⁊ ſup̄ hūanã eſtiacōez
dulces. Hec celeſtis modulacō
poſt depoſicōꝫ dn̄i Dauid dul
cioꝛ ⁊ magis intelligibil̄ audi
ebat. Contigit aliq̄n dn̄m ab
batem edificacōis cã venire ad
hūc cenū. q̄ int̄ cetera accepte g̃
tie bn̄fitiū ofeſſus ē. ⁊ h̄ dilige
ter autē p̄monitus ē ab abbe
ut dīne grē gr̄tus exn̄s oēꝫ hu
manã gl̄iaꝫ excludēt dīnū apū
ſe munꝰ occultãs nec ſcīn darꝫ
cambꝫ. Et rn̄t ſe tm̄ hoc vnico
fr̄i ſuo carnali dixiſſe. Et itellex
it abbas lapſū hōis. Poſt dies
aliq̄t reuſo abbe hūiliatꝰ corã
eo celeſti ſe carere bn̄fitio lacri
moſe coſeſſus eſt. Et inflicta ei
graui penitentia que ſupbien
ti ſubtracta fuit. penitenti reſti
tuta eſt gratia.

¶ Capitulum. viij.

CUm in extremis ageret
frater Hildebrandus ta
bula pulſata. conuētus accur
rit. Quo morientem circumſtã
te. ⁊ exequias ex more celebrã
te. ſtetit frater quidam int̄ ali
os cui talem viſioneꝫ dominꝰ
reuelare dignatus eſt vidit. ⁊
ecce alius conuētus superuenit
hominum albatoruꝫ qui in lo
co quo moriens Jacebat: ſpeci
oſum valde pueꝝ accipiens cū
gaudio magno ⁊ canticis abi
it. Itaqꝫ gemina felicis huius
fratris ſubſtantia a gemino cō
uentu delata atqꝫ deducta eſt
anima ſcilicet a conuētu alba
torum: ad beatam requieꝫ. Cor
pus vero a conuētu albandoꝝ
ad eccleſiam. vtroqꝫ ſane pro
eo quod deferebãt in dei laudeꝫ
q̄n̄q̄ indifferenter cōcrepãte.
¶ Appollonꝰ. Quid eſt q̄
in quorūdam iuſtorꝫ morte
tam mirifica videntur et in ali
orum qui eis in merito pares
fūt vel forte maiores nulla oñ
duntur. ¶ Ceſaiꝰ vna cã ē ut
latēs ſc̄itas morientū. viuētibꝰ
mãifeſtetur. Alia ut eoꝝ v̄tutes
quibꝫ hoc meruerūt innitentur
Tercia ē iuſtoꝝ innocētia ſi ma
le fuerit vt ſepe fit ifamati dīmō
ſtretur. vbi cã. ¶ Ca. ix.

In eodē cenobio quodā fratre
fautore nomie wernero conū
ſum aliquē quidā ex fratrib9
calūniati ſūt ſine cauſā: ita vt
eijceret ab illis Contigit poſt
hec vt frater idē moreretur et iā
dictus wernerus intereſſet cō
mēdationi eius. Moris autē
tunc erat vt aliquo ſupmattā
poſito: fratres ſicut ſine ꝓceſſi
one occurrerēt· ita ſine ordine
circa morientem ſteterūt· vbi
cuiqꝫ p̄or occurſus aut deuocō
locū dedit laicis fratrib9 hinc
inde circa mōachos ſtantibus
Cepe igitur mortui loto et al
lato· vidit idē wernerus mul
tas candelas in circuitu feretri
ſtatutas et omes ardētes· In p
te autē qua ipſe ſtabat: omes
candele parit̄ extincte ſūt· Vn
ināt9 ſimul et territus cū cor
pus in eccleſiā delatū fuiſſꝫ· ip
ſe dn̄m Sifridū traxit in ptē et
cōfeſſionē fecit extinctōnē can
delarꝫ ſuis peccatis iputans et
innocētie fratris manifeſtādē·
Reuerſus in eccleſiā eaſdē can
delas inuenit et omes ex omi p
te ardētes vidit· ¶ Ca·x·

Anno p̄terito defūctus ē
ibidem dn̄s Hertwicus
p̄or· vir quidā grādeuus et cir
ca diſciplinā feruētiſſim9· Qui
cū ſero putaret eſſe moriturus
multis q̄ cōuenerāt clara voce
dicebat· Nō modo moriar ſed
craſtina die hora nona ero an
ſummū iudicē de omnib9 opi
bus meis ibidē redditurus rō
nē· Eadem ſiquidē hora expira
uit In cuius trāſitu quidā con
feſſi ſunt ſe āgelos audiuiſſe·
Simile hēs de Vlrico mōacho
vilarieſi in diſtinctōne nona
capitulo triceſio p̄mo· ¶ No
uici9· Quid eſt qꝫ ille predix
it ſe iturū eē ad nuptias iſte ad
iudiciū? ¶ Mōachus· Ille vt
pote i adoleſcētia conūſus pie
p̄ſumebat de cuſtodita inocē
tia iſtū terruerūt peccata multo
tempe cōmiſſa· Senex enīꝫ ve
nerat ad ouerſionē· ¶ Nouici
us· Beati mortui q̄ ſic in dn̄o
moriūtur· ¶ Mōch9 Quāta
ſit in dn̄o morientiū beatitudo
ſubiecta declarabūt exempla·
¶ Capitulū·xi·

In ſepedicto clauſtro conūſus
quidā fuit noie Mēgoſus vir
ſimplex et religioſus in coqui
na couētus ſeruiēs· Accidit vt
die quadam cū iuuene quo
dā monacho ebdomadario co
quine lignū incideret Qꝫ cū mi
n9 caute pedē ad ſcindēdū hua
ret mōchus eundē pedem diui
ſit Deportatus in infirmatoriū
cū nimis torqueretur iniūctus eſt

Inſtante tēpe eūdi ad capl'm
geneále dixit ei bone memorie
dn̄s Biſilbtus abb. frater mē
goze non debes mori. ſed exſpe
ctab me. Rn̄dente illo: ſi in me
fuerit fatiā ſubiūxit abb. Ego
p̄cipio tibi. Ivit ēgo ad capl'm
et morat9 eſt diuti9. Reūſo eo
et veniēte ad portā pulſata eſt
tabula et cāpana. Interroga
uit abb cui pulſaret. Dicente
portario qz fratri mēgozo. Rn̄
dit abb. Ego debere ei adhuc
loqui feſtināſqz ad orationē
cū veniſſet in infirmitoriū ille
expirauerat. Et cū ſe inclinaſſꝫ
ad mortuū alta voce dicebat
frater mengoze et non erat ibi
vox neqz ſpūs. Cunqz ſecūdo
idē nomē repetiſſet. Rn̄dit pri
or. Nolite vos fatigare expira
uit ei. Tunc abbas ſe ad illius
aurē magis īclinās clamauit
dicēs Ego tibi p̄cepam ne mo
rēris donec venirē. Ego tibi ite
rū precipio vt reſpōdeas mihi.
Ad quod verbū ille quaſi gra
ui ſomno excitat9 oculos apu
it et ingemuit. O ch pat' inq̄t
quid feciſti? Bene erā vt quid
me reuocaſti? Vbi inq̄t eras?
Reſpōdit conuerſus in padiſo
poſita mihi erat ſedes aurea ſe
cus pedes dn̄e noſtre et cū me
reuocares áduenit dn̄s Pſem
bard9 ſacriſta noſter traxitqz
de ſede eadem. dicebat non hic
ſedebis inobedient' huc veniſti
reuertere ad abbatem tuum.
Sicqz reuerſus ſum. Attamē
promiſſū eſt mihi qz eadem ſe
des mihi foret reſeruāda. Vi
di eundē Pſembardū in multa
gloia in cui9 pede apparuit ma
cula eo qz nobiſcū exiſtens in
uitus iret ad labores. ¶ Apol
lonius. Cū ſancti ſine macula
ſint ante thronū dei quid eſt
qz in gloria ciuis celeſtis viſa
eſt macula? ¶ Ceſari9. Prop
ter viuētes viſio eadē oſtenſa
eſt vt gloria monachis viuē
tibus eſſet ad ɔſolacōnem ma
cula vero negligētibus ad cor
reptionē; licet enī inuitus iret
cū fratribus ad laborē manu
um valde tamen ſolicit9 fuerāt
circa diuinū ſeruitium libenter
mature matutinas pulſabat
libēter alte cantabat. ¶ Apol
lonius. Placet qd dicis. ¶ Ce
ſarius. Teſtatus eſt idem mē
gozus ſe dominum Dauid ibi
dem vidiſſe et alios multos
qui nuper fuerant defuncti. Di
cebat etiam infra trigīta dies
aliquos de purgatorio eſſe li
berandos. Cūqz hec et hiis ſimi
lia recitare cepiſſꝫ aduocati ſūt
nonnulli viri in ſeculo nominati.

Gerardus videlicet Marcina-
nus. et Carol9. poſtea abbas.
de cui9 etiā manu comedit in
ſignū vere reſuſcitationis. P9
hec cū poſtulaſſʒ licētiam redeū-
di: rn̄dit abbas Modo vadas
in pace: et benedixit ei. Ad qḋ
verbū mox oculos clauſit et ex-
pirauit. Hec mihi recitata ſūt
a ſenioribus noſtris: et a iā di-
cto Marcināno q̄ tanto mira-
culo interfuerat. Cūqʒ p̄fatus
Ysebardus eēt moriturus. et
Gerardus cognomento Vuaſ-
hart ad pedes illius reſideret: p-
phetico ſpū ad ſtabilitatē illū
hortatus eſt dicēs. O Gerarde
vide ne exeas ordinē: q2 mlta
milia demonū an̄ portam expe-
ctant te Quid poſtea de eodē
Gerardo actū ſit nouimus om-
nes. Ca. xij.

Simile miraculū ōtigit i ea-
dem domo Cū eēt ibidē
nouicius dn̄s Hermānus nūc
abbas loci ſancte Marie: ſicut
ipſe mihi r̄tulit venit ad eū die
quadā aliquis de ſenioribus di-
cēs. Venite mecū ego faciā vos
audire incōtinenti que libent̄
audietis. Et duxit eū ad quen-
dam cōuerſū Goſbertū noīe
qui mortuus fuerat et reuixit.
Que cōuerſi neſcio quot ſūt
ſecuti: ſperātes q̄ noui aliquid

eēnt audituri Ad q̄s ille Vos
dn̄i nūeratis ānos diuſiōis vr̄e
alius q̄dragīnta. ali9 trigita
alius decē. Ego vobis dico q̄
beatus eſt mōchus ille ſiue cō-
uerſus qui bn̄ vno āno vel mē-
ſe vel qḋ min9 eſt vna ebdoma-
da in ordine conuſatus ē. Qui-
bus cū āplius dicere nollet. re-
ceſſerūt Ad quē nouici9 rogo
vos bone frater vt aliquid m̄
referatis qḋ me edificet Rn̄dit
ille. Ego cū nup īfirmarer eēm
qʒ in doloribus maximis: venit
ad lectū meū: neſcio quid. Cū
qʒ primo tetigiſſʒ pedes meos
ḡdatim aſcendendo tetigit vē-
trem meū. ac deinde pectus nec
tam ex eodē tactu aliquid ma-
li ſenſi Tacto vero capite meo
mox expiraui. Ductuſqʒ ſuʒ in
locuʒ amenīſſimum. et nimis de-
licioſuʒ: in quo diuerſi gen̄is
arbores ac mlti coloris flores
aſpexi. Occurrerūt mihi et iuue-
nes ſpecioſiſſimi a quibus offi-
cioſiſſime ſum ſalutatus. et an̄
dominam noſtrā celi reginam
cū multa alacritate deductus.
Poita eſt mihi ſedes ſec9 pedes
eius In qua cū ſederē cū multa
cordis mei iocunditate: iuſſus
ſum redire ad corpus. de quo
cum plurimū dolerē: conſolati
ſunt me dicētes. Ne triſteis q2

ſedes hec tibi reſeruabitur et poſt dies paucos redibis ad eam. Quos cum iturus interrogaſſet de ſtatu futuro noſtre domus reſponderunt. Bonus eſt ſtatus eius preſens ſub abbate hoc Giſilberto nequeo plus ab eis optinere potui. Circa tercium vero diem rurſum expirauit idem Hosbertus. Apollonius. Cum in primo capitulo huius diſtinctionis dictum ſit nullam penam in hac vita morte eſſe amariorem. quid eſt quod neuter iſtorum conuerſorum de illius amaritudine conqueritur. Ceſarius Puto tantum de illis eſſe intelligendum quorum anima ſeparatur a corpore non reuerſura niſi ad diem iudicii. lego Lazarum cum adoleſcente ac puella ſuſcitatos. Tabitam eciam et maternum. necnon et multos alios quorum nullus de hac re aliquid conqueritur. Quoſdam eciam tam placide videmus mori. ac ſi in ſomnum reſoluantur. Vnde de hac queſtione nihil certi diffinire poſſum. Apollonius. Si qua ſunt reſidua de morientibus predicte domus precor vt mihi ediſſeras. Ceſarius Hoc vt fiat oportet me ordinem propoſitum mutare ita vt interim ſcala in modo loquar nunc de bene viuentibus. et bene morientibus nunc de male viuentibus et bene morientibus nunc reuertendo ad illos. Apollonius. Dummodo loquaris edificatoria de ordine modica mihi cura eſt. Ceſarius. Audi ergo quanta ſit miſericordia dei. Ca. xiii.

Ante aliquot annos in clauſtro ſacerdos quidam defunctus eſt cuius vita talis erat In ordine quidem nigrorum factus fuerat monachus et ſacerdos in quo tamen perſeuerat. vt poterat officium adipiſcetur. Sed faciente inuidia dyaboli et propria temeritate debitis caſtitatis et innocencie caſtris. in regionem abiit diſſimilitudinis. pactum faciens cum delectationibus ſuis. Aliquando autem penitencia ductus Premonſtratenſis ordinis regularis effectus eſt. Rurſumque conuictus a ſathana in peſtiferos cecidit errores. de hic ad noſtrum ordinem ſe contulit. Iterum quoque factus apoſtata voluptatibus frena laxauit non erubeſcens domeſticam vxoris cohabitacionem. Nouiſſime diebus iſtis reſpectus adeo pre nimium ſcelerum et concupiſcenciis defuit veniendoque numero de igne ſuum petiuit et optinuit Mox ad arma penitencie conuolans confeſſionibus aſſiduis lacrimis oracionibus et ieiuniis omnibus vere penitendi formam prebuit et decurſo breui tempore anno. ſ. necdum dimidiato tactus moleſtia carnis lecto decubuit

nō tam̄ indulgenti9 ſe agens: ceptū viriliť conſūmabat agonē modo pſallēs. mō orās. mō ſanctā dei genitricē ſalutās. hēbat autē quaſdā ipſius ſalutacōnes: ſine quib; nec vigilās. nec dormiēs inueniri poterāt q̄s an̄ horā exitus ſui collo ſuo ipē circuligauerāt in teſtimoniū ſiducie et bone ſpei ſue Rogabat aūt dn̄m abbatē ſibi aſſiſtē cū paucis fratrib; q̄b9 ſic ꝓlocutus eſt. Reuēnde paťa dn̄i peccator ego et penitēs teſtes vos a mihi apd̄ deū eē cupio ſincēre confeſſiōis et vere pn̄ie. Paratus enim ſū ad oē; ſatiſfcōe; q̄lib; tormēta quoſlib; laboēſ ſbire: ſi deus mihi vitā donauerit Nihil durū nihil difficile. nl̄ impoſſibile amāti et vere pēitēti Sic vere cōpunctus et vere penitens bn̄dictōes et grārū actiones adhuc in ore hn̄s deo felicē reddidit ſpm̄ In cui9 trāſitu cuidā monacho taľ viſio reuelata eſt videbat āgelos i īfirmatorio epuľ et gaudijs multis letātes mediū āt ſedē Salomonē tam ſolemnis leticie ꝑticipē dicebať ei Salomon Superuenerūt et alij angeli ſecū adducentes ſex de fribus nrīs qui eo tēpe diſceſſerānt: ſacerdotes in albis ꝑcioř luce clari9 fulgentes. Qui et dixerunt. hijs ſex dimiſſa ſunt pctā ſua et huic ſeptio digito demrāntes ſalomō; Interim pulſāte tabula frať q̄ hec viderat euigilauit. et veniēs inuenit eū in eodē loco exultantem ſpū quo viderāt eū ꝑticipaſſe cōuiuijs āgelor̄. ¶ Appollonī9 Puto q̄ hij q̄ ſunt in fruicōne ſepe ꝓ ſuis fribus adhuc ꝑegrinātib; deū exorēt ¶ Ceſarius. Hoc ſmo ſequēs declarabit.

¶ Ca. xiiij.

FVit in eod̄ clauſtro mōch9 quidā Rudingerus noie ſm nomē ſuū Rudis ſatis i conuſacōe. In ordine ſiq̄dem min9 ordiate vixeāt. et qd̄ deterius erat. ſepi9 apoſtatādo tps pn̄ie ſibi conceſſe inutiliť o ſupſeāt. Circa finē vite ſue reuſus et receptus ydropiſi morbo percuſſus ē. Qui cū die quadā an lectū ſuū ſederet: et oracīōes aliq̄s diceret btūs Dauid an̄ annos decē defunct9 in effigie nō ingrediēs cū duobus eque de fictis ait. Frať Rudingē Quid agis aūt quo hēs? Rn̄dit ille ſicut hō paup et infirm9 Corp9 ꝑ tīorē diſtēdiť. et qd̄ me pl9 angit mľtor̄ criminū mole cōſcīa grauatur Quē ſcūs oſolās dixit diu quidē male vixiſti. ſ; hodie ſcias te moriturum Ego

dn̄a; nr̄am ſanctā dei genitricē
⁊ reliquos ſanctos p̄ te roga
uia duros eos inueni ⁊ ubi ex
audit⁹ fuero totū celeſtē exerci
tū p̄ te mouebo. Sicq; diſpa
ruit. Rō cū ille dn̄o Hermāno
abbi. qn̄q; ſāctorū aplorū deca
no ⁊ tūc in clauſtro p̄ori reci
taſſz. r̄ndit ille. Bone dn̄e Ru
dingē vos eſtis vir p̄ecte eta
tis ⁊ infirmus ⁊ cito morieminī
nolite dicere niſi veritatē. Bn̄
nouerat vitam eius. Reſpon
dit infirmus. Si nō fuero mor
tu⁹ hodie hora nona diei. falſa
ſunt q̄ dixi. Quid plura? Ho
ra p̄dicta monachus moritur
⁊ de viſiōe prior certificatur.

¶ Appollonı⁹. Puto demōes
multum fremere cum tales eis
ſubtrahuntur. ¶ Ceſarius.
Sicut ſancti angeli morienti
um animas deducē mittūtur i ce
lū. Sic angeli mali eas detru
dere conātur i infernū Ca. xv

MOrtuus eſt in eadem do
mo quidam conuerſus
nomine Herbung⁹ Iſte ante
conuerſiōem quorūdam epi
ſcoporū Treuerenſiū ſucceſſiue
tamē fuerat diſpenſator ⁊ du
rus pauperum exactor. Tandē
quorūdā admonitiōe p̄ſuaſus
Hemērode venit. ubi in hitu ſe
culari t̄pe aliq̄nto de xp̄o vixit
Tactus graui infirmitate ma
gis timore gehenne q̄ amore
patrie. habitū induēs in infir
mitoriū cōuerſorū deportatus ē
Qui cum ad extrema deueniſſz
⁊ in lecto ſuo ſolus iaceret. aſpi
ciente quodam conuiſo nomi
ne Ludone. vultures aduolā
tes in p̄tica lecti eius reſiderūt.
cū quibus hōies tetri magni
atq; deformes intrātes eundē;
circūſteterunt. Iam dictus Lu
do de viſione p̄mū admirās. ⁊
poſt paululū q̄ demones eēnt
qui morientiū animas q̄ſi eſcā;
p̄ſtolantur recogitans alta vo
ce clamauit. Quid ſtatis ibi
vos domini? Egredimini. Qui
cū minime obedirēt. ſecūdo cla
mauit. Ego vobis p̄cipio in no
mine dn̄i ut exeatis. Ad qd̄ ver
bū mox viri egrediētes. ⁊ vul
tures auolātes nuſq̄ cōparuerūt
Iacebat aūt idē Ludo infirm⁹
in lec̄o oppoſito vir ſenex ⁊ reli
gioſus corpe virgo. Viſio hec
ſicut ⁊ ſubſequētes relata mihi
ē a dn̄o Hermāno abbe tunc
ibidē priore. Mn̄tu vero agoni
ſantibus fratrū p̄ntiū oracō p̄
ſit. eadē viſiōe declarabitur

CIrca idē tp̄s ¶ Ca. xvi.
alı⁹ q̄dā ɔūſus illic mo
riebat̄. Ho q̄dē ponderoſus ⁊
tardus. ⁊ ideo ceteris deſpectus.

Qui cū poſitus fuiſſ3 ſup mat
tā finiſq3 eius adeſſet. Duo cor
ui aduolātes inopinate gyra
uerūt circa illū. Tandē in trabe
q̄ capiti eius iminebat reſiden
tes. Quos vt vidit frat᷑ Hen
ricus cuius ſepe in ſupioribus
mētio facta eſt demones illos
eſſe ſuſpicans: q̄d nam facturi
eſſent expectauit Interī pulſa
ta eſt tabula ꝛ accurrit ↄuēt9.
Cumq3 crux introferretur colū
ba niuea illā precedēs oſtiu3 in
firmatoꝝ̄ p̄ oꝛ intrūit ꝛ ſup iā
dictā trabē volitans int᷑ eoſdē
coruos media reſedit. Cumq3
cū illis decertāet hinc inde alis
eos verberans tandē adepta vi
ctoia ꝛ de domo eliminatis ip
ſa in loco coruoꝝ tam diu eāt
reſidēs donec ↄuerſus expiraſ
ſet: ꝛ donec lotus ꝛ feretro ipo
ſitus eodē loco reſtitutus fuiſſ3
Quē cū in oratoꝛiu3 frēs depoꝛ
tarēt colūba eadē auolans cru
cem p̄cedebat: ſicq3 nuſq̄ʒ opā
ruit. Apollonī9. Quid videt᷑
tibi fuiſſe colūba illa? Ceſa
rius. Angelicā aliq̄ʒ perſona3
que fratrū oꝛōnibus adiuta p
anima moꝛiētis cū demonibuſ
dimicauit atq3 triumphauit
Q̄ntū illic ſit demonū ↄcurſuſ
vbi hij moꝛiūtur q̄ eis ſeruiert
ſmo ſeq̄ns oſ̄ndit. Ca. xvij.

Cuno nō magn9 dn̄s caſtri
de Malburg vir potēs ꝛ
diues in ſeculo tā valens in mi
litia ne dicam in malitia q̄ʒ vi
gēs in prudētia ſeculari ante fi
nem vite in ſepefato clauſtro
habitū ſuſcepit r̄gularē. Et qꝛ
tempis longinq̄tate non pote
rat moꝝ probitate dies ſuos
dimidiare ſatagebat. Vbi a
deo pfecit qꝛ ↄſūmatus in breui
expleuit tempā multa. placita
enī erat deo anima illius. Dn̄
ꝛ q̄ vocauerat eū ad ſuū ſeruiti
um nō ſolū preſtitit ei veniā de
lictoꝝ. ſ3 ꝛ in tali oꝛdine p̄cog
nitum ei fecit finem ſuū Habe
bat conuentus ↄtholariū pul
cherrimū. quem equaricie fue
ꝓpter fetū nobilem deputaue
rat. Quē cū vir nobilis Hen
ric9 de Yſenburg ↄcupiſceret
neq3 p̄cio habere poſſet. Hoc
actū eſt vt abſcōſe ſubtractus
ei trāſmitteret᷑. Quem cū mini
me redder3 miſſus eſt p̄dictuſ
Cuno q̄ eidē Henrico fuerat in
ſeculo amiciſſim9. Et cu3 nihil
pficeret. videns hominē obſti
natū irruētem in ſe vt poſt patu
it ſpū dei ad diuinū eū iuditiū
appellauit diem ei prefigens.
Quid plura? Henric9 appel
lacōem ↄtēpſit ꝛ Cuno domū
rediēs omnib9 modis quib9

potuit ad eundẽ diez ſe prepa
uit dicebat igit̃ abbati. Domi
ne ſexta feria crucẽ accepi ſexta
feria trãſfretaui. feria ſexta i ca
pella mea me vobis tr̃didi. ſex
ta feria habitũ indui regularẽ
deus ſexta feria laborũ meorũ
mihi reſtituet mercedẽ. Exple
tis vero iã tribus ãnis in ſãcta
õuerſacõne febre correptus ẽ.
Viſitat9 ab amicis ſe dixit ter
tia die moriturũ. Illi autẽ rece
dere volebant eo q leuis eſſet
ei9 infirmitas ꝛ nulla adhuc ſig
na mortis apparerent ſꝫ ipẽ ro
gabat ne ſolẽnitati ſue deeẽnt
Et factũ eſt vt moreretur die
tertio hoc eſt in vigilia ſancti
Jacobi ſicut ipẽ predixeẽt Eo
ſane tempe erat mulier obſeſ
ſa i villa Meine q̃ hora mortiſ
eiuſdẽ cunonis liberata eſt ꝛ ve
nit ad ſacerdotẽ ſuum dicens
demonẽ exiſſe. Poſt paululuꝫ
vero rediẽs dyabolus graui9
vexare miſeraꝫ cepit. Adducta
eſt igit̃ ad ſacerdotẽ qui qua
ſi contionando cũ dyabolo ce
pit interrogare eum ꝛ dicere.
Miſer tu exieras. Ita eſt inq̃t.
Et vbi ait fuiſti infelix? Ad q̃d
diabolus. Cuno ibi ſuper mat
tam iacebat ꝛ debebat mori.
ad cuius tranſituꝫ feſtinantes
pene quindecimilia ſotiorꝫ me
orũ cũ maximo tripudio hic
tranſibãt. Et videbar mihi nũ
q̃ gaudium aliqd habiturus
niſi iuiſſem cũ eis. Sciens au
tem vas illud mihi traditum
me amittere nõ poſſe reliqui il
lud ad temp9 ꝛ iui cũ eis. Dix
itqꝫ ſacerdos. Quid actuꝫ eſt
ibi? Reſpõdit dyabolus. Su
peruenerũt maledicti tonſuati
illi ꝛ circũſtantes cadauer ita
valide populae ceperũt quod
nullus noſtrꝫ propius accede
re auſus fuit. Dixit iterũ ſacer
dos Et vbi deuenit aĩa? R̃ndit
dyabol9 Ad pedes altiſſimi. Et
videte boni hoies q̃ta nobis in
iuria ſit illata. Nõ iſte nobis
ſeruierat pluſq̃ quadragita ã
nis ad omnẽ voluntateꝫ nr̃am
nocte ac die patiſſim9 ꝛ modo
tribus ãnis tantuꝫ alteri ſerui
uit dño et ille nobis abſtulit
eũ Cũ igitur nobis aĩa aufer
retur furore comoti in inuicẽ to
ta debachacõne graſſati ſum9
Et ego mõ nõ hẽo vbi me vin
dicẽ niſi i hoc vaſculo qd ĩ tr̃
ditũ eſt. Tũſactis aũt paucis
diebus poſtq̃ res p̃miſſa opta
ẽ in clauſtro Herwic9 quidã
mõchus p ptes illas tranſituꝫ
hẽbat. Qui ſciẽs q dyabolus
mẽdax eſt: ꝛ pater mendacij
expiri voluit hui9 rei veritatẽ

Diuertens igitur ad obſeſſam
mulierē interſignū quo credi
poſſet: queſiuit a demone. At
ille primo noluit confiteri: ſꝫ
a monacho iuramētis ↄſtrictꝰ
dixit. qꝛ abbatulus tuꝰ manū
morientis in manu ſua tenuit
Cui rei monachus ille ↄſcius
aliis eius verbis credi poſſe cō
ſenſit. Henricus vero de Yſen
borch audiens eū p̄fixo die de
functū: pelli ſue valde ꝑtimuit
et cū multa feſtinatiōe ad clau
ſtꝝ veniēs dextrāriū ſupbe r̄tētū
nudis pedibus manu propri
a ad defūcti ſepulchrū; addu
xit: penitēciā agens apd illū
Hec mihi de obitu monacho
rum clauſtrenſiū operta ſunt
¶ Apollonius. Si demones
electis in morte ſic ſunt impor
tuni: quid fit de reprobꝭ quoꝝ
peccata ſanctoꝝ angeloꝝ im
pediūt preſidia? ¶ Ceſarius
De hoc ſatis dicturꝰ ſū i ſeqn
tibus. Mors Cunōis aliorū
militū obitus ad memoriam
m̄ reuocat: q̄ male q̄dē vixerīt
ſed felici fine deceſſerunt.

¶ Ca. xviij.

Erat quidā miles in Sa
xonia Ludolphꝰ nomine
ſꝫ tyrānꝰ actōne. Hic cū die q̄
dam veſtibus nouis atqꝫ ſcar
latis indutꝰ in via equitaret.
ruſticū cū curru obuiā habu
it. Cuiꝰ cū veſtimenta ex rota
rū impulſu luto aſpgerentur.
ipſe vtpote miles ſupbus omo
tus valde extracto gladio hōi
pedē amputauit. Qui poſtea
deo miſerāte de peccatis ſuis do
lens: in domo ordinis noſtri q̄
porta vocatur factꝰ eſt mona
chus. Non mlto pꝰ in grauē
infirmitatē incidens cū q̄tidie
a ſe mala omiſſa deplangeret.
et maxime abſciſionem iā dicti
pedis: infirmario ſe conſolanti
r̄ndit. Non potero cōſolari: n̄
videro ſigna Job i corpe meo
Et ecce poſt dies paucos cica
tricē inſtar fili coccinei contem
platus eſt circa talū ſuū in eo
dem pede. et in eo dē loco vbi ru
ſtico pedē trūcauerat. Qui pau
latim cepit computreſcere: ita
vt vermes de eo ſcaturirēt. Tūc
repletus gaudio ait Modo de
venia ſpero qꝛ video ſig Job
in corpe meo. Sicqꝫ in multa
cordis cōtritione atqꝫ grārū
actōne inualeſcēte morbo ſpi
ritū reddidit Hec mihi relata
ſūt ab abbate Liuonie. q̄ filiꝰ
ē domꝰ ſupdicte. Ca. xix.

Alterius cuiuſdā militis
mortem valde precioſā
retulit mihi Adā monachus
de Lucka cuiꝰ i ſupioibꝰ memi

Erat inq̄t in Saxonia miles q̄
daꝫ Alard9 nomīe q̄ vir fuerat
tāte ꝓbitatis vt i pͥmo tornea
mēto i quo miles fact9 eſt ma
nu ꝓpria q̄tuordecīꝫ dextrarios
acq̄reret· Qui ſicut vir prudēs
eundē honorē tempalē non ſu
is virib9 ſꝫ deo aſcribēs ōnia re
ſtituit ⁊ ſodalibꝫ cū ſeculo va
ledicēs in lucka mōſterio no
ſtre religiōis habitū ſuſcepit
Et qꝛ electos ſuos ꝓbat dn̄s
tāta illū infirītate flagellauit
ut vermes de eius corpe indeſi
nent̄ ſcaturirēt· Quorū fetorē
ſimul ⁊ horrorē cū miniſtri ſu
ſtinere nō poſſent ait abb̄ pre
dicto Ade· Quid faciem9 frat̄
cuꝫ hoīe iſto? Rn̄dit ille· Dent̄
mihi q̄tuor linthamina ⁊ ego
ꝑ Chriſti noīe curā illi9 ſuſci
piā Qđ cū factū fuiſſꝫ aſſidua
pannorū mutacōe fetorē tpa
uit taꝫ ſibi q̄ꝫ egroto· Cūqꝫ di
es adeſſꝫ remuneracōis tante
patie ait Ade· Sternite imih
mattā ⁊ pulſate tabulā quia
dn̄s vocat me ⁊ fecit ſic· Veni
ente ouētu poſt dictā letaniaꝫ
cū oēs pene ad lacrimas ver
bis valde opūctiuis mouiſſet
ſubiūxit· Mō ite dn̄i mei dile
ctiſſimi ⁊ dicite miſſas veſtras
qꝛ ſaluator mūdi et glorioſa
eius genitrix cū angelis ⁊ mlt̄
titudine ſanctorū illuc venturi
ſūt poſt reuītimini cū eis qꝛ ani
mā meam ſuſcipiēt· Interi dū
miſſas dicerēt ſicut mihi rtulit
ſepedict9 Ada Alardus ſpū ꝓ
phetico ōnia q̄ in oratorio age
bant̄ indicauit dicēs· Tales
miſſe a talib9 ſacerdotibꝫ ad ta
lia altaria celebrātur: Et mira
tus eſt valde de hoīe lapco· Re
uertēte ouentu ille vultu Iocū
do ſic ait· Ecce Chriſt9 cuꝫ ma
tre ⁊ ſanctiſ ſuis pn̄s eſt habē
tes manus ſub mēto meo ⁊ iā
ſuſcipiēt aīam· Nec mihi cre
datis ſi in inſtātī mortu9 nō fu
ero· Ad qđ verbū mox expira
uit morte verba cōfirmās· De
cuius corpe ſtatī tantus odor
exiuit ut oēs illius ſuauitate
reficerēt̄ circūſtantes ¶ Apol
loni9· Valde me recreat bonū
oratio· ¶ Ceſari9· Ex quo ſer
mo eſt de militib9 referaꝫ vnde
amplius edificeris iterūqꝫ re
uertar ad ꝑſonas religioſas·

Miles q̄dam ¶ Ca·xx·
ſceleratiſſim9 ab inimiciſ
ſuis captus ē ⁊ occiſus. Qui
cū moreretur hec ei verba vltia
fuerūt· Dn̄e miſerere mei In cu
ius morte obſeſſus liberat9 eſt
Quē cū poſt dies paucos atro
tius vexaret ſic ſupradictū eſt
de Runone caplō decīo ſeptio·

interrogat⁹ de hoc r̄ndit. Mul
ti cõgregati ſumus ĩ morte mi
litis illius ſed q2 nihil ibi opti
nuim⁹ amplius in hoc medio
vaſculo me vindico. Reqͥſitus
de cauſa ſbiecit. Tria tm̄ hec v
ba moriens ꝓtulit: ꝓpt̄ q̄ ꝑtã
tem nr̄az euaſit. Ecce huic ꝑdo
ni obinuocacõez diui nominis
ſicut latroni in cruce tormẽtuz
verſũ eſt in martiriũ ¶ Appol
loni⁹. In hoc exemplo ſatis cõ
ſidero ꝙ pnĩa vera nunq̃ ſit ſe
ra. ¶ Ceſarius. Duo ſbiũgaz
exẽpla. p que cognoſces ꝙ ex
trema contricõ ſit ex multa mi
ſcdia dei. ¶ Ca. xxi.

IN friſia nup hõ quidã diues
infirmatus eſt. Hēbat autẽ fili
um monachũ. et ſacerdotẽ ĩ cla
rocãpo domo ordinis noſtri.
ꝓ quo cũ miſiſſ3. quaſi ꝓ ſalu
te anime ſue. neſcio quo dei iu
dicõ ſine cõfeſſiõe. ſine viatico
⁊ ſine inunctõne mortu⁹ eſt.

CIrca idẽ tẽp⁹ ¶ Ca. xxij.
in eadẽ ꝓuintia alius qui
dam Friſo hoſtibus ſuis occur
rens vulneratus eſt ad mortẽ
⁊ occiſi ſũt duo filij ei⁹. Cũq3
prẽm occiſores eſtimarẽt mor
tuũ abierũt Cõpto tanto ſcelẽ
mgr̄ grangie in bethwerde ad
ducto plauſtro. occiſos ſuppo
ſuit et cũ prẽm adhuc ſpirarẽ vi
diſſ3 clamauit. viuitis adhuc
dn̄e? Cũq3 ille minime r̄nderet
timens hoſtes ẽẽ ſbiecit diuſus
Ego ſũ ne timeatis. Tunc ille.
Adhuc eni viuo. Mox leuat⁹
in vehiculo. deportatus eſt ad
grãgiã pctã ſua confeſſus eſt.
cõicauit inũctus eſt. ſicq3 ſpm̄
reddidit ecce prior cũ tps hrẽt
penitẽdi et filius eum de ſalute
quotidie monẽt õia neglexit
moriẽs impenitẽs. Alt̄ vero ſci
mortu⁹ oleo miſericordie et vi
no pn̄ie veri ſamaritani ſfot⁹
de ſtabulo trãſiuit ad palaci
u3 Et ẽ in hijs impletũ qd ſcrip
tura dicit. Cui vult miſeret̄ gr̄
ciam infundendo. et quẽ vult in
durat gratiam non apponẽdo.

IN dyoceſi Traie ¶ Ca. xxiij
ctenſi miles quidã extitit noĩ
ne wigerus. ĩ actib3 milicie no
minatiſſim⁹. In p̄ma expedicõ
ne dei mũere cõpũct⁹ cruce ſig
natus mare tn̄ſiuit. tã fortit̄
et tã inſtant̄ ſarracenos ĩpug
nãs vt tã regi iheroſolimitano
ꝙ ceteris xpĩanis dilc̃us eẽt ⁊ ac
cept⁹ Et inimicis xpi nimis odi
oſus. Qui cũ p ãnũ integr̃ ſal
uatori ibidẽ ſtrẽnue ut dc3 ẽ mi
litaſſ3 et r̄patriaẽ cogitaſſ3 die
q̃da ĩ ocul̄ eius ĩ oſſictu ſeruuſ
ei⁹ occiſus ẽ. Cui⁹ aia3 in ſpẽ co
lũbe celos videns pitraẽ opũct⁹

de viſiōe dicebat intra ſe Quid
agere ꝓponis o miſer? Si reu
ſus fueris vicia repetes dimiſſa
et erunt nouiſſima tua peiora
prioribꝫ. Ex tunc forcius ageṄ
ſolito. die quadam cōflictum i
trauit et occubuit. Cuiꝰ caput
ſarraceni p̄cidentes. cum mlta
gloria circū tulerunt Chriſtia
ni vero corpus rapientes atꝫ ſe
pelientes. ecclam ſuper ipſum
fabricauerunt. ¶ Ca. xxiiij

Circa illa tempora Theo
dericus de rulant vir po
tens et diues deuocōnis gratia
ꝓfectus eſt Iherosolimaꝫ. Pro
ſtratus ante ſepulchrū dn̄i cuiꝫ
hmōi fudit oracōem. Domie
ihesu xpē qui ōmia noſti ſi non
habeo me emendare a vicijs
priſtinis. nō me permittas re
dire in terrā meam. ſꝫ ut hic mi
hi mori liceat concede. Audiuit
hanc oracōem alius miles cō
pat' eius: et ait Oraſtis ne bene
hodie compater? Eciā inqt di
cente illo. et cui vultis dimitte
re vxorē et liberos veſtros? Re
ſpondit Theodericus. Melius
eſt ut illos deſeram q̄ animaꝫ
meam perdam. Quid plura?
exaudita eſt oracō religioſi mi
litis. et poſt dies paucos defun
ctus. cōiunctus eſt ciuibus ihe
rusalē celeſtis. Quā prope ſit

dominus omnibus inuocanti
bus eum in veritate mors altei
us cuiuſdam demōſtrat
¶ Capitulum. xxv.

In Oſtburg monaſterio traie
ctenſis dioceſis. monachus q̄
dam fuit tenax iuſticie. zelum
habens diſcipline Cumqꝫ mor
tuo illius temporis abbate. et
is qui hoc anno defunctus eſt
ei p electiōeꝫ ſbſtitueretur: ille
ſciens eū virū ſecularem atqꝫ i
continentem ingemuit dicēs.
Heu modo diſciplina domus
huius peribit. Eſt enim de ordi
ne nigro monaſteriū aliquan
do diues ſatis: et ait Domie ihe
ſu chriſte. peto ne ſinas me di
ucius viuere. ne videam deſola
cōnem huius monaſterij. Cū
qꝫ induci non poſſꝫ ut eundem
eligereꝫ. ſiue profeſſionem face
ret. ait ad eum mente trāquil
la. deus nouit. quia diligā vos
ſed ſcio q religio domus huiꝰ
deſtruetur per vos. Mane dcā
miſſa ab eodem abbate ſe inun
gi petiuit. et vix optinuit cōtra
dicēte abbate. eo q ſaniſſimꝰ
videretur reſpōdit. Hodie op
tet me mori. Deinde ſtrāta mat
ta ſe in ea repoſuit et per tabulā
conuentum aduocari fecit. Per
dictis oracōibꝫ cū minime mo
reretur ſurrexit. ſtolāqꝫ in qua

miſſas dicere cõſueuerat collo
impones corã altari more ago-
nizantiũ ſe repoſuit hãc oratio
nẽ fundens. dña ſancta virgo
Maria ſi vnq̃ ꝑ hanc ſtolã
miſſaꝫ celebraui tibi placentẽ
ſuſcipe animã meã in hac hora.
Exauditus eſt iuſtus ⁊ expira
uit: ⁊ ſecundũ prophetiã eius
dom⁹ illa tã in ſpũalibus ꝙ in
corpalibꝫ valde defecit Hec mi
hi relata ſũt a quodã abbate
ordinis noſtri necnõ ab Euer
hardo mõcho: ⁊ ſacerdote eiuſ
de cenobij. ¶ Apolloni⁹ Non
miror ſi de⁹ nõnq̃ iuſtos tollit
ne peccata dimiſſa repetãt. vel
ne mala imminẽtia videãt vt Jo
ſiã. ſꝫ hoc me terret ꝙ iuſti ali
quãdo ſubito rapiũtur. vel qđ
horribili⁹ eſt igne aq̃s vel ꝑci
pitio pereunt. ¶ Monachus. Ju
ſti quacũqꝫ morte ꝓoccupati
fuerit. in refrigerio erũt. Mul
tis ei cauſis omiſſis que aſſig
nari poſſent: vna eſt vt virtu
tes eorum occulte pateſiãt.

Ante hoc qñ ¶ Ca. xxvi.
quẽnuꝫ qui nũc eſt dux
Baioarie. vnuꝫ ex abbatibuſ
ordinis noſtri ad ſe vocauit. Ne
ſcio q̃d cũ eo tractaturus. No
cte ꝑparat⁹ eſt ei lect⁹ in horreo
Qui cũ dicto cõpletorio iſſet
cubitũ. lumẽ qđ a cõuerſo po
ſiti fuerat infixũ in ſtramen' deci
dit ⁊ in flãmas profecit. A qui
bus abb̃ excitatus cũ oſtiũ exi
re nõ poſſet in modũ crucis ſe
in terrã proſternens exitũ ſuũ
dño cõmẽdauit. Comꝑto incẽ
dio dux cũ militib⁹ ⁊ omnib⁹
q̃ aderãt accurrit reiectiſqꝫ lig
nis ac ſtipul' abbatẽ ſemiuſtũ
atqꝫ extinctũ extraxerũt. Et ec
ce cir̃ pectuſ eius apparuit cap
ſella cũ reliquijs. ventreꝫ vero
ei⁹ cathena ferrea ſtringebat.
Quib⁹ viſis dux cõpunct⁹ di
cebat. Videte ꝙ ſancto iſti vi
ro veſtimẽtoꝝ aſperitas ſuffi
cere nõ potuit niſi etiã cathenã
ſupadderꝫ. Sepultuſqꝫ eſt ra
tiſpone i eccleſia maiori. Poſt
dies paucos cũ duo milites in
eodẽ loco miſſaꝫ audirẽt. vnuſ
ſepulchꝝ eius aſcẽdit. Ut aũt
deus oñderet qual' eſſet meriti
illic tumulat⁹. Miles tã vehe
mẽter in pedibus ardere cepit
vt deſiliẽs clamaret. Quo com
ꝑto alter rñdit. Sepulchrũ
eſt illius obuſti abbatis. Ex il
la die habitus eſt in eadẽ eccle
ſia in magna veneracõne.

¶ Capitulũ. xxvij.

In eccleſia ſancti Maximini in
Colonia tẽpibus meis q̃dam
fuit icluſus cenobij eiuſdẽ ini
ciator. Eſt eni illic cõgregatio

ſanctimonialiū· Hic ante con
uerſionē cōcubinā habuerat·
Et q₂ ſimul peccauerāt ſimilem
ſuſcepūt penitēciā adeo duram
vt vterq₃ circulo ferreo vētrē
ſuū ligarꝫ· Ipe vero in p̄dicto
loco ſe icludens miſſas ſuas ce
lebrādo dn̄o vacabat· cui illa
foris in habitu religioſo mini
ſtrabat necc̄ria· Aduenīēte tpe
vocacōis ei⁹ dn̄i Enfridū deca
nū ſcī Andree cui⁹ vitā ī diſtin
ctōe ſex·ca·q̄nto deſcripſi voca
uit· ofeſſiōeꝫ fec· vitā r̄uelauit
Cui ille i v̄tute ſcē obediēcie p̄
cepit vt circulū ſinēt deponi q̄d
ea fec· Sicq₃ eo defūcto· mulier
p⁹ paucos dies cepit īfirmari
⁊ q₂ tīuit q̄d ſacerdoti acciderāt ſe
cretū ſuū p̄dere noluit Cui⁹ vir
tutē de⁹ n̄ ſinebat eē occultam
In hora vero q̄ expirauit· vincu
lum eius diſrupit· Cūq₃ fines
ligature illius ferree tunicam ī
qua moriebatur ex vtroq₃ la
tere ſuſpenderent· mlte matro
ne femine ſācte exitum preſto
lantes Poſtq̄ rem cognoue
runt de tanto miraculo deum
glorificauerunt· Hec mihi re
lata ſunt: a filia ſororis predi
cti ſacerdotis· Vincula iſta r̄uo
cant mihi ad memoriam mor
tem cuiuſdam ſāctimonialis
p̄cioſam· ¶ Ca·xxviij·

In Brabancia apud Ni
uelliam monaſteriū ſan
cte Gertrudis virginis puel
la quedam nobilis extitit cle
mencia nomine· Hec cum ſua
dente dyabolo lapſum carnis
incurriſſꝫ· tunicam innocencie
quā polluerat quotidianis la
crimis mūdare ſatagebat Sic
dedita erat operibus miſericor
die: vt omnes ſuos redditus
paupib⁹ erogādo· nihil pene
ſibi retinēt· Tpe quodā circa
hyemis p̄ncipiū· cū ferenuda
eēt· nimiſq₃ egēt· ſedēs iux alta
re ſcē Gertrudis ſic orauit· O
dulciſſima dn̄a q̄mō tibi ſuiaꝫ
in hieme hac· cū nihil habeā?
Eadē hora ſuſpiciens q̄dā pere
gn⁹· cum ad memoriā iaꝫ dcē
v̄ginis oraſſꝫ· q̄nq₃ ſolidos in
ſinum Clemencie iactauit ⁊ a
biit· Hoc quaſi pro miraculo
ipa Wigero monacho Vila
rienſi retulit ⁊ ipe mihi· Cum
autē moreretur iuēti ſunt cir
ca corpus eius nouem circuli
ferrei· ¶ Apollonius· Mirabi
lia opatur deus in ſexu fragili·
¶ Ceſari⁹· Licꝫ ꝓpoiti mei ſit
in hac diſtīctōe tm̄ tractare de
morientibus· referā tibi tameꝫ
per occaſionē hui⁹ ſāmonial
fortē penitēciaꝫ altri⁹ cuiuſdā
mulieris· ¶ Ca·xxix

NOn eſt diu quod virgo quedam Leodienſis Oſilia nomine cuidam nupſerat meteſi. Quo mortuo: quia pulchra erat valde canonicus quidam Leodienſis illam duxit in tantum eam amans vt per clauſuram ab humanis aſpectibus eam remoueret. Poſt cuius morte illa de peccatis ſuis dolens iuxta eccleſiam ſancti Seuerini ſe recluſit. vbi ex nimia contritione ſepe lacrimas ſanguineas perfudit. Inſuper et vinculis ferreis ſe ligari fecit. Cum quibus cum ſteteſſet in oratione omnia dirupta ſunt. Timens vero eadem vincula deo non eſſe accepta ſecundo ligata eſt. Quod cum confeſſa fuiſſet abbati ſancti Lamberti: dolentem conſolans ait. Qui dixit Marie magdalene dimiſſa ſunt tibi peccata tua ipſe vincula dirupit tua. ſicque conſolata eſt.

Apollonius. Si qua reſidua ſunt de morte iuſtorum. vt explicentur exoro.

Ceſarius. Quedam tibi adhuc de hijs referam in quibus conſoleris ſimul et terrearis. Ca. xxx

ANte hoc quadriennium Herbrandus abbas claricampi in Friſia cum abbate noſtro de capitulo rediens generali in via infirmari cepit. ita vt cum maximo labore Romam peruenirent. Ibique diem clauſit extremum. In ipſa die mortis eius ſanctimonialis quedam de Spon que domus eſt ordinis noſtri pertinens ad clarum campum. facta in mentis exceſſu vidit animam eius ab angelis in celum deferri. Expreſſit etiam domum et locum ſepulture eius. nec non et habitum in quo ſepultus eſt. Vidit inſuper ſucceſſori eius Iuoni duos dari baculos. ſcilicet virgas paſtorales: ex quibus primam abiecit. alteram retinuit. Idem Iuo prior fuerat in claro campo. de quo aſſumptus eſt in abbatem ſancti Bernardi. Deinde poſt breue tempus mortuo predicto Herbrando qui vir fuerat grandeuus et iuſtus et diſciplinatus. Idem Iuo abbate meo preſente nec non et me factus eſt abbas claricampi. Sicque ſecundum quod de illo preoſtenſum fuit primum baculum abiecit: alterum adhuc retinens.

Ca. xxxi.

IN monte ſancte Vualburgis ſanctimonialis quedam fuit Vdewolt nomine. femina bona et ſatis feruens in religione. Hec cum iam agoniſaret ſicut audiui a ſororibus que preſentes erant manum extendit contra oſtium dicens. Ecce nuncius dei foris ſtat expectans animam meam. Sicque poſt modicum reddidit ſpiritum: ab eodem

angelo deducēda ī paradiſo
Hoc etiā ſcias ꝙ ſepe a mortu
is viui vocantur verbi cauſa.
ANte pau ¶ Ca.xxxij.
cos ānos Heyderícus ſa
cerdos ⁊ cellearius noſter ma
ior in ſomnís apparēs ſucceſſo
ri ſuo Cōrado tunicā ꝓpriam ei
tradidit induendā. Quā cū il
le induiſſꝫ infirmitate preuen
tus poſt dies paucos defūctus
eſt. ¶ Ca.xxxiij.
NOndū ann⁹ elapſus eſt
ꝙ Lābertus mōchus nr̄
nocte dn̄ica in choro obdormi
ens Richwinū nr̄m cellerariū
añ aliquot ānos defunctū cho
rū intrantē conſpexit. Et cū an
nueret ei manu dicēs. Frat' Lā
berte veni ſimꝉ ibim⁹ ad rhenū
Ille ſciens eū mortuū rēnuit ⁊
ait Credite mihi non ibo vbi
ſcū. A quo cū repulſaꝫ pateretur ad oppoſitū chorum ſever
tens quēdam ſenē monachū
Cōradū nomine q̄ circa quin
q̄gínta ānos militauerat in or
dine ſimili ſigno ac verbo voca
uit. Queꝫ ille mox ſecutus eſt
caputio capiti impoſito. Eadē
die poſt cenā cū prior quoſdā
ex nobis vocaſſꝫ ⁊ idē Cōrad⁹
pn̄s eſſet ait ei me audiēte iaꝫ
dict⁹ Lambtus vere dn̄e Con
rade: vos cito moriemi. In hac
ei cucullā vidi vos hac nocte
Richwinū ſequentē referēs ei
viſionē per ordinē. Cui ille rn̄
dit. Nō curo modo vellem eſſe
mortu⁹. Sequēti em̄ die ſi be
ne memi infirmaí cepit ⁊ poſt
breue tēpus defunctus in eadē
cuculla ſepult⁹ ē. ¶ Ca.xxxiiij.
FEmia q̄dam rligioſa de
armenia cū filio ⁊ filia ve
niēs Coloniā in eccleſia maio
ri. Ieiunijs ⁊ orationib⁹ deo ſ
uiebāt vocabatur auteꝫ filius
Gregorius hō ſimplex ⁊ ſacer
dos nomē autē ſororis Maria
Anno autē p̄terito mr̄e defun
cta infra tricenariū etiam Gre
gori⁹ ad extrema deduct⁹ eſt
Cūqꝫ ſoror corā illo ſedēs lacri
maret' valde ille oſolās eā ait.
Noli flere Quia mat' noſtr̄ vo
cat me. Et illa vbi eſt? Rn̄dit.
Ecce corā me ſtat. Sicqꝫ aīa
illa ſancta carne ſoluta ē. Cor
pus vero eius cū mꝉto honore
int' canōicos eiuſdē eccleſie ſe
pultū ē. ¶ Nouici⁹. Valde mi
hi videtur eē pfecti quorūꝫ aīe
carne reſolute mox aſcendūt
ad requieꝫ. ¶ Mōchus. Ve
ruꝫ dicis neqꝫ hoc te lateat ꝙ
valde pua ſūt iudicio hominū
que pfectos marie clauſtrles
ab introitu glorie qn̄qꝫ retar
dant. ¶ Capi.xxxv.

MOnũſus quidā de cinna
que domus ē ordinis nrī
cū die quadā miſſus ab abbe
ſuo nauigio trāſiret p fluuiū
albiā: qui fluit p ſaxoniā: nau
ta ab eo naulū requiſiuit Qui
cū diceret nihil ſe ad manū hē
re pecunie rn̄dit ille. Date m̄ p
pignore cingulū vel cultellum
veſtrū: non poſſum inq̄t carere
hijs. Et adiecit. Ego pmitto
vob cū ordine meo: q dimidi
um denarium vobis remittam
Et dimiſit eū nauta. Recedens
ab eo conuerſus eo q res modi
ca videret: pmiſſum puipēdit
nihil remittēs. Nō multo poſt
infirmatus cū omnib; qui ade
rant mortu⁹ videretur: anima
egreſſa cū ad requie; aſcendē
vellet: p̄dcm̄ dimidiū denariū
cuius in cōfeſſiōe nō meminit:
ante oclos hēbat. Qui adeo
creuit: ut mūdo maior videtur
Cūq; ſurſū intenti ſemp obſi
ſtēt: neq; aliud eſſ; qd ipediret
ad angelorū peticiōem pmiſſa
eſt redire ad corp⁹. Mirātib⁹
cūctis viſiōe; retulit. et miſſus
eſt ab abbe naute itegrū dena
rius ſb oī celeritate. Quē ut il
le recepit. eadem hora ſcdm oſide
racōe; conuſus expirauit Hec
mihi narrauit abbas Liuonie
aſſerens ſibi recitata a predcō
abbate. Vn̄ religioſi qn̄to ſe
cularib⁹ maius pmiū ſperāt tā
to eē dn̄t ſoliciti. ne morientes
aliquid pulueris ſecū trahāt.

ANte annos ¶ Ca. xxxvi.
paucos in regno Franco
rū quadā domo ordis Ciſter
cienſis. mōch⁹ quidā bone vi
te laborabat in acutis. Qui dū
duplici calore torq̄retur. infir
mitatis ſcʒ et aeris rogauit īfir
mariū. qtus ſibi liceret cucullā
exuē et induere ſcapulare. Nō
ille cōceſſit cōpaſſus infirmo.
Qui cū abiret. reuſus infirmū
repit expiraſſe. Nō modicū ex
hoc turbatus domū clauſit ſca
pulare extrāxit. reinduit ei cucul
lā. ſicq; in matta illū ponēs ta
bulam pulſauit. Depōrtus in
oratoriū prima nocte cū mōa
chi ſcdm ōſuetudie; circa corp⁹
pſalmos legēnt. ille in feretro
ſe erigens et circūſpiciēs mona
chos aduocauit Qui cū territi
fugerent oīs in dormitorium
excepto ſuppriore q̄ oſtātior erāt
ait illi. Nolite timē Ego ſū ille
frat veſter q̄ mortu⁹ fui et reuixi
Vocate mihi abbatē Interim
ſignātib; mōachis q̄ fugerāt.
q ſurrexiſſ; mortu⁹. fact⁹ eſt
in dormitoio magn⁹ motus at
q; concurſus. Accedente abbe
ad feretrū. ait ille. Dn̄e oſitror

vob:ꝙ ſic atq; ſic mortuus ſū
Ductus vero ab āgel' ad padi
ſum cū putarē me libere poſſe i
trare:acceſſit ad hoſtiū ſanct⁹
Bñdcus:ꝛ ait. Quis enim es
tu? Rñdente me:ego ſum mōa
chus ordinis Ciſtercienſ. ſub
iecit ſcūs Nequaꝗ̄:ſi mōchus
es:vbi ē habitus tuus? Iſte lo
cus eſt quietis:ꝛ tu vis intraē
cū habitu laboris. Qui cū circū
giraſſem muros eiuſdē feliciſſi
me mãſionis:ꝛ ꝑ feneſtrās ſeni
ores quoſdā magne reuerētie
illic cōſpexiſſem:vni illoꝝ qui
ceteris benignior videbatur ut
ꝓ me intercedēt ſupplicaui. Cu
ius interuētu pmiſſus ſum ad
corp⁹ redire:ut ſic habitu a te
recepto:merear ad ꝓmiſſaꝫ btī
tudinē itroire. Quo audito ab
bas cucullā i qua iacebat ei ex
traxit:cucullā quā in īfirmitate
exuerat ei reīduēs. Sicq; ac
cepta bñdcōne rurſum expira
uit. Vocatur aūt dom⁹ in q̄ cō
tigerūt:Here. Abb de Relaſbu
ſe:ꝑ nos trãſiēs.nob retulit h°
miracl'ꝫ.Dicēs ſe audiuiſſe a ꝑ
orē ꝛ cōuētu iam dcē domus.

Iſte ex ꝑte dīi Ca.xxxvij
Sgit h° ãno apd Straꝫbg
Cū q̄dā ciuis ibi defūct⁹ fuiſſꝫ
ꝛ in feretro poitus:aīa ad cor
p⁹ reuſa ē. Et cū clamarꝫ quō

veni huc? Quō veni huc? Voca
ta ē vxor eius.ad quā ille. Dei
mia reduct⁹ ſū ꝛ hoc tibi dico.
ñ oia q̄ hēmus r'linq̄m⁹.nō po
terim⁹ ſaluari. Sicq; ōib;ꝑ
ut poterat ſalubrit' diſpoſitis.i
fra triduū mortu⁹ ē.fuerāt eoꝝ
ſba de malo acq̄ſita. Appol
loni⁹. Quid ē qd maxime mo
riētib; poſſit ſbuenire? Ceſa
ri⁹. Cōfeſſio pura.atq; cōtricō
Ecce exēplū. Ca.xxxviij.

Magiſter Thomas theolo
g⁹.cuꝫ in pñti expedicōe
in caſtro pegrinoꝝ in camerā q
dā lecō decubens eſſꝫ moriturus
vidit dyabolū in ãgulo ſtãteꝫ
Quē cū cognouiſſꝫ:voce Mar
tini allocutus ē eū dicēs Quid
h aſtas cruenta beſtia? Dic m
ꝙ eſt qd maxime vob nocet?
Cunq; ille nihil reſponderꝫ ſco
laſticus ſubiunxit. Adiuro te
per deum viuū qui iudicatur⁹
eſt viuos ꝛ mortuos ꝛ ſeculuꝫ
per ignem ut dicas mihi hui⁹
interrogacōis veritatem. Ad
quod demon reſpondit. Ni
hil eſt in eccleſia quod tantuꝫ
nobis noceat.quod ſic virtu
tes noſtras erueret.quomodo
frequens confeſſio. Quando
enī hō in peccatis eſt pc̄tis dico
mortalib;.oīa eius mēbra li
gata ſunt ꝛ nō pōt ſe mouere.

Cũ vero peccata eadẽ confitet᷑ ſtatim liber eſt: ⁊ mobilis ad õne bonũ· Quo audito doctor ille bon⁹: ⁊ crucis Chriſti fidelis p̄dicator· letus expirauit·

¶ Apolloni⁹· De confeſſione nõ dubito: qn̄ valde ſit bona· ſcd̄m qd̓ tertie diſtinctõis plurima ꝓbant exempla· ¶ Ceſarius· De morte iuſtorũ hec dicta ſuffitiãt· de q̄bus etiã in ſuperioribꝫ multa exempla redundant· q̄ recapitulare ſupſedeo: q̄r ad mortes malorꝫ feſtino· Om̄i miſere q̄ horribilit᷑ moriantur vſurarij· auari· pecunioſi· doloſi· ſupbi· p̄dones· homicide· otẽtioſi· luxurioſi· vicijſq; ſimilibꝫ ſubiecti: q̄ apl'us appellat opa carnis· quibuſdã tibi pandã exemplis· ¶ Ca· xxxix·

In ciuitate Meteſi ſicut mihi narrauit abbas q̄dam ordis noſtri: vſurarius q̄dam defunctus eſt auarus nimis· Qui cũ moriturus eẽt: ſupplicauit vxori ſue· vt crumenã denarijs refertã iuxta ſe poneret in ſepulchro· Qd̓ cũ illa feciſſet q̄to ſecretius potuiſſꝫ: tamẽ latere nõ potuit· Accedẽtes aliqui ſepulchrũ latenter aperuerũt: ⁊ ecce duos ibi cõſpicant᷑ buffones vnũ ex ore crumene· alterũ in pectore· Ille denarios ore de crumenã extrahebat· iſte ſuſcipiẽs extractos: cordi eius immittebat: ac ſi diceret· Nos pecunia ſatiabim⁹ cor tuũ inſatiabile· Quibꝫ viſis illi timore perculſi terrã reijciẽtes fugerũt· Quid putas animã huius pati in inferno a vermib⁹ immortalibꝫ: ſi tã horrenda in eius corpe demonſtrata ſunt in ſepulchro? Nõ minus horrendũ eſt qd̓ ſequitur· ¶ Ca· xl·

In villa Frechene que ad vnũ miliare diſtat a Colonia: quedam morabat᷑ Jutta nomie: moribꝫ q̄dem ſatis cõpoſita: ſꝫ vſuraria de quo vitio: cũ ſepi⁹ argueret᷑ a ſuppriore noſtro Gerlaco: q̄ tunc tempis eccleſiã iã dicte ville regebat· emẽdationẽ quidẽ promiſit· ſꝫ nõ ſeruauit· Tandẽ in peccatis ſuis mortua eſt· Et ꝓpter timorẽ corpis ne feterẽ· poſita ſup terram· Et ecce dyabolus manũs eius ⁊ brachia mouit: ad iſtar numerãtis pecuniã· Miſſũ eſt p Gerlaco: vt dyabolũ a vexacõne corpis exorciſmis cohiberet· Qd̓ cũ feciſſet: corpus q̄euit ⁊ cũ adiurare ceſſaret: illã nõ ceſſauit: nũc crura nũc manus mouẽdo· Tũc tollens ariſtas aque benedicte intinxit: ⁊ ori eius immiſit· q̄ illas auidiſſiẽ

maſticare cepit· Tandē tollēs
ſtolam cū exorciſmo collo eiꝰ
circūligauit: ſicqꝫ demōes ab
eius corpe opeſcuīt· Erat ibi tē
pore eodē ruſticus q̄dam: q̄ di
cebat ſac̄doti· Sciatis dn̄e: ꝙ
dyabolꝰ in hac nocte ſtupēda
opabit̄ in hoc corpe referā eni
vobis ſimile: qd̄ tpibus otigit
pueritie mee·

¶ Capitulū· xli·

Fuerat in Sacheim villa
prima famoſa q̄dāꝫ vſu
raria hec cū moritura eſſet cam
pū totū coruis ac cornicibꝰ vi
dit repletū· Et clamauit forti
ter· Ecce modo appropinquāt
foris ad me· Et adiecit owi· o
wi· modo ſūt in tecto· modo in
domo· mō pectus meū lamant
modo animā meam extrahūt·
Sicqꝫ cū vlulatu efflauit ſpi
ritū a demonibꝰ ad inferos de
ducendū· Qui eadē nocte cor
pus de feretro: multis q̄ aderāt
videntibꝰ tollentes: vſqꝫ ad te
ctū leuauerūt a cū trabi impin
gerēt: iuxta limen oſtij illō ca
dere ſinētes cōfregerūt· Extin
cta ſunt luminaria fugerūt ho
mines mane in iam dicto loco
corpus repientes· Quod be
ſtiali ſepulture tradiderūt·

¶ Capitulū· xlij·

In dyoceſi Coloniēſi ā pau
cos ānos miles q̄daꝫ defunctꝰ
eſt nomie Theodericꝰ vſurari
us ad modū nominatus· Hic
tandeꝫ infirmatus matria aſcē
dente in cerebruꝫ factus eſt fre
neticus· Qui cū quotidie den
tes a os moueret dixerūt ei mi
niſtri ſui· Quid comeditis do
mine? Reſpōdit ille· Denaios
ego maſtico viſū ei fueāt ꝙ de
narios ori eius demōes infun
derent· Nō poſſuꝫ inq̄t ſuſtine
re demōes iſtos portate me ad
monaſteriū Rode hoīi illic ho
mines ſūt· forte auxilio illoruꝫ
ab hijs dyabol̄ libeābor· Quo
cuꝫ delatus fuiſſet· Clamauit·
Reportate me · reportate me·
plures eni hic demones video
ꝙ in domo mea· Erat eni de vil
la wurme· Sic miſer relatus
a a demonibꝰ agitatus expira
uit· qm̄ execrabile vitiū ſit vſu
ra in ſuis tormētis multis oſtē
dens Quidā dixerunt ſe in ore
et in gutture eius denarios vi
diſſe· ¶ Apollomꝰ Bene apo
ſtolus auaritiā ydoloꝝ appel
lat ſeruitutē cui ſic demone ſa
mulantur· ¶ Ceſarius Auari
tia heu nō ſolum in ſecularibꝰ:
ſed etiaꝫ in perſonis eccleſiaſti
cis regnat eiſqꝫ famulat̄·

¶ Capitulū· xliij·

LVtari9 p̄pōitus Būnē
ſ clericū habebat: nimis
auarꝫ. Monaſterienſ ecc̄ie ca
nonicū. Et q2 ex eius ɔſilio idē
p̄pōitus p̄edebat: mľtā pecuni
am Vualterus cōgregauerat
Qui cū morreretur nec vnum
quidē denariū ꝑ anima ſua le
gauit. In ipa hora mortis eiuſ
Godefrid9 ecc̄ie ſācti Andree
in Colonia canonicus: coram
domino ſuo Adolpho tūc ma
ioris ecc̄ie decano: ⁊ poſtea ar
chiepō in porta dormiuit. Cui
taľ viſio oñſa ē. Viſum ē ei q
p̄dictus Vualterus pecuniam
de magno cumulo ī tabula nū
meraret atq̄ demō ex alterā par
te in Ethiopis effigie reſidenſ
illius cōputationē diligentiſſi
me cōſideraret. In ipſa cōputa
tione Vualterus. frequentˀ ex
ipſa pecunia aliquid furtiue ve
ſti ꝓprie ſubmiſit. Qua nume
rata demon ī hec verba ꝓrupit
Cōputat argētum Vualter9
ſubtrahit illud. deinde manib9
comploſ cuꝫ multo cachinno
ſbiecit. plus q̄ ducētas ſubtra
xit Vualtero marcas Sic enī
ex quādā ſupbia vocai ſolebat
Excitās dñm ſuū Godefridus
quid videret recitauit. Et cōp
tū eſt q eadem hora expirauit.
Prepōitus vero oēm illius pe
cuniā tulit: aſſerēs illā ſuam fu
iſſe. ¶ Ca. xliiij.

GOdefrid9 vero nō min9
miſere defunctus eſt. Erat
ſiquidē auar9 valde: ⁊ mḡnaꝫ
in curia pecuniam collegerat.
Die q̄dā tp̄e Philippi r̄gis Ro
mani magnuꝫ in domo ſua de
bitoribus domini ſui fecerāt cō
uiuiū ex pecunijs eiuſdeꝫ Phi
lippi. quas Adolpho ꝑ coroā
tione dederāt. illis accomodata
reſtituere ꝓponens Ante enim
q̄ de eodē ɔuiuio guſtaſſet. a
poplexia tactus obmutuit. et
ſine ɔfeſſiōe atq̄ ſacra ɔmuni
one ſpiritū exalauit. P9 cuiuſ
mortē cuidā ſacerdoti talis de
eo viſio oñſa ē. Vidit euꝫ Co
lonie ante monetaꝫ incudi im
pōitū quem Jacobus Judeus
ymo iudeorū epiſcopus cui fu
erāt familiaris. malleo extēdit:
vſq̄ denarij tenuitatē. Et bn̄
cōcordabat pena culpe. fuerat
enim magiſter monete ⁊ mōe
tarioꝝ ſoci9 ⁊ quia multā ibi
cōgregauerāt pecuniā. luere ibi
dem viſus ē auaricie penā Que
de morte Hermanni ſcōi decani
in Colonia percepi: nō tacebo.

ERat ibidē ¶ Ca. xlv.
Hermann9 homo mľtū
auarus ⁊ amator pecunie Acci
dit an̄ hoc bienniū vt canōicuſ

quidam Bũnenſ Vuinricus
nomine ꝯgnomēto Streupel
moreretur Qui ſtatī poſt mor
tem Eruuino maioris ī Colo
nia eccłie canonico in ſomnis ap
parēs ait. Rogo te vt ad dieꝫ
meū venias ante capellam ſā
cti Nicolai. Q̄d cuꝫ Eruuinus
rēnueret ſciens eū mortuū. ſub
iecit ille. Peto vt hoc ipꝫ dicas
ſcđo decano. quia dies erit octa
uo die Ille euigilans et de viſio
ne ſatis admirās. quid viderit.
vel quid Vuinricꝰ mādauerit
mane decano recitauit Qui ſta
tim viſū intelligēs. rn̄dit Ego
ſatis timeo quod diē eiꝰ cito obſ
uare debeam. quia hō ſenex ſuꝫ. et
debilis. Statī eadē die peiꝰ ce
pit habere. ita ut p̄dcō die mo
reretur Q̄d vbi cōpit Eruuinꝰ
timens quia et ipſe moriturꝰ eēt
cepit ſe p ꝯfeſſionē atqꝫ ſacrā
cōiōeꝫ ad mortē p̄parare Ad quē
maior prepoſitus. Cras in con
uentu dicite ei miſſam ſolēneꝫ
et ſepelite ſicqꝫ ſatiſfeciſtis peti
tioni eius. Q̄d ita factū eſt. atꝫ
iuxta capellam predicti confeſ
ſoris ab eo ſepultus. Adhuc
idem Eruuinus viuit a cuius
ore audiui que dcā ſunt Inter
auaros penas ſoluēt eciā aduo
cati. qui mō ſalaria pinguia re
cipiūt et cās ſubuǔtūt. Ca. xlvi.

Narrauit mihi ante pau
cos menſes aliquis ſac
dos de Saxonia dicēs. Nuper
i terra noſtra quidā decretiſta
nominatus mortuꝰ eſt. Qui
cū hyaret lingua in ore defun
cti nō eſt inuenta. Et merito li
guā pdidit moriens. qui illaꝫ
ſepe vendiderat viuens. Apol
lonius. Si'e dixiſſe te recolo
de Henrico racōe in diſtinctōe
ſex capitulo viceſimo octauo
Ceſarius. Recordor nūc cu
iuſdaꝫ verbi de hmōi aduōtis
pronūce dcī. Eodēꝫ tēpore quo
iā dictus Henricus obijt. mor
tuus eſt et magiſter Falco Tre
uereſ mortui ſūt et plures nobi
les terre. Recte inq̄t q̄dā cano
nicꝰ faciūt nobiles iſti. quod mo
rientes ſecū ducūt aduocatos
iſtos. erūt enī eis neceſſarij.
Apollonius. Non ibi valebit
ſaxo neqꝫ racio. quia ſine lingua
ſine clauſo ore verba minime
formantur. Ceſarius. In il
lo diuino examine. vbi apti e
rūt libri. et ierl'm ſcrutabitur i
lucernis. nullꝰ aduocatorꝫ neqꝫ
p ſe neqꝫ p alijs aſſignare pote
rit aliq̄ ſtā loca ex legibus ſiue
decretis et hec dcā ſint de auaris
de doloſ vero cui diſtincta ē auari
cia nūc aliqua ſubiungam exē
pla. Capitulum. xlvij.

In dioceſi Colonieñ villa Bu
de. ruſticus q̄dam fuit Henricꝰ
nomine. Hic cū morti p̄ximus
eſſ3. lapidem grādem ꝗ ignitū
ſupra ſe in aere pendere ↄſpexit.
Ex cuiꝰ ardore cū3 eger nimis
eſtuaret voce clamauit horribi
li. En lapis capiti meo iminēs
totū me incendit vocatus ē ſac
dos. ↄfitetur ſ3 nihil ꝓfuit illi.
Recogita inq̄t. ſi aliquē lapidē
iſto defraudaueris Ad qd̄ v̄bū
ille in ſe reuerſus ait. Recordor
me eūdem ut agros meos ampli
arē in alienos terminos tr̄ſtu
liſſe. Rn̄dēte ſacerdote. hec ē cā
ille culpam ↄfitetur. ſatiſfcōē3
pollicetur. ſic a terribili illa vi
ſiōe liberat᷑ ¶ Ca. xlviii.

Simile cōtigit in villa cui
Rechem. vocabulū ē Cū
ruſticus quidā ibidē moriturꝰ
cēt. diabolꝰ aſſiſtēs. palū igne
um ori eius immittē minabat᷑
Ille culpā nō ignorās. quocū
q3 ſe vertebat ſemp dyabolū3
cū palo p̄ntem hebat. Palū3 ſi
q̄dem eiuſdē q̄ntitatis ꝗ forme
de agro ſuo in agrū cuiuſdā ho
neſti militis eiuſdē ville Gode
fridi nomine tr̄ſtuleāt. ſibi ad
dendo qd̄ illi ſbtrxerat Ad quē
cogēte iā dcā ncāitate ſuos mi
ſit ablata reſtituē p̄miſit. p qꝫ
ut eo ignoſceret ſupplicauit.
Quib3 rn̄dit miles. non igno
ſcā. ſinite filiū mulieris hn̄ tor
q̄ri. Iterū terret᷑ ut p̄us. iterum
nūcios mittit ſed veniā nō ↄſe
q̄tur. Tercō eis cū lacrimis ve
entib3 ꝗ dicentib3 rogamꝰ vos
dn̄e ītuitu dei. ut vr̄a recipiatis
ꝗ miſero culpa3 remittatis. q2
mori nō pōt neq3 viuē licet. rn̄
dit mō hn̄ vindicatus ſū. mō r
mitta3. Ab illa hora terror ōis
dyabolicus ceſſauit Ex hiis ex
emplis ſatis colligitur. ꝙ ſcdm
q̄litatē culpe etia3 deus format
q̄litatem pene Audi nūc qd̄ te
tibiq3 ſiles ↄſoletur. De diuiti
bus at3 ſupbis. ¶ Ca. xlix.

Fuit in regno Frācoꝝ cle
ricus quida3 nobil ꝗ di
uēs. que duo ſepe hoīem extol
lūt. multiſ3 vicijs ſbijciūt. Qui
cū mortuꝰ fuiſſ3 ꝗ i feretro poſi
tꝰ multitudīe populi circūſedē
te. tam ex clericis q̄ ex laycis.
ipſe ſe erexit cunctis audienti
b3 in hec verba p̄rūpens. Juſtꝰ
iudex iudicauit. iudicatum ↄdē
nauit ↄdemnatū tradidit i ma
nus impioꝝ. Quibꝰ dcīs ſe re
clināns: iterū nō obdormiuit: ſ3
de requie trāſiuit ad laborē. de
delicijs ad miſeriā. ¶ Ca. l.

In eodē regno aliꝰ quidā cleri
cus fuit ꝗ ipē vicō ſus valde. ſic
ꝗ ſupiōr. Qui cū3 admonitus

ſuiſſʒ ab amicis de confeſſione
ēcteqʒ ei allatū; corpus domini
a ſacerdote· accipe noluit· ver
tenſqʒ ſe ad parietem ſic ait· Tu
ba canit apud inferos· eamus
hinc· Sicqʒ expirans tubam
ſecutus eſt infernalē ¶ Appol
loni9· Si ſic deus execratur di
uicias atqʒ ſupbiam· puto ꝙ
valde puniat blaſphemiam·
¶ Ceſarius Valde deus punit
quandoqʒ illud viciū eciam in
īfidelibus ſicut nuper didici ex
relacōe cuiuſdā monachi Vi
laienſ qui circa hereticos albi
enſes cum domino Cōrado car
dinali ſatis laborauit·

¶ Capitulum· li·

COmes Fulkenſis hereti
cus et hereticorū; coadiu
torū vltimū caſtr̄ ſuum reha
beret· in tātam erupit blaſphē
am ut diceret· velit· nolit deus
velit· nolit eccleſia Romana et
omnes ſancti· ego terrā meam
rehabebo· Moxqʒ de equo cui
īſidebat ruens horribiliter tor
quebatur ⁊ cū a militibus eſſʒ
eleuatus· denuo ruit· penā; ſol
uens blaſphemie Reductus ve
ro in domum ſuā p̄mū torquei
cepit in pedibʒ· Deinde in cruri
bus poſtea in pectore· et cū ei re
lictum fuiſſʒ officium lingue ſi
forte penitere vellet· Ipſamqʒ
confeſſione; p̄rſus contēpnēt·
circa quatuor mēſes a die qua
percuſſus eſt impenitens expira
uit· Hec de diuicijs ſupbia at
qʒ blaſphemia dicta ſint Quā
ta vero pena p̄donibus prepa
ta ſit finis vnius oſtendat·

¶ Capitulum· lij·

CIrca illud tempus quo
Philipp9 rex inimicabat
Colonienſibus· propter Otto
nem· ſatelles quidā Johānes
nomine cognomēto danus p̄
uinciā dep̄datus eſt· Hic cum
poſt multa mala moritur9 eēt
dyabolus morienti nimis impor
tunus fuit· In cuius aſpcū pal
lens ac tremens· ad circūſtan
tes clamabat· Date mihi gla
diū· ut repellā a me hūc qui in
feſtat me virū nigerrimū· Dicē
tibʒ eis neminē ħ videm9 inuo
ca deū· miſer ille· deſpatus rn̄t·
Quid m̄ poſſʒ p̄deſſe· ſi mō illū
inuocarē? Multū inquiūt Tūc
ille· Deus ſi potes adiuua me·
ſicqʒ expirauit· Et ſatis timeo
ꝙ modicū ei p̄fuerit tā infirma
et tā extorta inuocacō·

¶ Capitulum· liij·

EOdem tpe ſeruus quidā
aliqn̄ curſor Ottonis ar
chidyaconi Leodienſ officiū
ſuū; deſerens· multitudini p̄do
nū· q̄ rutta vulgo dr̄ aſſociauit

Inter quoſ ep̄m ſe nomīnās ⁊
ep̄m p̄ īſulā repn̄tans. ſocijs
facere ↄſueuerat peccatoꝝ ab
ſolutionē. Die quadā duob⁹
ex cīs videntibus duos canes do
min⁹ ei immiſit a q̄bus totus
laceratus ⁊ extinctus penā ſol
uit dep̄dationis atqꝫ irriſiōis
diuinoꝝ ſacramētoꝝ. Quia ap
dā homicidia frequēter ſequū
tur. aliqua tibi p̄ferā exempla
de morte miſerabili homicida
rum. ¶ Ca. liiij.

Vix duo anni elapſi ſūt q̄
ciuis q̄dam Monſterien
ſis defunctus eſt. Hic cū domū
⁊ pecunias mltas filio ſuo vni
co dimiſiſſꝫ. ille luxurioſe viuen
do cū meretricibꝫ ⁊ in tabernis
ōnia ſua mobilia ↄſūpſit. Do
mū vero ſororio ſuo vendēs ⁊
abiēs. pretiū illius in breui di
lapidauit. Neceſſitate ↄpellē
te ad eundē ſuum ſororiū redi
ens ab eo tū ꝓpter vxorē. tū ꝓp
ter venditā poſſeſſionē deten
tus eſt. Quē cum primū hone
ſte ſatis ac deinde negligētius
tractaret. ille ex indignatione
cū deſerens domū venditā repe
tiuit ſe circūuentū querens. A
quo cū nihil p̄ iuſtitiā ſiue per
minas optinē poſſꝫ. bipēm illū
in medio foro occidit. Mox i
eccleſiā ſancti Pauli fugiens
clericis cantātibus clamare ce
pit Vos dn̄i defendite liberta
tē veſtrā. Qd ⁊ fecerūt. Venie
tes ad eū viri honeſti i fide ſua
eū educere voluerūt. volentes
inter ipſū ⁊ occiſum ſeu occiſi
amicos oponere miſerti illius
Qd cū primū acceptaſſꝫ. mox
habito ſecū ↄſilio reſpondit
Nō ingrediar. abſoluti ſitis a
pollicito Iuramēto. Quē poſt
paululū vn⁹ ex ſodalibꝫ vocās
ait. Exi Bernharde. exi vinum
optimū in tali venditᵘʳ taberna.
Quos ſecut⁹ poſt modicū ꝓ
ditus eſt ⁊ captus. Req̄ſitus
cur exiſſet de eccleſia rn̄dit Ita
mihi ardere videbatᵘʳ pauimen
tū ſub pedib⁹ meis: vt ſuſtinē
nō poſſem. poſito eo in rota. cū
mane ſcolares ad eū veniſſent
⁊ dicerēt. Bernharde. Viuis
adhuc? Fuerat enī litteratus.
Rn̄dit. adhuc viuo. Moxqꝫ
ſubiecit. In nocte tn̄ſacta cam
pū iſtū plenū vidi demonibus
Nullū tamē ſignū vel verbum
penitudinis ab eo audire vel vi
dere potuerūt. ¶ Ca. lv.

Cum tempe quodā tres
latrones iuxta Coloniā
rotali pena plexi fuiſſēt ego al
tera die cū ceteris ſcolarib⁹ ac
currēs. que ab vno illoꝝ q̄ ad
huc viuebat: dicebātᵘʳ audiui

Reqſitus q̄ua hora mortui fuiſ
ſent ſocij ſui rn̄dit hac nocte
qn̄ mortu⁹ eſt iſte q̄ iuxta me
ſedet totus campus coruis fue
rat replet⁹. Quos demōes in
tellexim⁹ in ſpetie coruorū aīa
mā egreſſaꝫ expectantiū. Et cū
hec miſer ille vidiſſet nec vná
q̄dem vice nobis audientibuſ
deū inuocauit nihil habens cō
tritiōis. Ex quo colligit̄ ꝙ hij
q̄ male viuūt ſepiſſime male fi
niūt indigni miſericordia tā in
pn̄ti ꝙ̄ in futuro. Qm̄ crudele
peccatū ſit ſanguineꝫ fūdere ⁊
diſſenſiōes fouere pn̄s eſt exē
plū. ¶ Ca. lvi.

In epātu Colonīeñ due gene
racōnes ruſticorūꝫ inimicicias
mortales exercebāt. Habebant
autē duo capita duos videlicꝫ
ruſticos magnanimes ac ſup
bos: q̄ ſemp noua bella ſuſcita
bāt ſuſcitata fouebāt nullaꝫ fi
eri pacē pmittebāt diuino igi
tur nutu factuꝫ ē vt ambo vno
die morerēt̄. Et ꝙ de vna erāt
prochia noīe Nuenkirchē ꝙ
ſic dn̄o placuit qui p illos diſ
ſencōnis malū oſtendere volu
it in vna foſſa corpa eoꝝ ſunt
poſita. Mira res ⁊ inaudita cū
cītis qui aderāt videntibus cor
pora eadē dorſa verterunt adin
uicē capitib⁹ calcibuſqꝫ ipſis

qꝫ dorſis taꝫ impetuoſe collidē
tibꝫ vt caballos indomitos pu
tares. Mox vnū extrahētes re
motū⁹ in alio ſepulchro tumu
lauerūt ⁊ facta eſt rixa eorūdeꝫ
mortuorū cauſa pacis ⁊ cōcor
die viuorū. ¶ Apolloni⁹. Pu
to animas eorū magnā habu
iſſe in inferno rixā. ¶ Ceſari⁹.
De hoc qſtio nulla eſt ¶ Apol
lonius Si deus ſic diſcordiaſ
rixas ⁊ iras pūit in ſecularib⁹.
Puto ꝙ eadem vitia plurimū
abhorreat in pſonis clauſtrali
bus. ¶ Ceſarius. Hoc vno ti
bi oñdam exemplo.

¶ Capitulū. lvij.

Non eſt diu ꝙ in q̄uadaꝫ
domo ordinis noſtri edi
ficium quoddā ad vſus mōa
chorum factū eſt. Nō quidaꝫ
conuerſorū videns ⁊ inuidens
dyabolo cor inflammante ali
quos ad deiectiōeꝫ eiuſdē ope
ris incitauit. Qui cū veniſſent
cū inſtrumentis ſuis ante refe
ctoriū monachorum auctore
tante cōſpiracōnis corruit ⁊ ex
pirauit. Quo viſo ceteri val
de timentes cū multa feſtinati
one et humilitate venerūt ad
pedes abbatis peccatū ſuum cō
fitentes a quo penitentiam ſu
ſceperūt. Corpus vero cōſpira
toris in campo ſepultum eſt.

Poſtea ad peticionem cōuerſorū ſicut nobis retulit abbās noſter qui audiuit: pdictus abbās petiuit veniā in capitulo gnāli vt liceret ei corpus piectū ponere in cimiterio. ſz nō recordor vtrū fuerit ei conceſſum vel negatū. Referā tibi nūc aliqua exempla de vicio luxurie. que luxuriosos ſatis q̄ant terre. ca. lviij

Apud Traiectū inferius ante ānos paucos ſicut m̄ retulit ei9 canonic9 cleric9 quidam defūctus eſt. qui ſāmomialem velatā corrupat. Vt aūt Chriſtus oſtēderet q̄ grauis ſit culpa ipſius ſponſā violare tale ſignū in defuncti genitalib; poſuit. qd cūctis q̄ vidē vl audire audiē poterāt eēt terrori. Nolo autē illud exprimere parcēs verecūdie feminarū. q̄ forte lecture ſunt que conſcrimus. Ca. lviiij.

In villa quadā dyoceſis Colonienſis q̄ Lucheim dicit. Puella quedā cuiuſdā honeſte matrone ancilla ante aliquos ānos defūcta eſt. Satis eni erat luxurioſa. ſatis vaga. a valde ſecularis. Nocte quadam in ſomnis an̄ Chriſti tribunal rapta eſt. in cuius circuitu vidit angelos a apoſtolos martires 7 reliquorū ordinum ſanctos infinitos. Animabus in medio deductis. ille ad gloriam: iſte ad ſupplicia iudicabātur. Cūq̄ hec ancilla videret a tremeret. accuſāte conſcīa manus ſuppliciter ad iudicem tetēdit. Cuius ille miſertus ait. Quid me oas? Da mihi minimū digitū tuū a ego dabo tibi manus meas Ac ſi diceret Da mihi modicā fidē q̄ te de tuis vicijs emendes a ego tibi dabo gratiā meā. Sicq̄ euigilauit que cū viſū retuliſſz cuidā religioſe matrone nomine Aleidi que adhuc ſupē de villa Bimzennich. Reſpōdit illa. Miſeā emēda vitā tuā: ſatis omonita es Illa primū q̄de timuit: ſz tīor idem citius ceſſauit. Cunq̄ vt prius vicijs priſtinis ſubiaceret. admonicōi flagella addūtur Nam cū p9 acerrimas infirmitates expiraſſz. a nudata ſuper aream tecta tm̄ lintheamine poſita fuiſſet. Duo canes ante domū in cuia ſe mom orderunt Superuenit terci9 a quart9 deinde omnes canes ville. qui ſe inuicem mordēdo domum itinātes lintheamē ſuppoſitū abſtrahentes dentibus ſuis cōminuerunt. Qui vix a ruſticis fuſtibus expulſi ſūt. Cadauere vero ſepulto. cāes fugati redeūtes

ſup eius tumulū īterrupta bel
la renouauerit Timeo enī q̄ a
nima modicū habuerit pacis
ſicut interp̄tati ſūt. Et q̄ huiꝰ
modi mulieres ſepe magicis īſ
ſtitūt artibꝰ vt vehementiꝰ poſſint
amari. otī idem viciū ſatis hor
rēdū tibi p̄ferā exēplū. ¶ ca. lx

IN Hallo villa dioceſis
Traiectēſ: femina q̄daʒ
miſera die q̄dā pedes ſuos pel
ui imponēs. ⁊ ex illā retrorſuʒ
ſaltās. ſic ait hic ſalto de pote
ſtate dei: in poteſtatē dyaboli.
Quā dyabolus mox rapiens
⁊ in aera ſuſtollēs. mltis q̄ ad
erāt in villa ſiue ex villā vidē
tibꝰ. vltra altitudines nemoruʒ
trāſtulit. ita vt vſqʒ i hodiernū
diem nuſq̄ operet. Hec iā de
male viuētibꝰ ⁊ male morien
tibꝰ cōpta ſunt De hijs vero q̄
bn̄ videbant̄ vixiſſe nec tn̄ bn̄
cōſūmati ſunt. vnū tibi referaʒ
exēplū qđ nup audiui. ¶ ca. lxi

HOc āno cū abbas noſter
iret ad capitulū genera
le iux̄ ſitacū a quodā hoſpita
lario. tā ipe q̄ abbas de ſtime
nu caritatiue ſatis ſuſcepti ſūt
Comedentibus eis. idem hoſpi
talarius. erat enī hoſpitl'a ma
giſter. ſedebat ad latus Henri
ci cellerarij noſtri. Qui poſt
prandium dicebat iam dicto
abbati Eſt vobis notus homo
iſte? Etiam īquit. homo bonꝰ
eſt ⁊ religioſus. Rn̄dit Henri
cus Credite mihi. in malo ſta
tu eſt: iaʒ in menſa viſuʒ habu
it infernalem Mane vero celle
rario dicēte miſſaʒ. abbas neſ
cio quo inſtinctu. ſicut ipſe no
bis referebat. nihil aliud per
totā miſſam orabat niſi hoc do
mine da mihi bonū finem Ea
dem nocte p̄fatus hoſpitalari
us ad vicinum flumē ſolus va
dens: veſtes exuta de ripa in
aquas ſaltauit Et cū ibi mergi
nō poſſꝫ alcius aſcendit locuʒ
p̄fundiorem querens Vigiles
de caſtro videntes hoc clama
bant Bone homo nō eſt tēpe
ſtiuum tali horā balneari Erat
enim nox natiuitatis domine
noſtre. Quid plura? Miſer
rimus de littore ſe precipitans
limo profundi infixus eſt. at
qʒ ſubmerſus. Et territi ſunt
valde audientes hec ſcientes
hominem plus q̄ triginta an
nis pauperibus ſeruiuiſſe. Si
mile contigit cuidam conuer
ſo in ordine noſtro. qui pro
ſanctiſſimo viro ab omnibus
habebat̄ ¶ Apolloniꝰ Satis
ſcīuʒ fateor iterrogacōi mee. ſʒ
adhuc vnū ē qđ noſſe velle Quī
dā putāt mortē eſſe perſonam

Quib; concordat: q mors in
ſpē hōīs cum falce in picturis
repn̄tatur. ¶ Ceſaiꝰ. Huic fa
bule conſētiūt iudei: qui dicūt
vnum ēē angelum: a quo īter
ficitur ōne genus hūanū. Tra
hunt autē auctoritatem ab eo
loco vbi p angelm̄ pcuſſa ſunt
ōnia p̄mogenita egipti. Quid
autē ſit mors: ſatis dictum ē in
caplo. p̄. huiꝰ diſtinctōis Re
ferā tibi tam̄ aliqua occaſione
tue interrogacōnis: vnde ſatis
mireris. ¶ Ca. lxij.

Sicut veracit̄ audiui: ma
trona quedam nobil̄ in
epatu Colonīēſi an̄ ānos pau
cos īfirmata ē. Que cū in extre
mis agere videret̄: mlr̄ tecq; ma
trone tam ex ordine nobilium
atq; miniſterialiū circūſtarēt.
īuncta ē. In vltima vero colle
cta vocās ad ſe cognatā ſuam
cū tamen vix loq̄ poſſz: ait. Ne
timeas: Nō moriar mō. Vidi
eni mortem recedere a me: ⁊ in
uadere clericum iſtū. digito eū
demonſtrās. Mirā in modū in
ipſa hora femina deſpata cepit
meliorari: ⁊ clericus infirmari.
adeo ut die octauo moreretur.
¶ Appolloniꝰ. In qua for̄ vi
dit mortē: ¶ Ceſariꝰ. Neſcio
Si formā reqr̄is. audi qd̄ ſeq̄
tur. ¶ Ca. lxiij.

In epatu Colonienſi villa cui
vocablm̄ ē Stamheim: duo mi
lites habitabāt ex quib; vnꝰ
Guntherꝰ. alt̄ Hugo vocaba
tur. Nocte q̄dam. cū iā dictus
Guntherꝰ eēt ī ptibus trāſma
rinis. āncilla pueros eiꝰ anteq̄
irēt cubitum. ad req̄ſita natuē
ī curiā ducebat. Que cū ſtarz
iux̄ illos. ecce ſpūs q̄dā mlieris
ī veſte nucea ⁊ facie pallida. cō
tra ipōs vltr̄ ſepē reſpexit. Que
cū nihil loquētur. et ancilla in
aſpcū eius horrēt. monſtrū idē
poſſeſſiōz Hugoīs: q̄ pxia eāt
adiens vltra ſepem illiꝰ p̄dcō
mō reſpexit. Deinde ad cimiteri
um de quo venerat rediēs. poſt
paucos vero dies infans Gun
theri maior infirꝰtꝰ: ait Septio
die moriar. Pꝰ alios dies ſep
tē; morietur Dirina ſoror mea
Deinde poſt ebdomadā moiet̄
ſoror mea minor. Qd̄ ita factū
ē. Pꝰ mortē vero infantū. mat̄
⁊ ancilla de q̄ ſupdictū ē defun
cte ſunt Eodē tempe obijt Hu
go miles ⁊ filius eius. Horuz te
ſtis fidel̄ ē Gerlacus ſupprior
noſter. ¶ Cap. lxiiij.

Simile otigit in ecclīa Bū
nenſi. Tempe quodam
dictis veſpis cū ſcolares in ipō
crepuſclo ludos exercēt ī clau
ſtro viderūt de vno ſepulchroꝝ

in quibus canonici ſolent ſepe
liri: ſpeciem quandã humane
forme egredi: que ſup aliqua
ſepulchra deambulanſ i quod
dam ſepulchrũ ſe demiſit. Pꝰ
breue tẽpus. mortuus eſt quí
dã canonicus. ⁊ i eodẽ tumulo
de quo fantaſma illud egreſſuz
eſt poſitus. Deinde pꝰ paucos
dies alter canonicus in eadem
eccĩa moritur. ⁊ in loco vbi in
greſſum fuerat ſepelitur. Chri
ſtianus Bũnenſ mõchus no
ſter eidẽ viſioni iterfuit. Huiꝰ
modi viſionibus quandoqꝫ
futura preſignantur. ¶ Apol
lonius. Secũdum hec que di
cta ſunt: beati quos dominus
inuenerit vigilãtes. ¶ Ceſai
us. Occaſione huius verbi re
feram quod nuper audiui.

¶ Capitulum. lxv.

Cum in alna domo cedis
noſtri dyaconus legiſſet
euãgeliũ de ↄfeſſoribꝰ. ſcꝫ Vi
gilate qꝛ neſcitis qua hoꝛã dñs
veſter venturꝰ ſit: verbis eiſdẽ
ↄpletis. quidã mõchꝰ in chō
ro cecidit ⁊ expirauit. Et timu
erũt omnes: verborum domini
effectũ ↄſiderãtes. Vñ fratres
qꝛ neſcimus qua hora dominꝰ
noſter venturus ſit: vigilemꝰ
fide: vigilemus ⁊ ope: vt cum
venerit ⁊ p mortẽ pulſauerit:
ↄfeſtim ⁊ leti aperiamus ei. Qđ
nobis pſtare dignetur domi
nus noſter Iheſus Chriſtus:
qui venturus eſt iudicare vi
uos ⁊ mortuos: ⁊ ſeculum per
ignem. AMEN.

¶ Explicit vndecima diſtīctō
¶ Incipiunt capitula duode
cime diſtinctionis.

De premiſ ⁊ gloria mortuo
rum. Capitulum. p̄.
De pena Ludeuuici Lantgra
uij. ca. ij.
De pena cuiuſdam principis
Alemanie. ca. iij.
De clerico cuius corpus dya
bolus loco anime vegetabat
Capitulum. iiij.
De pena Vuilhelmi cõitis Iu
liacẽſis. ca. v.
De pẽa ſacerdotis cuiꝰ aiaꝫ pro
chiani ſui agitauerunt in pu
teum. ca. vi.
De pena ſcolteti de Rolmerq̃
miſſꝰ ẽ in Vulcanũ. ca. vij.
Itẽ de ſcolteto de Leggenich q̃ i
eũdẽ mõtẽ miſſꝰ ẽ. ca. viij.
Itẽ de Brunone de Flitert. qui i
eundem Vulcanuꝫ proiectus
eſt. ca. ix.
Item de pena Brunonis filij eiꝰ
cui in inferno propinatuꝫ eſt
Capitulum. x.
De Euerhardo milite: qui ſe
erexit in feretro. ca. xi.

De decano Palerneſe quẽ rex
Arcturꝰ inuitauit ad montez
Byber. Ca. xij
De pena Bertolfi ducis Ceri
gie. q̃ miſſus eſt in Vulcanuz
Capitulum.. xiij.
De pena Frederici militiſ de Rel
le. Ca. xiiij.
De Henrico nobo. q̃ pꝰ mor
tẽ multis viſibiliter apparuit.
Capitulũ. xv.
De torneam̃to occiſoꝝ iuxta
Mõtenacke Ca. xvi
De Vualtero de milene. xvij.
De milite mortuo. q̃ nocte b
p̃tes a buffones loco piſciuz
ante portã filij ſuſpendit. xviij
De Baioaro qui poſt mortẽ
vxori apparẽs. dixit ſibi elemo
ſinas nihil ꝓfuiſſe Ca. xix.
De pena ocubine cuiuſdaz ſa
cerdotis. quam dyabolus vena
batur Ca. xx.
De ſc̃imoiali q̃ infantẽ a ſe oc
ciſũ ignitũ circũferebat. ca. xxi
De Jordão cardiali. ca. xxij.
De Euerwico ad infernales
penas deducto. Ca. xxiij.
De purgatorio cuiuſdã vſuã
rij Leodienſ. Ca. xxiiij
De purgatorio cuiuſdã p̃oiſ
de Claraualle. Ca. xxv
De purgatorio cuiuſdã Ma
rie in Friſia. Ca. xxvi
De purgatorio cuiuſdaz ma
trõe ꝓpt̃ artes magicas. xxvij
De monacho qui ſocio poſt
mortẽ apparẽſ dixit. nõ putabã
dñm ita eẽ diſtrictũ Ca. xxviij
De ſcolaſtico qui poſt mortẽ
in Pruli tabulaz percuſſit ꝗ ſci
dit Ca. xxix
De Johãne ſacriſta Vilarienſi
q̃ apparuit abbi Ca. xxx
De purgatorio abbtis q̃ inui
tus iuit ad laborẽ Ca. xxxi
De mortuo q̃ elimoſinas pre
poſuit orõibus Ca. xxxij
De mortuo qui petiuit miſſas
tres i ordie nr̃o Ca. xxxiij
De purgatorio Chriſtiani mõ
chi vall' ſc̃i Petri Ca. xxxiiij
De purgatorio ſc̃imonial' in
Rindorp cui ſanctus Bñdcũs
aſtitit Ca. xxxv
De purgatorio Margaretẽ ſc̃i
mõial' de ſc̃o Saluatorẽ xxxvi
De purgatorio Vuilhelmi
monachi. Ca. xxxvij
De purgatorio ſancti Patri
cij Ca. xxxviij
De monacho qui idez purga
toriũ itrare voluit Ca. xxxix
De pena abbtis Corbeye. xl
De pena Rudingeri et potu
cius Ca. xli
De pena ſacerdotis ꝓpt̃ ſclaui
niã peregrini Ca. xlij
De gloria Jrmindrudis abb
atiſſe in ditkirgen Ca. xliij

De gloria ſanctimonial' que Azeline apparuit in ſpēa ignea et de tunica ſancti Dauid. capitulū. xliiij.
De gloria monachi qui ad inſtar ſagitte fuit an̄ deū. ca. xlv.
De ſcolarē cuius aīa in ſpetie colūbe aſſūpta eſt. ca. xlvi.
De manu ſcriptoris in Arnſburg. ca. xlvij.
De odore magiſtri Petri cantoris. ca. xlviij.
De p̄dicatore ordinis p̄monſtratēſis ca. xlix.
De ciue in cui9 crurib9 ſcriptū erat Aue Maria. ca. l.
De ouerſo q̄ dixit pectus ſuū q̄ſi lapide maximo p̄mi cū moreretur. ca. li.
De morte Theoderici et Bunthei. ca. lij.
De ouerſo q̄ dixit Cyſterciēſem ordinē maximā habere gloriā in celo. ca. liij.
De glorificatiōe pedū cui9 dā magiſtri. ca. liiij.
De Dauid monacho q̄ oculos i ſolē defixit. ca. lv.
De dotib9 electorū poſt reſurrectōem. ca. lvi.
De Einolpho tēplario. lvij.
De ſācta Maria que obtinuit ne angelus ſcd̄o bucinaret. capitulū. lviij.
De celeſti Jheruſalē et gloria ſanctorū. ca. lix.

Expliciūt capitula.

Incipit duodecīa diſtinctō de p̄miis et gloria mortuoꝝ Capitulū primum. Monachus.

Sicut hora vndecima. diē ad occaſū trahit: ita duodecīa eundē cōcludit. Vn̄ aūt in diſtinctōne duodecīa tractādū de premiis mortuoꝝ arbitror qꝛ die cōpleto laborātes in vinea rmunerātur. Vniuicuiqꝫ hominū dies ſuus eſt p̄ſens vita: videat quō laborat in vinea id eſt in ecclesia. Dies hec q̄bꝫ dā breuior: q̄buſdā longior. q̄buſdā clarior q̄buſdā obſcurior efficit̄. Dies hec aliis eſt hyemalis: hiis ſcꝫ q̄ in infirmitate ſūt et in āguſtiis. Aliis eſtiualis eis videlicꝫ q̄ in gl'a viuūt et delicíis. Aliis vero vnalis q̄ in flore ſūt iuuētutis n̄ nullis autūnalis: id eſt eis q̄ etate matura pondere defluūt ſenectutis. Duo ſunt loca eternalit' a deo preparata in quib9 labor diurnus remunerat̄ celum ſcilicet et infernus. In celo merces eſt iuſtorum. In inferno merces reproborum. De illo iudex in fine bonis et iuſtis dicturus eſt.

Venite benedicti pr̄is mei. pci
pite regnū q̄d vobis preparatū
eſt ab origine mūdi. de iſto ve
ro. Jte maledicti in ignē eter
nū. qui paratus eſt dyabolo et ā
gelis eius. Quāta ſit merces iu
ſtorꝝ. q̄ ineffabilis q̄ ãmirabi
lis. q̄ inenũabilis. Yſaias bre
ui ſermōe oprehendit dicens
Oculus nō vidit deus abſq; te
que preparaſti diligētib9 te. de
penis infernī q̄ienũabiles ſunt
nouē ſpetialius notant̄: que ſe
quēti verſiculo oprehendūtur
Pir. nir. nox. vermis. flagra. vi
cula. pus. pudor. horror. Hec
tormta nouē fine mōq; carēt
Eſt adhuc tertius locus poſt
hāc vitā quibuſdā electis ad
purgandu; deputatus: et a re
purgatoriū vocitatus. Hic tpa
lis eſt. durās vſq; die; iudicij
Quāta vero ſit futura gloria
bonorꝝ ſiue pena malorū. q̄b;
etia; ſuffragijs iuuari poſſint:
hij q̄ in penis ſūt purgatorijs
et ſi n̄ plene q̄d prorſus eſt im
poſſibile. ex hijs tñ que ſequū
tur exemplis. maiora poteris p
pendere. ¶ Apollonĩ9. Primu;
mihi oñdas tormēta reprobo
rꝝ. Deinde penas purgatorias
bonoru;. Nouiſſime gloriā et
gaudiū iuſtoru;. vt ſic noſtra
collatio cū leticia finiat̄. ¶ Ce
ſarius. Quāta ſint tormēta ty
rannorꝝ. exactorū. vſurariorū.
adulatorꝝ. ſuptorꝝ. ſiue aliorꝝ
q̄ grauiter deū offenderūt. nec
penituert ſcd̄m q̄ a religioſis
didici pſonis q̄buſda; tibi pā
da; exemplis. ¶ Ca. ij.

Lodewic9 lantgraui9 max
imus tyrān9 fuit. de quo
ſupradictū eſt in diſtinctõe p̄
ma caplo triceſimoq̄rto. hic
cū moriturus eſſet. p̄cepit amí
cis ſuis dicēs. Morvt mortu9
fuero cucullā ordinis cyſterci
enſis mihi induite et ne hoc fi
at me viuēte diligentiſſiē caue
te. Obedierūt illi mortuus eſt
et cucullatus. Quod vbi miles
q̄dam vidit cōmilitones pro
mico allocutus eſt dicēs. Vere
nō eſt ſimilis dn̄o meo in omi
virtute. Qñ miles erat. nō ha
buit parē in actibus militie fa
ctus vero mōachus ōmibus fa
ctus eſt forma diſciplīe. vide
te q̄ diligenter cuſtodit ſilen
tiū ſuu;. Nec vnū q̄dem verbū
loq̄tur. Anima vero ei9 cū edu
cta fuiſſ; de corpe p̄ncipi demo
niorꝝ p̄ntata eſt. ſicuti cuida;
maniſeſtiſſiē reuelatū eſt. Se
dente eodē tartarico ſup puteū
et ciſu; manu tenēte huiuſmo
di verb lantgrauiū ſalutauit
Bn̄ veniat dilect9 amic9 noſter

oſtendite illi triclinia nr̄a·apo
thecas noſtras: cellaria noſtra
ſicq; eum huc reducite· Dedu
cto miſero ad loca penarum ī
quib; nihil aliud erat niſi plā
ctus fletus ⁊ ſtridoꝛ dencium ⁊
reducto: ſic princeps pn̄cipem
affatur· Bibe amice de cypho
meo Illo valde reluctante: cum
nihil pficeret· ymo coactus bi
beret: flamma ſulphurea de ocu
lis·naribuſq; eius erupit· Pꝰ
hec ſic infit· Non conſiderabis
puteū meū cuius pfunditas ſi
ne fundo ē· Amotoq; opimēto
eum in illū miſit ⁊ remouit· Ec
ce iſte ē puteus in quo eum cle
ricus vidit· ſicut predictum ē
diſtinctiōe prima capitulo tri
ceſimoquarto· ¶ Ca·iij·

Non ē diu q alter quidā
pn̄ceps alemanie mortu
us eſt· poſt cuius obitum cum
quidā ſacerdos· cui multa bō
fecerat· die noctuq; lacrimis ⁊
gemitu ꝓ illius anima ſup
plicaret· neſcio quis ſanctoꝝ
ei in oracōe aſſiſtens ait· Qua
re tm̄ laboras ꝓ homine hoc dā
nato? Nihil enim illi prodeſt
ymo magis obeſt· eo q anima
eius in pfundo inferni dimerſa
eſt Reſpondente ſacerdote Do
mine multa bō fecit mihi· mul
tū·n· illi teneoꝛ· Scūs ſcribunt
it· Ceſſa ꝓ eo orare· q2 anno in
tegro antequā ſepeliētur mortu
us ē· cuius corpus malignus
ſpiritus loco anime vegetabat
fuerat idem pn̄ceps tyrannus
maximus vir magnanimꝰ mo
dicū habens timoris domini·

¶ Appollonius Nō putaui cor
pꝰ hūanum ſine anima poſſe
comedere· bibere· vel dormire

¶ Ceſarius· Simile legitur ī
vita ſācti Patricij hibernenſ
epi de quodā homine· qui aui
gam eius occidit In cuius cor
pe dyabolus multis ānis p ai
ma habitans· cum ad nutum
ſācti exijſſ;· corpus corruit ⁊ ī
puluē; redactū ē· Itē ſile audi
ui a mōcho nr̄o· Berardo quō
dā Bunēſe ſcolaſtico ¶ Ca·iiij

Clericꝰ quidā tā egregiā ⁊
tā dulcē vocē habebat vt au
diē illā delicie reputarētur die
quadā vir quidā religioſus ſupue
niēs ⁊ cythare illiꝰ dulcedinē
auē pcipiēs ait· vox iſta hoīs
nō ē· ſ; dyaboli· Cūctis vō ad
mirātib; demonē adiurauit ⁊ ex
iuit· cadauere mox corruēte ac
fetēte· Et intellexerunt oēs idē
corpus a demone diu fuiſſe vi
dificatum· ¶ Appollonius·

Non dubito· quin demones
valde illorum animas torque
ant quorum corpora in pn̄ti ſic

ludificāt· ¶ Ceſari9· Verū di
cis· Nūc reuertamur ad tormē
ta tirānoꝝ· q̄ hec p occaſiōem
dicta ſunt· ¶ Ca· v·
IN villa Entenig que ī territo
rio Bunenſi ē ſita: miles q̄dā
nobil' walterus nomine habi
tās: erat tam domui nrē q̄ ordi
ni ſatis obſequioſus Hic cum
tempe quodā grauit' infirma
ret' ſoluſq3 iaceret: dyabol9 illi
ad pedes lecti viſibilit' appuit
Erat āt ſicut ipē nob retulit: fa
cies eius ad inſtar ſymee diſpo
ſita cornua hñs capña In cui9
aſpcū cum terreret': poſtea cō
fortat9 ait· Quis vel q̄d es· vñ
venis: vel q̄d q̄ris? Rñdit mō
ſtrū· Dyabol9 ſum: animā tuā
tollere veni· Dicēte milite· Recē
de leccator: certe animā meam
nō tolles xpō me cōmendo Sb
iunxit ille· walter e· ſi mihi ōſē
ſeris: hominiūq3 feceris· nō ſolū
incolumitati te reſtituā· qñ eci
am ſup ōnem tuā pgemē te di
tabo· Rñdit miles· Satis hēo·
de diuicijs tuis fallacib3 nō cu
ro· vñ ergo tibi theſauri? Infra
terminos inquit curie tue infi
niti occultātur· Cū quo cū3 mi
les iam loq̄ delcāretur· ait· Dic
mihi vbi ē aīa domi mei wilhel
mi comitis Juliacenſ nup defū
cti? Rñt dyabol9 Noſti caſtra
vicina· wolkēburg et drāchē
uels? Noui inq̄t· Et ille· Per fi
dem meā tibi dico· ſi ferrea ēēnt
tam caſtra q̄ eoꝝ mōtana· et ī
illo loco mittēnt' vbi aīa wil
helmi eſt ante q̄ ſupcilium ſupi9
inferiori iungi poſſ3 liq̄fierent·
Quo dicto mox cachinnādo
ſbiunxit Ardor iſte baln eu3 la
cteū ei eſt· In futuro qñ corp9
ſuū anima reſumet tūc p̄mum
penam debitā recipiet· Requi
ſit9 de aīa Henrici comitis Sei
nenſ rñdit: Certe nos illā ha
bemus· De pena tñ illius nihil
exp̄ſſit· Adiecit eciā interroga
re illū de prē ſuo· Ad qd rñdit
ille· viginti annis et vno illum
habuim9 ſed monocla illa· et
calu9 ille at3 pediculoſus q̄ in
ſolario iacet· nob eu3 abſtule
rūt· Monoculā vocauit vxorē
eius· q̄ p anima eius iugit' lac'
mādo oclm vnū pdiderāt· Cal
uū dixit filiū eius Theodericū
mōchum nrm· qui ad vicedū
germanū eodē tempe aduene
rat· Interrogatus vero de p̄dcā
matrona· Rñdit· vere nūq̄ po
teſtati nrē addicta ē· eo q̄ mu
lier bona eſſ3 ac ſancta· Fratrē
autē tuū Lambertū ſic ſellaui
m9 ut nrm ius euadere nō poſ
ſit qui añ paucos ānos defun
ctus ē vir auarus et pecūioſus·

Dicente iterꝝ milite. Dic m̄. de
q̄ loco veniſti nūc ad me? Rn̄
dit demō. Ego et ſocij mei era
mus in exeq̄is cuiuſdā abbatis
ſe migri ordis egreſſum anime
eius p̄ſtolātes. Tūc miles q̄t
eratis ibi? Rn̄dit demō. Noſti
nem⁹ in Cottinforſt? Optime
inq̄t noui. Et ille. Nō ſunt tot
folia in arborib⁹: quot illic fu
imus cōgregati. Non eſt tam
grādis ſilua in prouintia nr̄a
Et q̄d optinuiſtis ibi? Rn̄dit
lxu nihil femi̇a fuit religioſa ſꝫ
vt Michael archangel⁹ ſup
ueniens cū fuſte ferreo ſic nos
cecidit et cedēdo fugauit vt di
ſpgeremur: queadmodū pul
uis qui a turbine impellit. ¶
Apolloni⁹. Si tot demōes cō
gregati ſunt i egreſſu vni⁹ ani
me cōſtat innumeros eſſe qꝛ p
latitudinē mūdi quotidie mł
ti moriūtur. ¶ Ceſarius. Licꝫ
maligni ſpirit⁹ ita ſint in vno
loco qꝛ nō ſint in alio attamē
tā agilis ſunt nature: vt vno
momento diuerſa trāſeant ſpa
tia terrarū. Vel dici poteſt qꝛ
cū forciori numero inſiſtāt iu
ſtis morientibus: q̄ꝫ malis de
q̄bus certi ſunt. ¶ Apolloni⁹
Placet q̄d dicis. ¶ Ceſarius.
Req̄ſitus etiam ſi eſſꝫ in obitu
domini Beuardi abbatis no

ſtri tūc recēter mortui. Reſpō
dit. Nō eſt tm̄ harene in litto
re maris quot ibi fuimꝰ Sed
modicū ibi optinuim⁹: quia
pediculoſi illi more porcorū in
humo iacēdo grūmentes: nō
ſinebant propius nos accede
re. Habet p̄terea domū quan
dam ſuſurrij capitulū notās:
In qua omnia nobis que delin
quūt ſubtrahūtur. Et dixit mi
les. Quomō ſtultiſſime auſus
fuiſti ad obitum viri tam iuſti
venire? Auſus iquit. Ego pre
ſens fui: vbi dei fili⁹ expirauit
ſedens ſuper brachium crucis.
hoc verbū a demone prolatū:
et a layco recitatū maxime mi
hi fidem fecit dictorū: eo qꝛ in
gloſa legat̄ ſuper Thobiam
dicēte altero. Que fuit por
tio veſtra in Chriſti morte?
Reſpondit nulla. Malo no
ſtro illic venimus: quia virtu
te morientis turbati et exagita
ti: detruſi ſumus in infernum.
Multa alia cū demone quoti
ens ſolus erat cōferebat: que
poſtq̄ꝫ conualuit mł'tis recitauit
Vis nūc audire: qual' predi
cti comitis finis fuerit et pena?
¶ Apolloni⁹ Etiā. ¶ Ceſari⁹
Infirmatus vero in caſtro ſuo
Nietbiecke pro q̄dam contu
melia ſibi illata vxit Colonia.

Qui cū rediret in via defectū
cordis incurrit et ait. Ob nun
q̄ꝑ de cetero videbo Coloniam
Cui i terrā depoīto. cū medic9
diceret mortē eē in ianuis ſibi e
rit. Cōſulo tibi vt vxorē tuā
recipias Rn̄dente illo nō faciā
ſupplicauit ei ꝓ quodā milite
quem diu incarcerauerat. Neq̄
q̄ꝑ inquit egredietur me viuē
te. Tunc medicus. Ergo ante
diē craſtinū egredietur. Quod
ita factū eſt Cū vero moritur9
eēt. in ſinu cuiuſdā matrone.
quā viro xp̄o tulerat iacebat.
Cui cū illa diceret. Dn̄e quid
faciā poſt mortē vrām? Iuuēi
inquit nubere debes militi Hec
ei verba vltima fuere. Eadem
nocte ſicut mihi retulit abbas
quidā ordinis noſtri. ſcīmoni
alis quedā ſancti Mauricij i
Colonia in loco penaꝝ trāſpoi
ta eſt in quibus puteū magni
horroris igneo tectū operculo
iter flāmas vidit ſulphureas
De quo cū ſuū ductorē ad int̄
rogaſſz. rn̄dit ille. Due tn̄ ani
me in illo ſunt. anima videlicz
Maxēcij impatoris. et anima
Wilhelmi comitis Iuliacenſis
Mane viſum recitās. cū eadē
die rumor inſonuiſſz Colonie
de morte eiuſdē comitis. viſio
nem fuiſſe verā intellexit. ¶ A
pollonius ¶ Miror qua de cau
ſa ſociat9 fuerit Maxētio in pe
nis. tot ānis iterpoſitis et tot
tyrānis ān ipm defūctis. ¶ Ce
ſarius. Propter ſimilē culpā
Iuſtū fuit ut qui pares erant
in culpa. cōformes fierēt in pena
Vtriuſqz vitā noui. Maxen
cij ex lectōne Wilhelmi ex mlt
toꝝ relacōne. Vterqz tyrān9
vterqz ſup̄ modū luxurioſus.
Sicut legitur in cronicis. nul
la fuit in vrbe Romana ſiue ex
tra vrbē matrona tā nobil' tā
pudica dūmodo ocul' Maxen
cij placeret. quin de domo mari
ti ſublatā corrūpēt. Similia
faciebat de virgib9 et viduis
Viderūt iſta viri et ingemue
rūt. parentes et tacuerūt Tāta erāt
illi9 crudelitas. ut cū nimio do
lore cordis afficerent. triſticiā
tamen diſſimilarent. Tāta ei9
extitit tyrānis. ut paſſim ſenato
res. ciues. milites occiderz de q̄
bus aliqua habebatur ſuſpicō
Wilhelmus vero nō diſſimili
a operabatur hijs et ſi nō pari
poteſtate nō tn̄ impari volūta
te Sicut audiui ita dedit9 erāt
luxurie et inceſtui vt vix aliquē
haberet miniſterialiū cui9 vx
orē aut filiā nō attemtaret vio
lare nullā habens differenciā
iter matrē et filiā int' legitimā

ta abſolutā. Quāte fuerit circa
ſubiectos ſiue cōprouinciales
crudelitatis oīs nouit epatus
Colonienſ. Maxentius vxorē p
priā occidit: iſte incluſit. Ille
pſecutus eſt eccleſiā: multos p
fide occidēdo. Iſte tpe ſciſmatis
imperij Romani: pſecutus ē ſe
di aplice obedientes: ſacerdo
tes de ſuis ſedibꝫ eijciēdo quoſ
dam mutilādo et bona eccleſia
rū diripiendo. Hec acta ſūt in
tempibus Innocēcij pape. An
no pterito canonicus quidaꝫ
Aquenſis retulit mihi de eodē
wilhelmo viſiōem ſatis terri
bilem. Poſt mortē inquit ſuā
cuidā incluſe cui bñ fecerat: vi
ſibiliter apparēs: vultu lurido
ac macilento ait Ego ſū miſer
ille wilhelmus quādoqꝫ comes
Iuliacēſis. Quē dum illa inter
rogaſſet de ſtatu ſuo: reſpōdit
Totus ardeo. Et cū leuaſſet ve
ſtem viliſſimā qua indutus vi
debatur mox flāma erupit: ſic
qꝫ cū eiulatu dſpuit. Huic ad
huc viuenti deus q̄ miſericors
eſt: vt eū a peccatis reuocaret:
ad glorie ſue oſtendit. In die
quadaꝫ natalis ſui in canonē
pōris miſſe voces ſuauiſſimas
cū melodia dulciſſiā quaſi in
celo eū audire permiſit. Qui
mox interrogans dñm Engil
bertū tunc maioris eccleſie in
Colonia prepoſitū nūc archi
epiſcopū: ſi voces eaſdē audi
ret et ille ſe audiuiſſe negaret:
amplius mirabatur. In canone
vero ſcdē miſſe necnō et tertie
eaſdē voces que diuerſe erant
etatis audiuit. Cū hec recitata
fuiſſēt dño Hermāno abbati
loci ſācte Marie: comitē adijt
ex ore eius que dicta ſunt au
diens. Inuocauitqꝫ idē comeſ
teſtem deū nihil ſe mentiri: hec
addens cum iuramento. quia
ſi adhuc ſemel mihi talia con
cederētur audire omnibus me
is paratus eſſem abrenuntiare.
Modicū tamē celeſtis hec cō
ſolacō illi profuit: peccatis eius
maxis impediētibus. Puteus in
q̄ miſſus eſt comes iſte ad me
moriam m̄ reuocat. Penā cuiuſ
dā mali ſacdotis. Ca. vi.

Erat in q̄dam villa ſacer
dos quidaꝫ miſerrimus
luxurie et cōmeſſationibus va
cans. animaſqꝫ ſibi cōmiſſas
ōnino negligēs. Qui cū mor
tuus fuiſſet perrochiani ſb eo
defuncti ſaxis comprehenſis in
locis infernalibus illum arta
re ceperūt et dicere. Tibi com
miſſi fuimus tu nos neglexiſti
et cum peccaremus: neqꝫ verbo
neqꝫ exemplo nos reuocaſti.

Tu occaſio nr̄e dampnacōis
fuiſti. Quē cū agitarent lapi
des poſt eū mittendo. ille in pu
teuꝫ cadens nuſq̄ͣ oparuit. Hec
cuidā religioſo de illo ſunt oñ
ſa. ¶ Ca. vij.

Tempe quodaꝫ ſueuis q̄
buſdā pegrinacōis gr̄
tiā pfectis Iheroſolimaꝫ. cū in
reditu nauigarēt iuxta mōteꝫ
Vulcanū. cuius ppetua ſūt in
cēdia. voces huiuſmōi de illo
reſonuerūt. Bn̄ veniat. bene ve
niat amicus noſter ſcoltet9 de
Rolmere. frigus eſt. ignem ei
copioſū preparate. Illi pſonam
cognoſcētes. diē et horā notaue
rūt et cū ad propria rediſſent
eundē ſcoltetū die et hora eadeꝫ
defunctū repperūt. Tūc accer
ſientes eius vxoreꝫ. q̄d audie
rint indicauerūt. Quibus illa
rn̄dit. ſi ſic res ſe habent. dig
nū eſt vt illi ſuccurraꝫ. Moxq̄ꝫ
omnibus relictis loca circuiuit
ſanctorū. elemoſinis et oratio
nibus p anima illi9 deo ſuppli
cando. ¶ Ca. viij.

Alio tempe q̄dam flami
gi cū mare trāſirēt: de eo
dem mōte vulcano vocē huiuſ
modi audierūt. Bonus amic9
noſter Siward9 hic venit ſu
ſcipite illū. qui cū mlto ſtrido
re miſſus eſt in vulcanū. nā et
ipſe ſcoltetus fuerat in Legge
nich. Illi notātes temp9 et no
mē pſone. reuerſi villā iam di
ctā intrauerūt et cū de ſcolteto
req̄rerent. eū eadem die et hora
qua vocē audierūt in mari ob
iiſſe reppert. Nā et ipſe hō peſſi
m9 erat. ſic ſupior. ¶ Ca. ix.

Simile eſt qđ ſeq̄tur. cuꝫ
tempe quodā conradus
ſacerdos de Rinkaſſe cuꝫ aliis p
uītie noſtre pegrinis mare trā
ſiret. an ſepe dictū vulcanū vox
talis in eo audita eſt. Hic venit
Bruno de ſſlitirt. ſuſcipite illū.
Que vox cū ab omnib9 fuiſſet
audita. ait pdictus ſacerdos
cofratrib; Teſtes eſtis vos om
nes huius vocis: et ſtatī nota
uit i tabula. eis pſentibus diē
et horā dicēs. Reuera dn̄s Bru
no mortu9 eſt. Cuꝫ vero redi
rēt a iheroſolīa obuios habu
erūt quoſdā pegrinos puītie
ſue. Quos cū ad interrogaſſēt
de ſtatu pdicti Brunonis acce
perūt ab eis q̄ mortu9 eſſꝫ. De
tēpe autē ſciſcitātes. diē eundē
inuenerūt quo vocē predictaꝫ
in vulcano audierūt. Cōrad9
vero nō multo p9 factus ē mō
chus in Bergis. ¶ Ca. x.

Idem Bruno nois ſui filiū reli
q̄t: queꝫ plenius ſuis viciis q̄
poſſeſſionibus hereditauit. Erāt

ei ſicca pat̃ auar[...]s valde. pau
perum exactor ⁊ ſup modū luxu
rioſus. Ipſe ē Bruno de flittere
Pincerna comitis de Mōtevix tres
menſes elapſi ſunt ꝙ mortuꝰ ē
In cuiꝰ obitu obſeſſa q̄dā a de
mōe librāta: cū die quita denu
o vexaret̃. Dixerūt q̄dā ad dia
bolum. Dic nob: vbi fuiſti: vel
q̄re reūſus es? Rn̄dit ille Vere
maximū pꝰtea habuimꝰ feſtū
Ad obitū Brunonis cōgrega
ti ſumus: ad inſtar pulueris tre
Cuiꝰ aiam cū gaudio deducē
tes ad inferos: locauimꝰ eam
in ſede debita poculum ifernale
ei ꝓpinātes. ¶ Ca. xi.

EO de tpe mortuꝰ ē in eadē
ꝓuincia aliꝰ miles Euer
hardus noīe. ⁊ ipſe vir ēmino
ſus ſicut ſupior. Media nocte
dyabolus corpus eiꝰ erigens
in fētro cūctis qui aderāt terro
rē incuſſit. Timentes amici eiꝰ
ludificacōem demonū corpꝰ ligā
tes ante miſſam illud ſepelierūt.

¶ Capitulum. xij.

EOdem tēpore quo Hē
ricus imperator ſubiu
gauit ſibi ſiciliam in eccleſia
Palernenſi qui[d]am erat deca
nus. nacione vt puto teutoni
cus. Hic cum die quadam ſu
um qui optimus erat perdidiſ
ſet palefredum. [s]eruū ſuum ad
diuerſa loca miſit ad inueſti
gandum illum. Cui homo ſe
nex occurrens ait Quo vadis
aut quid queris? Dicente illo
equum dn̄i mei quero. Sbūi
xit homo. Ego noui vbi ſit. Et
vbi eſt inquit? Rn̄dit In mon
te Giber. ibi eum habet domiꝰ
meus rex Arcturus. Idē mons
flāmas euomit ſicut vulcanus.
Stupēte ſuo ad vba illiꝰ Sb
iūxit Dic dn̄o tuo vt ad dies q̄
tuordecim illuc veniat ad curiā
eius ſolemnē. Qz ſi dicere omi
ſeris grauit̃ punieris. Reūſus
ſuꝰ q̄ audiuit dn̄o ſuo expoſu
it. cū tiore tn̄ deca nꝰ ad curiaz
arcturi ſe inuitatū audiēs ⁊ ir
ridens infirmatus die prefixo
mortuus eſt. Hec Godeſcal
cus canonicus Bunnenſis no
bis retulit. dicens ſe eodem
tempore ibidem fuiſſe. ¶ Apol
lonius. Mirabilia ſunt que re
citas. ¶ Ceſarius. Aliquā ti
bi adhuc de eodem monte di
cturus ſum.

¶ Capitulum. xiij.

CIrca hoc triennium hō
mines quidam ambulā
tes iuxta eundem montē Gy
ber. vocem validam in hec ver
ba audierunt. Preparate fo
cum. Modico autem facto in
teruallo. idem clamatum eſt.

Cunq; tercõ clamar; ſpara fo
cũ magnum. Rñdit neſcio q̃s.
Cui ꝓpalo? Et ille dilc̃us ai
cus nr̃ hic venit dux ceringie q̃
plimũ nobis fuuit. Illi notã
tes diem ⁊ horã; p lr̃as audita
regi Frederico mãdauerũt Int̃
rogantes ſi aliq̃s in ei⁹ impio
mortu⁹ fuiſſ; dux ceringie. Et
cõptũ eſt eadẽ die ⁊ hora Ber
tolphu; ducem ceringie fuiſſe
defunctũ. Erat autẽ idẽ dux tirã
nus inanis. tã nobiliu; q̃ ig
nobiliũ exheredita tor ⁊ fidi ca
tholice deſertor. Qui cũ nõ ha
beret plem: inſtigãte vicõ aua
ricie plimã congregauerat pe
cuniã. Cũ autẽ moriturus eẽt.
rogauit ſibi familiares. ut oẽs
ſuos theſauros ɔflarẽt i maſſa;
Requiſitus de hoc: rñdit Ego no
ui q̄ de morte mea gaudẽtes. ſi
bi diuidẽt theſauros meos Si
autem in maſſam fuerint reda
cti inuicẽ ſe occidẽt. Vides q̃n
ta inuidia? Hec mihi a duob;
abbib; relata ſunt ex quibus
vn⁹ fuit de ducatu ceringie. alt̃
aſſeruit ſibi eadẽ narrata a quo
dã abbe qui lr̃as ſuprd̃cãs au
diuit. cũ legerent̃ corã r̃ge Fri
derico. ¶ Appollon⁹. Quid ſc
iendũ ẽ de hijs mõtib; Vulca
no ſc; ethna. ⁊ mõte gyber?
Cũ anime in eos mittãtur ẽ ne

ibi purgatoriũ ſiue infernus?
¶ Mõchus. Os dicitur eẽ in
ferni q̄ nll's electorũ ſ; reprobi
tm̃ in eos mittũtur. ſicut legit̃
in dyalogo. De Theoderico re
ge gottorũ. Infern⁹ putat̃ eẽ
in corde terre. ne mali lum̃ celi
videant. Referam tibi nũc aliq̃
exempla de penis p̃donũ.
Ciuis quidã ¶ Ca. xiiij.
Andirnacenſ. Erkinber
tus noĩe pr̃ Johis mõachi nr̃i
cum die quadã an̄ luceſceret ad
q̃ddã placitũ quidã ei occur
rit i dextrio nigerrimo. De cui⁹
naribus fumus ⁊ flãma p̄cede
bat. Nunc viã tritam tenebat.
nũc exorbitãs in campũ diſcur
rebat. Hec vidẽs Erkinbertus
p̄mũ valde territus eſt. ⁊ q̄ de
clinare nõ poterat. ſeipm̃ ɔfor
tans cruce ſe ſignauit cõtra dya
bolũ. Dexterã armans gladio
cõtra hominẽ. Ignorabat enim
q̃d eſſ;. Cui cũ ꝓpinquaſſ; cog
nouit eũ quẽdam fuiſſe militẽ
nominatũ nup defunctũ Fride
ricũ nomine. de villa Kelle orĩũ
dũ. Videbatur. n. circũamict⁹
pellib; ouinis molem terre ge
ſtans in humeris. Ad quẽ Er
kinbertus. Eſtis vos dñs Fride
ricus? Rñdente illo Ego ſum.
Subicit Vñ venitis. quid ve ſig
nificãt iſta q̃ video? Ego inq̃t

ĩn maxis penĩs ſũ. pelles iſtas
cuidã vidue tuli quas nũc ar
dentes ſentio. Siliť ptem cui⁹
dam agri mihi iniuſte vẽdicaui
cuius pondere mõ p̃mor. Si fi
lij mei iſta reſtituerĩt multũ pe
nam meam alleuiabũt. Sicq;
ab ocul' eius euanuit. Qui cu
recitaſſz die altera verba pr̃is fi
lijs. maluerũt illum eternaliť
i penis manere q̃ dimiſſa reſti
tuere. ¶ Appollonĩ⁹ Silia te
recordor dixiſſe ĩn diſtinctõne
ſecunda caplo ſeptimo de He
lya de Rimengen ¶ Ceſarius.
Ecce aliud exẽplũ.

¶ Capitulum. xv.

IN Treuerẽſi epatu in quo ⁊ ſu
pior viſio facta eſt alť quidã
miles erat Hẽricus noĩe ogno
mẽto nod⁹ Nã ⁊ ipẽ maliciõ ſuĩ
valde rapiãs adulteria inceſt⁹
piuria. hijſq; ſimilia virtutes
ĩudicãs. Hic cũ mortuus fuiſſz
ĩn puĩncia Meneuerit. in pelli
cio nouo. q̊ vti ſolebat viuus
mltis appuit. domũ filie maxi
me freq̃ntans. Non crucis ſig
no. nõ gladio poterat fugari.
Gladio ſepe cedebatur. ſz non
poterat vulnerari. talez ex ſe ſo
nũ emittẽs ac ſi mollis lcus p
cuteret. Cui⁹ amici ſup hoc cõ
ſulerẽt dñm epm Treuerẽſem
Johẽm. dedit cõſiliũ ut aqua
exorciſato dñico ſupfuſa domus et
filia. nec nõ ⁊ ipſi ſi adeẽt aſpge
rent. Qd cu; factũ fuiſſz. De ce
tero nõ oparuit. Eandem filiã
genuerat de ancilla ſua cu; tñ
hẽret legitimam. quã cum fuiſſz
adulta miſer corrupit. Nõ eſt
diu ex q̊ iſta cõtigerũt. ¶ Ap
pollonĩ⁹. Quid ſentiẽdũ ẽ de
hijs qui in bellis ſiue torneamẽ
tis moriuntur? ¶ Ceſarius.
Si iuſta ſunt bella vt defenſio
patrie nihil eis oberit. q̊ defen
dendo ſe moriuntur. Quãtũ au
tẽ delectent demones in morti
bus illoꝝ qui innocẽtes ipetũt
ſubſequẽs declarat exemplum.

¶ Capitulum. xvi.

SEquenti nocte qñ exercĩ
tus ducis Louanij a Le
odienſibz occiſus ẽ. ſeru⁹ q̃dã
comitis Loceẽ iuxta mõtẽ nac
ke. locum ſcz occiſiõis trñſienſ
circa noctis pñcipiũ maximũ
ibi vidit torneamẽtũ demõio
rum. Neq; immũdis ſpiritib⁹
eſtimo tantam fuiſſe exultacio
nem. ſi nõ magnam illic cepiſ
ſent predam. De hijs vero qui
ĩn torneamentis cadunt nulla
queſtio eſt quin vadant ad i
feros ſi non fuerint adiuti bñ
ficio cõtritiõis.

¶ Capitulum. xvij.

SAcerdos q̄dā de Hyſpa
nia· anno p̄nti prope ca
ſtrū comitis loſenſis dū in cre
puſculo noctis trāſiret de villa
in villam vidit in cāpo vicino
torneamētū maximū mortuo
rū valide clamantiū· Dn̄e wal
tere de Milene. dn̄e walter̄ de
Milene. Erat idē walterus in
militia nomīatus nuperq̄ defū
ctus. Intelligēs ſacerdos illoſ
eē qui militū nundinas execra
biles repn̄tabant ſubſiſtēs cir
culū circa ſe fecit. Cūq̄ viſio
ceſſaret et ipſe procederet iterū il
los vidēs fecit vt prius ſic vſq̄
ad lucē laborans. Hee due vi
ſiones mihi relate ſūt a wige
ro mōacho Vilarienſi· Referā
tibi nūc exemplū de pena vſura
riorū. ¶ Ca·xviij·

MIles q̄dam moriēs bonis
de vſura ꝯq̄ſitis filiū ſuū
hereditauit· Nocte quadā ad
oſtiū fortiter pulſans cū pu
er occurrēt: et q̄d ibi pulſaret
interrogaret· Rn̄dit· Intromit
te me· ego ſū dn̄s huius poſſeſ
ſionis nomē ſuū exprimēs. Pu
er p foramē ſepis ꝓſpitiēs· eū
ꝯognoſcēs rn̄dit· Certe dn̄s
meus mortuus eſt· non vos in
tromittā· Cūq̄ mortuus pul
ſando pſeueraret nec ꝓficeret.
nouiſſime dixit· Defer piſces
iſtos q̄bꝫ ego veſcor filio meo
ecce ad portā illos ſuſpēdo Ma
ne exeuntes repperērūt in q̄dā
ligamīe multitudinē buffonū
atq̄ ſerpentiū. Reuera iſte eſt
cibꝫ infernalis q̄ igne ſulphu
reo decoquitur. ¶ Apollonius.
Quid ſentis de hiis q̄ male vi
uūt et tamē elemoſinas m̄ltas
faciūt? ¶ Ceſarius Nihil eis p
deſt ad vitā eternā. ¶ Ca·xix·

NOn multi āni ſunt elapſi
q̄ q̄dam ditiſſimus mini
ſterial' ducis Baioarie defun
ctus eſt. Nocte quadā caſtrū
in quo vxor eius dormiebat ſic
concuſſum eſt· vt terremotus fuiſ
ſe videret. Et ecce oſtio camere
in qua illa iacebat aperto quo
dā gygante nigerrimo cū ca
pillis impellēte maritus eius
ingreſſus eſt· Quē cū vidiſſꝫ
et nouiſſꝫ ad ſe illū vocans ſu
per ſedile lecti ſui reſidere fecit
Nihil vero territa eo q̄ frigus
eēt et illa ſola camiſia induta
fuiſſꝫ partē opimēti ſui ſcapu
lis eius ſuppoſuit· Quē cū de
ſtatu ſuo interrogaſſet· triſtis
rn̄dit· Penis eternis deputatus
ſū. Ad q̄d verbū illa territa ni
mis rn̄dit· Quid ē q̄d dicitis?
nōne elemoſinas m̄gnas feci
ſtis· oſtiū veſtrū pegrinis om
nibus patuit? Nō ꝓſunt vobis

bn̄ficia iſta? Rn̄dit ille Nichil
mihi ꝓſunt ad vitā eternam
eo ꝙ ex vana gloria nō ex cari
tate a me facta ſunt. Que cum
de alijs interrogare vellz iterū
rn̄dit. Conceſſum eſt mihi ti
bi apparere. ſz nō licet morari
Ecce ductor meus diabolꝰ fo
ris ſtat expectans me. Si enī
omnia folia arboris verterent̄
in linguas tormenta mea exp̄
mere non poſſent. Poſt hec euo
catus ⁊ impulſus i eius abceſ
ſu totū caſtrum vt prius cōcu
titur. voces eiulatus eius di
uciꝰ audiūtur. Viſio hec val
de celebris fuit. ⁊ eſt in Baioa
ria ſic̄ teſtis erat Gerhardus
monachus noſter. qn̄qꝫ cano
nicus Ratiſponenſ q̄ nob illā
recitauit. Ecce in hijs ōmibus
que dicta ſūt impleta eſt ſcrip
tura que dicit Potētes potēter
tormenta pacient̄. ¶ Apollo
nius. Hec ⁊ huiuſmodi exēpla
potentibus debent predicari.
¶ Ceſarius. Quia ipi ſacer
dotēs ex magna parte male et
incōtinenter viuūt. potētes nō
pungūt ſz vngūt. Rn̄i g̃ue ſit
peccatū luxuria ſacerdotum ſb
ſequens ꝓbat exēplū. ¶ ca. xx.
Concubina cuiuſdā ſacer
dotiſ cū eēt moritura. ſicut
a quodā religioſo didici. cum
mlta inſtancia calceos ſibi no
uos ⁊ bn̄ tacciatos fiei petiuit
dicēs. Sepelite me i eis valde ei
erūt in neceſſ̄ij. Quod cū factū fuiſſz
nocte ſeq̄nti. lōge an̄ lucē lūa
ſplendēte miles q̄dā cū ſuo ſu
o p viā eq̄tans. femineos eiula
tus audiuit. Mirātibus illꝰ q̄d
nam hoc eēt. ecce mulier rapi
diſſimo curſu ad eos ꝓperans.
clamauit. Adiuuate me. Adiu
uate. Mox miles de equo deſ
cendens. ⁊ gladio circulum ſi
bi circumducens feminam bn̄
notā infra illū recepit. Sola enī
camiſia ⁊ calceis p̄dcis induta e
rat. Et ecce ex remoto vox q̄ſi ve
natoris t'ribilit' bucinātis. nec
nō ⁊ latratus canū venaticoꝝ p̄ce
deciū audiūt. Quibus auditis
illa dū nimiꝰ tremeret. miles og
nitis ab ea cauſe equū ſuo omit
tēs tricas capilloꝝ eius brchi
o ſuo ſiniſtro circūligauit. Dexte
ra gladiū tenēs extentū. Appri
mate infernali illo venatore. ait
mlier militi. Sine me curre ſi
ne me curre ecce appinq̄t. Illo
forcius illā retinēte miſerā diuꝰ
conatibus militē pulſās tādē
ruptis capillis effugit. Quam
dyabolus iſecutus. cepit equo
ſuo eam iniciens. ita vt caput
cum brachijs penderet ex vno
latere et crura vero ex altero.

Poſt paululū militi ſic obui ans captā predā deportauit Qui mane ad villā rediēs q̄d uiderit expoſuit capillos oſtē dit et cū minus referēti crederēt apto ſepulchro ſcia capillos ſuos pdidiſſe repperūt Hec cō tigerūt in archiepatu Magū tinenſi. Apollonius. Si de us ſic punit peccatū fornicacō nis in cōcubinis puto q multo durius illud puiat in ſacerdo tibus qui illas peccare faciunt Ceſarius Verum dicis Prete rea peccatū multum aggrauat ordo et ſcīa. In eodē genē pcā plus peccat ſacerdos q̄ layc9 plus monachus q̄ ſecularis. Idē intelligas in ſexū femineo.

Sanctimonialis. ca. xxi. quedā de quodā mona ſterio nobis vicino qd nomia re nolo cū tpe quodā ocepiſſ& ne pderetur eius ſtuprū partū intra ſe necauit. Poſtea ifirma ta grauiſſime ob nimiā verecū dia confeſſis oībus peccatis aliis ſtuprū et paicidiū tacuit. ſicq expirauit. Pro cuius aī ma cū quedā eius ognata plu rimū laboraret. defūcta ei in ora tione viſibiliter apparēs infan tem igneū in manibus geſta uit dicens. Infantē hūc conce pi et parturiui. animatū inter

fecit. Vnde illū idefinenter in tor mentis circūfero. et ē mihi igis ardēs et deuorās Quod ſi de hoc ma ximo peccato moriens confeſſi onem feciſſem. gratiam inueiſ ſem. Ex quo colligitur q pcā que hic tecta nō fuerit p cōfeſ ſionem. i futuro p penale dete gantur ofuſionē. Apolloni us. Cū anima egredit de cor pe nouit ſtatī quid de ſe ſit fu turum. Ceſarius. Hoc videt pbari ſcriptura dicente in pſo na reproborum Deducūt i bonis dies ſuos. et inpuncto deſcen dūt ad infernū. Ex quo pbat q electorum anime qui agilio ris ſunt nature. mox ſūt ante deū Quod ſi aliquid in eis purgan dū eſt ſimili velocitate deducū tur in purgatorīū i quo ſalua tionis certitudo ē. Apolloni us. Huic diuerſe viſiones con tradicere videntur. in quibus legitur. q opa bona nec non et mala in ſtatera poita ponde rentur. hiis etiā conſentire vi detur quedā viſio in dyalogo ſcī Gregorii quā ipſe minime diffinit de quodā qui in pon te poitus manibus ab angelis trahebatur ſurſū propter ope ra miſericordie: coxis vero et cru ribus deorſum propter opus luxurie. Quib9 tam victoria

deſſerit· dicit vidētem ignoraſ
Ceſarius ſe· ¶ Apollonius· Licet aucto
ritas ſcripturarū preferēda ſit
huiuſmodi viſionibus: referā
tamē qd nup audiui ¶ Ca· xxij·
Ante annos paucos Ro
me quidam cardinal' de
functus eſt nomine Jordanꝰ
de ordine quidem Ciſtercien
ſi aſſumptꝰ fuerat· ſꝫ vita ordi
nis in eo minime concordabat· E
rat em̄ auarus valde ſicut a q
dam abbate audiui· habebat
autem notariū nomine Pan
dolphum· hūc cum ꝓ quodā
negocio neſcio quo miſiſſꝫ· in
terim expirauit Eadē hora cum
ille expleto negocio rediret·
maē an̄ lucē cateruam miſera
bilem i agro ɔtēplatus ē Se
debāt hoies i iumētis· in ore cau
das hn̄tes verſꝰ dorſꝰ ad capita
illoꝝ· Quos Jordanꝰ cuculla
indutus nudis pedibus ſeque
batur duobus demonibꝰ ſe du
cētibus In quoꝝ aſpectu dum
notariꝰ nimis horreret clama
uit cardinal' Pandolphe Pan
dolphe· Subſiſtente clerico ꝛ
dicēte quis es aut qd clamas?
Reſpondit ille· Ego ſum Jor
danus dominꝰ tuus ꝛ mortuꝰ
ſum· dicente illo: q ducimini?
Rn̄dit· ante tribunal Chriſti
Et ille· Noſtis quid de vobis ſit
futurꝫ· Nō noui inquit deꝰ ſcit
Sed cū illuc venero· beatꝰ Pe
trus de cardinalia mea· ꝓ me
redditurus ē racionem· ſanctꝰ
vero Benedictus de Cuculla·
Que ſi illam mihi optinere pote
rit ſaluabor· ſin autē dānabor
Sicqꝫ ocul' eius ſbtractꝰ eſt
¶ Apollonius· Non mihi pla
cet in illo ducatu pn̄cia demo
num· ꝛ abſentia ſanctorum an
gelorum· ¶ Ceſarius Hec di
cta ſunt de penis reproboꝝ·
Apollonius· Licet huiuſmodi
viſiones ſepe ſint vere· magis
tamē ei credere· q reuētēs ab infe
ris viſa recitare ¶ Ceſariꝰ Hoc
fieri poſſe Job ɔtradicit· Sicut in
quit ɔſumitur nubes ꝛ ptranſit· ſic q
deſcēdit ad inferos nō aſcendet
nec reuertetur vltra in domū ſuam
neqꝫ cognoſcet eū ampliꝰ locꝰ
eius· Referā tibi tn̄ qd ante biē
niū audiui· ¶ Ca· xxiij·
Theodericus Traiecten
ſis epiſcopus de caſtro
Nureberg oriundus: ſeruum
quendam habebat Eūbach
nōie ꝑui dū ſatis q i diuerſis locis
bō illiꝰ diſpēſauit Erat in cōmiſ
ſo fidel'· i adminiſtracōe vtil' dili
gēs ac circūſpectꝰ ꝓpter qd a dn̄o
ſuo amabatur vn̄ qdā ex officia
libꝰ ei detrahētes ex inuidia accu
ſabāt illū apd epm̄ dicētes dn̄e·

nō fideliter ut eſtimatis Euer
wach⁹ bona vrā diſpēſat· ɔſu
lim⁹ ut cuꝫ eo computetis· Qd
cum factū fuiſſꝫ· tā rōnabiliter
computauit· ut ōnem epō tol
leret ſuſpicōem· Habebat enī
ōnia notata in cartula· Sciſci
tātibus accuſatoribꝫ de cōputa
cōe· cū eps rn̄diſſꝫ· optime cō
putauit dixerūt illi Nequaq̄·
Sꝫ computet nob audiētib⁹
⁊ ɔuincet maximū vob dānū
itulisse Qd cū ei intimatū fuiſſꝫ
ab epō· ille timēs emuloꝝ inſi
dias maxime qui cartulaꝫ pdi
derat· ait intra ſe· Si aliq̄d mō
in cōputacōe titubauero· nccē
erit me vel ī corpe torq̄ri vl car
ceris ſqualore vſqꝫ ad mortē
cruciari· Immiſſiōe igitur dya
boli cuius inſtinctu ab iuidis ī
debite vexabatur campū ſolus
intrauit· ipmqꝫ dyabolū aduo
cās ſic affatur dicēs· dn̄e· ſi mi
hi ſuccurreis ī tāta ncītate po
ſito homiū tibi faciā ⁊ in oībꝫ
parebo Cui dyabol⁹ rn̄dit Si
abrenūciaueris altiſſimo mat
qꝫ illius te ſuſcipiā· ⁊ de omibꝫ
picul cum multa tuoꝝ confuſi
one emuloꝝ a me liberaberis·
Quid plas· Abrenūciat mib
xpō homiū facit diabolo pſpe
re ſuccedit cōputatio· Ab illo
tempe cepit dyaboli virtutes



magnificare xp̄m blaſphemare
adeo ut dicerꝫ· Qui ſeruiūt deo
miſeri ſunt ⁊ egent· q̄ autē ſpe
rant in dyabolo· pſpis ſucceſſi
bus gaudēt· Et ſicut mihi retu
lit Bernardus mōch⁹ noſter
qui cū tūc tempis nouit· ita to
tus deditus erat artibꝫ magicis
ut ſi aliquē noſſꝫ ſcolarem eiuſ
dem diſcipline nūmis cum redi
merꝫ· ut aliq̄d ab illo diſcē poſ
ſet Qui cū· xi· ānis in hac blaſ
phemia perſeueraſſꝫ· accidit ut
mgr̄ Oliuerus ſcolaſticus Co
loienſ in epatu Traiecteñ· cru
cē p̄dicaret· Cui⁹ p̄dicacōi il
le in tn̄tū reſtitit ut die quadā
cōmotus Oliuer⁹ dicerꝫ ei ī au
dientia toci⁹ populi· Tace infe
lix Vas· n· dyaboli es ⁊ dyabo
lus loq̄tur p os tuū· cum tamē
ſtatū eius ignoraret Eu'wach⁹
nll'm arbitrās graci⁹ obſeq̄uꝫ
ſe poſſe preſtare dn̄o ſuo· q̄m
ut inimicū eius occidēt· tribus
diebꝫ ad diu'ſas ſtacōes ſecu
tus ē mgr̄m lōgo ad hoc cultel
lo prepato trāſfodere illū ɔpo
nēs ſi forte ſine turb inueniret
Et ecce tercia die ſubita ifirmi
tate p̄occupatus poſt paucos
dies ipenitēs defunctus ē· ⁊ ab
eo cui ſe reddiderat· ad loca pe
naꝝ deduct⁹ eſt· Primo loco ſi
cut ipſe reſurgens a mortuis

ꝯfeſſus ē Johi ſcolaſtico Xan
teñ. a q̊ ego q̄ dcur⁹ fui. audiui
miſſus ē in ignē taꝫ intolerabil
ardoris ut diceꝫ. ſi ex ōib; mūi
lignis vn⁹ ignis eēt ꝯfect⁹ mal
lē in eo vſq; ad diē iudicij arde
re q̄ꝑ p ſpatiū vni⁹ hoē illū ſuſti
nē. Ex q̊ extract⁹ iactatus ē i lo
cū tā frigidiſſimū: ut optaꝫ re
dire in ignē. deinde deduct⁹ eſt
i tenebras palpabiles tāti hor
roris ut diceꝫ itr̄ ſe. Si fuiuiſ
ſes. c. ānis deo bn̄ te remūeāſſꝫ
dū mō liceꝫ tibi rediē ad frig⁹
In hūc modū ſex reliq̄s penas
q̄s ſcripta enūat ptr̄ſiuit Quo
in extrema p̄na poſito dn̄s opa
eius p̄ora ꝯſiderās et ut paſſa
vel viſa viuētib; recitaꝫ miſer
tus illi⁹. āgelū ſuū miſit ad eū
q̄ diceꝫ. Ecce talē mercedē reci
piūt q̊ ſuiūt dyabolo. Subiūx
itq;. Si tibi liceꝫ ad vitā redi
re velles pro peccatis tuis ſatiſ
facere deo? Ad q̄d verbum ille
ſuſpirans reſpondit Domie. ſi
hoc eſſꝫ poſſibile nullā abnueꝫ
ſatiſfactōnem. Tūc angelus.
domino placꝫ ut ad corp⁹ rede
as. et q̄ in cruce peccaſti. p cru
cem ſatiſfatias. Mox ſe in fere
tro erigens. omnes exceptis
duob; iuuenib⁹. qui conſtan
ciores erant in fugam conūtit.
Quibus et ait. Ne timeatis q̄
ego ſū. Statiq; ſacdotem acc̄
ſiēs pctā ſua ꝯfeſſus ē. crucē ſu
ſcepit. et cū domino Ottone epi
ſcopo p̄dicti Theoderici ſucceſ
ſore trāſfretauit. In via ſingu
lis diebus in pane et aqua ieiu
nauit iuxta equū ſuum in quo
veſtes eius et arma portabant
nudis pedibus cucurrit. Et cū
petris ſecantibus ſanguis per
fluens viā cruentaꝫ. ſatis a cō
fratribus arguebatur Quib;
reſpondit. Maiora horu; ſuſti
nui. Qui cum pene ōia ſua i
Chriſti ſeruicō expendiſſꝫ. cuꝫ
p̄dicto epiſcopo et magiſt̊ Jo
hanne rediens mare trāſiuit.
De quo cum nauta naulum re
quireret nec haberet ait. Ego
vobis ſeruiam. quo adusq; vo
lueritis. Ad peticōnem tamen
predictoꝝ viroꝝ dimiſſus eſt
a nauclero. Qui cum reuerſus
fuiſſꝫ ad vxorem ſuaꝫ ſacro ig
ne tactus eſt. Cui ardenti qua
dā nocte in ſomnis dictum eſt
quia ſi ad eccleſiaꝫ ſancti Nico
lai accederet. ſtatim ꝯualeſce
ret. vbi dum orans quatuorde
cim oracōnes dixiſſet nec ꝯua
luiſſet deſperatus ait. Sancte
Nicolae quid moraris? Mox
ut quintādecimā incepit perfe
cte ꝯualuit et eſt vſq; hodie ca
lor ignis i ei⁹ corpe ſine dolore

Quā eccleſiā que in villa qua
dam ſita eſt: de ſuo primonio
reedificās in habitu religioſo
cū vxore ſua deo et ſācto Nico
lao in ea deſeruit. ¶ Apolloni
us. Vellē ſcire pfecte vtrū iſte
reuocatus ſit de inferno ſiue de
purgatorio. ¶ Ceſarius. Sa
tis inde diſputatū eſt. Q: non
fuerit in purgatorio ex hoc pro
batur. q: locus electorū ſit in
quē nullus ingredit᷑ niſi in ca
ritate deceſſerit. Si obijcit᷑ il
lud In inferno nulla eſt redēp
tio poteſt dici de ill' intelligen
dū eē qui non ſūt reuerſuri ad
corpus. qbus nulla ad redēp
tionē proſūt bn̄ficia. Vna eſt
lex omniū ꝯtrariorū. Si deus
quorūdam animas ſicut legi
tur in dyalogo qn̄q: reuocat
ad corp9 de gaudijs padiſi q
re nō a ſimili maloꝝ aīas de pe
nis infernis. Sicut dictū eſt in
diſtinctōne pma capitulo tri
ceſimo qrto: cleicus qdam cu
ſtodiēte ſe dyabolo corpalit᷑
ad penas infernales ē deduct9
et incolumis reduct9. ¶ Apol
lonius. Placet qđ dicis. ¶ Ce
ſarius. Nūc de penis purgato
rij. aliqua tibi pferam exēpla
ab acrioribꝫ aſcēdēs ad mitio
res cās purgatorij vtiles ſatiſ
ſubnectēdo. ¶ Ca. xxxiiij.

Vſurarius qdā noſtris
tēpibus apud leodiū de
functus eſt et ab epō de cimiteio
eiect9. vxor vero illius ſedē apo
ſtolicā adiens. cū pro cimite
rio ſupplicaret et papa nō ānu
eret in hūc modū pro eo alle
gauit. Audiui domie q: vir et
mulier vnū ſint et q: aplus di
cat virū infidelē poſſe ſaluai p
mulierē fidelē. Vnde qcquid
min9 factū eſt a viro meo ego
que ps corpis eius ſū libentiſ
ſime ſupplebo pata enī ſū pro
illo icludi et deo p eius ſatiſfa
cere peccatis. Supplicātibꝫ ve
ro p ea cardinalibꝫ: ad māda
tū dn̄i pape cimiterio reſtituit᷑
Iuxta cuius ſepulchrū illa do
micilū fieri fec. In quo ſe inclu
dēs elemoſinis. ieiunijs. orōni
bus et vigilijs. die noctuq: de
um p illius anima placare ſtu
duit. Septē vero ānis exple
tis ille ei apparēs in veſte pulla
grās egit dicēs. Reddat tibi
dn̄s. q: pter tuos labores eru
tus ſū de profundo inferni et de
penis maxis. Q: ſi adhuc alijs
ſeptē annis ſimilia bn̄ficia m
impēderis omnino liberabor. Qđ
cū illa feciſſꝫ. iterū ei in veſte al
ba et facie iocūda apparēs ait
Grās deo et tibi. q: hodie liberā
tus ſū. ¶ Apolloni9. Quomō

dixit ſe liberatū de ꝓfundo infer
ni cum nulla in eo ſit redēptio.
¶ Ceſarius. Profundū iferni
acredinē vocauit purgatorij.
Sile eſt illud qđ eccīa oāt p
defūctis. Dn̄e Jheſu xp̄e rex glo
rie libera aīas oīm fidelium
defunctoꝝ. de manu iferni. et de
ꝓfundo lacu. Nō orat p dā
natis. ſꝫ p ſaluandis. et accipi
tur ibi manus inferni ꝓfundū
laci ſiue os leonis. p acredine
purgatorij. Nequaq̄ p̄dictus
vſuarius fuiſſꝫ a penis liberat⁹
ſi nō habuiſſꝫ finalē contricō
nē. Q̄ntum vero viciū auaritie
deus in ſuis electis in purgato
rio puniat ſequens ſermo de
clarat. ¶ Cap. xxv.

In monaſterio Clareuall' p̄oꝛ
q̄dam mortuus ē. nr̄is tēpib⁹
vir admodū rligioſus et ama
toꝛ diſciplīe p̄cipu⁹. hic pt⁹
mortē viſibilit' appns ancille
dei acƺelīne. forma et hitu ſta
tum ſuū ſatis oñdit. Erat. n. fa
cies eius pallida ac macilēta.
cuculla tenuis. et atrita. Quē
cū interrogaſſꝫ. quō hrēt. Rn̄t
Jn magnis penis hacten⁹ fui ſꝫ
grā cuiuſdaꝫ fris: q̄ mihi pluri
mū aſtitit in ꝓxima ſolēnitate
dn̄e nr̄e liberatoꝛ. Stupente il
la ac dicente. Nos putauim⁹
vos eē viruꝫ valde ſactum. Rn̄
dit Nihil aliud deus in me pu
nit. niſi qꝛ nimis fui ſolicitus ā
pliare poſſeſſiōes monaſterij
ſb ſpē virtutis vicio auaricie de
ceptus. Hec dicta ſint de pena
auaricie. audi aliquid de pena
luxurie ¶ Ca. xxvi

Ante hōc trienniū cū dn̄s
Henricus abbas noſter
viſitaſſꝫ in claro campo tempe
quadrageſimali. eciam ſorores i
nazareth viſitauit. Eadem no
cte dictis matutinis cum ſe mo
dicum rclinaſſꝫ. huiuſmodi vi
ſionē vidit. videbatur enim eē
ī quodam loco parietib; clau
ſo in quo quidem grauiſſima
ſuſpiria et gemitus audiuit. ſꝫ
cum diligencius circūſpexiſſet
neminē ibidem videre potuit.
Cūqꝫ audita ſuſpiria duraret
cauſam admirās ſic ait. Adiu
ro te per dominū noſtꝝ Jheſuꝫ
ut quid tu ſis edicas mihi. Cu
ius cum nullum audiſſꝫ reſpō
ſum adiuracōem iterauit. Tūc
quaſi aliquid accedere ꝓpius
ſenciens nil tamen videns hu
iuſmōi audiuit rn̄ſum. Ego ſu
vna miſera anima. Et ille. Sa
tis miſere gemis. cū tn̄ ignorē
q̄ ſit cā miſerie. Rn̄dit illa. Jn
acerbiſſimis ſū pēis. Ad qđ ab
bas. Que eſt cā penaꝝ tuaꝝ?
Q̄uia nō ſuaui caſtitatē meaꝫ

Et ille. fuiſti mas an femina? Rn̄dit. femina. Et quod inq̄t tibi nomē? Dicente illa Maria Mox ſubiunxit. Poteris ne iuuari? Ad quod illa non rn̄dit ſꝫ ad preces conuiſa ſic ait Rogo vos p omnipotentem deū. vt dicatis mihi ad min⁹ pſalterium vnū. et inſuper aliquot miſſas. Cuius precibus: cū liben̄ annuiſſꝫ dn̄s abbas ꝑtinus ſbiecit. poſſem ne videre te? Et ecce hoc ſmone cōpleto. vidit corā ſe ſtare pulchraꝫ iuuenculam. toſu ratā more clauſtralium in ſubnig̃ tunica. Quaꝫ cū plura interrogare vellet. tā de ſtatu eius q̄ꝫ de ſtatu aliaruꝫ q̄rūdam excitatus eſt. Dicta vero prima quid viderit. abbati claricampi et quibuſdā monachis ei⁹ necnō et mihi qui tūc preſes eraꝫ retulit nec erat qui viſū intelligeret vel iterpretari poſſꝫ. Recitata eſt viſio ſororibus de Naſareth. ſꝫ nō eſt iuenta Maria. Sciens vero ſepedictus abbas tam maniſeſtam viſionem ſibi ſine cauſa minime oſtenſam. cū veniſſꝫ i Sion. que etiā eſt domus ſcīmōialiū ordinis noſtri ſicut et Naſareth. Poſt vba exhortacōis ſomniū retulit Mariā ſuaꝫ inueſtigans. Et ecce vna ſcīmonialiū. matertera eiuſdem Marie hec audiens et admirās ſecretius abbati locuta eſt dicens. Domine Maria hec filia ſororis mee fuit. ſanctimonial' i quodā clauſtro Friſie nigri ordinis q̄d Bredeborn vocatur. et ē ante octo ānos defuncta. Que cum fuiſſꝫ in quadā Bragia monaſterij q̄dā cleric⁹ eaꝫ corrupit et ipregnauit. Cū vero in ptu piclitaretur vocās patrem et matrem et duas ſorores maitatas. necnō et filiaꝫ materteræ ſue de Syon. confeſſa eſt eis peccatū ſuū cū gemitu cordis ſicqꝫ expirauit. Illi vero de anime eius ſalute deſperātes nihil ei beneficij impenderūt. Audiens hec dominus abbas gratias egit deo qui nō tradit beſtijs animam confitētem ſibi. et animā paupis ſui non eſt oblitus i finem. ſciens in ea cōpletū. In quacūqꝫ hora peccator ingemuerit ſaluus erit. Cuius hortatu parētes ſpe concepta: ceperunt ei beneficia impēdere ſꝫ et ipe abbꝫ tā in monaſterijs Friſie q̄ꝫ in religioſ domibus puincie noſtre miſſas et oracōnes atqꝫ pſalteria plurima ei optinuit exceptis hijs q̄ ipe ei ſpālit' impēdit

Miles q̄dā. ¶ Ca. xxvij.

veniēs ad ſororē Bertrādā

inclusam de Volmenſteyn. ſi
cut ab eius ore audiuit Daniel.
abbas Sconauie. q̄ nobis audi
ta recitauit pro aīa vxoris ſue nu
per defuncte. ibi ſupplicauit. Cui
orāti illa apparens. i pēis magnis
ſe eē cōqueſta eſt. Que dum
cām reqrēt pēaꝝ eo q̄ p honeſta
et bona muliere habētur. Rn̄t
illa. Pro arte magica. Timui
enī ne cum alijs mulieribus pec
caret ſi me odiret. et ego illi cā
eēm adulterioꝝ. Vnde q̄buſdā
artibus ſicut edocta fuerā. ali
quid ad amorem meum illum
inflammaui. Et q̄a in cā non
erat libido ſꝫ pia intēcio. bn̄ po
tero iuuari. Hec cū relata fuiſ
ſet militi vxori valde cōdolens
oracōibus ieiunijs et elemoſinis
illi ſuccurrē ſtuduit. aīam eius
q̄buſcūqꝫ poterāt cōmēdās. ¶
Apollonius. Terribile ē. q̄ de
us iudicio noſtro tā mīma tā
grauit puīit. ¶ Ceſarius. De
hoc referā exēplū ¶ Ca. xxviij

Monachus q̄dā ordinis no
ſtri nup cuidā poſt mortē
apparens. reqſitus de ſtatu ſuo ſic
rndit. Nūq̄ putabā dn̄m fuiſſe
tā diſtrictū. Nam mīnima que
hic non fuerint per ſatiſfactio
nē deleta obſuat deīde ſbiūx
ita hoc Deus inq̄t ignoſcat pla
tis noſtris. q̄ m̄gnis et multis
ſepe nos ſbijciūt pēis valde illo
rū pcepta ligāt. Rn̄ enī idiſcre
te aliq̄d pcipiūt et ſubditi hoc
minus attēdūt vel puipēdūt fu
turo iudicio reſuat. ¶ Apollo
nius. Quid dicis de mōchis ptī
nacibus? ¶ Ceſarius Pertiaci
a vicīū ē pena dignū eciā ſi fue
rit bōa contra pcepta prelato
rum. ¶ Ca. xxix.

In regno Francie domus
ē que Pruli dicitur. ordi
nis Ciſterciens. In hac recēt
cōtigit res ſatis mirabil. ſicut
retulerūt nobis abbes noſtri ā
no pteito reuētētes de gnali ca
pitulo. Nā q̄dā ab abbe in q̄
viſio fcā ē ſe audiuiſſe teſtati
ſūt. Adoleſcēs q̄dā i eadē domo
fcūs eſt nouicius quē mgr ſuus
mox ſecutus eſt. Qui cū fcūs fuiſ
ſꝫ mōchus. ita diſtricte ſe habu
it ita ſingulais fuerit vt ei ab
bas timerꝫ et p indiſcreto ſeruo
re ſepius argueret. Ille vō ſa
lutaribus mōitis nō acquieſ
cēs in ptinacia ſua pſeuēauit.
ſicqꝫ poſt aliquot ānos defūctus
eſt. Nocte quadā cum abbas
quarta feria ad laudes in ſtal
lo ſuo ſtaret et cōtra preſbiteri
um reſpicerꝫ. tres perſonas q̄
ſi tres candelas ardentes ad ſe
venire cōtemplatus ē. Quibus
ppius accedētibus cognouit oēs.

Medi9 fuit p̄dcus ſcolaſticus ⁊ ex vtroq; ei9 latē duo conu̇ſi oēs nup defūcti. Tūc abb̄ me mor p̄tiacie ſcolaſtici īterroga uit eū dicēs. Quō h̄es? Rn̄dēte illo bn̄. mox ſb̄iunxit. Nunq̄d aliq̄d paſſ9 es p̄ iobedia tua? Etiā inq̄ mlta ⁊ maxima torm̄ ta. Sz q2 intēcio mea bō licet idiſcreta fuerāt dn̄s mei mi̇ꝛt9 ē nec ſū dānatus. Et ait abbas. Quid ē q̄ iſte conuſus digito eū demrāns altero clarior ē cuz ip̄e apoſtatauerit ⁊ alt̄ nunq̄ ex q̄ ad ordinē venit grauit̄ exceſ ſerit? Rn̄t mōch9 Quia iſte p9 lapſū forti9 ſurrexit. ⁊ alto mlt to feruentior fuit Interī choro cantāte verſiclm Pedes ſcōꝝ ſu orū ſuabit. ⁊ ipi̇ i tenebris cō ticeſcēt: ſcolaſticus ſigna ſue p̄ ſētie ibi relinquē volēs. tablaz pedib; pſallentiū ſb̄tractā. taz fortit̄ calce p̄cuſſit ut frāgeret̄. Sicq; diſrupit. Abbs vō in te ſtimoniū tā manifeſte viſiōis tablaz fractā repari vel mutari nō p̄miſit. Appolloni9 Iſta recitari deberent mōchis q̄ ex idi ſcreto feruore ſibi ⁊ alijs inuti les fiūt. Ceſari9. Propt̄ eos ſcūs Bn̄dcs in regula dic̄ octa uū gradū hūilitatis ee vt nihil agat mōch9 niſi qd̄ cōis mōa ſterij regla vel maioꝝ cohortā tur exēpla. Appolloni9 Si cut q̄dā i rigore ſuo nimis ſūt p̄tinaces: ita alij verb vel ſignis nimis ſūt leues. Ceſari9. Et hij pena digni ſunt. Ca. xxx

SAcriſta q̄dē apd̄ Vila riū meis tp̄ib; defunct9 ē noīe Johes. Hic q̄dē religio ſus ſatis fuit. ſz in verb atq; ſig nis leuē admodū ſe exhibuit die quadā poſt mortē ei9 cum dn̄s Vlric9 tūc abb intrātur9 eſſz oratoriū. ⁊ vnū pedē poſuiſ ſet itrorſū. clara luce p̄dcus Jo hes illi appens. ad pedes ei9 p̄ cidit orōnes poſtulās. Quo vi ſo abb territ9 pedē retraxit oſti um poſt ſe claudēs Et iudicatū ē a fribus cām purgatorij eius maxime fuiſſe leuitatē. Ap polloni9. Quid ſi ipi abbes or dinē ſuum cuſtodierit minus? Ceſarius. Sic ſbiecto p̄ba bit exēplo: ⁊ ipi pene ſubiace bunt. Cap. xxxi.

REcitauit m̄ nup Wericus maior cellerari9 de clau ſtro viſiōm nobilem ſatis. Cō tigit inq̄t ut die quadā brez ſo ciū vie monachū quēdā ordi nis nri. Cūq; ſil conferrēm9 de edificatorijs Dixit m̄. Ego vob referā quid nup ꝯtigit in domo nrā. Vebam9 abbem viz in di ſciplina ordinis ſatis p̄fectum

excepto hoc ſolo q̄ nũq̃ pene
cũ fratrib; exire voluit ad labo
res manuũ. Hic cũ moreretur?
eſſꝫ et monachus q̄dam quẽ fa
miliarius p̄ ceteris diligebat ei
ſeruiret ait ei idem monachꝰ.
Dñe rogo vos intuitu caritatis
vt infra hos triginta dies mihi
apparendo: de ſtatu veſtro me
certificetis. Rñdit abbas. Si
mihi cõceſſum fuerit libent̄ faci
am. Sicq; defunctꝰ eſt. Mõ
chus vero q̄ multa fecerat ei bo
na q̃tidianis lacrimis in orõe
deũ p illius exceſſib; ante aliqđ
altare placarẽ ſtudebat. Triceſi
ma die cũ iam mõachus de ab
batis reditu deſpaſſꝫ: illi orãti
apparens ait. Ecce hic ſũ ſic p
miſi tibi. Erat autẽ a cingulo ꝛ
ſurſũ tam corpe q̃ veſte clarꝰ
valde crura vero eiꝰ vlceroſa et
ad inſtar carbonũ nigerrima.
Req̃ſitus de ſtatu ſuo rñdit.
Tormẽta q̄ in cruribꝫ ſuſtinui
nulla lingua poſſꝫ exp̄mẽ. Dicẽ
te mõcho. Que fuit cã tantoꝝ
tormẽtoꝝ: ille ſubiũxit. Quia
freq̄nter de laborẽ māſi nulla ſe
piſſiẽ certa neceſſitate vt ẽ ho
ſpitũ ſiue audiendaꝝ cõfeſſio
nũ me detinẽte. In reſiduo cor
pe nil penaꝝ paſſus ſũ. Roga
igit̄ ex pte mea cõuentũ vt ali
q̃s orões p me deo offeāt ꝛ ſpe
ro me citiꝰ fore liberãdũ. Vñ
inquit ſciã vos eẽ liberatũ? Rñ
dit ille. Añ hoc altarẽ tibi appa
rebo. Dicta ſũt hec p̄ori iniũgũ
tur orões apparet iteꝝ mona
cho ab õib; penis ſe ereptũ g
tulat̄. ¶ Apollõiꝰ. Miror vtꝝ
plꝰ mortuis valeāt orões vel
elemoſine. ¶ Ceſariꝰ. Audi de
hoc ſolucõnẽ cuiuſdã mortui.

QVidã poſt ¶ Ca. xxxii.
mortẽ amico ſuo apparẽs
cũ ab eo interrogaret̄ vtrũ ſibi
magiſ vellet ip̄endi orões ſiue
elemoſinaſ. rñdit. Elemoſinaſ
elemoſinaſ orões ei tepide ſũt
hic deuote iuſtoꝝ orões exclu
dũt̄ q̄ penetrãt celos. ¶ Apol
lõiꝰ. Quid ſentis de miſſis? ¶
Ceſariuſ. Nulla orõ nulla ele
moſina ad erepcõnẽ aiaꝝ miſ
ſe p̄t opari. In miſſa xp̄s orat
cuiꝰ corpꝰ ꝛ ſãguis elemoſine
ſũt. Has eleẽoſinas paup q̄dã
aia ſibi dari poſt mortẽ roga
uit ſicut ſeq̃ns docet exemplũ.

ADoleſcẽs q̄ ¶ Ca. xxxiii.
dã nobil ad Clarauallẽ
veniẽs receptꝰ ẽ in ordĩe. Qui
nõ alta ſapiẽs et hũilib; cõſenti
ẽs ad q̃ndã grãgiã miſſus fuiſ
ẽ ibi opilio ouiũ. Qui cũ die q̄
dã oues ſibi cõmiſſas i agro pa
ſceret apparuit ei q̄dã ſuꝰ cõſo
briniꝰ in adoleſcẽtia ſua defũctꝰ

De cui⁹ inopinato aduẽtu dñ
admiraret̃ et diceret. Vñ tam
ſbito aduenis et q̃d q̃ris? Rñ
dit ille. Mortuus ſum et penis
maxis crucioꝛ. Et dñſus. Pote
ris iuuari necne? Rñdit. Si po
tero habẽ tres miſſas in ordie
vr̃o mox liberaboꝛ. Audiẽs hoc
dñſus cũ licentia magiſtri ſui
ad Claraũallẽ feſtinauit et q̃d
viderit vel audierit p̄oꝛi reuelãs
tres miſſas iaꝫ dicto impẽdi de
functo eius gratia ſupplicauit
Cui p̄oꝛ gratant̃ annuẽs: Rñ
dit. Ego vnaꝫ celebrabo. alias
duobꝫ ſacerdotib⁹ iniungã. Di
ctis vero miſſis mortu⁹ iteꝝ cõ
uerſo apparẽs in p̄dicto agro
gr̃tias egit et dixit. Bñficio tri
um miſſarũ q̄ pro me dicte ſũt
ab õibꝫ penis meis liberatus
ſum. Nec mirari dẽs ſi tm̃ valet
dñici corpis imolatio. cũ q̃b⁹
dã aĩabꝫ ad liberationẽ p̄ſit
breuis verboꝛũ abſolutio.

Dum more ¶ Ca. xxxiiij.
ret̃ bone memorie Chri
ſtianus mõchus noſter cui⁹
memini in diſtinctiõe q̃rta capi
tulo tricesimo. abb̃ Heuard⁹
domi nõ fuit. Qui cũ ſeptĩa die
cap̃lo p̄ſideret et cãtoꝛ diceret
ſcd̃m ↄſuetudinẽ ordinis Dñe
abſoluite frẽꝫ noſtꝝ defunctũ
Hijs verbis eũ abſoluit. Req̃e
ſcat i pace. Eadẽ nocte Chriſti
an⁹ cuidã ſeniori p̄ſbitero no
mine Siphrido tũc tp̄is nouĩ
tio ⁊ nihil p̄rſuſ de hac abſolu
tiõe ſciẽti apparẽs in ſoĩs ait.
Hodie libeꝛãtus ſuꝫ. Qui cũ viſi
oneꝫ magiſtro ſuo Ludolpho
recitaſſꝫ ille abſolucõis eiuſ re
cordat⁹ ſatis admiratus ẽ ver
boꝝ virtutẽ. ¶ Apolloni⁹ Mi
roꝛ ſi ſãcti ſub quoꝝ regula re
ligioſi viuũt poſt mortẽ cete
ris factis aliq̃d eis magis ſuc
currãt. ¶ Ceſarius. Etiã ſicut
in ſeq̄nti viſione declarat̃.

¶ Capitulũ. xxxv.

Non ẽ diu q̄ ſanctiomal̃
quedã de mõaſterio Rin
dorp q̃d iuxta Bunnã ſitũ eſt
Elizabeth noĩe debituꝫ carnis
ſoluit. Eſt aũt idẽ monaſteriũ
De regulã ſãcti bñdicti abb̃is
diligebat eñi eadẽ Elizabeth
ſpẽalit̃ ſanctũ Johãnẽ euãge
liſtã: quicq̃d poterat honoꝛis
illi ipẽdẽs. Habebat carnaleꝫ
ſoroꝛẽ in eodẽ mõſteio q̄ Albi
dis vocabatur Hec cũ nocte q̄
dã dictis matutis in lecto ſuo
ſedẽs offitiũ defunctoꝝ p aĩa
ſororis decãtaret vocẽ quãdã
circa ſe audiuit. Et cũ req̃reret
q̄ eẽt. Rñdit. Ego ſũ Elizabeth
ſoroꝛ tua. Et illa. Quo hẽs ſo
ror vel vñ venis? Rñdente illa.

male quidē habui. ſʒ modo be
ne ſum. Alepdis ſubiūxit. Pro
fuit tibi aliquid ſāctꝰ Johan
nes. quem tā ardēt̄ dilexiſti?
Rn̄dit illa vere nihil. Qui mihi
aſtitit: ſanctꝰ pat̄ noſter Be
nedictꝰ fuit. Ipſe em̄ genua ſu
a ꝓ me flexit an̄ deū. ¶ Apollo
nius. Cū vix aliq̄s euadat pur
gatoriū: valde me terret ꝙ q̄
dam dicūt minimā penā i pur
gatorio: maiorē eē om̄i pena q̄
excogitari poteſt in hoc mūdo
¶ Ceſarius. Req̄ſitus de hoc
verbo a me q̄dā mḡnꝰ theolo
gꝰ rn̄t. falſiſſimū ē. n̄ intelliga
tur de eodē gn̄e pene. vbi gr̄a Ig
nis ille acucior ē nr̄o. frigus fri
gore nr̄o. et ſic de ceteris. Qui
bus a cerciori ſbſeq̄ntes viſio
nes cōcordāt. ¶ Ca. xxxvi.

Circa hoc triēniū puella q̄
dā puula nouē vt puto ā
noꝝ in mōte ſcī Saluatoris q̄
domus ordinis noſtri eſt i ad
uentu ipſius ſaluatoris mortu
a eſt. defūcta vero clara die cō
uentu ſtante in choro ipſa cho
rum intrauit. intrās ante alta
re ſatis profunde inclinauit.
ſic in locū ſuū: vbi ſtare ſolita
erat. ſecedens. Quam iuxta ſe a
lia puella pene eiuſdeꝫ etatis
ſtare videns. et mortuam ſci
ens. tāto horrore concuſſa eſt

vt notaret. Requiſita vero a
dn̄a benigna abbatiſſa. a cuiꝰ
oē audiui q̄ dicturꝰ ſū. cur ita
i choro ꝯcutēt. Rn̄t ſic et ſic ſo
ror Bertrudis in choꝛ vēit. et
cū dn̄as veſpis ꝯmemoracō fiēt
dn̄e nr̄e ad collecām ſci trā ſtaſ
iuxta me ꝓſtrauit. finita vō collcā
ſe erigēs abijt. Hec fuit cā hor
roris mei. Abbatiſſa timēs illuſi
ones dyabolicas. ait puelle.
Soror Margareta. hoc ei no
mē eāt. ſi denuo veneit ad te ſo
ror Bertrud. dic ei Bn̄dicite
Et ſi rn̄derit tibi dominus. Inter
roga vn̄ veniat vel quid q̄rat?
Sequenti die illa venit et ſalu
tata. cū rn̄diſſʒ dn̄s. Puella ſb
iūxit. Bona ſoror Bertrudis
vn̄ tali hora venis vel quid a
pud nos queris? Reſpondit il
la ad ſatiſfactionem huc veni
Quia libēt̄ tecū i choro ſuſur
raui. ſem ipleuie verba ꝓferēs
idcirco in eodē loco iuſſa ſum
ſatiſfacere. vbi me ꝯtigit pccā
re. Et niſi tibi de eodē vicio ca
ueas eādē penā moriēs ſuſtine
bis. Cum quarta vice predcō
modo ſatiſfeciſſʒ. ait conſorori
Modo ſatiſfcōnē meā ꝯpleui
de cetero nō me videb. Quod
ita factum eſt. Nā ea aſpiciente
tēdebat vſus cimiteriū mirabili
virtute murū eiꝰ trāſcendens.

Ecce tale fuit purgatoriū hꝰ
vgis· ¶ Apolloīꝰ Non ē ſane
m̄tis q̃ huiꝰ mōi penā oī pena
huius mūdi dixit acutiorē·
Ceſarius· De h° plenꝰ i ſeq̄n
ti· ca· diſputabit᷑· Margareta
vero excōmīnacōne defūcte ſic
t̄rita ē vt īfirmata ad extrēa de
ueniret· Que rapta ī exceſſum
m̄tis· ſic iacuit ut oīb; defūctā
videret᷑ pꝰ horā reuſa q̄ſdā ex
ſororib; ī pn̄cia dn̄e nr̄e ſe vi
diſſe· q̄ſdā ſe illic nō vidiſſe te
ſtata ē· Dicebat etc̄· qꝛ eadē glo
ſa vgo Maria coronā ī manu
hrēt quā Steppōis ſacdotis eē
dicebat· Steppo pbr fuit val
de religioſus· amre caritatiuꝰ
eodē mōte deo p̄dc̄iſq; ſororibꝰ
fuiēs· Vtāt nouicis n̄ eē curā
dū· q̄auiq; morte iuſtus mori
at᷑ id· Steppo cū ī acutis labo
rar; āno p̄teito materia rapta
ī cerebrū totꝰ fcūs ē freneticꝰ
ita vt m̄ltas blaſphemias euo
mer;· Defūcto eo atq; ſepulto
dn̄s merita eius volēs oñdere·
miracula ad eius tūbā dig̃tꝰ ē
opai· Infirmi ſic audiui ſup il
lud dormūta ſani ſurgūt ¶ A
pollonīꝰ· Nūc ediſſeās q̃ r̄ſidu
a ſunt de purgatorio· ¶ Ceſa
riꝰ Quibuſdā ſola carēcia dīne
viſiōis purgatoriū ē ſic ī hoc
patz exēplo· ¶ Ca· xxxvij·

Ante hos xij ānos mōchꝰ
q̃daz Vuilhelmus noie
apd nos defūctus ē· Puer q̄dā
ad ordīnē venit et vere puer qꝛ
purus et īpollutus· Bene nobi
lis erāt· ſꝫ v̄tus m̄tis magis illū
nobilitabat· Cōpleto āno p
bacōis ſeq̄nti die cepit īfirmai
et pꝰ paucos dies ſcō fine dece
dēs expleuit tpa m̄lta· Qui ſta
tī pꝰ mortē cuidaz mōcho ap
parēs cū de ſtatu ſuo req̃rētur
rn̄dit ſe eē ī penis· De q̊ verbo cū
ille t̄ritus fleret et dicēt ſi tu es ī
penis q̄ nūq̄ peccaſti: q̄d fiet de
me pctōre· meiſq; ſimilibꝰ· ꝯ cō
ſolās eū defūctꝰ ait Noli flere
qꝛ nullā aliā patior penā n̄ q̄n
dū vidi deū· ipaz dilacōez glie
penā r̄putās nec īmerito· Spes
q̄ differt᷑ affligit aīaz· Et adie
cit· Ab hoc clarꝫ erit· qd̄ ſtatī vel
et an deuz· Rogate inq̄t ex pte
mea dn̄m abbtē vt ī· ca· orōes
īiūgat p me ad tps aut ipe p
me dicat collēaz· ſicq; liberabor
dicēte mōcho· Vn̄ erit collcā il
la· Rn̄t de ſcō Michaele Ma
ne cū viſio recitata fuiſſꝫ dn̄o
Henrico abbi nr̄o ipe de eodē
archāgelo ſtatī miſſaz celebra
uit ī capl̄o pſalmū· Quēadmo
dū deſiderāt ceruus ad fontez a
q̄rꝫ dicēdū p vij dies oībus p
eo iniūgēs· Mira virtꝰ orōnū

Cōrado nūc p̄ore loci ſc̄e Ma
rie ſtāte i choro cū iuno v̄ſiclo
illi⁹ pſalmi· De⁹ de⁹ me⁹ ad te
d l. vi. leuāt̄ dormitarz· ſepedcm̄
wilhelmū ſb pallio· b· dei gen̄
cis ſtare oſpexit cū mlta ḡtula
tiōe dicēte· Mō omo libatus
ſū· Eodē tpe p̄dcō mōacho ap
pens teſtatus ē tm̄· vij diebz ſe
fuiſſe i purgatorio· i· in carētia
dīne viſiōis· mlta illi de ſtatu
q̄rūdā aiarz reuelās ¶ Appol
lōi⁹ Scdō; h⁹ padiſus t̄reſtris
purgatoriū ē ¶ Ceſari⁹ Reūa
ſi in eo aie ſūt corpibz exute· et
eis viſio dei negat̄ idē loc⁹ deli
cōſus eis ē purgatoriū· Cui cō
ſētire vid̄r· q̄d· ſ· Gregori⁹ id p
al̄· dic̄ ſb hijs verb· Nā ſunt q̄
rūdā iuſtoz aie q̄ a celeſti reg
no q̄buſdā adhuc māſionibz
differūtur· In q̄ dilacōis dam
no· q̄ aliud inuit̄· n̄ q̄ de pfcā
iuſtitia aliq̄ mi⁹ habuert̄· Si
cut audiui a q̄dā magno theo
logo q̄ q̄dā tā iuſti ſūt ut poſt
mortez puniri n̄ mēant̄ nec tn̄
ſtati dei viſiōe fruātur· ꝓpt̄ pul
uere v̄ialiū ¶ Ca· xxxviij

L Oq̄tur nūc aliquid de
purgatorio· ¶ Appollōi⁹ Vbi
ē purgatoriū· ¶ Ceſari⁹ Sitū
ex varijs colligit̄ viſiōibz i di
uſis locis hui⁹ mōi· Paſchaſi
us teſte Gregorio in calore ter
marz purgabatur· Monachus
q̄dā ſcī Eucharij in rupe q̄daz
iuxta Treuerim poſt mortē an
no integro ſtetiſſe· et aeris icle
mentiā ibidē ſuſtinuiſſe narra
tur· Qui v̄o de purgatorio du
bitat· ſcō ciā pgat· purgatoriū
ſancti Patricij intret et de pur
gatorij penis āplius nō dubi
tat· ¶ Appollōi⁹· Velle ali
q̄d certi noſſe de eodē purgato
rio q̄d vel q̄ cā illius extiterit·
¶ Ceſarius· Cū ſactus Patri
ci⁹ gentē illā conūtēt et de pēis
futuis dubitarēt p̄cibz optinu
it a deo locū illū· Eſt autē foſſa
humil̄ muro vallata: et ſūt ibi
regulares· nō ē pctōr adeo mḡ
nus cui alia ſatiſfcō iniungat̄
q̄ ut vna nocte in eodē ſit pur
gatorio· volēte itrarē p̄miſſa cō
feſſiōe cōicāt· et inūgūt· thuriſi
cāt et iſtruunt· Dicēt̄ inq̄unt
hac nocte iſult⁹ demonū et pēas
horribiles: ſz nō poterīt te ledē
ſi nomē Jhū ſep habueris in ore
Oz ſi demonibz blādientibz ſiue t̄
rētibz cōſēſeris et Jhm̄ iuocarē ne
glexeris pibis· Quē in veſpa ponē
tes ſup foſſaz locū claudunt et
mane reuētētes· ſi nō cōpuerit·
vltr̄ n̄ expectat̄· Multi ibi pierūt
mlti eciaz reuſi ſūt: q̄z viſiōes
a p̄dcīs fribz cōſcripte ſunt et vo
lētibz itrarē oſtendūt̄ ¶ Ca· xxxix·

Nup mõchꝰ q̃dã ordinis
nri ſic didici ex relacõne
cuiuſdaꝫ abbis ex licẽtia ꝓpꝛij
abbis purgatoꝛiũ ſcĩ Patricij
intrare volẽs diſſuadentibꝫ ẽm
moꝛẽ fribꝫ ⁊ p̃oꝛe. ſup margieꝫ
foſſe poitus ẽ in veſpa Moꝛ lo
cus ẽ vſus in baratꝛ ⁊ ecce dẽo
nes: q̃i de abiſſo bulientes. dix
ẽrt mõcho Si viſitraẽ ad noſ
ꝓpõe crucẽ cucullã ad iſtar cru
cis foꝛtã vocãtes ſic Quibꝫ rñt
Veſtẽ meã nõ deponaꝫ. patus
ſũ itraẽ. patus ſũ vobiſcũ otẽde
re ſꝫ nõ ſine veſte pfeſſiõis mee
Cũqꝫ tõ nocte in huc modꝰ cũ
eo verb diſceptarẽt nec tñ tan
gerẽt mãe i eoꝰ loco vbi fueãt
dimiſſus reptꝰ ẽ ❡ Appollõiꝰ
Vñ hẽs auctoꝛitatẽ q p⁹ hãc
vitã pctã rmittãt ⁊c ❡ Ceſaiꝰ
Dñs dic in euã°. Qui dixeit ver
bũ in ſpm ſcm: nõ remittet ei.
neqꝫ i hac vita neqꝫ i futã Ex q̃
colligit q p⁹ moꝛtẽ pctã veia
lia nec nõ ⁊ moꝛlia pctã q̃ pur
gatoꝛio eẽnt puniẽda. meitis ⁊
p̃cibꝫ ſcoꝝ ſuffragãtibꝫ vel oꝛõi
bꝫ elẽoſinis. aliiſqꝫ mie opibꝰ
eccãe militãtis intcedẽtibꝫ remit
tãt. vñ Judas machabeꝰ duo
decĩ milia dr̃gmas argẽti miſiſ
ſe legit Jheroſoliaꝫ ꝓ pctis oc
ciſoꝛũ. ⁊ hec de purgatoꝛio dix
iſſe ſufficiat. Hoc eciã ſcire des
ſume boi ⁊ mr̃es talibꝫ p⁹ moꝛ
tẽ nõ idigẽt ſũme mal ut i fide
libꝫ nl ꝓſũt. Medíocrit vo bo
nis ⁊ medíocrit mal ꝓ ſũt q̃ de
ſꝫ modr̃nter. Ill ut cici⁹ liberent
iſtis ut mici⁹ pũiant Quoꝛuꝫ
tñ pẽa intmiabilẽ Appollõiꝰ
Vellẽ nc̃ audiẽ aliq̃d de glia
iuſtoꝝ. ❡ Ceſaiꝰ. Pꝛiꝰtria de
penis reproboꝝ pmittã exẽpla
locis ſuis neglecta. ut ſic mgꝰ
coloꝛe ſubtracto albus magis
eluceſcat. ❡ Ca. xl.

Tempe ſciſmatis int Otto
nẽ ⁊ Philippũ: reges Rõ
noꝝ. pegrĩnꝰ q̃dã de tñſmaris
veniẽs ptibꝫ ſclauíniã ſuã ꝓ vi
no qd i ill ptibꝫ foꝛtiſſimũ ẽ ex
põns ⁊ tm̃ bibit vt iebatꝰ a mẽ
te ſua alienaret ſic ut moꝛtuũ
eũ eſtiarẽt. Eadẽ hoꝛa ductꝰ eſt
ſpũs ei⁹ ad lõ pẽaꝝ. Vbi ſuper
puteũ igneo opclo tectuꝫ. reſi
dere oſpexit ipm pñcipẽ tenebr̃
rũ. Interi int ceteãs aĩas adducꝰ
ctꝰ ẽ abb Coꝛueye quẽ ille mẽ
tũ ſalutãs cũ calice igneo pocu
lũ ſulphureũ ei miſtrauit Qui
cũ bibiſſꝫ amoto opculo miſſꝰ
ẽ in puteũ Peregnꝰ vo cũ añ li
mĩa inferlia ſtaꝫ ⁊ talia vidẽdo
tremeꝫ. Dyabolꝰ foꝛtit clama
uit. Adducite eciã in dñm illũ
q̃ foꝛis ſtat qui ſero veſtem pe
regriaçõis ſue ꝓ vio exponẽdo

inebriatꝰ est. Quo audito pe
grinꝰ ad angelū dn̄i q̄ eū ad
duxerat respitiēs ꝓmisit q̄ nū
ꝙ̄ inebriaret̄ dūmodo illa ho
ra de imminēti ꝑiculo liberaret eū
Qui mox ad se reuersus dicta ho
rā notauit rediēs q̄ȝ in terrā su
am eodē tpe predictū abbatē
obisse ꝯgnouit Ego eundē ab
batē Colonie vidi. Eratq̄ȝ ho
mo valde secularis magis se cō
formans militi ꝙ̄ monacho. ¶
Apolloniꝰ. Qui hic dediti sūt
ebrietati puto q̄ i inferno ma
le potētur. ¶ Cesariꝰ. De hoc
aliud tibi referā exemplū. ¶
IN dyocesi Coloniēsi ¶ Ca. xli.
si non ꝓcul a Colonia miles q̄
dā erat noīe Rudingerꝰ sic to
tus deditꝰ vino: vt diuersarū vil
larū dedicacōes tm̄ ꝓpter bona
vina freq̄ntaret. Hic cū infirma
tus moriturꝰ esset filiā eū roga
uit vt infra triginta dies sibi
apparēt. Quo rn̄dēte. hoc faciā
si potero expirauit. Post mor
tē vero filie ꝑ visū apparēs ait.
Ecce p̄ns sū sic postulasti p̄ōe
bat ei vas ꝑuū et fictile qđ vul
go cruselinū dicit̄ seu notatur
in manu sua in q̄li in tabnis po
tare solebat. Dicēte filia pater
q̄d ē in vase illo? Rn̄dit potus
meꝰ ex picea sulphure ꝯfectus
Sēꝑ ex illo bibo nec eū epota

re valeo. Sicq̄ȝ disparuit. Et sta
tī intellexit puella tā ex p̄cedēti
vita ꝙ̄ ex pena modicā vel nul
lā esse spē saluacōis eiꝰ. Vinū
q̄dem hic blāde ingredit̄ sȝ no
uissime mordebit vt coluber. ¶
Apolloniꝰ. Hoc in p̄dicto ab
bate ꝙ̄ in Rudigero ipletū cō
sidero. ¶ Cesariꝰ. Sclauinia
ꝑegrini q̄ eundē abbē ȝ in penis
vidit visionē satis mirabilē ad
memoriā m̄ reducit. ¶ Ca. xlii.
ANte illud tps q̄ occisus ē
Cōradꝰ epūs Hildensē
mēsis ꝑegrinꝰ q̄dam in villa q̄
dā moriēs sclauiniā suā sacdo
ti legauit aīam suā illi cōmdās
Quā vestē sacdos q̄dem susce
pit sȝ de aīa modicū curauit.
Serui vero siue pueri noctibȝ
se illa tegebāt Nō multo post
idē sacerdos in ordine nr̄o fc̄us
ē nouiciꝰ Nocte q̄dam in dormi
torio iacēs et dormiēs ꝑ visiōem
raptꝰ ē ad loca penarū. In q̄bȝ
maximꝰ erat demonū ocursus
et ocursus. Alii aīas adduce
bāt Alii adductas suscipiebāt
Alii susceptas tormētis debitis
immittebāt. Magnus illic erat
clamor et tumultꝰ gemitus et
planctꝰ Interim p̄dictus epi
scopꝰ claustris infernalibꝰ p̄
sentat̄ sȝ princeps tenebrarū co
ram lugubri p̄sentātes sic affat̄

Reducite reducite illũ nõ eniꝫ
noſter eſt innocẽter occiſus ē
Sacerdos talia videns ⁊ pauẽs
Poſt oſtiuꝫ ſe occultauit. Vi
dens dyabolus p̄dictã in angu
lo quodã ſclauinã dixit. Cu
ius eſt veſtis illa? Rñderũt ſac̃
dotis illius qui ſtat poſt oſtiũ
Quã cum a quodã pegrino in
elemoſina recepiſſ; nihil bñfi
cij aĩe illius impedit. Ad qđ
dyabolꝰ valde occupati ſumꝰ
Expediamꝰ nos ſtatiꝫ ab illo.
Colleſq; veſtẽ quaſi in fetidũ
atq; bulliens lixiuuꝫ intinxit.
De qua cũ faciẽ ⁊ collũ ſacerdo
tis pcuſſiſſ; ille excitatus fortit̃
clamauit. Adiuuate. adiuua
te. Quẽ cũ ſigno crucis cõpeſce
rent. Rñdit. En morior. En in
cendor. Tũc ſurgẽtes inuene
rũt caput eius totũ inuſtuꝫ. ſic
q; in infirmitoriũ deportauerũt
ſemiuiuũ. Nullã enĩ fecerat de
eadem negligẽtia confeſſionẽ.
¶ Apolloniꝰ Valde terrere de
bet hec viſio illos q̃ multas ha
bẽt eccleſias ⁊ multas q̃tidie re
cipiũt elemoſinas ⁊ nõ deſer
uiũt. ¶ Ceſarius Neq; nos ſi
ne timore eſſe debemꝰ. hijs er
go que triſtitie ſunt omiſſis.
Veniamꝰ ad p̄mia patrie ce
leſtis. ¶ Ca. xliij.
In monaſterio ſanctimonialiũ
qđ Deytkirche dicit̃ qđ in Bu
nenſi ciuitate ſituꝫ eſt. abbatiſſa
q̃dam fuit noie Irmẽdrudis.
Erat enĩ virgo corpe. amatrix
pmo in domo eadẽ repatrix di
ſciplie ⁊ totius norma iuſtitie
Cũ vero moritura eſſet paſſio
nem dñi corã ſe legi faciebat ⁊
cũ ventũ fuiſſet ad locũ illũ In
manus tuas cõmẽdo ſpũm meũ
ex multa pietate cordis hec ver
ba q̃ ei vltima fuerunt dixit. O
amãtiſſime virorũ. Statimq;
agonizans cũ Chriſto ⁊ in ma
nus Chriſti ſpũm emiſit. Que
cũ poſt mortẽ beate Aczelline
apparuiſſet ⁊ illa de ſtatu eius
ſciſcitaret̃. Rñdit. Statĩ in ip
ſa hora qñ aĩa mea egreſſa ē
de corpe fuit ante deuꝫ. Et illa.
Quare ſoror nõ apparuiſti mi
p hos triginta dies? Rñdit ab
batiſſa. Ego fui in gloria ⁊ tu
circa reliq̃s ſanctaꝝ virginũ
vndecĩ miliũ eras occupata nec
te volui ipedire. Huiꝰ ſepultu
ra cuidã ſorori diu anteq̃ abba
tiſſa efficeret̃ preõſa eſt De
alia ſiquidẽ domo ꝓpter religi
oſitatẽ ab epiſcopo Philippo
aſſũpta fuerat eratq; ſoror Ce
ſarij mõchi noſtri: quõdã ab
batiſ Prumienſis. ¶ Ca. xliiij.
Hec Aczelina habebat q̃n
dã ſpiritualem ſororẽ in

cõgregacõe v̄micẽ dilcã; Que cũ
moritura eẽt. Rogata eſt a btã
aczellia ut ſibi p⁹ mortẽ appe
ret. qđ et fecit. Nã cũ die q̄dam
ſtarz in orõne aczellina ſoror
defũcta appns ei in ſpã ignea.
ſciſcitãti de ſuo ſtatu v̄ſic lo da
uitico rñt di. Sic audiui⁹. ſic
vidi⁹ in ciuitate dñi v̄tutũ. in cita
te dei nri et c. Nihil aliud loqñs
ocul' ei⁹ ſbtracta ẽ. ¶ Appollo
ni⁹. Satis breuit'. ſatiſq3 pleit'
tã ſuũ p̄miũ. q̄ ſupne ciuitatis
glĩa3 oñdit. ¶ Ceſari⁹. Cũ mor
tu⁹ eẽt btẽ mẽorie dd. mõchus
clauſtreñ cui⁹ vita ſignis et v̄
tutib3 valde extitit illuſtris. da
ta ẽ p̃ dcẽ aczelline vna ex tuni
cis eius. Quã cũ ꝓpter viri ſan
cti amorẽ veneraretur valde ille
quadã die ei apparẽs dixit. bõ
ſoror tunica mea nõ ẽ tibi ncẽa
ria. ſ3 quidã pctõr conũſus ẽ i
clauſtro Beradus nõie cog
nomẽto walſhart. illi des eam.
Qđ et fecit. Sciẽs hoc frat' ei⁹
carlis Fredericus mõch⁹ nr̃. p
tẽ ſibi dari petiuit ex eade3 tuni
ca. Quã ille p mediũ ſciđens p
tẽ ſibi retinuit reliquã fri tranſ
miſit. Per quã plurime ſanita
tes apđ nos pfecte ſunt. Cum
q̄nta celeritate iuſtoꝝ aĩe ce
los penetrent adhũc alio tibi
pandam exẽplo. ¶ Ca. xlv.

Monach⁹ q̄da3 ordis nri.
altri cuidã mõcho ſibi fa
miliari poſt mortẽ apparens in
gloria mlta cũ de ſtatu ſuo re
q̄reretur. Rñdit. Nũq̄ ſagitta
de arcu emiſſa tã cito volare po
tuit ad locu3 deſtinatũ. q̄ cito
aĩa mea de corpe egreſſa fuit
an deũ. Nec mirũ. Quadragita
enĩ aĩs xp̃o in ordine fuierat.
ad inſtar ſagitte multos ſalu
briter vulnerans exẽplo recte
conũſionis. p̃nis ſbleuatus cõ
tẽplacõnis. In ſagitta tria ſũt
lignũ. pẽne. ferrũ. In ligno ꝓp
ter fructũ. exprimitur boni ope
ris plenitudo. p pẽnas. gẽmia.
id eſt dei et pxi dilectõ In ferro
qđ acutum eſt extrema cõpun
ctio. ¶ Nota q̄ ſagitta nõ re
cte ducitur. niſi ſit pennata. ne
q3 puenire poteſt ad locum de
ſtinatũ Sic anima eciam ſi fu
erit innumeris operibus boniſ
ideſt de genere bonoꝝ. Sñ de
corata. et ferro acutiſſimi dolo
ris timore pctõꝝ affecta nũq̄
tam ſine alis caritatis ad locũ
puẽniet eterne quietis De hoc
loco Dauid dicit in pſalmo.
Quis mihi dabit pẽnas ſicut
columbe. et volabo et requieſ
cam. ¶ Appollonius. Sepe
in ſpẽ columbe iuſtoru3 anime
leguntur celos penetraſſe.

¶ Ceſarius Vere dicis. nam et
vnũ exẽplũ recẽciori tpe geſtũ
de hoc tibi referã. ¶ Ca. xlvi.

In ciuitate Bunenſi que
dam īcluſa erat habitãs
religioſa ſatis atqȝ deuõ. Hec
cũ nocte quadã rimulis celle
ſue ſplendorẽ immitti cerneret: et
diẽ ee putaret territa ꝓpter horas
nõdũ dcãs ſurrexit. feneſtram v
ſus cimiteriũ apuit. et ecce iux
caput ſepulchri cuiuſdã ſcola
laris recent̃ illic ſepl'ti. miri de
coris feminã ſtare cõſpexit. Glo
ria corpis eius eãdẽ lucẽ crea
uerat ſtabat et colũba niuea ſu
p tumulũ: quã illa rapiens mi
ſit in ſinũ ſuũ. Incluſa vero licȝ
iã itelligeret que eẽt tñ cũ reue
rẽcia q̃ nã foret requiſiuit. Cui
illa. Ego ſum mater Chriſti. et
anĩmã ſcolaris hui⁹ qui vere
martir eſt tollere veni. Reuera
ſcolares ſi innocẽter viuũt. et
libenter diſcũt. martires ſunt
Qȝ ſi poſtea artes doctas in ca
ritate maxime in dei ſeruicio ex
cuerint. magnã ex hoc merce
dem cõſequẽtur de hoc audias
exẽplũ. ¶ Ca. xlvij.

In Armſberg monaſte
rio ordinis pmonſtratẽſ
ſicut audiui a quodã ſacerdo
te ei⁹ dẽ cõgregacõis. ſcriptor
quidã erat Richardus nomie
ãglic⁹ nacõne. Hic plurimos
libros in eodẽ cenobio manu
ꝓpria cõſcripſerat. mercedẽ ſui
laboris pſtolans in cel'. Hic cũ
fuiſſet defunctus et in loco nota
bili ſepultus poſt viginti an
nos tũba eius apta man⁹ ei⁹
dextera tã integra et tã viuida eſt
repta. ac ſi recent̃ de corpore
animato fuiſſet pciſa. Reliq̃ ca
ro in puluerẽ rẽdacta fuit. In
teſtimoniũ tãti miraculi man⁹
eadẽ vſqȝ hodie in monaſterio
reſeruatur. Bñ erat man⁹ hui⁹
ſcriptoris penata. Id eſt opus
ei⁹ caritate iformatũ. ¶ Apol
lõi⁹. Satis de⁹ oñt i inſtrum
to: q̃ta fuerit merces laboris i celo
Ceſari⁹ Audi aliud. ca. xlviij.

Magiſter Petrus cantor
Pariſienſ. verbo. verbo et
exẽplo plures edificauerat. Hic
in Fõtenella domo ordinis no
ſtri factus eſt nouicius. et infra
ãnũ pbacõis defunct⁹ ẽ et in ca
pl'o ſepultus. Cũqȝ poſtea ne
ceſſitate edificiorum corpus eius
eẽt trãſferẽdũ apto ſepulchro
tã magnus et tã ſuauiſſim⁹ ex
illo odor efferbuit. vt nares õ
niũ illius fragrãcia reficerent.
Odor ille ſignũ erat eximie ei⁹
doctrine. cuius mercedẽ recepe
rat in celo. Quantũ vero gratie
q̃tumue glorie doctores ſiue

p̄dicatores poſt hanc vitā me
reātur ſ bſequēs ſmo declarat.

Sacerdoti cuidā ¶ Ca. xlix.
ordis p̄monſtratēſ in hac
q̄ mō fuit expeditione p̄ceptū
erat con̄ ſarracenos crucē p̄di
care. Cūq; in ipa p̄dicacōe cor
pali moleſtia tactus hiem de
ponēt cuidā ſocio ſuo p⁹ mor
tē apparuit. Quē cū ille interro
gaſſz quō haberet vel ſi aliqd
moleſtie moriēs ptuliſſet: R̄n
dit. Videbat̄ mihi pena mea
ſatis longa. Cūq; morerer nō
niſi demones cir̄ me vidi q̄ ani
mā egredientē ceperūt abdu
cere. Ex q̄b; vnus dixit nūq̄ be
ne ſeruaſti pfeſſionē tuā neq;
obedientiā abbi tuo p̄miſſam
Et ſubiūxit ſtatī alter: nūq̄ p̄
dicaſti ſincere dn̄m tuū. id ē g̃
tis. Et intellexi ſtatī accuſante
oſciētia q; vterq; verū dixiſſet
Cūq; in hūc modū diuerſi di
ūſa con̄ me p̄ponerēt et ego iā
poſit⁹ fuiſſez in deſpatiōe eo q;
non eſſʒ q̄ p me rn̄deret maxie
cum circūſpitiēs neq; beatā dei
gn̄itricē neq; aliquē angelorum
ſiue aliorum ſāctorum vidiſſem: ec
ce xp̄s aduemēs manu tenuit
me dicēs Seq̄re me q; tu p̄di
caſti me. Mox turba om̄is ſpi
tuū illorum immūdorum diſpuit ad
iſtar fumi et ego xp̄m ſecut⁹ ſū
ad gloriā nullā ei aliā penā ex
cepto illo terrore paſſ⁹ ſū. Hijs
etiā q̄ libent' orāt referā exēplū
ſatis incōtiuū. ¶ Ca. l.

Quidam Coloniēſ hē
bat illā oſūetudinē vt q̄
tiēs ſolus eſſʒ ſp oraret. Eundo
ad eccām ſiue redeūdo vel in cu
ria ſua deābulādo āgelicā max
ime rūmabat ſalutacōnē. Qui
cū mortu⁹ eſſʒ cuidā nepti ſue
in hitu ſplēdido apparebat. In
q̄ maxie tn̄ in caligis et i calceis
ſcp̄tū erat p toto verſicul⁹ Aue
Maria gr̄a plena etc. Qui vt
dixi eundē verſiculū deābulādo
freq̄ntauerat cruribʒ ei⁹ et pedi
b⁹ crebri⁹ inſcp̄tus apparebat
Ex hijs q̄ dicta ſūt colligit̄ q;
ſic de⁹ ſcōʒ q̄litatē et mod̄ pūit
peccatū ita remūerat et meritū
maxie in illt mēbris on̄des ſig
nū gl'e p q̄ illa merет̄. ¶ Apol
loni⁹. Vn̄ eſt q; hūana natu
ra tn̄tū abhorrʒ mortē cū tn̄ta
ſit ei a deo gl'a p̄parata: ¶ Ceſa
rius. Ipē rex gl'e Jh̄s xp̄s de⁹ et
hō i tm̄ ſcd̄m ſēſualitatē mortē
abhorruit vt timore illius ſan
guinē ſudaret Aīa naturalit̄
appetit eſſe in corpe nec poteſt
ab illo ſepari ſine magna acer̄
bitate. ¶ Capi. li.

Nte hoc quadriennium
cū prior cuidā de ordine

regularīuꝫ in q̄dā curte mōſte
rij fui hoſpites collegiſſꝫ ⁊ iam
menſa eſſꝫ prepata · ipſe tīto ſo
pore cepit affici: ut niſi ociꝰ dor
miret moreretur · Qui cū in lecto
ſe reclinaſſꝫ · mox quidā eius cō
uerſus q̄ alteri grāgie preerat dor
mitanti affuit · dicēs · Dn̄e cū li
cēcia vr̄a vado · Et ille q̄ vadis?
Rn̄t ꝯuerſus · Ad deū vado qꝛ
mortuꝰ ſū in hac hora · Et prior
Cū multi pfc̄i viri tn̄ſeāt p pur
gatoriū · Quid ē qꝛ tu tā abſo
lute dicis te ſtatī eē iturū ad de
um? Ad qđ ille rn̄t · Hēbā ꝯ con
ſuetudinē ut quociēs trāſirem
corā crucifixo hāc dicerē oracō
nē · Dn̄e ꝑ illā amaritudinē quā
ſuſtinuiſti ꝓpt̄ me in cruce · maxi
me · qn̄ anima tua egreſſa ē de
corpe tuo · miſerē anime mee in
egreſſu ſuo · Et exaudiuit orō
nē meā dn̄s · meiq3 miſertus ē ·
Et dixit prior · quo fuit tibi mori
enti? Rn̄t videbat̄ m̄ī i agonia
qꝛ totus mūdꝰ eſſꝫ lapis vnꝰ
⁊ p̄meret pectus meū · ¶ Appol
loniꝰ · Verba hꝰ ꝯuerſi illi cō
cordāt · qui dicūt nullā penam
in hoc mūdo amariorē ſepacōe
corpis ⁊ aīe ¶ Ceſariꝰ · Sicu
ti alibi dixi · de icertis nō audeo
iudicare · Scio enī qꝛ viri pfc̄i
ꝓpt̄ vitā futurā qn̄q3 valde ar
denter deſiderant mortē · · ·

¶ Capitulum · lij ·

TRes iuuenes de ciuitate bu
nēſi cōuerſiōis grā ad no
uū caſtrū · domū ordinis nr̄i vē
entes · ōnes ibidē recepti ſūt Ex
q̄bus vnus Theodericus alter
Butherus · tercíꝰ vocabat̄ Si
gerꝰ · Prior mortuo Butherus
reminiſcēs ſue pegrinacōis ⁊
ſupne btītudinis · ad quā ſuuꝫ
comitē iā vocatū crediderat · q̄tī
die ad illiꝰ tumulū fleuit Quē cū
die q̄dā vox de ſepulchro hiꝭ
verbꝭ allocuta ē · ꝯſolare frater
cōſolare · qꝛ ciciꝰ venies ad me
Cuiꝰ vultū cum abbꝭ triſtē cer
nēt · ⁊ triſticie cāꝫ ab eo req̄rēt
⁊ ille dicē rēnuerꝫ · vix ab eo q̄
dcā ſūt extorq̄re potuit paucꝭ
diebꝫ elapſ p̄cibꝫ vt puto The
oderici adiutus ⁊ ipſe vocatus ē
illi ꝯiūctꝰ in celo · cui pꝰ mltis
lacrimis ut dcm̄ ē aſſociarī deſide
rauit i mōdo · Hec a Sigero bū
ne recitata ſunt · ¶ Appolloiꝰ
Puto qꝛ merces iuſtoꝝ multa
ſit in celo ¶ Ceſariꝰ Hoc tibi
oñdā in ſeq̄nti caplo · ¶ ca · liij

COnuerſus quidā ordinis
nigri an̄ paucos ānos de
functꝰ ē · die q̄daꝫ duobꝫ mōa
chis cenobij ſui in cōclaui ſedē
tibꝫ ille oſtio latenter aperto
ingreſſus ē ad eos · Quo viſo
cū terrēnt̄ ſcientes eū mortuū

Ait ille Cognoſcitis ne me fr̃s rñ
dentib; ill'. Bñ te cognoſcim9
tu es tal' frater noſter. ceperũt
eũ interrogare de ſtatu q̃rũdã
aĩaꝝ. Quos ille de ſingul' ex
pediuit dicens q̃ſdã eẽ male q̃ſ
dam valde male. quaſdã eciã
bñ. quaſdã valde bñ. Que cũ
eciã interrogaſſent de griſeis mõ
chis. Rñdit. Premiũ illoꝝ ma
ximũ ẽ ⁊ lucẽt ſicut ſol i regno
celoꝝ. Hec mihi relata ſunt. a
quodam abbe nigri ordinis.
¶ Appolloi9 Huic viſioi con
cordat. qđ dictũ ẽ ſupius in di
ſti. vij. ca. lx°. Vbi ordo noſter
ſub mãtello btẽ dei genitricis
ↄgregatus ẽ. ¶ Ceſari9 Vez
dicis. ¶ Appolloi9. Oꝛ iuſtis ꝓ
miſſuz ẽ a dño. Fulgebũt iu
ſti ſicut ſol in regno pr̃is eoꝝ
neſcio vtꝝ intelligẽdũ ſit de cor
pe vel de anima ¶ Ceſari9 Cor
pa electoꝝ poſt reſurrectõez lu
cebũnt. ut credim9 ſicut ſol nõ
ſicut mõ lucet ſed ſicut luxit añ
lapſum. Hoc ẽ ſeptẽplicit' tm̃
ut mõ teſte Yſaya. Et erit ait
lux lune. ut lux ſolis ⁊ lux ſolis
ſeptẽpliciter ut lux ſeptẽ dieꝝ.
Anima vero multo pl9 lucebit
q̃ȝ corp9. ¶ Appolloi9. Clari
tatez corpm velle mihi aliquo
exẽplo ꝓbari. ¶ Ceſari9. Vt
enĩ taceã de trãſfigurãcõe dñici

corpis referam tibi exẽplum qđ
Nup audiui ¶ Ca. liiij
Magiſter quidã Pariſieñ
infirmatus cũ de glorificacõne
corpm cogitar; ⁊ heſitãs i cor
de ſuo diceret quõ poterit eẽ. ut
corpa iſta fictilia ⁊ putrida lu
cere poſſint in futuro ſicut ſol.
ad pedes ſuos quos de opimẽ
to exerat reſpexit. Et ecce tan
tus ſplẽdor de ill' exiuit. ut ocu
li eius reuberati eos ītueri neq̃
rent. Morq; ad ſe reuſus grãs
egit xp̃o cui9 v̉tute añq̃ morẽ
tur. ad fidẽ reſurrectõnis redu
ct9 eſt. ¶ Appolloi9. Quõ po
terit oculi tm̃ fulgorẽ ſuſtinẽ?
¶ Ceſari9 Vt dicit Aug9. lon
ge erũt tũc alterius potẽtie q̃ȝ
mõ nã ⁊ ipſi glorificabũtur.
Qvm ſcẽ recor ¶ Cap. lv.
dacõis dñs Dauid mõa
chus clauſtreñ adhuc eſſz i
corpe ſepe ſedẽs in labore in ipm
globũ ſolarẽ irreuberatis ocu
lis ad iſtar aquile reſpexit h9
rei teſtes ſunt ſeniores nr̃i. qui
ea q̃ dicta ſunt ſepius viderũt.
Si. n. de9 tantã virtutẽ tribu
it oculis infirmis. qđ hoc mira
ris de oculis glorificatis? ¶ Ap
polloi9. Dic q̃ſo. que erit glĩa
corpm vel q̃ gloria aïaꝝ ¶ Ce
ſari9 Vtriuſq; hois glĩa nob
inexplicabil' eſt. ¶ Cap. lvi.

In nouiſſiō die vt dicit apoſto
lus om̄es reſurgemꝰ ſꝫ nō om
nes immutabim̄. Soli electi
īmutabūtur: ꝑ glorificationē
vtriuſqꝫ hoīs. Gloria corꝑis
ↄſiſtit in q̄tuor dotibus. id eſt
in ſubtilitate. claritate. immor̄
litate. agilitate. Quatuor erūt
dotes corꝑis: vt omīs eius na
turā glorificet̄. Corpus cōſtat
ex q̄tuor ↄplexiōibꝫ. id eſt ſan
guine. colera melancolia. fleg
mate. que cū quatuor elemētis
ↄcordāt. Sanguis cōcordat
cū aere. colera cū igne. melan
colia cū terra. flegma cū aqua
Eſt adhuc alia horū cum eta
tibus et tempibꝫ cōcordantia
q̄ huic loco nō eſt neceſſaria.
Quicq̄d enī corpus humanū
habet de aere trāſibit in ſubtili
tatē qđ de igne in claritatē. qđ
de terra ī immortalitatē. qđ de
aqua in agilitatē. De hijs q̄tu
or dotibꝰ ſcriptū eſt Fulgebūt
iuſti: et tanq̄ ſcintille in arun
dineto diſcurrēt. Fulgebūt ec
ce claritas et tanq̄ ſcintille ecce
ſbtilitas Nihil ſubtiliꝰ ſcītilla
In arūdineto diſcurrēt ecce agi
litas. diſcurſus agilitatē exꝑ
mit. Per hoc qđ ſeq̄tur et reg
nabūt in eternū: exprimit̄ im
mortalitas vel īpaſſibilitas. Do
tes vero aīe ſunt. agnitio. di
lectio. fruitio. Aīa beata deum
agnoſcet. agnitū diliget. frue
tur dilecto. Poſt reſurrectiōem
generalē ſeptenarius iſte trini
tati ꝑſonarū iunget̄ et felix tūc
ille denarius electis repromiſ
ſus ꝑficietur. Erit tamē ī diſpi
claritate par gaudiū vt ait Au
guſtinꝰ. qđ nō eſt intelligēdū
de affectōne cordiū. ſꝫ de rebus
de quibꝫ gaudet̄. Vnuſquiſqꝫ
ibi gaudebit de gloria alterius
Qꝛ dotes debeant inequales eē
dicit apoſtolꝰ Sicut inq̄t ſtel
la a ſtella differt ī claritate. ita
erit et reſurrectio mortuorum.
¶ Apolloniꝰ De die iudicij vel
ſe nūc aliq̄d certificari ¶ Ceſa
rius De die illo nemo ſcit qꝛ di
es dn̄i ſicut fur in nocte id eſt ī
opiate et improuiſe ita veniet
¶ Apolloniꝰ. Vbi erit iudici
um? ¶ Ceſarius. Sup vallē
Joſaphat in aere ¶ Apolloni
us. Quot erūt ordines in iudi
tio? ¶ Ceſariꝰ Quatuor. Qui
dam vt ſūme boni iudicabūt:
et ſaluabuntur ſūme mali ſine
iuditio dānabūt̄ mediocrit̄
boni iudicabūtur et ſaluabūt̄
mediocrit̄ mali iudicabūtur:
et dānabuntur. ¶ Apolloniꝰ
In qua forma apparebit Chri
ſtus? ¶ Ceſariꝰ In forma hūa
oībꝫ apparebit ſꝫ glorificata.

¶ Apollonius Exhibebit omnibus eundem vultum. ¶ Cesarius No. Bonis apparebit mitis malis terribilis hoc tibi ondam per exemplum. ¶ Ca. lvij.

Circa hoc biennium sacerdos quidam mortuus est in Bri sikevilla dyocesis Coloniensis de ordine templariorum nomine Einolphus vir satis religiosus Que de illo dicturus sum ipse mihi ore suo non semel sed sepius recitauit. Cum adhuc puer esset in domo matertere sue infirmatus sacram comunionem suscepit. Et cum se inungi peteret quibusdam dissuadentibus dilatum est. sicque sine eodem sacramento expirauit Affuit et angelus domini qui dixit Male actum est cum puero isto eo quod sine sacra inunctione obierit. Et inuxit eum iam tamen anima egrediente. Egressam vero domino vultui presentauit. Que vultum pueri quasi per velamine contemplabatur eique seuerus valde videbatur. Et ecce mox dyabolus affuit. Qui cum puerum accusare vellet nec causam inueniret ait ad deum. Domine puer iste obulum germano suo furabatur. Nec vnquam inde egit penitentiam. Iustus es et iuste iudicare debes. Non dimittes reatum quem non restituit ablatum Cui dominus respondit. Velles vt pro tantillo puerum hunc damnarem. Mea iustitia non est absque misericordia. Supplicantibus pro anima viginti quatuor senioribus qui in circuitu sedis erant culpa remittitur moxque ad preceptum dei deducta in puteum igneum proiecta est. In quo tantam penam pertulit: vt postea verbis explicare nequiret. Post horam ab angelo a quo missa fuerat extracta tunc presentata est. Cuius faciem tunc amoto velamine perspicue vidit tantam familiaritatem iocunditatem atque dulcedinem puero exhibens vt eam deosculari potuisset si voluisset. Et cum ante culpam in humana forma Christum vidisset. post purgatorium in diuinitate eundem meruit contemplari. Iuxta quem vidit gloriosam eius genitricem in solio splendido residentem et in circuitu eorum multitudinem angelorum patriarcharum prophetarum apostolorum martirum confessorum virginum aliorumque iustorum. Dyabolus vero timens animam perdere ait ad deum Bonum est vt reducatur ad corpus vt amplius adhuc tibi seruiat. Cui dominus respondit. Hoc non dicis propter eius salutem sed propter tuam nequitiam Speras enim quod per corpus peccando cedere possit in partem tuam.

Data tñ ſentẽcia anima cõrpi
reſtituitur. Miratibus cũctis
qui aderãt. qꝫ ꝑ ſigna que in
puero viderũt: verbis eius cre
dere cõpulſi ſunt. Puer vero cũ
amore: cũ timore pene patriã
ſuã deſerens: cõuerſionis grã
ad quãdã domum ordinis no
ſtri venit. Cuiꝰ deſideriũ cum
ouerſus homo neqꝫ ac ſupbꝰ:
qui hoſpicio p̃eat cognouiſſꝫ
eo audiente ſic ait. Videte quã
do tales Barſiones monachi
ſunt effecti: ſtatĩ volũt eẽ domi
ni nri. In cuius verbis adeo pu
er ſcãdaliſatꝰ eſt. ũt a ꝓpoſito
reſiliret. et ad ordinẽ tẽplario
rũ ſe trãſferret. ¶ Apollonius
Multe viſiones de cõſumacõe
ſcl'i quotidie recitãtur: neſcio
ſi eis fides ſit adhibẽda. ¶ Ce
ſarius. Quia de aduẽtu Anti
chriſti et conſummacione ſcl'i
mlti ſũt decepti. que de eis au
diui ſcribẽ nolui. Forte ꝑmo
nõ forte ꝓpter orationes ſcõ
rum iudicij tẽpꝰ differt ſicut
ex ſeqnti viſiõe colligit. lviij.

In claraualle ſacerdos q̃
dã eſt Vuilhelmus noĩe
cuius mẽciõẽ feci in diſtinctõe
octaua. ca. quadrageſimono
no. Huic diuinitus multa re
lant. Anno ſiquidẽ pñti cũ in
pratione ſtaret. factus in exceſ
ſu mentis. raptus eſt ad tribũ
nal Chriſti. Ad cuiꝰ dexterã ã
geluꝫ cũ tuba ſtare conſpexit.
Quem Chriſtus clara voce cũ
ctis celeſtis patrie exercitibꝰ
audientibus ſic allocutus eſt.
Bucina. Qd cũ factum fuiſſꝫ tam
valida erat vox eiuſdẽ tube vt
totus mũdus quaſi foliũ de ar
bore tremere videret. Cui cuꝫ
ſecũdo diceret Bucina ad huc
ſemel. Mater miſericordie vir
go Maria ſciẽs mũdũ ſi denuo
bucinarꝫ cõſummari. ceteris ſã
ctis tacentibus ſurgens ad pe
des filij ꝓcidit. et vt ſẽtẽciã dif
ferrꝫ. mũdoqꝫ parcerꝫ cũ inſtã
cia mlta ſupplicauit. Cui xpc
rñdit. Mater mũdus in tã ma
ligno iã poſitus eſt: et ſic quo
tidie me ſuis peccatis irritat vt
vel ſẽtẽciã ſuſpendere. vel homi
ni parcẽ merito non debeam.
Non ſolũ layci. ſꝫ etiã clerici. et
monachi vias ſuas ꝓrſus cor
ruperũt. et me de die in diẽ offẽ
dũt. Tũc illa. Parce dilcẽ fili mi
et ſi nõ ꝓpter illos. ſaltẽ ꝓpter
amicos meos. Perſonas ordi
nis Ciſtercienſ vt ſe preparẽt
Abbtes nri hoc anno de capi
tulo generali reuertẽtes. nob
iſta retulerũt. ¶ Apollonius.
Quantũ ex hac viſione colli
go valde malis ꝓeſt iuſtorũ

cohabitacō ¶ Ceſarius. Si de
cē iuſti fuiſſent in ſodomis dn̄s
multitudini pepciſſ; ¶ Apollo
nius. Viſio hec concordat mirā
culo. capituli ſecundi ſeptime
diſtinctionis. Vbi ymago dei
genitricis ſudaſſe dicitur: timo
re imminentis iudicij. ¶ Ceſa
rius. Diē iudicij cē in ianuis. t̄
remotus p loca. ⁊ alia ſigna
de quib9 ſupra dictū eſt decla
rant. S; valde cōſolatur q̄ ſal
uator hijs fieri incipientibus
iuſtos āmonet dicens. Leuate
capita veſtra. i. exhilarate cor
da q̄ appropinquat redēp cio
veſtra. ¶ Capitulum. lviij.

Eſtimemus ergo ingre
di in ciuitatem illam. in
qua nulli ſunt terremotus nl̄
li gēitus vel ſuſpiria. ſ; dei laus
aſſidua. In qua nulla pericula
ſ; ſecuritas firma in qua nō eſt
mortalitas. ſ; vita eterna. In
qua rācor nullus. diſcordia nl̄
la. ſ; pax plena. In qua nullus
eſurit. nullus ſitit. q̄ ſacietas
illic pfectiſſima. Quatuor hec
bona in tribus verſiculis ꝯple
ta cōprehendit dicens. Lauda
Iherusalem dn̄m. lauda deum
tuum Syon. Lauda corde lau
dā ore. Quare? Quoniā ꝯfor
tauit ſeras portaꝝ tuarum. Ec
ce ſecuritas. Bn̄dixit filijs tuis
in te. Ecce immortalitas. In dex
terā illius longitudo dieꝝ. Qui
poſuit fines tuos pacem. Ecce
pax ⁊ cōcordia. Et adipe frumēti
ſaciat te. Ecce ſacietas. De gau
dio ciuiū hui9 btē ciuitatis i alio
loco idē dicit pſalmiſta. Sicut
letāciū: omiū hitacō eſt i te. Cō
phēdit breuit̄ qđ lōgis ſmoni
bus explicai n̄ poterāt. Nō em̄
eit leticia q̄lˀ hic agit̄. vbi de fi
lioꝝ ſuſcepcōe letam̄ vel de mu
nē diuitiaꝝ vel hōꝝ ꝯtulamur
Qđ igit̄ explicai n̄ potuit. ſup
ta q̄licuq; ſilitudie dixit vt po
tuit. Sic letāciū inq̄t. i. vē letā
ciū vt ſit expſſio veritatis ⁊ non
nota ſilitudis. vt ibi tāq̄ vni
geniti a patre. i. vere vnigēiti.
Iſtorū letātiū ſeptiformis eſt
actio. Viuunt vita inſenſibili.
ſapiūt archana dei. amant deū
⁊ proximum. laudant quod
oculus non vidit. quia ſunt
inuiſibilia. ⁊ quod auris non
audiuit quia ſunt in pace qui
etiſſima. nec in cor hominis aſ
cēdit. quia ſunt incōphenſibili
a. Baudēt gaudio ineffabili.
veloces ſūt ⁊ ſecuri. Beati ſunt
illi qui illuc ducēte dn̄o puenī
ūt. Vbi oīs cogitacō vincit̄. ⁊
pcta deſideria ſupant̄. Vbi tlis
felicitas accipit̄. q̄ nulla cōtri
ſtate perdatur. ¶ Apolloni9.

Miſeri ſūt: qui ad tantā leticiam nō ſuſpirant. ¶ Ceſarius

Quia dyalogo nr̄o finiſ impo
nēdus eſt: ſimlʼ Chriſtum qui
oīs cōſūmacōis finis eſt depce
mur: vt ea q̄ tua interrogacōe
ſiue mea rn̄ſione cōfecta ſunt:
legētibꝰ necnō ⁊ audiētibꝰ ad
meritū pficiāt. vt ſic edificato
primoꝝ: noſtroꝝ fructꝰ fiat
laboꝝ. Quod nob̄ pſtare dig
netur ipē de quo loq̄mur: dn̄s
noſter Jheſus Chriſtꝰ: mundi
redēptor: electorum cōfrater: rex
angeloꝝ: ⁊ vt breuiter cōclu
dā: vita. merces. ēt leticia oim
ſctoꝝ: cui cū patre et ſpiritu
ſācto ſit lauſ. honor. ⁊ imperiū
p infinita ſecula ſeculoꝝ Amen

¶ Duodecime diſtinctiōis dy
alogi miraculorum Ceſarij Ci
ſterciēſ mōchi: et p cōſequēs
tocius dyalogi finis eſt feliciť

**DEO GRATIAS.**

Q Odicis exiguū ſtilus au
torem reticiſcens
Ingeror in medium: veluti no
ua verbula ſpargens.
Sicut mitis amor terat aſpa:
mitius illa
Corrigat: ac mores addat no
ta vera ſalubres.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Cult. G. 191.

[illegible]

[illegible] venerit vel quod [illegible]

[illegible] in qua [illegible]

[illegible] loco [illegible]

[illegible] monasteria et [illegible] in ipsis [illegible]

[illegible]

[illegible] officio [illegible]

[illegible] confirmatio et [illegible]

[illegible] et [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] salva etiam [illegible]

[illegible] ad quod [illegible] ordine [illegible]

[illegible] et [illegible] admittere [illegible]

[illegible]

[illegible] vel [illegible]

[illegible] vel [illegible]

[illegible] super irregulari [illegible]

[illegible] ordinis [illegible] qui [illegible]

[illegible] bona [illegible] que nunc iuste possidetis vel possessiones [illegible]

[illegible] confirmamus [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] et [illegible] et [illegible]

[illegible] et [illegible] et [illegible]

[illegible] et [illegible]

[illegible] ad [illegible] ut [illegible]

[illegible] Nos igitur [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] et [illegible]

[illegible]


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
R G B W G K C Y M
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Inches
Centimetres
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black